2400 Lo 21 c.

SANCTORUM CONCILIORUM ET DECRETORUM COLLECTIO NOVA,

SEU

COLLECTIONIS CONCILIORUM

A PP. PHILIPPO LABBEO, & GABRIELE COSSARTIO

Soc. JESU Presbyteris

PRIMUM VULGATÆ,

DEIN EMENDATIORIS, ET AMPLIORIS

OPERA NICOLAI COLETI SACERDOTIS

VENETIIS RECUSÆ

SUPPLEMENTUM,

In quo additamenta, variantes lectiones, emendationes ad Concilia Veneto-Labbeana;

NOVA ITIDEM CONCILIA, AC DECRETA PERMULTA EXHIBENTUR.

Omnia ex editis & M. SS. codicibus undique quæsitis Græcis Latinisque, collegit, digessit, additisque præfationibus, notis, dissertationibus historicis, criticis, chronologicis, dogmaticis illustravit

JOANNES DOMINICUS MANSI
LUCENSIS
Clericus Regularis Congregationis Matris Dei.

TOMUS PRIMUS

A Sæculo Christiano I. ad annum MLXXIII.

LUCÆ MDCCXLVIII.
Ex Typographia Josephi Salani, & Vincentii Junctinii.
SUPERIORUM FACULTATE.

R. 61. 652

SACRÆ MAJESTATI

CAROLI EMMANUELIS

SARDINIÆ REGIS

JOANNES DOMINICUS MANSI

Humile ſervitutis obſequium.

SI quæ olim Principum etiam magnorum laudes ſolæ plerumque fuerunt, ut bellum ſtrenuè geſſerint, prudenter diſpoſuerint; in iis pariter optimi Principis virtus potiſſima conſiſteret, alienum plane in locum Te invitaſſem, CAROLE EMMANUEL REX INCLYTE, cum Eccleſiaſticarum legum Codici in lucem promendo adeſſe Te volui auſpicem, & patronum. Etſi enim eorum, quæ a re militari egregiè adminiſtrata petuntur, encomium nullum Te non decere compererim, quem inter ſummos ætatis noſtræ Imperatores fama verax accenſet, qui acies validas & confertas armare ut Rex,

dirigere ut Dux, in acie pugnare ut miles noveris, ut uno eodemque in prælio ipſe Princeps, Dux, miles extiteris; qui proſperè ſæpe, ſtrenuè ſemper certaveris; hæ tamen militares laudes tuæ alterius Oratoris, alterius Orationis eſſe debent argumentum. Quum verò ille demum ſit abſolutiſſimus Princeps, qui, ſicut dignitates civiles reliquas dignitate ſua complectitur una; ita omnium virtutum juncto fœdere ſummam illam, quam gerit, poteſtatem efficit, & componit; non eſt profecto, quod me ab inito ſemel Operis Tibi nuncupandi conſilio retardet. Sacroſanctæ enim Eccleſiæ Dei Concilia leges continent ſanctiſſimas, a doctiſſimis æquè ac religioſiſſimis ex toto orbe Præſulibus in cœtum collectis ſumma ponderatione conſtitutas, quibus non Eccleſiæ tantummodo diſciplina, ſed & mores hominum, principum æque, ac privatorum ad recti normam dirigantur. Quibus ita ſe habentibus, e re Conciliorum me facturum arbitrabar, ſi Te, quem optimum eſſe Principem non temerè affirmaverim, conſortem illis, & veluti præſidem ſtatuerim. Patere hic, Rex æquiſſime, ea commemorem, quæ meo huic de Te judicio comprobando valere arbitratus ſum; quamquam in gratiam ſingularis modeſtiæ Tuæ id me commiſſurum ſpondeo, ut aſſentationi nihil, veris laudibus Tuis parum e multo deferam. Ajo, Te privatis regiisque virtutibus, qualibus gaudent Eccleſiæ Dei Concilia, præſtare. Privatas virtutes appello, quæ omnibus æque hominibus in medis ſunt poſitæ, quarum caput eſt pia in Deum religio. Quis verò Te religioſior; qui Deum victoriarum tuarum unicum auctorem ſemper ore faſſus es, & gratus ſemper agnoviſti; qui cultu quotidiano, & minime perfunctorio Numen adoras lege adeo conſtanti, ut quæ religionis officia in pace, eadem in bello; quæ in otio, eadem in turba curarum præſtes? Huc facit admirabilis illa animi æquanimitas, numquam ſive in proſperis elati, ſive in adverſis dejecti; ſemper ex æquo Dei providentis diſpoſitioni ſubmiſſi. Quanto virtutum miſ continendus eſt animus in tanto rerum humanarum fluxu immotus, & conſtans! Denique ſumma privatæ virtutis tuæ eſt, nequid Te moret in re Tibi permoleſta, ſingillatim ſingulas recenſendo, paterna illa ſolicitudo erga regiam Familiam educandam, regendam, ad

hone-

honeſtatis, virtutisque Chriſtianæ leges formandam. Paternis exemplis monitisque reſpondet illa fideliter, religioſa, obsequens, blanda. Oris pudica venuſtas Regiarum Puellarum, cum morum ſuavitate conjuncta; Pueri Ducis Caballicenſis lepos ille cum indolis amabilitate, amores dulce rapit animorum. Nemo parenti ſimilior Juvene Duce Sabaudiæ in ſpem Regni a Patre educato, arcanorum omnium miniſterii jam nunc conſorte, in liberalium ſcientiarum ſanctiores receſſus, Hiſtoriæ, Philoſophiæ, Matheſeos, muniendarum Urbium, Picturæ, aliarumque introducto, de quo ſibi quid ſpondendum ſit tunc ſubditi didicerunt, cum Te parente a Regni curis morbi importuni injuria ſubtracto, ipſe gubernationis onus ſuſtinuit, atque ita ſuſtinuit, ut Patris defectum Regnum non ſenſerit, applaudentibus Populis, Miniſtris admirantibus tantam Juvenis in agendo dexteritatem, in diſcernendo prudentiam, in gubernando peritiam. Has Tibi Pater, labore & induſtria caſtas delicias paraſti, quibus feſſum a curis animum recrees. Ita enim obtendere ſoles: nihil habere Te ſolatii dulcioris, quam ut vacuas a publicis occupationibus horas cum Familia tua tranſigas. Sunt hæ privatæ virtutes tuæ, EMMANUEL REX, ſunt & regiæ. Quam enim Tibi perficiendo ſedulitatem impendiſti, hæc non virum tantùmmodo privatum efficit probum, ſed & Regem optimum format. Facilitatem, & comitatem in privato laudamus, in Rege miramur; hæc tanta tua eſt, quantam ſubditi, exteri, quin & hoſtes ipſi celebrant. Quotquot enim ad colloquium tuum admittuntur, captos ſe omnes profitentur ſermonis tui affabilitate, vixque a ſe impetrare poſſunt ut credant, cum Principe ſe, & non potius cum æquali, & amico egiſſe. Clementiam, & benignitatem quid ego celebrem, quum vel ipſe ſis faſſus ingenuè, indolem habere Te in ſeveritatem minimè pronam; quem iratum nemo unquam, pacatum ac placidum ſemper omnes viderint? Principem verò ita regimini intentum, qui tuam ſuperet indefeſſam vigilantiam, curam, laboremque in procuranda Regni quiete cum Subditorum felicitate, nec præſens, nec ſuperior ætas ulla tulit. Summo mane experrecti primæ curæ Deus; tum Familia; dein Regni & ſubditorum negocia totum illud tempus absu-

munt

munt, quod plerique otio & voluptati indulgent. Vix a prandio iterum Te præſtas ſubditorum indigentiis auſcultandis, levandisque. Ita Te dies, ita noctes, ita menſes, & anni occupant. Laborioſum hoc vitæ genus compaſſis reponis. Principatum ea lege a Deo recepimus, ut Subditorum commodis, non noſtris vivamus. Qui aliter ſentit, & agit, hunc Regem dixero; regnare non dixero. Tam præclarè de Principatu ſentienti Regi, veteres illi Pariſienſis concilii Patres, qui ſanctiſſimam Regis inſtitutionem pro concilio dictarunt, faſces ſubmitterent. Hinc ortum perpetuum illud ſtudium, quod Te ſemper tenuit intentum, ut artes, commercium, ſcientiæ in toto Regno valeſcerent. Ad nos etiam, tanto licet locorum divortio ſejunctos, pervenit fama celebris Univerſitatis Taurinenſis, Auditorum frequentia, Doctorum eruditione, Principis gratia & patrocinio florentiſſimæ. Hoc ſcientiarum emporium eſt, nullis indigum mercibus, non Theologicis, non Canonicis, non Philoſophicis, non Mathematicis, non doctarum linguarum, non amœniorum literarum & Hiſtoriæ deſtitutum gazis, quibus certatim confluentes e tota Italia juvenes affatim ditentur. Eſt hoc profecto, REX optime, eſt hoc maximè *conciliare* (ſit venia vocabulo artis, quamquam alioqui non Latino); cum id ſemper curaverint collecti in Concilium Eccleſiaſtici Præſules, ut precibus, & monitis ſuis inſtarent apud Principes, quo Collegia Juvenibus eruditendis, formandisque ad pietatem, ac ſcientias inſtituerentur. *Ut ſchola Sacrarum Scripturarum*, inquiunt Patres Concilii I. Tullenſis ad Saponarias Anno DCCCLIX. Can. X. *& humana quoque literatura, deprecandi pii Principis noſtri, ut ubicumque omnipotens Deus idoneos ad docendum, id eſt fideliter & veraciter intelligentes donare dignatus eſt, conſtituantur*. Incitamentis hiſce tuus in promovendis Literis amor non indiget, quum plus multum dederis, quam Patres iſti popoſcerint. In urbe metropoli Collegia Juventutis plurima habes erecta, ex quibus alterum Juvenum ingenuorum, ſed fortunæ tenuioris centuriam regia liberalitate alit ad ſtudia; ſuo etiam loco ſub modica penſione iis conceſſo, quibus fortuna major, amor eſt in ſcientias æqualis. Alterum duodecim e Clero ſelectis, ac laurea jam donatis victum, contubernium, incitamenta ad ſtudia Literarum reliqua ex regia providentia largitur, quo ad Theologiam, Canones, Oratoriam Eccleſiaſticam formati, Epiſcopales, Abbatialesque Cathedras, tum & Eccleſiaſticos ſuggeſtus digniſſime repleant. Tertium Academia eſt, ubi generoſo ſanguine Juvenes generosè educantur; ſcientiis, & artibus liberalibus inſtituuntur, Philoſophia, Matheſi, Jurisprudentia, Hiſtoria, ut virorum ampliſſimorum, quorum ſucceſſio nunquam apud Sabaudos Principes ceſſavit, ſeriem perennent. Prætereo ſcholas, alias per Urbem apertas, alias per Provincias diſpoſitas, quibus omnibus ſolicitudine, manu, favore ſuccurris. Prætereo illum tuum ergaviros literatos favorem, effuſamque liberalitatem, tuamque pariter in literas perficiendas propenſionem, paratam, ſi quid ſe offerat ad ſcientias utile, ſtatim amplecti. Oſtendunt hæc animum Principis ad veram ſinceramque regni felicitatem anhelantem; hiſque pariter meum defenditur, probaturque conſilium, nomini ſcilicet tuo opus iſtud dicandi. Quem enim aptiorem Conciliis hiſce meis Patronum deſtinaverim ac Principem, Conſtantinos, Marcianos, Theodoſios, Conciliorum olim auſpices, & præſidia, noſtra ætate referentem? Id vero poſtquam præſtiti, patere demum, Rex optime, ut quandoquidem de Conciliis tecum agere cœpi, cum Conciliis deſinam, eodem Epiſtolam meam fine concludens, quo veteri, & noſtra ætate Concilia clauduntur.

Inclyto Regi Carolo Emmanueli Sabaudo Orthodoxo Pacifico multi anni.
Proli Regiæ Domine benedic.
Sabaudam Familiam Domine conſerva.
Ita volumus, ita ſentimus, ita rogamus,
Domine exaudi.

JOANNIS-DOMINICI MANSI

IN HANC CONCILIORUM COLLECTIONEM

PRÆFATIO.

TA fermè natura comparatum eſt magnis Operibus, ut a tenuioribus nata crepundiis ſemper in dies augeantur magis, nec unquam incrementi faſtigium illud attingant, quod nullis dein poſteritatis conatibus ſuperetur. Annalium Eccleſiaſticorum exordia in Chronologia Genebrardi, aliiſque id generis agnoſco; tenuiora ſunt hæc, ſi cum ſequentium Scriptorum ingentibus Operibus comparentur. De Magni Baronii loquor Annalibus, quibus ſubito tantum crevit Hiſtoria Eccleſiaſtica, quantùm deinceps in tanto recentium Scriptorum niſu tantumdem augenda nequaquam ſperari poterit. Increvit tamen utquumque ſub Pagio; &, ſi modeſtè dici liceat, incrementi aliquid me ſatagente obtinuit. Quod Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ fatum eſt, hoc pariter & Collectionibus Conciliorum accidit. Natæ ſunt (ſi de Recentioribus agatur, Veteribus omiſſis) ſub Merlino, cujus eſt Opus volumina complexum duo anno 1530. Pariſiis editum. Illud non ſpernendis acceſſionibus auxit P. Petrus Crabbe Mechlinenſis Minorita, editâ Coloniæ ann. 1551. Conciliorum collectione tribus in folio voluminibus. Curante Laurentio Surio crevit ad quatuor volumina, quæ lucem viderunt Coloniæ an. 1567. Hanc proximè ſubſequuta eſt Veneta editio anno 1585. quæ conciliaria pomeria ad tomos quinque ampliavit. Severinus Binius Colonienſis Canonicus geminâ editione, quarum alteram dedit anno 1606. aliam verò longè auctiorem 1608. in eam voluminum dignitatem erigere cæpit Collectionem Conciliorum, quam pro ſuo merito exigebat. Hoc enim poſterius Binii Opus Pariſienſibus typis an. 1638. iterum recuſum novem in folio tomos æquat. Regium dein favorem & manum liberalem ſibi promeruit molimen nobile, quibus adjumentis eò promotum eſt, quouſque editorum Operum ferè nullum, & ſi typorum & chartæ elegantiam ſpectes, planè nullum pervenit, eſt enim Luparea hæc editio in tomos XXXVII. diffuſa, ſuſcepitque aſpexit Pariſiis an. 1644. Hujus Editionis commoda ſunt multa præ ſuperioribus; incommoda itidem multa præ poſterioribus, quæ omnia latè proſequitur Salmonius in Opere præclaro Gallicè edito hoc titulo: *L' Eſtude des Conciles.* Regium proindè Collectorem multis parafangis longè anteceſſit P. Philippus Labbe e Soc. Jeſu vir infinitæ lectionis, ejuſque poſt obitum Operis continuator P. Gabriel Coſſartius ejuſdem Inſtituti Profeſſor, Labbeo in eruditione æqualis, in critica diſcretione ſuperior. Servierunt illi commodis eruditorum Opere ad XVII. tantummodo volumina reformato, nihilo tamen ſecius additamentis planè multis aucto. Prodiit Collectio iſta Pariſiis an. 1672. Sed arduum eſt & planè impoſſibile, vaſtum adeò argumentum ita totum occupare, ut non adhuc multa ſucceſſoribus reliquantur. Quod igitur ad Collectionem hanc Labbeanam deerat perfectionis, ſupplendum ſibi Baluzius vir eruditiſſimus aſſumpſit; & ille quidem ſupplementi, ſeu Collectionis novæ Conciliorum (ita enim appellat) priori volumine evulgato dignitſimè ſe provinciam hanc ſuam adminiſtraturum indicavit: ad neſcio quo fato, hic ſubſtitit, & de ſecundo eruditiſſimi Operis volumine res eſt jam deplorata. Succeſſit his omnibus P. Harduinus e Soc. Jeſu, vir ingenio & eruditione valens, qui grandem rerum ſtruem præ manibus habere ſe intelligens, primò quidem ingentem voluminum ultra XL. fabricam meditatus eſt; re tamen diligentius ponderatâ, reſecatione potius, quam ampliatione indigere hoc Conciliorum Opus judicavit. Quare multis reſectis ex iis, quæ dederat Labbeus, aliis viciſſim de ſuo adjectis, quæ tamen rejectorum multitudinem nedum non attingunt, ſed & multo ſuperantur, Collectionem confecit duodecim in fol. voluminibus comprehenſam. Liberior hæc viri docti cenſura ingrata pleriſque accidit; quorum eâ de re querelæ, ex multis etiam, quæ in Opus Harduinianum irrepſerant ſphalmatibus acerbiores, ingens apud Doctos Labbeani Operis deſiderium excitarunt. Vix illud multo ære comparari poterat; nec facilè proſtabat bene etiam nummatis emptoribus. Quæ ſanè ratio Coletum Venetum typographum perſuaſit, ut de nova

Labbei editione aggredienda cogitaret. Ea decreta, Nicolaus Coletus, typographi frater, vir doctus, curam in se suscepit Labbeano Operi addendi quæcumque fas hunc inde per varios libros Conciliis, magnis accessionibus editionem suam provexit. Ita dilatatum Opus ad volumina unum supra viginti anno 1732. absolutum est. Hîc vota constituta Eruditorum videbantur; nec fane quidquam majoris momenti adjicere fe posse Venetorum labori persuadere sibi quisquam potuerat; nam quæ utilia dedit Harduini editio, ut variantes e Codd. Mss. vetustissimis, adnotatiunculas, &, quod caput est, Conciliorum, sive nunquam inter exscriptorum, sive nondum in Collectiones invectorum congeriem amplissimam, hæc omnia Venetæ Collectioni procurata sunt. Quæ verò in Labbeo maximè placebant, hæc nullis refectionibus diminuta translata sunt in novam editionem. Complebant omnia ad Concilia undique ex Libris editis, ex ineditis etiam nonnulla summâ diligentiâ petita, adnotationes Clarorum Virorum, præsertim P. Antonii Pagii, ex ejus Critica ad Baronium deductæ, quibus res conciliaris, ac præsertim chronologia, & historia, reformatur, illustratur, augetur. Hæc sunt Veneto-Labbeanæ Collectionis decora, quæ magna licet & opportuna, fua tamen adjuncta ferunt incommoda, quibus non ambiguis argumentis demonstratur, omnes hucusque Conciliorum Collectiones multùm adhuc a perfectione distare. Ac primo quidem, ut a minoribus incipiam editionis hujus nævis, chronologia Collectionis hujus, commodior licet Labbeana & Harduiniana, (nam Harduinus de Labbeana chronologia emendanda minus curavit) utpote quæ Pagio tenaciter inhæret, fua tamen habet vitia, cum nec omnia Pagius fustulerit, vel ita interdum fubstituerit, ut ipse vicissim emendationem expoluerit, quæ ego in meis ad eumdem Pagium animadversionibus pro virili complevi; fed neque Pagii chronologiam, quamvis alioqui in ea re fanam & rectam, editor iste semper fideliter fervat. Ita, exempli gratiâ, Arelatense II. Concilium anno 533. a Labbeo assignatum, Venetus chronologus anno eidem permittit. Convenit autem illud, ut in Actis ejus scribitur An. XXII. Childeberti, qui cum cœperit ex constitutis Pagii epochis anno 514. rectè inde deducta fupputatio annum reddit 536. Ita & Aurelianense Concilium ex anno 645. uti a Labbeo & Veneto Editore assignatur, Pagii usus chronologiâ in annum 643. transfero. Alia permulta id generis exempla Supplementum hoc meum passim dabit. Multo etiam frequentius labitur post annum 1200. cum vix ducem Pagium habere illi ultra non liceat; quod ego non semel in meis ad Raynaldum animadversionibus demonstravi. Menda etiam historica plura irrepserunt in Labbeum, quæ Venetum editorem fugerunt, cujusmodi exempla habes in mea de Epochis Conciliorum Sardicensis, & Sirmiensium differtatione, feorsum typis per hos annos vulgata, quæ pariter hîc loco fuo recuditur. Magna funt hæc; fed & majora fuperfunt. Quæ enim Collector Venetus ex P. Martene Concilia, ita fideliter exscribit, ut vel ipsos ejus errores fervet. Concilii cujusdam in loco incerto Italiæ habiti fragmentum ex Ms. Cod. dedit Martene. Paret idem in Veneto-Labbeana Collectione, ex quo, si Deo placet, novum aliquod, nunquam agnitum Collectoribus, Concilium emergit. Sed fragmentum istud nihil revera est aliud, quàm portio Epistolæ Concilii Valentini Anni 374. ad Clerum & Populum Forojulienfem scriptæ, quæ in Actis ejusdem Concilii legitur apud Labbeum. Conclusum quoddam Capuanum sub Paschali II. Pontifice Martenius ex quadam epistola a se vulgata extrudit, idemque avidè arripuit Collector Venetus; nullam reipsa conveniffe tunc Capuanam Synodum ego olim in meis ad Pagium animadversionibus indicavi, & hîc pariter confirmo. Ex iis etiam, quæ Martenius affert, augeri poterant Conciliorum quorumdam acta, quæ fanè additamenta vel non vidit, vel neglexit Collector Venetus. Ita in caufa Belvacenfis Ecclesiæ Synodus ad S. Quintinum convenit anno 1233. ex quo Synodica data est ad Gregorium IX. Pontificem, legenda apud Martene Anecdot. tom. 1. pag. 976. nullibi verò est in Collectione Veneto-Labbeana. Tarfenſe Armenorum Concilium anni 1177. ex Galano affert idem Collector, & cum acta ejus omnia reciter, orationem in ipso Synodi exordio habitam, planè illustrem & celebrem apud Armenos, omittit. Sermonem pro Concilio quodam habitum e Codd. Mss. Ambrosianis dedit Muratorius Rer. Ital. tom. II. p. 11. Potuit ex illo exfculpere novum quoddam Concilium in caufa Lotharii Regis & Theutbergæ Collector noster, ut non semel in similibus præstiterat; maluit omittere, consilio, nescio an, probando Lectoribus. Ego certè Cafinensi eidam

dam Concilio tribuendum non improbabili conjectura opinatus sum. Concilium quorundam historiam Pagius primus exposuit, acta omisit, quippe qui historiam, non Conciliorum Collectionem dabat; hæc acta ut ex authoribus a Pagio indicatis ederet Venetus Collector poscebant Eruditi; ille vero omisit, fatis habens Pagium tantummodo exscribere. Ita Hibernicum concilium anni 1186. ex Giraldo Cambrenſi, referens Pagius, admonet, portionem orationis ab Archiepiscopo Dublinenſi pro concilio habitæ apud eundem Scriptorem servari, quam ait, *apud eum legas*; hæc ipsa verba repetit Collector Venetus, e quo fane idem fragmentum bene longum lectores repetere videbantur. Quæ pariter funt in Scriptoribus Conciliorum, multòm haud ignotis Concilia, hæc plerumque in Opus adduxit, sed & alia bonum hunc noſtrum Homerum, dormitantem fugerunt. In meo hoc Supplemento plura dedi Concilia ex Lunigii Spicilegio Ecclesiastico accepta, quæ excideruntCollectori, dum plenos ibi manipulos demetiretur. Denique Concilia ultra fexcenta, Collectori Veneto non vifa, in meo hoc Supplemento inferui, quorum licet permulta fuppeditarint novæ Collectiones Anglicæ, quædam Hungaricæ, & plura nova curæ Martenſi, quæ omnia post editionem Venero-Labbeam prodierunt; adhuc tamen ultra duas ex hoc numero partes fufficerunt libri, qui Veneto editori ad manus esse potuiſſent. Mitto alia in Veneto-Labbeana editione fupplenda, emendanda, augenda.

Hunc ergo mihi unicum præscripsi Supplementi hujus fcopum, emendandi nempe, augendi, perficiendi Veneto-Labbeanam Conciliorum editionem. Neque mihi omnium primo venit in mentem, ut novam Collectionem Conciliorum ad Labbeanæ fupplementum darem. Id olim evulgandum e Parisiensibus præsis sperare justi fumus, cum legerim in exordio tom. XXXIX. Operis Nicerotiani: *Mémoires pour servir a l' Hiſtoire des Hommes illuſtres, a Paris MDCCXXXIV.*,, in catalogo librorum novorum ibi præmisso, libri mox evulgandi titulum hunc: *Collectionis Conciliorum Generalium a Philippo Labbé, & Gabr. Coſſartio editorum Supplementa, operâ & ſtudio D. Franciſci Salmon in Sacra Facultate Theologica Pariſienſi Doctoris, Socii Sorbonici, & Bibliothecæ Sorbonicæ Præfecti, in fol. 4. Vol. ſub preſſo.* Idem opus eodem anno typographus Parisiensis evulgato ejus specimine, legendo in opere *Bibliotheque Raiſonnée an. XII.* pag. 485. Verum Scriptor ille obligatam publico fidem minime liberavit; quamquam id fpopondit ante annos tres supra decem. Conjecturam inde capere licet, jam ceſſatum esse a consilio Labbeani Supplementi edendi. Sed esto perseveret; conſtitutus mihi fcopus cum ejus argumento partim quidem convenit, omnino vero non congruit; neque enim id ego mihi præstitui, ut ad Labbeana Concilia scriberem additamenta, ea omnia relatura in scenam Concilia, quæ Venetus in editionem fuam invexerunt. Sed eorum tantummodo Conciliorum, quæ e Veneta abſunt, intra claufira me contineo; addo & Conciliorum in eam familiam jam afcitorum fupplementa ac veluti fatellitium, si quod illis convenire comperi. Variantia pariter nonnulla exhibeo, fed vel felecta, vel e vetuſtis Mſs. nunc primo ex me in lucem producta. De fingulis hiſce nunc ratio eſt Lectoribus meis reddenda.

Nova plura Concilia in hanc Collectionem adfcivi, primo quidem ex magna Collectione Conciliorum Angliæ, nuper Londinenſibus typis excusa. Collectionem hanc primus quidem Spelmannus vulgaverat, duo in fol. volumina complexam. Hanc præsto Labbeus habuit, integramque ingenti illo Opere fuo exhauſerat. Sed præterquam vetus illa Anglicana Collectio annum 1544. non fuperat, ut quæ deinde excurrunt ad noſtram usque ætatem, aliunde repetenda fuerint; multis pariter deſtituitur Concilia post Auctoris fatum e latebris Bibliothecarum prolatis in lucem; plura etiam fuppeterabat additamenta ad acta Conciliorum a Spelmanno jam evulgatorum; multa tandem quæſtiis e Mſs. Codd. emendationibus repurgandafuerant. Hinc vir eruditus Daniel Wilkins Anglus novum recudendi, refingendi, augendi Spelmanniani Operis conſilium ſuſcepit, complevitque edita Londini anno 1737. amplissima Collectione Conciliorum Magnæ Britanniæ, & Hiberniæ a Synodo Wlvertolamienſi anni 446. usque ad Londinenſem Hetfordoxorum anni 1717. quatuor in folio voluminibus; quorum tria priora Spelmannicum Opus referunt, auctum & emendatum; reliquum, defertam a Spelmanno fpatium ad nos usque producunt. Hunc Conciliorum thesaurum expilavi, Concilia omnia, ceteramque conciliarem gazam in meos usus convertens; iis tantum reſictis, quæ conciliaria non erant, ut piarum quarumdam donationum inſtrumenta, convocationes Cleri ad alium quàm ad Ecclesiasticum negotium tractandum a Rege im-

peratas, velut ad pecuniarum subsidium impertandum &c. Insuper de Conciliis a Patribus Romanæ communionis colledis agens, omittenda duxi Concilia recentium heterodoxorum; ab sanctissimis communionis illius Viris facilem veniam impetraturus, quibus ingratum non accidet, si hic non reperiant, quæ se reperturos minime sperabant. Id quidem indulgentiæ datum est Conciliis veterum heterodoxorum, tum & Orientalium schismaticorum nonnullis, quod ita præstitum a Labbeo noverim; quodque insuper illorum Concilia stricta cum Catholicorum Conciliis colligatione conjuncta fuerint. Britannica illa, quæ Labbeus ex Spelmanno dederat, cum nova Wilkinsii recensione contuli, & si quid Arianismum majoris momenti deprehendi, sedulo adnotavi. Romanorum Pontificum ibidem recitatas epistolas, veterum quidem omnes exscripsi, tum & si quæ a recentioribus Pontificibus datæ sunt ad rem conciliarem pertinentes, nequaquam omisi. Cæteras neglexi, ne plus nimis multum Collectio hæc mea creseceret.

Idem fuit mihi consilium in describendis novis Conciliis, quæ PP. Martene & Durand in tomum VII. & VIII. Collectionis veterum monumentorum contulerunt. Concilia omnia dedi; retuli & Constitutiones Ecclesiasticas xvo Caroli Magni scriptas, sive illas tulisset ipse Carolus Magnus, sive Episcopi ejus ætatis. Quæ vero Scriptores illi habent statum rei Ecclesiasticæ in Gallis exponentia, ut exempli gratia acta varia de diffidio inter Robertum Engolismensem Episcopum, & Ugonem Comitem; quæ pariter sunt ultro citroque scripta pro reconciliatione Græcorum, quæ tandem coaluit in Concilio Lugdunensi œcumenico, cum parum, vel nihil ad Concilia pertineant, refervanda auctoribus suis judicavi.

Tertia tandem Collectio est Conciliorum Hungaricorum a P. Petetffy Soc. Jesu, viro doctissimo, adornata duobus in fol. voluminibus, prodiitque Viennæ in Austria An. 1742. Dedit ille Concilia Hungarica quidam Labbeo cæteris[que] ignota, cum Constitutionibus Ecclesiasticis veterum Hungariæ Regum, addita prolixiori commentatione viri cujusdam docti. Hæc omnia mihi sumpsi; nec omisi ejusdem Collectoris præfationes, & additamenta longè eruditissima. Vicissim præterii Dioclesiana Concilia post sæculum XIV. celebrata; neque enim locum suum his indulgere poterant in mea Collectione absque aliorum, quæ omittenda statui, injuriâ.

È densâ hac Conciliorum silvâ struem illatu tutam Conciliorum, quibus Opus compactum est, desumpsimus: me exsitimare possis parum, nihil a me aliud præstitum, quam ut paratam ab his Scriptoribus materiam digererem. Qui de me ita judicaret, illum certè falli prolatis voluminibus Collectionis mea demonstrarem. Non enim e solis Provincialibus, vel Nationalibus Collectionibus meam hanc generalem compofui; sed & ex editis penè infinitis aliorum voluminibus materiam corrogavi. Anecdota omnia Martene, Lunigii, Ludewig, Eccardi, Leibnitii, Muratorii, Mathei, Baluzii, Labbei, Schannat, Johannis, Dacherii, Mabillonii, Cotelerii, Grabii, Tollii, Pezioram, Bollandianorum, operæ quidem tempe inani, interdum utili confului. Criticam artem non raro in auxilium vocavi, ex qua factum est, ut Concilia quædam hucusque densâ erroris caligine sepulta, dissipatis confusæ historiæ tenebris in lucem proferrem. Quis tam multa in causa Origenistarum Concilia distinxit, quam quæ a me indicata sunt? Sancti Bonifacii Moguntini Archiepiscopi Synodi, aliæ me obstetricante nunc primo nascuntur, aliæ me novercante depereunt. Concilia etiam alia seorsum edita huc illuque palantia in familiam adegi. Ita præsitum est Concilio Provinciali Florentino a Julio Medicæo Archiepiscopo habito anno 1517. & seorsum excuso anno 1560. Ita cum alio Florentino anni 1567. cum Salmanticensi anni 1566. cum Lateranensi Stephani III. Papæ anni 757. quod Cl. Cajetanus Cenni non ante multos annos e pluteis Veronensis Bibliothecæ erutum vulgavit Romæ typis Vaticanis anni 1735. Denique e Mss. Codd. opem nec fruftra quæsivi, qua de re infra cum de codicibus istis Mss. agam. Ex his omnibus multo multo accretum est Opus supra quam fieri potuisset, si e solis privatis Collectionibus coaluisset.

Nolim tamen Lectores fic existiment, ac si novis tantum Conciliis in Collectionem meam locum assignaverim. Ratio est etiam de gentilibus Conciliis habita. Gentilia appello, quæ Labbeanam Collectionem velut Urbem cives incolunt. Horum nonnullis ego additamenta scribo hinc inde corrasa; aliis adnotationes addo, quibus seu veterem chronologiam, seu locum, vel causam habiti Concilii excutio. Quatum adnotationum si quæ interdum modum excesfit latius sermone protracto, hanc non adnotationem appello, sed dissertationem, cujusmodi identidem nonnullas per totum Opus disseminavi. Ita suam scribo Dissertationem

nem satis prolixam de Epochis Conciliorum Sardicensis, Sirmiensium, cæterorumque in causa Arianorum, quæ jam diem aspexit Lucæ anno 1746. typis Philippi Benedini. Sed hic nonnulla habet adjuncta, ut synodicam Concilii Lampsaceni Græco-Latinam, quæ hunc locum expoltulat, illum verò tunc non exigebat. Sux est etiam de Synodis sub Damaso Papa, de Synodis S. Bonifacii Archiepiscopi Moguntini, de schismate Cadoli sub Alexandro II. Papa, de Synodis in causa Arnulfi Remensis, in causa Origenistarum, & alix quxdam. Denique, ut supra innui, emendationes affero in acta Conciliorum, quas sive ex editis, sive e Mss. Codd. deduxi. Nec minimi profecto illæ faciendæ sunt, cum sæpè factum aliquod historicum, aut disciplinare exponunt, aliàs ambiguum, & obscurum. Ita quo loco canon Eliberitanus XV. fert: *Propter copiam puellarum, gentilium minimè in matrimonium dandæ sunt virgines Christianæ, ne ætas in flore tumens in adulterio animæ resolvatur.* Canonum Eliberitanorum epitome in Mss. Codice vetustissimo, de quo infra, legit: *Propter copiam puellarum, gentilium in matrimonium dandæ sunt virgines, ne ætas in flore tumens in adulteriis fides* (i. adulterii luto) *resolvatur.* Uterque sensus est optimus; sed uter melior? Profecto si Eliberitanum Concilium restituta jam Ecclesiæ disciplinæ exponunt, longè vetustiora, longèque magis præferenda est. Si vero rebus nondum pacatis est habitum, nostram mallem, cum ante pacata tempora puellarum Catholicarum cum Gentilibus matrimonia jungerentur, ut ex Tertulliano non ambigue demonstraretur. Plures id genera emendationes, seu variantes e Mss. editisque Codicibus petitas studioso Lectori offero, quas delicatos etiam palatus minimè fastiditurus spero.

Conciliorum seriem per sua disposita spatia intercipiunt epistolæ & decreta Romanorum Pontificum pro Labbeano more; quibus affecendis has mihi leges præstitui. Vetustissimorum Pontificum epistolas in Collectione Veneta omissas omnes, ne spuriis quidem rejectis, [non tamen sine addita censura] affero. Minus remotæ ætatis Pontificum, præsertim a sæculo XI. & deinceps, nonnisi canonicas & historicas nonnullas; cæteras de piis aliquibus largitionibus privatarum Ecclesiarum, de jurium Monasteriorum confirmationibus, & id generis reliquas in legum classem referendas, minime duxi. Id tamen datum est illustri quibusdam, nunc primum e Mss. Codicibus vulgatis; præsertim ratus hic potius haberent Lectores, quam nullibi. Ab Innocentio III. & deinceps epistolas Pontificum Romanorum omittendas sibi Labbeus statuit; quamquam propositi sui haud memor, aliquas identidem refert. Ita pariter & mihi constitutum; nisi si qux fortè fuppetebant nondum editæ, & alioqui ita ferviebant argumento, ut citra piaculum non prætermitterentur. Harum fafciculum fuppeditavit insignis Bibliotheca Canonicorum S. Martini Lucensis, e quibus tamen vulgatas plures apud Raynaldum nactus sum; sed & nonnullæ lucem nondum aspexerunt; quin & ex vulgatis fi quæ minus integræ prodierunt, hic integræ afferuntur. Quæ de epistolis, hæc ajo de decretis Summorum Pontificum. Usque ad Pontifices seculi XII. omnia diligenter colligo, quamquam haud ita fedulum me exhibeo in sanctionibus a Gratiano allatis, quòd pronæ sint omnibus. Reliquorum Pontificum quas minus notas judicavi, nec facile alio quærendas, ex me habebunt Lectores curavi.

His omnibus attexo fecularium Principum Ecclesiasticas, seu pro Ecclesia Constitutiones: docuere Labbeum sequens, qui eamdem de illis rationem, ac de Conciliis habendam duxit. Et merito ille quidem; cum enim Conciliorum Collectio perinde sit ac Legum Ecclesiasticarum Codex, quxcumque in Ecclesiæ commodum sanciuntur a sæcularibus Principibus, & ab Ecclesia acceptantur, vim Ecclesiasticæ legis obtinent.

Hæc de Opere meo nosse Lectores eruditos volui, quos pariter persuasos esse arbitror, in eo digerendo eamdem in cæteris mihi methodum statuisse, quam Labbeus tenuit, ut ad singulorum Pontificum Romanorum chronologiam omnia referrem. Primo nomen Pontificis, exordium & finem sedis diligenter adnoto; tum epistolas & decreta ejusdem subdo; dein celebrata eo Sacerdotium summum administrante Concilia per annorum successiones ordinavi.

Superest nunc, aliqua tradam de Mss. codicibus, quos Operi huic adornando in consilium adhibui. Cathedralis Ecclesiæ S. Martini Lucensis Canonici Bibliothecam fervant, non quidem amplam, sed codicum Mss. copia, pro modicitate suâ refertissimam; numerat enim ad 400. quorum aliquos veluti ex avito patrimonio possident; alios ex legato Felini Sandei Canonicæ ætate suâ inciti, & scriptorum gloriâ clari, qui licèt Ferrariæ nati, Lucensem tamen ori-

originem referebat, & Lucenſis Epiſcopatus inſulas obtinuit ab anno 1499. uſque ad annum 1503. Bibliothecæ hujus aditus mihi patuit facultate permiſſa a R.mis Canonicis, quorum ſummæ in me humanitati, ſicut in promovenda ſtudia Eccleſiaſtica propenſioni ego quidem gratias habeo maximas, eaſque impenſe cumulabunt Eruditi omnes, quotquot Opus hoc meum eſſe aliquid ducent. Hos ergo Codices dum excutio, obtulit ſe mihi unus veruſtate cæteris præſtans, P. Mabillonio olim viſus, probatus, commendatus in Itinerario ſuo Italico pag. 186. to. I. part. 1. In eo poſt Vitas Romanorum Pontificum, alibi a me laudatas, ſuccedit collectio canonum Apoſtolicorum, non quidem omnium, ſed 50. priorum, quorum fuit apud Latinos uſus antiquior. Secundum hos canones, & ab illis diſcretus ſuccedit codex, ſeu collectio quædam Latina compacta ex Canonibus Græcorum veterum Africanorumque Conciliorum cum intermiſtis quibuſdam veterum Pontificum epiſtolis, inter quas nulla legitur ex ſuppoſititiis, operâ Iſidori Mercatoris ſeu conficti, ſeu vulgati. Præcedit totum collectionem brevis quædam præfatio metrica. Primum concilium eſt Nicænum ex antiqua interpretatione, quæ Iſidori Mercatoris vulgò dicitur. Nulla in his niſi leviuſcula quædam variantia ab editis occurrunt, niſi quod canon XIX. hîc in duos partitur; nam ab illo: *Similiter autem &c.* quæ poſtrema portio eſt canonis XIX. in editis, incipit hîc canon XX. qui ſanè canon prorogatur in eodem Codice hîc verbis adjectis poſt illud: *non conſecrata deputentur*, *Reputentur* meliùs legit codex noſter) *ſpiritu Eccleſiaſtici prout diverſorum legum reverentia poſcebat, decernentes; ſed & de obſervatione Paſchæ antiquum canonem, per quem nulla de religione varietas Eccleſiæ tradidiſſent; omnibus rite diſpoſitis, Eccleſiarum pax & fides in Orientis atque Occidentis partibus una eademque ſervata eſt. Hæc de Eccleſiaſtica hiſtoria neceſſario credimus inferenda.* Dein ſuccedit canon in editis XX. hîc XXI. *Quoniam ſanè &c.* Sequitur poſt hæc ſeries Græcorum Conciliorum eo ordine, quo in Latinis vetuſtiſſimis Collectionibus. Horum verſio varia eſt; nam aliorum reſpondet antiquæ interpretationi Dionyſii Exigui; aliorum ipſa eſt, quæ in Collectione Iſidori comparet; aliorum verò plane ab his diſcrepat; eaſque poſtremas, utpote antiquas, & nondum editas in meam hanc Collectionem adſcivi. Horum omnium Conciliorum poſtremum eſt Chalcedonenſe Oecumenicum. Epiſtolæ verò illæ Romanorum Pontificum ibidem inſertæ ſunt, Innocentii, Zozimi, Bonifacii, Cœleſtini & Damaſi, e quibus nullæ in editis deſunt; ſed eximia quædam variantia offerunt ſuo loco exhibenda. Eſt etiam decretum quoddam Cœleſtini, ſicut & Damaſi nonnulla ex hoc Codice nunc primo promenda. Claudit opuſculum totum Geleſii decretum de libris apocryphis cum præfatione niſpiam excuſa. Quid ſit in hoc decreto ſingulare, ſuo tandem loco expromam. Cui poteſtiſſimum Auctori Collectionem iſtam tribuerem, diu mulrumque anxius inveſtigavi, nec veriſimile quidquam occurrit. Præfatio adſtricta metro nihil habet ſimile in veteſtiſſimis Collectionibus. Diviſſem Codicem antiquum Canonum Eccleſiæ univerſæ, qui ſane a Nicæna canonibus incipit, & cum Chalcedonenſibus deſinit; ſed obſtant tum epiſtolæ Pontificum interjectæ, tum quod Codex illæ canones variorum Conciliorum unâ continuatâ numerorum ſerie profert; viciſſim autem in Collectione noſtrâ ſingula Concilia ſuam referunt ſeriem ab aliis diſtinctam. Eſt etiam plane alius, & ab hoc diverſus, Codex Canonum Eccleſiæ Africanæ, ut conferenti patet. Neque etiam Collectio illa canonum Adriani I. Pontificis quidquam refert, quod cum noſtra hac communem auctorem vindicare poſſit. Singularem igitur dixeris, & plane antiquiorem Iſidoro Mercatore, cum, ut ſuperius innui, nullam præferat ex Epiſtolis ſpuriis ab eodem Iſidoro, ut vulgo creditur, confictis. Quamquam vero apocryphorum nihil quoad epiſtolas illas continet, habet tamen nonnulla ex antiquis ſcriptis ſuppoſititiis, ut Concilii Sinueſſani a dia, Concilium aliud ſub Sixto Papa I. celebratum, de quo dubia fides eſt; & alterum ſub Liberio, quod nondum typis vulgatum, a me illud expectare eruditos volo.

Poſt Collectionem iſtam plane egregiam, ſequitur in eodem Codice alia, amplior quidem quoad canonum numerum, ſed canonum eorumdem epitomen, tantummodo exhibens; cum epitome pariter epiſtolarum quarundam Romanorum Pontificum uſque ad S. Leonem III. In uſum Eccleſiarum Hiſpaniarum ceſſiſſe illam, vel ſaltem defumptam eſſe ex Collectionibus quibuſdam Hiſpanicis conſtat, quod identidem titulus iſte Canonibus præfixus legatur: *Ex libro Conſtantenſe*; tum alibi: *Ex libro Gabonenſe*, de quo poſtremo titulo in Præfatione ad Con-

Concilium Eliberitanum conjecturas meas profero. Collectio hæc in capita XLIII. ſuis diſtincta numeris diſtribuitur. Singula capita ſua habent Concilia, & in Conciliis ſinguli canones per numeros digeruntur. Epiſtolæ Romanorum Pontificum ſingulæ adnumeratæ ſunt ab una uſque ad XXXII. Earum vero Epiſtolarum epitome datur veluti per canones diſtincta. Ita exempli gratiâ Epiſtola Siricii Papæ canones refert XIV. &c. Synopſis Conciliorum incipit a Collectione Martini Bracarenſis ſub hoc titulo: *Excerpta Conciliorum a S. Domino Martino Epiſcopo*, qui tamen Martini canones per ſynopſim, ut ceteri, exhibentur. Hos excipit ſeries quædam canonum ex variis Conciliis indifcriminatim, Conciliorum nomine ſuppreſſo, contexta, ut ex Sardicenſi, Antiocheno Ancirano &c. Sunt canones XCII. præfixumque habent titulum: *De libro Conſtantenſe. Ex Concilio Niceno, vel aliis Conciliis*. Hæc demum ſerie abſolutâ, incipit ſub alio titulo: *De Epiſtola Innocentii Papæ ex Concilio Nicæno*. Quam ſynopſim non ex Epiſtolis Innocentii papæ protuli. Poſt hæc incipit nova ſeries Conciliorum, quorum caput eſt Arelatenſe, num. Neocæſarienſe, dein Gangrenſe, Laodicenum Phrygiæ, Conſtantinopolitanum œcumenicum, Epheſinum, Calchedonenſe, Antiochenum, Valentinum, Regienſe ſub *die XIV. cal. Decembris Theodoſio Auguſto XVII. Arandicanum*, *Vaſenſe*, *Aurelianenſe*, *Arelatenſe*, *Carthaginenſe Africæ Honorio XII. & Theodoſio VIII. Conſ. Carthaginenſe Africæ ſub iiſdem Auguſtorum ſub Conſulatu Cereni*, de quo ego in Collectione; Concilium *Agatenſe*, *Relatenſe* (ſic), *Terraconenſe*, *Hiſpalenſe*, *Toletanum*, *Arvernenſe*, *Vellenſe* &c. (Valentinum) *Carthaginis Hiſpaniæ*. Poſt hæc novus alius titulus legitur: *Ex libro Gabonenſe*; tum *Ex Concilio Liberitano*, ſuccedantque Eliberitani canones, quos ego, utpote ſinguläre aliquid præferentes, in Collectione dedi. Excipiunt hæc canones cum titulo: *Ex Concilio Bracarenſe*, dein *Ex Concilio Toletano*, *Caſaraugaſtano*, *Arvenſis Galliæ*, *ex Caſaraugaſtano*, (alio) *ex ſynodo Tarraſonenſi X. cal. Octobris*, *ex Narbonenſi*, *ex Lateranenſi*, de quo in Collectione, *ex Urbicis ſub Elaro* (Hilaro) *papa*. Secundum hæc Epiſtolarum Romanorum ſub nova numerorum ſerie ſynopſis incipit. Harum prima ſtatuitur Epiſtola Clementis ad Jacobum, ex qua ſanctiones nonnullæ dantur; ſuccedunt canones ex alia Clementis epiſtola. Pone ſequuntur *Siricii papæ ad Everinum* (ſic); ex *Epiſtolis Innocentii papæ I.* ſex; ex Zoſimi genimæ, ex Bonifacii unica; item & Cœleſtini gemina; Felicis unica; Vigilii, Felicis [nempe IV.]; item *Siricii ad Eumerium*. Eadem eſt epiſtola cum priori, quæ ſtatim poſt Clementinas ſuperius indicata eſt, fed canonum ſynopſis alia. *Ex Epiſtola Leonis papæ* (III.) *ad Altonium*. *Ex epiſtola Hieronymi ad Patruelium Epiſcopum de gradibus Clericorum*. His ita completis, tum novo ſcripturæ genere ſub titulo diverſo, fed cum aliis eadem numerorum ſerie conjuncto legitur: *Ex Concilio Toletano Era LXVII.* habenturque Canones VI. qui canonibus 67. 68. 69. 70. 71. 72. Concilii Toletani IV. anno 633. habiti reſpondent, cum varianribus nonnullis leviorisi momenti. In fine pagellæ, & totius collectionis alia manu, fed ejuſdem antiquitatis, ſub titulo: *Synodo Arelatenſi Era XX.* canones II. ſubduntur, quos ego in meum opus tranſtuli. Ita claudituf ſynopſis ſeculo IX. haud antiquior, ſed nec multo eo ſæculo recentior, ut characterum, quo totus codex exaratus eſt, forma demonſtrat. Ex hac vero plura in rem meam adduxi; nam præterquamquod Epiſtola illa Felicis IV. nova eſt, & de hæreſibus ætatis illius nos erudit; inter canones Concilii Eliberitani unus quidam ibi occurrit, in vulgatis nondum lectus; alter eſt pariter Valentino Concilio canon additus. Nova eſt ſynodus Lateranſis, de qua in Collectione. Suum pariter eſt pretium canonibus Nicænis ex Epiſtola Innocentii I. expreſſis; ſuum & aliis permultis, quæ ſingula in Collectione dará occaſione expendo. Geminis hiſce collectionibus, ex quibus commoda multa rei conciliari obveniunt, dolendum eſt eodem adeo Scriptorem obtigiſſe, ut præter ſoloecifmos, quibus fœde illas inquinavit, ſæpe aliqua omiſerit plane neceſſaria, alia in ſenſum plane diverſum a mente Concilii expreſſerit. Sed hæc toleranda utcumque eſſent præ illo, quo ſæpe in priori Collectione auctor, ſeu ſcriptor peccavit. Exſcribenda ſibi forte propoſuit folia palantia & incondita, hinc unò abſoluto folio, alterum prout ſors offerebat, deſcribendum in Codice ſuo aſſumebat; atque ita res plane diverſæ unâ continuatâ ſerie junctæ ſunt & copulatæ; fadem inde, quamquam non ſemper, ut unius Pontificis Epiſtola incepta, alluto dein alterius epiſtolæ, & forte auctoris fragmento abſolvatur. Titulum Antiochenorum canonum proponit, ſubditque ſtatim Concilium Sinueſſanum, tum alterum Romanum

manum ſub Sixto I. pontifice, ac tandem ad Antiochenos canones abſque novo titulo redit, quos ad finem uſque proſequitur. Hæc vero interdum acciderunt Scriptori prioris collectionis, humanum vero ſecundæ, quamquam & ipſe ſolerciſſimis horret.

Codici huic vetuſtate ſuâ præſtantiſſimo ſuccedit alter ſeculi, ut opinor, XI. vel fortè anteriòris, in quo Concilia Silveſtri, Sixti, Hilarii, Gregorii II. Zachariæ I. pontificum Romanorum cum Africanis nonnullis, adjectis pariter eorum Pontificum, non tamen Gregorii & Zachariæ, epiſtolis. Juvit Codex iſte oblatis variantibus non ſpernendis, tum & in ſubſcriptionibus Epiſcoporum Concilii ſub Zacharia multa ex eo reſtituta ſunt, in editis manca & vitiata. Dedit & canones pœnitentiales, quos ego in Collectione hac mea Gregorio II. ambigens tamen, adſcribo; tum & Epiſtolam canonicam pro Clericis recens initiatis, quam refero.

Tertius Codex Burchardianam Collectionem cum appendice variorum Conciliorum offert ſcriptam ſeculo XII. Inde in mea volumina derivantur decreta quædam inedita Nicolai papæ I. Zachariæ papæ integra epiſtola ad Petrum Ticinenſem; epiſtola alia Pontificis cujuſdam Romani, quem ego Alexandrum II. dixerim; canon Concilii Toletani; additamenta ad Concilium Placentinum ſub Urbano II. papa, & alia permulta.

Antiquos hoſce excipiunt recentiores octo vel decem, in quibus nactus ſum Innocentii IV. Romani pontificis conſtitutiones integras, quas probandas Concilio Lugdunenſi I. œcumenico dedit. Quædam ad Concilium Conſtantienſe; alia ad Piſanum, in quo tertius Pontifex in ſchiſmate electus; alia ad Baſileenſe Concilium pertinentia. Literas pariter decretales nonnullas Romanorum pontificum Bonifacii VIII. Clementis V. Joannis XXII. Benedicti XI. Mitto variantes lectiones non ineptas.

Eſt mihi pariter codex Mſ. eximius Gratiani ferens in margine decreta quædam Romanorum pontificum. Collegi iſta ſedulo, ſicut & ſi quos interdum dedi canones a Gratiano acceptos; diligenter illos cum eo Codice, ejuſdem cum Gratiano ſeculi, contuli, variantéſque adnotavi.

Neque hic conſtiti in Mſs. Codicibus indagandis conſulendiſque. Audivi Eccleſiam Cathedralem Piſtorienſem quoſdam ſervare, quos mihi utiles futuros ſperabam. Eo me contuli, tentanſque humanitatem Reverendiſſimorum Canonicorum ejuſdem Eccleſiæ, expertus ſum illam in favorem ſtudiorum meorum paratiſſimam. Quare eorum beneficio codices illos inviſi, inter quos præſtare cenſui codicem membranaceum ſeculi XII. referentem Opus Canonicum, quod Pannormia appellatur, & Ivoni Carnotenſi tribuitur, quamquam ibi nec Ivonis nomen, nec Pannormiæ titulus legitur. Appendix eſt in eo Decretorum quorumdam ad marginem pagellæ, quæ latior eſt, deſcriptorum. Ex hoc ſolo nata epiſtola encyclica Nicolai papæ II. ad Amalphitanos, in qua canones Romani Concilii a ſe habiti Romæ, ab editis in nonnullis diſcrepantes; acta Concilii Lateranenſis I. œcumenici ſub Callixto II. quæ ut hic darem, licet in editis non deſunt, optima ratio ſuaſit; decreta itidem Romanorum pontificum Gregorii VII. Alexandri II. Eugenii II. aliorumque. Ibi pariter incidi in codicem Mſ. Iſidori Mercatoris ſeculi, ni fallor, IX. vel ad ſummum X. Commodus ille accidiſſet ad variantia; ſed temporis angustiæ, habendique excuſum Codicem Iſidori, quocum collationem inſtituerem, impotentia vetuit, ne eo theſauro ditarer. Deſcripſi de epiſtolam Deuſdedit papæ, quam, dum poſtea cum edita contuli, variantem lectionem alicujus momenti elicui, ſuo loco relatam, & expenſam. Denique ex eiſdem pluteis erutæ ſunt Conſtitutiones Eccleſiaſticæ Provinciales pro Etruria a Joanne Diacono Cardinali tit. S. Theodori A. S. L. anno 1327. latæ. Deſcribendas eas mihi curavit Illuſtriſſimus & Reverendiſſimus D. Joannes Jacobus Scarſantoni, Eccleſiæ Cathedralis ejuſdem Præpoſitus meritiſſimus, & Piſtorienſis Diœceſis Vicarius Generalis, in quo cum dignitate certat humanitas & ſcientia ſumma, ut editi ab eo libri teſtantur, & mihi impenſa benignitas ſingularis probat, cui ego viro publicas gratias hic referendas duxi.

Neque ejus tantummodo viri; quandoquidem huc excurri; ſunt mihi beneficia palam exponenda: ſed & aliorum virorum ampliſſimorum in hanc claſſem homina mihi referenda ſunt. Iſtorum capita ſtatuo Eminentiſſimum Joachimum Beſozi S. R. E. Cardinalem, cujus favori plus debeo, quam valeam dignas

dignas gratias referre. Ille me conſilio, favore, beneficiis, laudando, ſuadendo, regendo juvit. Faxit Deus, ut ambo vitam diutius prorogemus; ille ut beneficiorum ſuorum fructum hunc recipiat; ego ut beneficiis ab eo acceptis gratias, cum magnas non detur, ſaltem prolixas rependam. Suo dein ordine in feriem Patronorum meorum veniunt Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi Domini Joſephus Palma Archiepiſcopus Lucenſis, & Fridericus Alamanni Piſtorienſis Epiſcopus, qui intimos Archivorum ſuorum receſſus mihi panderunt, data facultate, ut ſi quid in rem meam nanciſcerer, id mihi deſcriberem. Tertios habeo Reverendiſſimos Henricum Boccella, & Martium Micheli Cathedralis Eccleſiæ Lucenſis Canonicos digniſſimos, quos ſtudiorum habuiſſe me adjutores libens gratuſque profiteor. Suas illi mihi in permoleſto deſcribendorum veterum Codicum labore manus præſtiterunt adjutrices, ſemper operi intenti, indefeſſi ſemper, nunquam humani & comes. Habeo etiam gratias immortales Domino Bernardino Baroni in antiquitate indaganda ſagaciſſimo, & optimorum ſtudiorum promotori ſolicito, cujus ſuaſu P. Magiſter Joſephus Bergantini ex Ordine Servorum Beatæ Mariæ Virginis miſit e veteri codice deſcriptum Venetum Provinciale Concilium, quo nomine utrique viro docto me plurimum obſtrictum profiteor.

Longus fuerim, ſi fautores meos ſingulos recenſendos ſuſceperim. Sufficiat eorum nomina commemoraſſe, qui non favorem tantummodo, ſed & operam contulerunt. Cæterorum memori in pectore condita teneo, ſuo tempore promenda. Vivant interim, valeantque Amici ſtudioſi. Vivas valeaſque & tu, Lector benevole, meoque hoc Opere, qualecumque ſit, fruere in tuam utilitatem, in Literarum, Sacrarum præſertim, commodum, quem laborum ſtudiorumque meorum unicum ſcopum mihi conſtitui.

NOS FRIDERICUS SARTESCHI

Congregation. Clericorum Regularium Matris Dei

RECTOR GENERALIS.

CUM opus inscriptum *Sanctorum Conciliorum, &c. Collectio nova &c.* a Patre Joanne Dominico Mansi Congregat. nostræ Sacerdote professo digestum duo ex nostris Theologis legerint, & imprimi posse censuerint; ideo, quantum in nobis est, ut typis committi possit facultatem concedimus.

Datum Romæ e nostro Collegio S. Mariæ in Porticu in Campitellio die 1. Junii 1747.

Loco ✠ Sigilli.

Alex. Berti Secret.

JUssu Illustrissimi, ac Reverendissimi Domini Josephi Palma Archiepiscopi Lucani, &c. vidi librum, cui titulus: *SS. Conciliorum, & Decretorum Collectio nova, seu Collectionis Conciliorum, &c. Supplementum*, Auctore P. Jo. Dominico Mansi Congregationis Matris Dei: omnia autem, quæ in eo continentur, cum Auctoris eximiæ eruditioni, & pietati, tum catholicæ Religioni sunt omnino consentanea, & ad rem conciliarem, & ecclesiasticam historiam amplificandam, & illustrandam mirum in modum conferunt: quare maxime digna esse judico, quæ ad publicam utilitatem edantur in lucem.

Jacobus Antonius Bacci in Seminario Lucensi Sac. Theologiæ Lector.

Imprimatur.

JOANNES IGNATIUS LIPPI VICARIUS GENERALIS.

HYERONIMUS SESTI ILLUSTRISS. MAGISTRAT. SUPER JURISD. PRÆPOSITUS.

SYLLABUS

EORUM QUÆ IN PRIMO CONCILIORUM TOMO CONTINENTUR.

Sæculo Christi			Anno Christi		
	ROMANI PONTIFICES		258.	DIONYSIUS PAPA,	*ibid.*
Anno	S. PETRUS,	col. 2.	269.	FELIX PAPA I.,	*ibid.*
	LINUS,	*ibid.*	274.	EUTYCHIANUS PAPA,	*ibid.*
	CLETUS,	*ibid.*	277.	Acta Disputationis Archelai Episcopi Mesopotamiæ cum Manete Manichæo.	*ibid.*
	CLEMENS,	*ibid.*		*Admonitio Collectoris.*	*ibid.*
	Fragmenta tria G. L. Ep.			*Laurentii Alexandri Zacagni in hæc Acta Præfatio.*	15. 16.
	II. Clementis ad Corinthios	1. 2. 3.		Acta integra disputationis,	26.
	Adnotatio critica & chronologica, in Constitutiones apostolicas	3. 4.		*Nota Zacagni in hæc Acta.*	26.
	ANACLETUS PAPA,	6.		Manichæi Epistola ad Marcellum, G. L. cum notis Zacagni.	31.
100.	EVARISTUS PAPA,	*ibid.*		Marcelli Epistola ad Manichæum G. L. cum notis Zacagni.	33.
	Ad Decreta Evaristi Papæ additio,	5. 6.		Diodori Epistola ad Archelaum Episcopum cum notis Zacagni.	82.
108.	ALEXANDER PAPA I.	8.		Archelai epistola ad Diodorum Presbyterum, cum notis Zacagni.	90.
Est differentia inter veritatem & consuetudinem: veritas enim rite quæsita invenitur, consuetudo autem, qualiscunque etiam assumatur, sive recta, sive vana, sine discrimine semetipsam firmat. Quibus enim quisque a pueris adsuescit, illis amat inhærere. Quod enim quis odit pro ea prudentia, quam ætas invexit, id verò ob longi temporis inolitam malorum consuetudinem facere cogitur, peccatum gravem nactus contubernalem.

IN CONSTITUTIONES APOSTOLICAS

Adnotatio critica & chronologica.

Constitutiones, quas vocant apostolicas, opus esse spurium, ab iis, quibus adscribuntur, apostolis; tum & ab ipsa apostolorum ætate penitus alienum, nemo Theologus modo ignorat vel diffitetur. Quibus vel silentibus vel dissimulantibus, res tamen ipsa per se loqueretur, cum operis illius auctor ineptus sit adeo interdum, ut ab apostolorum, quam affectat, gravitate se pebitus degenerem ostendat. Celebris est similitudo, qua Deo Patri, Filio, & Spiritui Sancto Episcopum, Presbyterum, & Diaconum comparat lib. 2. cap. 26. Nec minus ineptit cum lib. 6. cap. 20. vetera sacrificia ante idololatriam populi permissa tantummodo; & sponte offerenda, sed populo demum in crimen prolapso, ut sacrificiis numen agnosceret lege injunctum fuisse statuit. Privatam ultionem per se quidem justam agnoscit, quam ideo vetuit Deus, ait, eo quod tolerantiam ultione *præstantiorem* agnoverit lib. 6. cap. 23. Si scriptorem hunc audias Afrorum consuetudo de rebaptizandis hæreticis, Romanorum disciplina, quæ sacramentum illud a quocumque tandem collatum admittit, & suscipit, tanto præstantior est, quanto veritas errorem præcedit. Vide lib. 6. cap. 15. Ætatem etiam multo præ apostolica recentiorem prodit consuetudo illa templorum ritu Christianis peculiari excitatorum, cujus meminit auctor lib. 2. cap. 57. Templa enim a Christianis sæculo demum secundo primum erigi cœpisse mihi admodum probatur. Cum Episcopos ad varias orbis ecclesias destinatos recenset, eos commemorat, qui diu post Apostolos vixerunt. Vide lib. 7. cap. 47. Quin & scriptoris illius ætate ecclesia Christi totum per orbem diffusa, catholicæ nomen sibi merito vindicabat, quo illam elogio idem auctor non semel mactat. Id verò quàm immerito de ecclesia, qualis erat Apostolorum ætate, affirmaretur, nemo non intelligit. Ex his omnibus probatum arbitror lucubrationem hanc Apostolorum ætatem nec sapere, nec præferre.

At cujus demum ætatis opus illud judicaremus? Alii aliter sapiunt. Ego verò cum in libro 1. cap. 23. &c. adeo multis commendatam legerim episcopis erga resipiscentes Fideles benignitatem, & clementiam; cum B omnes cujuscumque tandem criminis reos, idololatria quidem excepta, ad pœnitentiam, & pacem, siquidem veniam poposcerint, admitti Scriptor ille mandet; id ego quidem contra Montanistas dictum suspicor, quorum hæresis sæculo labente secundo emersit. Ex quo confici posse censeo lucubrationem hanc sæculo tertio procudi facile potuisse. Sed & medio circiter sæculo illo tertio evoluto S. Dionysius Alexandrinus a Basilide episcopo consultus quota noctis hora jejunium solvi liceret sabbato antepaschali, respondit, se definire nihil ausurum, cum Romani ad galli cantum illud prorogare consueverint, alii citius solverint. Id profecto demonstrat ignoC ratas ab illo fuisse apostolicas constitutiones, cum in illis lib. 5. cap. 18. ad gallicinium prorogandum sabbati hujus jejunium edicatur. Cum tamen, ut supra monui, ætate illa vixerit auctor, quâ ecclesia totum late per orbem tandem promulgata, & dilatata erat; idque demum ætate Constantini obtinuerit: ideo Constantini ætate antiquiorem non existimaverim. Rursus autem sæculo quarto ineunte, anno, quantum arbitror, 309. concilium Eliberitanum celebratum est, cujus primus canon admitti vetat ad communionem illos, qui a fide ad idololatriam apostataverint, quantumcumque de crimine dein pœnituerint; idque demum reD pugnare videtur apostolicæ illi constitutioni, cujus supra mentio facta est: ex qua conjectura docemur constitutionem illam nondum anno illo innotuisse. Vicissim verò auctor de Filio Dei ita passim, & frequenter loquitur, quemadmodum Antenicæni Patres scribere consueverunt, & voce *omousion*, quamquam sæpe res & occasio postulaverit, numquam utitur, quo argumento probari posse arbitror Nicæni concilii celebrationem opus idem præcessisse. Quæ si conjecturæ admittantur, intra spatium illud, quod anno 309. & 325. concluditur, vulgatarum constitutionum sedes figenda est.

E Utcumque res habeat se se, utile est opus ad multa, & dogmatum nostrorum vetustati adstruendæ apprime necessarium.

Postremo dare hic juvat admonitionem quandam, quam prioribus canonibus Apostolorum & Constitutionibus apostolicis in epito-

men redactis subjunctam legi in MS. codice Bibliothecæ Canonicorum Ecclesiæ cathedralis Lucensis S. Martini, qui sane codex, quanquam non adeo vetustus est ac alter unde cætera suo loco exhibenda desumpsi, vetustatem tamen remotam vindicat, cum sæculo saltem XI. exaratum ipsa characterum figura demonstret. Ibi verò hæc offendi altera quidem sed vetusta manu descripta.

Monendi sunt tamen Lectores epistolam illam S. Hieronymi spuriam esse, de qua legendus operum S. Hieronymi Veronensis editionis curator Vallarsius Oper. S. Hieron. tom. XI. pag. 275.

Plura capitula ab Apostolis constituta, ut superius continetur, legimus; sed adhuc ea minime reperire potuimus, & ideo non inseruimus, fidelibus investigatoribus hæc inserenda conservantes committimus.

De canonibus Apostolorum, quod non sint A *respuendi, ut quidam garriunt, sed omni veneratione habendi, sicut hæc beati Hieronymi presbyteri & aliorum multorum SS. Patrum scriptura testatur.*

BEATISSIMO PAPÆ DAMASO HIERONYMUS.

Gloriam sanctitatis vestræ nostra humilitas deprecatur, ut secundùm Apostolicæ sedis, quam cognovimus gubernari per tuam sanctitatem, authoritatem, gestorum a B. Petri Apostoli principatu usque ad vestra tempora, quæ gesta sunt in sede tua, nobis per ordinem paucis enarrare digneris, B quatenus nostra humilitas semper cognoscat quis meruerit de successoribus Apostolorum supradictæ sanctæ sedis merito coronari, & quos canones Apostolorum excessisse cognoscitur. Ora pro nobis beatissime Papa. Data V. Kal. Maii, accepta Romæ.

ANACLETUS PAPA.

EVARISTUS PAPA.

Sedere cœpit circa annum 100. desiit circa annum 108.

Anno 100.

AD DECRETA EVARISTI PAPÆ ADDITIO.

Ex Decretis Evaristi Cap. 5.

Ex veter. pœnitentiali apud Canis. vet. lect. to. II. p. II. pag. 130. edit. Basnag.

Ut presbyteri de occultis peccatis jussione Episcopi pœnitentes reconcilient, & sicut supra scripsimus infirmantes absolvant, & communicent.

ALEXANDER PAPA I.

Cœpit anno circiter 108. Desiit anno circiter 116.

SIXTUS PAPA I.

Sedit ab anno circiter 116. Desiit anno circiter 128.

TELESPHORUS PAPA.

Cœpit anno circiter 128. Desiit anno 137.

HYGINUS PAPA.

Cœpit anno 137. Desiit anno 142.

PIUS PAPA I.

Cœpit anno circiter 142. Desiit anno circiter 157.

Anno 153.

AD DECRETA PII PAPÆ I. ADDITIO.

In veteri libro Pœnitentiali, qui ex scrinio S. Romanæ Eccl. assumptus fertur, vulgato a Canisio Veter. Lect. tom. II. par. II. pag. 130. edit. Basnag. ex decretis Pii cap. X. hoc recitatur.

Pœnitentes non debent communicare ante consummationem pœnitentiæ. Quod pœnitentes a conviviis, & ornamentis, atque alba veste abstinere debeant, & discordes ab ecclesia pellantur, donec ad pacem redeant.

ANICETUS PAPA.

Capit anno circiter 157. Desiit anno 161. circiter.

SOTER PAPA.

Capit anno 161. circiter. Desiit vero anno circiter 170.

ELEUTHERIUS PAPA.

Sedit ab anno 170. usque ad annum 185.

VICTOR PAPA I.

Ab anno 185. ad 197.

Anno 198.

SYNODUS INCERTI LOCI IN GRÆCIA ad conferendum

Archiepiscopo Seleuciensi jus patriarchicum per totam Assyriam, Mediam & Persidem.

Circa exitum seculi a Christo nato secundi, ut fertur, celebrata.

EPISTOLA SYNODICA PATRIARCHARUM OCCIDENTALIUM, quæ ad Orientales missa est.

Assemani Bibliot. Orient. to. III. par. I. pag. 14.

FRatribus & membris nostris Christianis, C qui in oriente sunt fratres vestri in Christo, caritas perfecta, qui perfecutionem patiuntur: in Jesu salvatore nostro pax iis multiplicetur. Nos erì indigni, sumus tamen patres vestri, qui nobis filii estis, & patrum fratres qui vobis præsunt. Volumus ergo, solvere debitum, quod tanquam patres vobis debemus: bonas fcilicet conditiones vobis fratribus, filiisque nostris in Christo fancire: hæc præfertim tempestate, qua propter utriusque Imperii discordiam perfecutio in nos commota est. Nos itaque pastores, perfectionem quam patimur admoniti, verbum scripturæ recolimus dicentis: tribulationi nullum fore modum, præterim nostræ, qui Christiani sumus: adeout uno tempore dutrum patrum sanguis innocenter effusus fuit: quæ res universam terram commovit, & communi eoque amaro luctu ecclesiam Dei in occidente, atque in oriente implevit. Postquam verò illi duo patres, alter ex occidente, & ex oriente alter perierunt (ambo enim ad fores ecclesiæ Apostolorum urbis Antiochiæ fuspensi fuere) placuit fratribus nostris, atque nobis, ne videlicet fratres nostri Christiani qui orientem incolunt, orphani remanerent, ut quandocunque magnus Metropolita, qui Seleuciæ in urbe regia Arsacidarum in magna ecclesia Cochensi totius orientis principatum tenet, discederit, nullus Metropolita Antiochiam ascendat ad suscipiendum juxta priscum morem ordinationem, ne ob regum inter se discordias & odia innocens pontificum sanguis in posterum effundatur, quemadmodum nostra hac ætate contigit: vidimus enim spectaculum luctuosum, atque terribile, duos nempe Patres è totidem crucibus nudos pendere, propterea que perfecutionis tempestatem in oriente, juxta ac in occidente fuisse excitatam. Idcirco decrevimus faculatem concedere, per quam ab effusione humani sanguinis deinceps immunes fervenrur. Quemadmodum verò olim Spiritus sufficiens & Apostolorum sorte illi conceffum est, ut universæ ecclesiæ Dei quæ illic est magnus Metropolita foret, finisliter illi tradita est potestas, & auctoritas super omnes mundi Metropolitas. Quamobrem eius thronos quatuor orbis Patriarchas subsequitur, renentes quatuor thronos juxta evangelistarum numerum, Matthæi videlicet, Marci, Lucæ, & Joannis. Dataque itaque illi facultas, ut episcopos ipse instituat rotius orientis, & ultra, Assyriæ nimirum, Mediæ, atque Persidis, & gubernationem Christianorum obtineat: universus insuper sacerdotum ordo ab impositione manus illius procedat. Decedente autem hoc magno Metropolita, eius successor ab Antiochena Patriarcha constituatur: quia Spiritus Paracletus non permittit ut filii patrem sibi per impositionem suarum manuum generent: sed neque in faeculatibus potestatibus majores a minoribus creantur. Idque ab antiquis patribus nostris definitum fuit, juxta illud: minorem a majori benedici oportere, ficut Abraham gentium pater benedictionem accepit a Rege Salem Melchisedeco, sacerdote veritatis, & rege justitiæ, cui Christus fedimas Patriarchalis dignitatis charisma sanctæ fedi magni Metropolitæ, que est in magna ecclesia Cochensi Seleuciæ, regiæ Arsacidarum civitatis in oriente. Hic porrò conſenſus, & hoc ſpirituale donum, nempe Patriarchicæ dignitas cuſtodiatur apud reſtauratores, qui deinceps in illa ſede collocabuntur, uſque ad diem reveſationis Chriſti: noſque perpetua conſenſione eiſdem aſſentimur in omnibus, quæ ab ipſis in Patriarchica gubernatione ſunt. Incipimus enim, ut throni illius reſtores, quorum ſanguis vivi & vivifici ſanguinis Chriſti Domini participes factus eſt, quique conſortes fuit paſſionis & reſurrectionis ejuſdem deſideraverunt, ab eodem Chriſto cuſtodiantur, & liberentur ab omnibus, qui tribulant eos, eorumque judicium ſuſtinentes, judicatur, & forti brachio ſuſtententur, Sanctique Spiritus virtute muniantur, ne coram hoſtibus ſuis cadant. Ita quæſumus Domine cuſtodi famulus tuus Patriarchis gratiam illam patriarchatus tui, eoſque in ea tuere, noſtramque cum illis in hoc negotio conſenſionem conſerva, ſicut ſervus fidelis, quod cum Abraham, Iſaac, & Jacob, & cum univerſa ſancta Eccleſia tua peregiſti. Etiam. Amen. A te Domine perfecti ſi, & complementum ſit in fecula. Hic itaque magnus Metropolita, qui Patriarchicam dignitatem ſuper orientem accepit, potestatem ſimul habeat creandi Metropolitas ubicumque ipſi libuerit, quotque noverit eſſe neceſſarios: eos verò ab illo inſtitui oportebit ſecundum eccleſiaſticum morem per ſuffragium, conſenſumque ductorum cum ipſo perfectium, ut numerus terrenarius non minuatur: ponaturque evangeliorum codex ſuper caput eius, & lectio Petri recitetur, quando exiit, terræque potestatem accepit. Quumque ordinatus fuerit, manum ſuam Patriarcha ſuper caput eius imponat, & orationem recitet. Per hanc enim modum ab ipſo ordinentur, & per manus eius impoſitionem perficiantur omnes, qui Metropolitanæ dignitatis gratiam ſuſcepturi ſunt. Patriarcha autem definito congregentur Metropolitæ, & Epiſcopi, ut per tempus licuerit, & Patriarcha a nobis per manus ipſorum conſiſtantur per virtutem Spiritus Paracliti, & per ſuffragium noſtrum perficiatur ipſe Patriarcha gratia, & dono Spiritus Sancti: ſciantque ipſum exinde fore ſpiritualem patrem eorum in eccleſia per Spiritum Paracletum. Hæc porrò noſtris literis ſignificandum civitatis in oriente. Hic porrò conſenſus, & hoc ſpirituale donum, nempe Patriarchicæ dignitas cuſtodiatur apud reſtauratores, qui deinceps in illa ſede collocabuntur, uſque ad diem reveſationis Chriſti: noſque perpetua conſenſione eiſdem aſſentimur in omnibus, quæ ab ipſis in Patriarchica gubernatione ſunt. Incipimus enim, ut throni illius reſtores, quorum ſanguis vivi & vivifici ſanguinis Chriſti Domini participes factus eſt, quique conſortes fuit paſſionis & reſurrectionis ejuſdem deſideraverunt, ab eodem Chriſto cuſtodiantur, & liberentur ab omnibus, qui tribulant eos, eorumque judicium ſuſtinentes, judicatur, & forti brachio ſuſtententur, Sanctique Spiritus virtute muniantur, ne coram hoſtibus ſuis cadant. Ita quæſumus Domine cuſtodi famulus tuus Patriarchis gratiam illam patriarchatus tui, eoſque in ea tuere, noſtramque cum illis in hoc negotio conſenſionem conſerva, ſicut ſervus fidelis, quod cum Abraham, Iſaac, & Jacob, & cum univerſa ſancta Eccleſia tua peregiſti. Etiam. Amen. A te Domine perfecti ſi, & complementum ſit in fecula. Hic itaque magnus Metropolita, qui Patriarchicam dignitatem ſuper orientem accepit, potestatem ſimul habeat creandi Metropolitas ubicumque ipſi libuerit, quotque noverit eſſe neceſſarios: eos verò ab illo inſtitui oportebit ſecundum eccleſiaſticum morem per ſuffragium, conſenſumque ductorum cum ipſo perfectium, ut numerus terrenarius non minuatur: ponaturque evangeliorum codex ſuper caput eius, & lectio Petri recitetur, quando exiit, terræque potestatem accepit. Quumque ordinatus fuerit, manum ſuam Patriarcha ſuper caput eius imponat, & orationem recitet. Per hanc enim modum ab ipſo ordinentur, & per manus eius impoſitionem perficiantur omnes, qui Metropolitanæ dignitatis gratiam ſuſcepturi ſunt. Patriarcha autem definito congregentur Metropolitæ, & Epiſcopi, ut per tempus licuerit, & Patriarcha a nobis per manus ipſorum conſiſtantur per virtutem Spiritus Paracliti, & per ſuffragium noſtrum perficiatur ipſe Patriarcha gratia, & dono Spiritus Sancti: ſciantque ipſum exinde fore ſpiritualem patrem eorum in eccleſia per Spiritum Paracletum. Hæc porrò noſtris literis ſignificandum

vimus, ut hoc modo hoc negotium peragatur. Omnes verò eccleſiaſticæ dignitates infra ipſum ſunto, quorum ipſe eſt omnium pater, & ab eo generantur: Epiſcopi autem, qui a Metropolitis ſuæ provinciarum inſtituuntur, locum epiſcoporum tam mundo tenent, & orationem faciant in medio fratrum ſuorum; non ramen illis licear accedere ad facerootum ordinationem, & ad epiſcopale opus, donec ad patrem poſtulatum, qui eſt Patriarcha, accedant, & ab eo perficiantur per conceſſionem, & opitſolam ab ipſo acceptam. Quemadmodum verò ipſe pater poteſtatum Patriarcha jus habet ad ordinationem Metropolitarum, & Epiſcoporum, & ad perfectionem Epiſcoporum; ſimiliter jus habet ad ſententias judiciales, & abſolutiones, atque abrogationes, & reſtaurationes: quandoquidem illi hæc credita ſunt, & circa ea poteſtatem, auctoritatemque habet. Quicunque autem illo inferiores ſunt, nullum in ea poteſtatem habent fecundum div num mandatum. Quod ſi aliquam adverſus eum cauſam quiſpiam habeat, aut quidquam ab illo reputare oporteat, Patriarchæ judicium Patriarchis referverur, & ab illis ejus cauſa, non ab eius diſcipulis cognoſcatur: quia neque eccleſiaſtice leges hæc permittunt. neque leges naturæ. Quod ſi contigerit aliquando Impetium (*Perſarum*) nobiſcum habere pacem, ipſum Imperium (*ubi ipſe Perſarum rex*) judicium indicat, & de regis mandato Patriarchæ cauſa decidatur diſcipuli autem ejus nullam in eo poteſtatem in verbo Dei habeant, ne qui membra ſint, ne pacem ſunt magiſtris conſequentur, neve dicere audeant ſe judices illius eſſe. Hæc ſtatuta a nobis, & per manus noſtri vobis, fratres, decreta ſunt. Deſcribite illa vobis in tabulis cordis veſtri. Eorum memoria ſine oblivione apud vos ſerverur. Univerſi quæ apud nos eſt ecclesia Dei Dominum ſalutat.

Hæc autem epiſtola a Patriarche occidentis miſſa fuit per Agapetum epiſcopum Babylonis Lapetæ, qua eſt ſedes Elam. Quam ab eodem Patriarcha ordinatus, & confirmatus fuit Metropolita in terra, & in eccleſia orientis, honorumque conſequutus eſt, ut primus ubi electionem Patriarchæ ſuſcipiunt ferat. Epiſtema hæc verba addit Ebed-ejus Sobiensis epiſcopus, unde epiſtola hæc deſumpta eſt.

CENSURA ASSEMANI IN HANC EPISTOLAM.

SUppoſitionis vitio hanc epiſtolam laborare, vel id unum evincit, quod dicitur de Primate Seleucie loc. cit. *Ejus thronus quatuor orbis Patriarchas ſubſequitur, tenentes quatuor thronos: nam titulus Patriarcha, & numerus quatuor Patriarcharum deſumptus eſt ex canone Arabico Nicæno, ut & ſequentia eiuſdem epiſtolæ verba: Hic itaque magnus Metropolita, qui Patriarchicam dignitatem ſuper orientem orientem accepit, poteſtatem ſimul habeat creandi Metropolitas ubicumque ipſi libuerit, quotque noverit eſſe neceſſarios: quæ nullo apice mutato in citato canone Arabico Nicæno leguntur.* Hinc aliaque argumenta, quæ hic brevitatis cauſa miſſa facio, faudere nobi videntur, hanc epiſtolam, ex canonibus Nicæni, quot Arabicos vulgo appellamus, promanaſſe. *Quum enim in iis dignitati, Primatuique Seleucienſi eccleſiæ quadam ſtatuta reperiantur, ex latino Nicolaini arripuerunt,* (ut refert adverſit Renaudotius tom. 1. Lit. Orient. pag. 369.) *atque ex Arabico exemplari catholicorum ſuorum ad Nicæna tempora (imo longe ante) promoverunt: qui tunc temporis non conſtitit penes quem ſedis Seleuciæ primitus vires fuiſſet, ſed apud ignaros eccleſiaſticarum originum, quales tunc erant orientales Chriſtiani, facrefla non erunt: Hinc primo affectio ea ſedis, & inconditis narrationibus fabulam ſimplicium eſt, ut eccleſia Seleuciana Telmiſenſis Apollinica ſucceſſori conjungeretur, & ab* Antiocheni throni juriſdictione exempta pari tum illis auctoritatis, dignitatisque prærogativa, Patriarchali fedilicet, cumularetur.

Futor, a primis ecclesiæ ætatibus Seleucienſem Præſulem in orient., hoc eſt, in Aſſyria, & Babylonia Primatum, ſub Antiochena tamen Patriar-

SÆCULO CHRISTI 3.

trinarcha, tenuisse; at liquet ex actis synodi Martyrum orientalium, & ex Sozomeni historia ecclesiastica, in qua S. Simeon *Archiepiscopus* dicitur appellatur. Id enim *Archiepiscopi* titulus per ea tempora significabat, quod postea Catholici & Patriarcha nomen a Seleucienſibus episcopis ufurparunt. At neque Syrorum, neque Græcorum, Latinorumque scriptor ullus antiquus literis confignavit Patriarchilem dignitatem Seleucienſi epiſcopo a reliquis Patriarchis concessam, aut hunc a pariebete Antiocheno Antistitis abſolutum. Hoc purum putum eſt Nestorianorum commentum, qui quum ab ecclesia catholica & a Patriarcha Antiocheni obedientia defecissent, privilegium illud excogitarunt, quo defectionem ſuam cohonestarent. A Nestorianis decepti Jacobitæ eadem de eo privilegio tradunt. Hinc Barhebræus quum orientales digeſſet ab epiſcopo Antiocheno prioribus obnoxiis, *ut quum eorum caput* (ideſt Metropolita Seleucienſis) *obiiſſet, iſtì manum eiuſdem imponerent, ne pergendi ampliùs Antiochenum ſyrum haberet*, ſubiungit de Antiochenæ Dioeceſeos epiſcopis loquens; *de ſuffraciis quidem hoc in re ſcripſere, neque magnopere illi orientis metropolita, Catholicos, & Patriarcha nomine decoruerunt*. E re ſcilicet Jacobitarum erat, fabulam illam a Nestorianis confictam tamquam Delphicum oracuſum ampleſti, quòd ſuos ipſi quoque Antiochenos haberent, quos veluti legitimos Seleucienſium epiſcoporum ſucceſſores iactant; & Barhebræus ipſe, eſſe illis in rebus diligens fabularum conſutor eſſe ſolet, in hac tamen narratione a qua tota ſua dignitas pendebat (fuit enim Maphorianus) ſcrupulum nullum movit.

SÆCULO CHRISTI 3.

Sed quis hunc epiſcopum excogitavit? & recte conficio, Joſephum fuiſſe Nestorianorum Patriarcha, qui ſub Chosroë, Perſarum rege, anno Chriſti 512. electus, tribus poſt annis dignitate motus, obiit anno 566. ut ex Amro, & Barhebræo dixi tom. 1. pag. 413. Hic enim, eadem Barhebræo teſte, poſtquam depoſitus fuit, epiſtolas novaſſalet temporibus Papæ, qui eandem depoſitionis ſententiam ab epiſcopis acceperat, ſcriptas confinſit, inter quas & illam fuiſſe, de qua hic ſermonem inſtituimus, haud improbabilis eſt conjectura. *Extant epiſtolæ conſolatoriæ* (inquit Barhebræus de damnatione Papæ tom. cit. pag. 348.) *a S. Jacobo Niſibeno & a S. Ephræmo hanc Papam confirmata ab decreta ejus impedimentum, quibus epiſcopos revocabant, quod in ipſum temerario ſuſu inſurrexiſſent. Nonnulli vero exiſtimarunt, Joſephum Catholicum, quum ab epiſcopis damnatus eſſet, eas epiſtolas compoſuiſſe.*

ZEPHYRINUS PAPA.

Sedit ab anno 197. uſque ad annum 217.

CALLISTUS PAPA I.

Sedit ab anno 217. uſque ad 222.

AD CALLISTI I. PAPÆ DECRETA ADDITIO.

Auxiliar, ſæculi X. ſcriptor, in apologia pro ordinationibus Formoſi, qua Inſenſor, & Defenſor inferioribus, legenda in veteribus Analectis Mabillonii pag. 50. edit. in fol. cap. XXXI. hoc decretum Calliſti recitat.

CRiminationes, conſpirationes, ſuſurrationes contra Doctorem, vel qui locum ſuperioris tenet, nemo ſuſcipiat; quia non oporteat filios Patres reprehendere. nec ſervos Dominos lacerare. Non enim bene vivunt qui ſuperiores detrahunt, vel reprehendunt. Magiſtri enim portrandi ſunt, non reprehendendi, niſi in recta fide aberraverint. Nullus Doctor per ſcripturam accuſetur, nec cuiquam accuſatori reſponde at. Qui ducit vitam reprehenſibilem, quoniam indignum eſt ut doctor indocto, ovi Paſtor. reſpondeat. Iſte ſicut laicus non eſt, qui legitimè convictus, in accuſatione reprehenſus, ſic nec Sacerdos ſine crimine criminari, vel reſtificari poteſt, quoniam maculoſus, & infamis eſt, accuſare non permittitur, & non ſolum hi, ſed & qui conſentiunt, rejiciendi.

URBANUS PAPA I.

Sedit ab anno 222. uſque ad 230.

PONTIANUS PAPA.

Sedit ab anno 230. uſque ad 235.

ANTERUS PAPA.

Sedit ab anno 235. ad 236.

FABIANUS PAPA.

Sedit ab anno 236. ad 250.

SÆCULO CHRISTI 3.

CORNELIUS PAPA.

Sedit ab anno 251. ad 252.

SÆCULO CHRISTI 3.

LUCIUS PAPA I.

Sedit ab anno 252. ad 253.

Anno 253.

AD DECRETA LUCII PAPÆ ADDITIO.

Ex decretis Lucii Papæ cap. V.

Quod ſit ſimoniacus quicunque reconciliationem pro munere, vel dignis negotiis, vel indignis conceſſerit.

Ex veteri Pœnitentiali apud Canisium Vet. lec. to. II. p. 11. pag. 151. edit. Baſnag.

UT nemo Præbyterorum xenium, vel quodcunque conſolamentum temporale, imò detrimentum ſpiritale a quocunque publice peccante, vel inceſtuoſo accipiat, ut epiſcopo, vel miniſtris peccatum illius reticeat; nec pro reſpectu cujuſque perſonæ, aut conſanguinitatis, vel familiaritatis, alienis communicans peccatis, hoc epiſcopo innoteſcere detrectet: nec a quoquam pœnitente, aut gratiam, aut favorem, aut munus ſuſcipere præſumat: aut minus dignè pœnitentem ad reconciliationem adducat, ci reſtimonium reconciliationis ferat: Vel quocunque livore alium quemlibet dignius pœnitentem a reconciliatione removeat: quia hoc ſimoniacum, & Deo, & hominibus contrarium eſt.

STEPHANUS PAPA I.

Sedit ab anno 253. ad 257.

SIXTUS PAPA I.

Sedit ab anno 257. ad 258.

DIONYSIUS PAPA.

Sedit ab anno 258. ad 269.

FELIX PAPA I.

Sedit ab anno 269. ad 274.

EUTYCHIANUS PAPA.

Sedit ab anno 274. ad 283.

Anno 277.

ACTA DISPUTATIONIS ARCHELAI EPISCOPI MESOPOTAMIÆ CUM MANETE MANICHÆO.

ADMONITIO COLLECTORIS.

Viri illi doctiſſimi, qui ſpartam hanc dudum ante me adornarunt, haud ita vehementer aberraverunt ſi a ſuapa judicarunt, ſi inter ea quæ collegebant concilia, Ioannis Siculi eſſe ſuſpicati diſputationibus illis, quas inſerit in eccleſia, ſine deputatæ ſibi Doctrinæ merito præſidet inter patres & judicatis reis cum hæreticis inſtituerunt. Eo conſilio Regius concilium collector, & poſt illum Labbeus acta publica diſputationes inter Manichæum monachum catholicum & Pyrrhum Conſtantinopolitanum antiſtitem Monotheliticum data confluxerunt. Quibus ita ab Labbeo ſuis, nunc & ſeqq. atque admonitis ſum quid fuerit in cauſa cur acta illa diſputationis ab Archelao Meſopotamiæ epiſcopo cum Manete, veteri illi ſectæ Manichæorum auctore & principe, publicè & judicialis apparatu agitata Collectores hoc uſque præterierint. Ac Labbeus quidem caterique ante illum concilium collectores factum ſuum utcunque excuſare potuerunt, cum extra ſua mundum in locum publicum extractis fuerint acta illa, prout apud veteres extabant, integra, nec niſi decerpta ex iis fragmenta; qua S. Cyrillus Alexandrinus Catech. VI. & Sa Epiphanius hær. LXVI. num. VII. &c. ſeruarunt, excibere illis pronum fuiſſet. Eadem patrocinatio Balucii oſtentatum utcunque abſolvit, cum vir ille doctiſſimus, quorum illum ſuum conciliorum collectionem anno 1683. produxerit; acta vero illa nonniſi anno 1698. primum evulgata ſint. Veretur conciliorum colle-

SÆCULO CHRISTI 3.

*collectæ, dum Labbæum, & Balutium caco mo*re fequuntur, nihil in prioribus operis fui vo*luminibus tradit, nifi quod oculatiffimi illi Scriptores, & Pagius in critica Baronii detexerunt. Hinc factum eft ut antiquiffimum, genuinum, & quod fuum fibi maxime vindicabat locum inter fummæ auctoritatis acta eccleſiaſtica monumentum à collectionibus dogmaticis & decretalibus exulare pergitet, & indecori cogeretur. Id ne ultra accidat ibi in capite caterorum omnium dogmaticorum, & decretalium eſſe hactenus fatis, non eſt multum differtere ut S. Epiphanium & S. Hieronymum, qui hac ipſa diſputationis acta quaterni & ex genuinis diſputationis cum Manete ab Archelao habitæ collegerunt. Sed hanc provinciam ante me occupavit Tillemontius tom. IV. pag. 397. edit. Ven. apud quem argumenta omnia, dein a modeſtiæ rerum Manicheorum ſcriptorem Beaſobrium adfertur. Diſputationes hujus ſyncretiſtarum oppidi anticipate ſolvit Tom. Operis Beauſobrianus titulus is eſt : Hiſtoire Critique de Manichée & du Manicheiſme. Amſterd. 1734. 4.*

ſatione ejus ad totam colleftionem portione illa, in qua de actis diſputationis hujus ero. dixi, & copioſe egi.

SÆCULO CHRISTI 3.

Sunt vero hic locus effet diſſerendi de fincertate diſputationis hujus adverſus eos qui ſcriptorem quempiam catholicum Manicheorum hæreſim impugnantium id genus ſcriptione vitium ſuiſſe contendunt. Cum revera nihil impedi ſint ab Archelao diſtitum, ſive a Manete oppoſitum fuerit. His ego opponerem vetuſtiſſimos chriſtianæ ſcriptores, ab ætate qua diſputatio illa eſt habita, non ita multum diſtantes ut S. Epiphanium & S. Hieronymum, qui hac ipſa diſputationis acta quaterni & ex genuinis diſputationis cum Manete ab Archelao habitæ collegerunt. Sed hanc provinciam ante me occupavit Tillemontius tom. IV. pag. 397. edit. Ven. apud quem argumenta omnia, dein a modeſtiæ rerum Manicheorum ſcriptorem Beaſobrium adfertur. Diſputationes hujus ſyncretiſtarum oppidi anticipate ſolvit Tom. Operis Beauſobrianus titulus is eſt : Hiſtoire Critique de Manichée & du Manicheiſme. Amſterd. 1734. 4.

LAURENTII ALEXANDRI ZACAGNI IN HÆC ACTA PRÆFATIO.

QUinam acta iſta ſcriptis conſignaverit, nec Epiphanium, Hieronymum, & Hieracelanum Chalcedonenſem Epiſcopum non convenit. Sanctus enim Epiphanius in Hæreſi LXVI. quæ Manichæorum eſt num. XXI. XXV & XXXII. & S. Hieronymus de Scriptoribus Eccleſiaſticis cap. LXXII. Archelaum ipſum, quæ coram deleſtis iudicibus adverſus Manetem diſputavit, ſcripto tradiſſe putant. Heraclianes verò Chalcedonenſis Epiſcopus in libris, quos contra Manicheos conſcripſit Hegemonium, quemdam illorum auctorem fuiſſe cenſuit. Inquidem Photius in ſua Bibliotheca codice LXXXV. horum Heracliani librorum excerpta referens, eundem Heraclianum, ait, in confutandis Manicheorum erroribus uſum fuiſſe actis diſputationis Archelai Epiſcopi cum Manete, ab Hegemonio conſcriptis. Et Heracliani quidem ſententiam confirmat evidentiſſime acta ipſa diſputationis, in quibus cap. XXXIX. hæc legimus. *Quoniam verò placuit Marcello diſputationem hanc excipi, atque deſcribi, contradicere non potui, conſi*ſtit de benignitate legentium, quòd veniam*dabunt, ſi quid imperitum, aut ruſticum ſo*nabit oratio; hoc enim tantum eſt quod ſtudeo*mus, ut rei geſtæ cognitio ſtudioſum quemque non lateat.* Et clarius in eorundem cap. ultimo : *Quibus peractis ego Archelaus, adfeci ea priori diſputationi, ut ſi omnibus inno*teſcerent, ſicut ego, qui interfui, in promptu ex*poſita*. Veriſimile enim non eſt Archelaum ita locutum fuiſſe, ſi ipſemet, quæ nunc habemus, diſputationis hujus acta ſcripta manda*ſſet; eò præſertim quòd pro *teſtificor*, legendum potius eſſe videatur *excuſſi*. Sed nihilo ſecius cum in poſtremo eorundem actorum loco mox memorato diſcrete dicatur, Archelaum ipſum nonnulla priori diſputationi ſuæ poſtmodum addidiſſe, in eam ſententiam lubens venio, ut Epiphanium ; atque Hieronymum cum HeraclIano conciliari poſſe credam, ſi dicamus, Archelaum Syriacâ primùm linguâ cuncta, quæ coram deleſtis iudicibus adverſus Manetem protulerat, diviſaſſe. Hegemonium verò, quæ ab Archelao jam edita fuerant, meliori non ſolùm ordine digeſſiſſe, verùm etiam exordio, epilogo, aliiſque nonnullis locupletaſſe, ut principium humoris abſolutæ, coronidemque illius diſputationis acta ad poſteros tranſmitterentur. Porrò Syriacâ primùm linguâ ſcripta fuiſſe acta iſta, præter Hieronymum id ipſum ſatis evidenter indicat locus recitantem, illud etiam argumento eſt, quòd Archelaus de ſolaris curſus ſtatio agens, *Sphæram* illud a Græcis vocari ait cap. XXXII. Quanam enim in Græcum ſermonem tranſlaterit, certò affirmari non poteſt, quamvis magna apud me ſuſpicio ſit, Hegemonium, qui alteram Archelai diſputationis editionem concinnavit, ipſum quoque eorundem verſionem è Syriaco in Græcum eloquium, elucubraſſe, ut in notiorem linguam transfuſa, cunctis per Orbem fideles pieniſſimam notitiam habere poſſent. Factum id antiquiſſimis temporibus fuiſſe, ex Epiphanio conſtat, qui infignia eorundem acta pro à græcis ſcriptis Hæreſi, nec dici poteſt, ea ex Syriaco exemplari Epiphanium ipſum Græca feciſſe, cum omnia, quæ ab eodem ex actis diſputationis Archelai cum Manete aſſeruntur, in latina, quam editimus, verſione totidem verbis reperiantur. De latino interprete nobis tantum ſuppet, illum Hieronymo poſteriorem fuiſſe, quem de latina verſione mentionem feciſſe. par eſt, ſi fuis temporibus extitiſſet; viciſſe tamen ante ſeptimum Chriſtianæ æræ ſæculum vel inde colligitur, quòd in laudandis S. Scripturæ locis vulgatam editionem, quæ eo ſæculo per Occidentem paſſim recepta fuit, non ſequatur

Pore

ANNO CHRISTI 277.

Porrò Græcam verſionem, non verò Syriacum textum præ manibus habuiſſe, interpretem habuiſſe, non modo ex univerſa ejus locutione, quæ Græcæ non vero Syriacæ linguæ indolem genuinque redolet, ſatis ſuperque demonſtratur ; verùm etiam phuribus aliis argumentis fortiſſime evincitur. Quippe in hujus diſputationis cap. VIII. ita legitur, *Cum egrotat Lunæ cuſpis, quod genitum, animarum, ſcaciſti tradiderit peſtes, permanent illæ in columna gloriæ, quod vocatur Sol Spiritus.* Hæc autem *vox eſt ex lumine lunæ*. Quæ verba ita leguntur in Græca apud Epiphanium verſione. Τῆς δὲ σελήνης κατακλινομένης τὸν γόμφον τῶν ἀνθρώπων, τὰς αὐτῶν τὰ πνεύματα παραδόντος τῆ τοῦ κόσμου τῆξει, ἃ καθάπερ δὴ ὁ ἥλιος πνεῦμα ἐστὶ ἀγαθὸν. A bi deja in Græcis verſionibus ſenſus ille, quem in Syriaco textu fidem, in quo magnum inter utramque vocem diſcrimen eſt, verſionem fuam elaboraſſet. Sunt & alia ejuſdem interpretis hallucinationes, ex quibus id ipſum evidentiſſime colligitur. Siquidem cap. VII. de viventi ſpiritu a Manete confiſto loquens, ait : *Rurſus ipſe autem Spiritus creavit luminaria, quæ ſunt reliquia animæ, & fecit ea firmamentum circumire, & iterum creavit terram, & ſunt acta.* Hinc autem patet ipſum græco exemplari ſuam fuiſſe, in quo ſcripſum fuerat ὁ δὲ πνεῦμα. vel ἀπὸ δὲ πνεῦ. cum tamen apud Epiphanium legatur ὁ δὲ ἅγιος πνεῦμα, *adhuc ſpiritus* ; quæ ſine requivocatio, non ex Syriaca, ſed ex Græca tantum lingua oriri poterat. Sic cap. VIII. pag. 14. *Quando ſpiritus effunder ſamum*, cum verte debuiſſet *Peſtem*, a Græcarum vocum πνεῦμα, *fames*, & λοιμὸς *peſtis*, ſimillimâ de-ceptus, ut in noſtris ad eum locum notis obſervavimus. Sic cap. XI. pag. 20. pro μόρος, *congelat*, *frigore adſtringit*, ut eſt apud Epiphanium, legiſſe videtur πάγος, *pruina*, ea, ut in editione Coloniana. Retinet etiam nonnullas voces Græcas in verſione ſua, & interdum quidem abſolutè, interdum verò additâ earundem explicatione, quod utique non feciſſet, qui Syriacè ſcripturam opus latinitati donaſſet. Hinc cap. LIII. talenti vocem pro pondere uſurpat, quo ſenſu apud Græcos vox τάλαντον, *interpretem* accipitur. Sic paulò ante *Cybi* vocabulo utitur, & ſtatim ſubtilt ex emendatione noſtra, *quod nomen eſt tali* ; vel ut in quodam Regio Alexandrino codice legitur, *quod nomen eſt alea à κύβος* feliciter, quæ vox æque talum, atque aleam ſignificat, ut in eodem ad eum locum notis, & earum appendice obſervavimus. Sic denique cap. VIII. ait, *Unum apocrifon, derrimentum patri*, quam poſtremum vocem prioris interpretationem eſſe non vidit.

ANNO CHRISTI 277.

A adventu in Diodoridem Caſtrum a Diocæſi Hiſtoria Presbyterorum certiorem fuiſſe, duos ad eundem Diodorum *Abyrtæ*, hoc eſt illiros miſſe, ut eorum lectione inſtructus impii Hæretici conatus & ipſe infringere valeret. Sed ea in re lapſum fuiſſe Epiphanium ſcite advertit Guilelmus Cave in ſcriptorum eccleſiaſticorum Hiſtoria literaria, X. ex actis ipſis diſputationis Archelai cum Manete manifeſtè oſtendit ; in ipſis enim cap. XLI. integra refertur Archelai ad Diodorum epiſtola, in qua ſe voluiſſe quidem ait Archelaus, ad Diodorum omnia perſcribere, de quibus cum Manete coram deleſtis judicibus diſputaverat; ſed propterea ea ita mittendis ſuperſediſſe, quod deinceps per otium de tota diſputatione eadem ceteriorem rodelere cogitabat. In fine etiam epiſtolæ, poſt breviter priſtilicios Manetis errores, de quibus ſibi ſilentio præteriſſe ſcribit, dum celerem ipſi reſponſionem reddere deſtinat, ne minima quidem librorum ad eundem miſſorum mentione facta. Certum itaque eſt, Archelaum, quo tempore ad Diodorum Presbyterum literas dedit, nullos adverſus Manetis hæreſim libros elucubraſſe; ſed nec ſcripta eorundem temporibus fibri ullis ab Archelao adverſus eundem ſcripti fuiſſe videntur ; niſi quis contendat ipſummet acta diſputationis ſuæ ſcripſiſſe, quæ ſibi ſuppoſuerit. Nam Epiphanius ipſe ex ipſo quoquam Archelai libro nil recitat, nihilque ferme adverſus Manichæorum errores profert, quod in diſputationis acta ipſius actis non reperiatur. Eadem quoque fola ætas, non verò ullos quoſpiam Archelai libros laudat Heraclianus Chalcedonenſis Epiſcopus, dum omnium, quæ contra Patres ſcripta, commemorat, quibus in fuo adverſus Manichæos opere uſus fuerat. Quamobrem dicendum eſt hæc in re quoque humani quid paſſum fuiſſe Epiphanium, & duorum Hieronymi librorum loco habitæ acta ipſa diſputationis a nobis editæ, quæ cum res diverſis temporibus geſtas complectantur haud inepte ſimplicitura colligi poteſt, in duas olim partes diviſa fuiſſe, in quarum priori diſputatio Archelai cum Manete apud Carras, in ſecunda verò cundâ, quæ cum Diodoro Tarſenſi, quam idem Archelaus a Diodoro monitus contra Manetem in Diodoridis caſtro egit, continentur.

Jam verò Archelaum *Καυχάρων*, Characaronum Epiſcopum fuiſſe tradit Socrates lib. I. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ capite XXII. Epiphanium ſecutus in Manichæorum Hæreſi num. V. & VII. & in tractatu de Menſuris, & Ponderibus num. XX. At auctor ille ſibi non conſtat, utpote qui in eâdem Manichæorum Hæreſi num. XI. Urbem, cujus Epiſcopus erat Archelaus *Καυχάρη*, nominat in Petaviana editione, ſicet in alia Baſileenſi editione *Καλχάρη*, corrupte habeatur. Poſtremam hanc lectionem expreſſiſſe videtur Epiphanius ex actis ipſis diſputationis Archelai Epiſcopi cum Manete, in quorum initio dicitur, *Theſaurus urbis, ſive diſputatio habita in Carchar civitate Meſopotamiæ*; eamque lectionem ſequuntur Petrus Siculus in Manichæorum hiſtoria pag. 37. & Photius P. C. in opere adhuc inedito

ANNO CHRISTI 277.

adversus Manichæos sui ævo repullulantes, lib. I. qui dum Epiphanii narrationes in epitomen redigunt, Archelaum, non Καυχάσων, vel καχάσων, sed Καχάβων Episcopum, vocant; unde etiam patet emendanda esse alia Epiphanii, & Socratis loca, in quibus Καχάβα, vel Καχάβων perperam legitur. Porrò urbem quandam Carcham nomine in Arabia felice sitam fuisse, Anonymus Ravennas Geographiæ scriptor tradit lib. II. cap. VII. Memnitæ & alterius Charchæ Ammianus Marcellinus lib. XXIII. cap. XXIII. & lib. XXV. cap. XX. cum sequenti; verùm neutræ harum urbium Archelaus Episcopus extitit; nam ejus cum Manete disputatio habita est in Mesopotamiæ Urbe sub Romanorum ditione posità, cujus episcopatum obtinebat Archelaus, ut diserte dicitur apud Epiphanium, & in actis ipsius disputationis. Charcha verò à Marcellino memorata, extra Mesopotamiam trans Tigrim, in Persarum ditione sita erat, eodem Ammiano teste loco supra laudatis: Carchæ quoque Arabiæ urbis, cujus apud Anonymum Ravennatem mentio est, Archelaus nullo pacto Episcopus esse potuit, cùm antiqui omnes scriptores eum non Arabiæ, sed Mesopotamiæ Episcopum fuisse tradant. Posteriorem apud Epiphanium lectionem, præter Petrum Siculum, atque Photium, qui eam sequuntur videntur adeò ipsâ disputationis Archelai cum Manete, in quorum initio dicitur, *Thebutæ vero, sive disputatio habita in Charrhæ civitate Mesopotamiæ.* Verùm cùm inferiùs cap. III. Charram habeant, eamque Mesopotamiæ urbem esse dicant; hinc lucidè constat, tam eadem acta, quàm Epiphanium, & alios intelligendos esse de Carris celeberrimâ Mesopotamiæ urbe, unde viæ duæ regias in Persidem ducentes distinguì tradit Marcellinus lib. XXIII. cap. IV. quæ urbs Charra etiam scribitur apud Paulum Diac. in Hist. Miscella lib. XXII. cap. XX. Carchar autem, vel Carchara in eâdem ætas, & apud Epiphanium scriptum fuisse videtur, librariorum fortitan errore, vel quòd vulgari indigenarum *lingua* ita nuncuparetur.

De tempore etiam habitæ ab Archelao disputationis conferantur *sibi* nequaquam tradit. Epiphanius, nam in libro de Mensuris, & Ponderibus num. XX. Manetem ob perpetratam Regis Perfarum fidei necem ex Perside profugum, in Mesopotamiam nono Valeriani, & Gallieni Imp. anno venisse, qui eâ Christianæ æræ annus lectio est apud Epiphanium, quæ Archelao ejusdem regionis Episcopo disputasse refert. At in hæresi Manichæorum sub ipsum operis initium, & num. XX. primum quidem ortos fuisse Manichæos, ejus potius antiquam de bono, & malo Deo hæresim à Manete per varias orbis terrarum partes circa annum IV. Aureliani Imp. furtivis divulgatam fuisse scribit; deinde verò sub Aureliano, & Probo id a Manete factum fuisse innuit, ut videre est num. XIX. XX. LIX. & LXXVII. ejusdem hæreseos. Non potuit autem Archelaus Valeriani, & Gallieni anno IX. Manetem vivâ voce confutare, ut in libro de Mensuris, & Ponderibus air Epiphanius, si post non paucos annos, vel annoANNO CHRISTI 277.

no IV. Aureliani, vel circa finem ejusdem Imperii, & initium Probi, Manes antiquioris nefariti dogmatis incrementa procurarit. Priorem Epiphanii calculum in libro de Mensuris, & Ponderibus sequitur Petrus Siculus in Hist. Manichæorum pag. 37. & Photius in laudato lib. I. adversus Manichæos repullulantes, licèt Valerianus Augustus jam ab anno VII. ejus Imperii à Sapore Rege Persarum captus fuerit; posteriorem verò probant acta Archelai disputationis Archelai cum Manete, ex quorum cap. XXXVII. lucidè apparet, Archelaum sub imperio Probi, non autem Gallieni, cum Manete, de cujus hæresi nil adhuc sibi compertum erat, disputasse. Cyrillus quoque Hierosolymitanus, qui septuaginta tantum annis post hæresim Manetis hæresim fe scripsisse fatetur Catechesi VI. pag. 140. Manetem, Probo imperante, hæresim divulgare cœpisse, diserte scribit. Dicendum itaque est, Epiphanium in libro de Mensuris, & Ponderibus errâsse, & multò certiora de Manichæorum hæresis exortu in libris adversùs hæreses nobis traditâsse; licet in eâdem quoque libris eorum sibi non constare deprehendatur; nam cum dixisset anno IV. Aureliani, qui partem anni CCLXXIII. & CCLXXIV. complectitur, emersisse Manetem, ac perperam affirmasset ad occidentem usque Archelaum & Probi temporibus, hoc est anno Christi CCLXXVI. secundum quosdam, qui jam tum ab ejus nativitate annos numerare fuerant, vel anno CCXLVI. secundum alios, qui à Christi morte annos supputabant; postea subdit, a Manetis temporibus usque ad annum XIII. Imp. Valerii, & IX. Gratiani, ex primum Valentiniani Junioris, quo ipse scribebat, hoc est, usque ad æræ vulgaris annum CCCLXXVI. intercessisse annos CVII. quod sanè annum IV. Aureliani præsit; nam ab anno CCLXXVI. vel CCLXXIII. aut CCLXXIV. ad annum CCCLXXVI. non centum, & septem anni; sed centum tantummodo, vel CIII. aut CIV. anni secundum varias supputationes modò memoratas numerantur.

Porrò quonam Probi anno id accideret, ex Eusebio colligi potest, qui in Chronico sic de Manichæorum initiis scribit, *secundo anno Probi juxta Antiochenos CCCXXV. annus fuit, juxta Tyrios CCCCII. at CCCCII. secundum Græcos, juxta Laodicenos CCCXXIV. juxta Edessenos CCCLXXXVIII.* (ita enim correxi debet Pontaci editio, in qua perperam legitur CCCLXXXIX.) *juxta Alexandrinos CCCLXXX. insana Manichæorum hæresis ea communis humani generis malum exorta.* Hæc autem Eusebii verba ita intelligenda sunt, ut non nunc primùm Manichæorum hæresis orta fuerit; jam enim ab Apostolorum ferme temporibus quorumdam mentes ille nefarius error invaserat, ut ex A. Chelao nostro, & Epiphanio liquet; sed quòd tunc primùm Manete hæresim veterem per varias Orientis regiones disseminante, & in Archelaum forte incidente, qui omnium artes ac errores disputando detexit, ita in cunctorum per Orbem fidelium notitiam venerit, ut eo tempore incœpisse quodammodo dici potuerit. Videtur enim Archelaus post confutatum coram Judicibus Manetem, rem totam cundis per Orbem Episcopis notam fecisse, ut labanti Catholicæ Fidei, quantâ posset sedulitate, succurrerent, eoque pacto factum fuisse par est, ut qui subdolos Manichæorum progressus ignorabant, tunc illocum hæresim ortam fuisse crederentur, cùm primùm ejusdem noritiam ex Archelai libro haurirent.

ANNO CHRISTI 277.

Sed & habitæ ab Archelao disputationis tempus ex D. Leone Magno præcisiùs designari potest, qui in Sermone II. de Pentecoste, Manichæorum innotuisse ait, Probo Imp. & Paulino Coss. anno post Christi Resurrectionem CCL. ut accommodatius ad Chronologiæ veritatem in codice Oxoniensi loco Quinisellus restatur. At hic Probi, & Paulini Consularus partem anni primi, & Gallieni Augusti partem, quem obeundo fatetur Dio XIII. Aprilis, quique frater Floriano post duos menses occiso, Romanum Imperium obtinuisse constat. Quare ii juxta Eusebium anno Probi II. & juxta Leonem Magnum sub Consulatu Probi, & Paulini parefacta est Manichæorum hæresis, necessitudo dici debet, Archelai cum Manete disputationem, quam universæ Ecclesiæ Manetis error innotuit, accidisse intra Julium, atque Decembrem anni CCLXXVII. Verùm Archelai verba benignè sunt interpretanda, qui in cap. XXVII. disputationis suæ post recessum fere annos à Christi morte, imò post trecentos, & eò amplius annos ab eodem Christi morte advenisse Manetem asserit: Archelaum enim ad exaggerandam Manetis fœditatem, qui Paracletum Spiritum à Christo promissum, temerè se esse affirmabat, annorum numerum in disputationis actis auxiliè dicendum est, ut eâ ratiò offenderet, ipsum longo adeò post Christi mortem tempore emergentem, Paracletum esse non posse, quem Jesus post suum in Cælos ascensum, ubi se Apostolis missurum affirmavit, & revera post quinquaginta ab ejus resurrectione dies ab ipso missum fuisse, Apostolorum acta diserte tradunt.

His de Archelai cum Manete disputationis tempore, ac verisimilibus, deque ejusdem Archelai Episcopali sede præsibatis, ejusdem nobis de fanctitate, atque præstantia ejusdem operis, ac præterea videndum, an aliqua sui parte mutilatum sit; posteremò indicandum, quonam ædorum, quæ integra nunc prodi edimus, fragmenta olim in lucem prodierint, & ex cujus Bibliotheca codice editio nostra profluxerit. Et primò quidem de ædorum illorum fynceritate fuspicio nulla oriri potest; nam Epiphanius ano Christi CCCLXXVI. adversus hæreses scribens, inligne ex disputatione Archelai fragmentum protulit in hæresi Manichæorum cap. XXV. quod ejusdem actis ex latina versione à nobis in lucem editis prorsus respondet; ac præterea & Archelai rationes, atque argumenta cum Epiphanii confutationibus conferas, evidentissimè apparebit, ipsum ita in omnibus fecutum fuisse Archelaum, ut pauca de suo adversùs Manetis errores attulerit. Meminit etiam Ædorum hujus disputationis Socrates, qui

ANNO CHRISTI 277.

in confulatu XVII. Theodosii Junioris, hoc est, anno æræ Christianæ CCCCXXXIX. Ecclesiasticam Historiam absolvit, & ea omnia, quæ de Manichæorum hæresi novit, se ex eisdem actis hausisse ingenuè fatetur lib. I. cap. XXII. Eorum insuper, tanquam ab Hegemonio quodam scriptorum, mentionem facit Heraclianus Chalcedonensis Episcopus, ut supra dictum est. Denique Archelai nobis operum fragmenta contineri in veteri Catenâ Græcorum Patrum in Evangelium Joannis, quæ habetur in scriptis Cæsarem Bibliothecæ codice, testis est Lambecius lib. III. Comm. de eadem Bibliotheca codice XL. quod utique ex hujus disputationis actis desumptum fuisse non dubito.

Pertenta ex eodem Ædorum textu varia argumenta erui possunt, quibus eorum antiquitas, atque synceritas demonstratur, Archelaum cum Manete, anno XXXVIII. variis hæreticis enumerare, neminem sabellio recentiorem appellat, quem Sixti II. temporibus, qui anno Christi CCLVIII. & CLVIII. Romanum Ecclesiam rexit, a Dionysio Alexandrino hæreseos accusatum fuisse constat ex Eusebio in Historia Ecclesiastica lib. VII. cap. VI. Meminit quoque obtidionis Carranum, cui præfectorem fe fuisse refatur cap. XXIV. quæ nulla alia videtur esse posse, quam illa, quæ sub Valeriano Augusto corigit, Augusto fellebat a Persis expugnata fuit, vel alia sub Gallieno, cùm ab Odenatho Orientis Rege Persis erepta fit Romanis Imperii ditionem iterum redacta fuit, Trebellio Pollione teste in Gallieno cap. X. & XII. Eorum insuper mentionem facit cap. LII. qui per parentum traditionem Scenitæ Saracici, Apollodorum, temporibus viventis, noritiam habuerunt, fibi que nonnulla de ejus hæresi narraverant. Quin & eorum antiqui mores, in hisce actis memorati, de ætate ipsa, qua scripta sunt dubitare non sinunt. Nam in ipsis ædorum exordio dicitur nonnullos ex Romanarum Legionum numero, Maximi Cæsaris temporibus exemplo commotos, deposito militiæ cingulo, Christianæ fidei nomen dedisse, quod antiquissimis Ecclesiæ temporibus a Christianis militibus, ne Paganorum commercio, & superstitionibus macularetur, factum fuisse, testis est Tertullianus de Corona militis cap. XI. aliique in multis ad eam locum notis laudati. Marcellum quoque ait, hoc tempore Christianorum peregrinarium usum per vitæ exigua conftruxisse, quæ à Carris in Persidem ducebant, quod idem ab antiquis Christianis, qui sedulam hospitalitati operam dabant, fieri consuevisse apertè colligitur ex Gregorii Nazianzeni invectiva I. in Julianum Apostatam, ubi Imperatorem hunc, diversoria, & hospitia per Orbem Romanum Christianorum exemplo ædificari mandasse refertur, ut Paganorum superstitionibus majorem laudem veneracionemque conciliaret. Nacrat insuper Archelaus cap. LIV. Manetem in carcere positum, Diodoplos fuos nimirùm ad *loca, in quibus Christianorum libri conservebantur*, eâque, Constitutorum se nuncios esse simulantibus, facultatem codicum copiam factam fuisse. Ac id fub Ethnicis tantum Imperatoribus factere oportebat,

bat, quorum temporibus Christifideles summa religione curabant, ne sacrosanctæ legis libri ad Ethnicorum manus pervenirent; ac propterea non ubique, sed certis quibusdam in locis, Sacri codices vendi consueverant. Corrigendus autem Epiphanius, qui in Manichæorum hæresi cap. V. ait, Manetem discipulos sane ad inquirendos sacros libros misisse, antequam in carcerem truderetur; nam in mox laudato Archelai disputationis loco diserte dicitur, id a Manete factum fuisse, quo tempore in carcere detinebatur.

seipsum potest diligenter advertere, quis iste
sit qui Diaboli appellatus est pater. Sed cùm
te tu Paraclitum esse dicas, plurimum tibi
etiam ab humanâ deest prudentiâ. Quoniam
ergo prodidisti ignorantiam tuam, dicam
ego (3) quid ille sit pater Diaboli. Manes
dixit, (4) .... dico: & adjecit, omnis
qui conditor est, vel creator aliquorum, pa-
ter eorum .... condiderit, appellatur. Ar-
chelaus dixit, Miror, quomodo saltem hoc
rectâ ratione responderis, nec celaveris ser-
monis hujus intelligentiam, vel naturam.
Audi jam ex hoc, quis sit pater ejus. Cùm
ex cœlorum regno cecidisset, erat super ter-
ras, intendens, & inquirens cui se posset
adjungere, quem ex consortio sui partici-
pem quoque nequitiæ suæ valeret efficere.
Et quidem donec homo non erat, neque ille
appellabatur homicida, neque cum patre
mendax; post hæc verò, cùm factus esset
homo, ac mendacio ejus fuisset, & circum-
ventione deceptus, cum sese inseruisset cor-
pori Serpentis sapientioris omnium bestia-
rum, tunc appellatus est mendax, unà cum
patre suo, (5) & effectum est non solum
super ipsum mendacii maledictum, sed &
super patrem ejus. Cùm ergo serpens rece-
pisset eum in sese, & recepisset universum,
tanquam prægnans effectus est, ingentis ma-
litiæ fascem portans, & erat sicut puerpe-
ra, quæ partu urgetur, volens evomere
malignæ suggestionis ejus (6) agitata. Pri-
mi enim hominis gloriam graviter ferens
serpens, ingressus Paradisum, & conceptis
in se doloribus, mendaces cœpit generare
sermones, & mortem parere hominibus, qui
a Deo fuerant figurati, & acceperant vi-
tam. Verùm non potuit totum se manise-

A stum facere per serpentem; sed reservavit
perfectionem suam, quam demonstraret in
Cain, a quo generatus est totus. Et per
serpentem quidem hypocrises, & fallacias
ad Evam demonstravit: per Cain verò ho-
micidii exordium dedit, inferens se in pri-
mitias frugum, quas ille malè distribuit. Ex
hoc homicida appellatus est ab initio; men-
dax verò quoniam fefellit, dicens, *Eritis* Gen. 3.
tanquam Dii: ejecti sunt enim postea de Pa-
radiso illi, quos Deos futuros esse fallebat.
Efficitur ergo prior pater ejus, qui eum in
utero concepit, & genuit, atque in lucem
edidit serpens; secundus verò Cain, qui per
iniquitates conceptas, dolores, & parrici-
B dium peperit; interfectio etenim iniquita-
tem, injustitiam, atque impietatem pariter
perpetravit. Sed & quicunque eum susci-
piunt, & faciunt ejus desideria, fratres ejus
efficiuntur. Pater ejus perfectus est Pharao,
pater ejus efficiuntur unusquisque impiorum,
pater ejus effectus est Judas, quia concepit
quidem eum, sed abortus est; non enim per-
fectum edidit partum, quia majorem perso-
nam aggressus est, per Judam, & ideo abor-
tum factum esse dico; quia tanquam si mu-
lier semen viri concipiat, atque in sese quo-
tidianos accipiat profectus, ita & Judas quo-
tidie (7) proficiebat in pejus, occasionibus
sibi a maligno, quasi seminibus, datis. Et
primum quidem fuit ei semen pecuniæ cupi-
C ditas, incrementum verò furtum, furabatur
enim ea, quæ mittebantur in loculum; do-
lores verò partûs fuerunt, & collocutio cum
Pharisæis, & pretii scelerata conventio:
abortus est verò, non partus, laqueus mor-
tis informis. Sed & tu, si malignum ex te
protuleris, & facias ejus concupiscentias,
genuisti eum, & pater ejus esse diceris; si
verò pœnitentiam gesseris, & abjeceris pon-
dus, velut parturies. Ut enim in ludis scho-
laribus, si acceperit quis a magistro mate-
riam, reliquum corpus orationis ex semetip-
so generet, ac procreet, eorum, quæ ge-
nuerit, conditor ipse dicitur; ita qui ex sum-
mâ malitiâ parum quid fermenti acceperit,
D pater, & genitor dicatur necesse est illius,
qui ab initio restitit veritati. Quod simili
modo provenire potest etiam his, qui virtu-
ti student; nam audivi fortissimos viros di-
cere ad Deum, propter timorem tuum (8)
Dominum in utero concepimus, & dolui-
mus,

ANNO CHRISTI 277.

NOTÆ ZACAGNI.

[1] In eodem codice legitur, *quo videntur ostenso nulli dubium est unusquisque in quemcumque elegerit partem propriâ usus arbitrii potestate*. Nos an rectè locum hunc emendaverimus videant Eruditi.

[2] Codex Casinensis hic ita se habet, *si a Deo bonus, ut ae mendacem esse dixisti Jesus*. Abutebatur autem Manes, ut suum de malo Deo dogma statueret, Joannis Evangelii loco in cap. 8. 5. & 44. in quo sic Pharisæos redarguit Jesus, *vos ex patre Diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere; ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quia non est veritas in eo; cùm loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est, & pater ejus*. Quare hoc argumento Archelaum hic urget Manes. Si a Deo sola promanant bona, ipseque summè bonus est, mendacem oportet fuisse Jesum, qui in Joannis Evangelio, Diaboli patrem non modò mendacem esse, sed & mendacis Diaboli creatorem extitisse dicit. Hinc autem patet non improbandam esse emendationem nostram, qua legimus, *si a Deo bonus, ut asseris, mendacem esse dixisti Jesum*.

[3] Fortè, *quis ille sit*.

[4] Lacunæ istæ facilè impleri posse videntur, si ita legamus, *manes dixit, jam dico, & adjecit, omnis, &c. pater eorum, quæ condiderit, appellatur*.

(5) In codice Casinensi, *ut*.

(6) Forte, *cogitata*.

(7) In cod. Casinensi est, *proficiebat impetus*.

(8) Fortè, *Domine*.

ANNO CHRISTI 277.

mus, & peperimus spiritum salutis; ita & quicunque de timore maligni concipiunt, & parium spiritum iniquitatis, ipsi patres eius dicantur necesse est, Nihil enim dicuntur, dum adhuc ministerio ejus parent, patres verò, qui ad perfectionem malitiæ perveneruut. Ita nanque & Dominus noster ait ad Pharisæos, *Vos de patre Diabolo estis*, filios eos faciens illius, donec adhuc contubarni videbantur, & cogitabant in cordibus suis mala pro bonis adversùm justos. Ergo apud te talia cogitantibus, mihi autem in fe malignis eorum cogitationibus, Judas malorum caput, & ad perfectum peridaceos iniquæ consilia, effectus eft fceleris potes, immanitatis fuæ pœnas in triginta argenteis honoratus; totus enim *In eum post buccellam* Joan. 13. 27. *panis ingressus eft Diabolus*. Sed ut diximus, poftquam uteros intumuere, & doctorum temporibus advenit, abortum faciebant iniquæ conceptionis efficiæ, & ideo nec perfectè pater appellabatur, nifi eo tantum tempore, quo conceptus gerebatur in utero; poftea verò quàm confugit ad laqueum, non integrum videtur edidiffe partum, quia pœnitentia fubfecuta eft.

XXXIV. Ignorare vos non arbitror, quoniam Pater unum quidem fit nomen, diverfos tamen habet intellectus: alius enim patter dicitur eorum, quos naturaliter genuerit, filiorum; alius verò eorum, quos tantummodo enutrierit; nonnulli verò temporis, atque ætatis privilegio, unde & Dominus noster ſuis plurimos patres habere dicitur, nam & David quosdam ipſe appellatus eft, & Joſeph pater ejus putatus eft, cùm nullus horum pater ejus fuerit veritate naturæ. Nam David pater ejus dicitur ætatis, ac temporis privilegio; Joſeph verò lege nutrendi; ſolus autem Deus Pater ejus naturâ eft, qui omnia per verbum ſuum vocitet nobis manifeſtare dignatus eſt. Nec in aliquo remoratus Dominus noſter Jeſus, (1) intra unius anni ſpatium languentium multitudines reddidit ſanitati, mortuos liquit qui verbi ſui potentia univerſa amplexus eſt, in quo tandem remoratus eſt, ut in Paraclito mittendo tandiu eum remoratum credamus. Quin potius, ut ſuperius dictum eſt, adhuc ſtatim plurimum diffidus in Paraclum, cujus etiam teſtimonio credidimus dicenti, *Mihi autem ſoli data eſt gratia hæc*. Qui prius quidem fuit perſecutor Eccleſiæ Dei, ſed rurſum manifeſtatus eſt omnibus, quia effet fidelis Paracliti miniſter; per quem univerſa innotuit ſingularis ejus clementia, quod & ufque ad nos, qui aliquando fine ſpe eramus, donorum ejus largitio pervenit. Quis enim noſtrûm fperare poterat perſecutorem Paulum, & inimicum Eccleſiæ, defenſorem ejus, ac tutorem fieri potuiſſe? Et non ſolùm hoc, verùm etiam & magiſtrum, Eccleſiarum conditorem, & architectorem. Poſt hunc ergo, & poſt eos, qui cum ipſo fuerant, ideſt, poſt diſcipulos, nullum alium venire fecundùm ſcripturas ſperandum eſt; ait enim Dominus noſter Jeſus ad Paracletum, *Quia & de meo accipiet*. Vas ergo probabile elegit hunc virum, quem miſit ad nos (2) Paulum (2) in ſpiritus influxit Spiritus, & licet eum ſuper omnes homines Spiritus habitare poterat, nifi ſuper eum, qui de Maria Dei genitrice natus eſt, ita & in nullum alium Spiritus Paracletus venire poterat, nifi ſuper Apoſtolos, & ſuper hunc Paulum. *Vas enim electionis*, inquit, *mihi eſt, ut portet nomen meum in conſpectu Regum, & gentium*. Ipſe quoque in prima epiſtolâ ſuâ poſuit, *Secundum gratiam Dei, quæ data eſt mihi a Deo, ut ſim miniſter Chriſti Jeſu gentibus, conſecrans Evangelium Dei. Veritatem dico in Chriſto, non mentior, teſtimonium mihi perhibente conſcientiâ meâ in Spiritu Sancto*. Et rurſum ait. *Non enim audeo quidquam loqui eorum, quæ per me non effecit Chriſtus verbo, & facto, Ego enim ſum (3) noviſſimus omnium Apoſtolorum, qui non ſum dignus vocari Apoſtolus. Gratia autem Dei ſum id quod ſum*. Et eos qui expectantium poſtea erant ejus, qui ſe loqui baturi Chriſtus, vult properera habere, quia eſſet in ipſo Paracletus, cujus muneris gratiam confecutus, & (4) magnifico honore dignatus eſt, *Pro quo Dominum rogavi, ut diſcederet a me: & dixit mihi, ſufficit tibi gratia mea; nam virtus in infirmitate perficitur*. Rurſùm, quia verè ipſe ſit Paracletus, qui erat in Paulo, ait Dominus noſter Jeſus Chriſtus in Evangelio, *Si diligitis me, Joan. 14. mandata mea ſervate. Et ego rogabo Patrem meum, & alium Paracletum habet vobis*. In quo oſtendit etiam ſcipſum Paracletum, cùm dicit alium. Unde credentes Paulo, audivimus eum dicentem, *Aut experimentum quæritis 11. Cor. 13. 3. ejus, qui in me loquitur Chriſtus*, & hoc tum ſimilibus & quibus ſuperius diximus; unde & tanquam fidelibus nobis hæredibus ſuis confignat teſtamentum, ſub ad Corinthios epiſtolâ, velut pater dicens, *Tradidi enim 1. Cor. 15. vobis in primis quod & accepi, quia Chriſtus 3. mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecundùm ſcripturas, & quia ſepultus eſt, & quia reſurrexit tertia die ſecundùm ſcripturas, & quia apparuit Cephæ, deinde undecim Apoſtolis, poſtea amplius quam quingentis fratribus (5) de ſemel, ex quibus plurimi adhuc manent uſque nunc; quidam autem dormierunt. Poſtea autem viſus eſt Jacobo; deinde omnibus Apoſtolis; noviſſimè autem omnium, tanquam abortivo, viſus eſt & mihi: Ego enim Ibid. 11. ſum noviſſimus omnium Apoſtolorum. Sive ergo ego, ſive illi ita annuntiavimus. Et rurſum tradens hæredibus eum, quam ipſe hæreditatem promeruit, dicit, *Timeo autem ne 11. Cor. 10. forſit, ſicut ſerpens ſeduxit Evam aſtutia ſua, 3. ita (6) corrumpantur ſenſus veſtri, & excidant*

ANNO CHRISTI 277.

NOTÆ ZACAGNI.

(1) In codice eſt, *inter*. Sed unum annum Chriſti prædicationi, ac miraculis videtur adſcribere Archelaus cum aliis antiquis Patribus, quare legendum, *intra*. Vide infra cap. 49.

(2) Locus corruptus. Forte, *in Spiritu Infuerit Spiritus*, &c.

(3) Melius Vulgata, *minimus*, Græc enim ἐλάχιστος.

(4) In cod. Caſin. eſt, *magnifico hoc ore*. Sed legendum cenſui *honore*.

(5) Forte, *in ſimul*. Vulgata, *ſimul*.

(6) In Cafinenſi, *corrumpantur ſenſus veſtri a ſimplicitate*. Sed nos ex Vulgata ſupplevimus:

ANNO CHRISTI 277.

dant a ſimplicitate, & caſtitate, quæ in Chriſto eſt. Si enim, is, qui venit, alium Chriſtum prædicat, quem non prædicavimus; aut ſpiritum alium acceperitis, quem non accepiſtis; aut aliud Evangelium, quod non acceſpiſtis; benè patereminis. Puto enim, quia nihil minus feci vobis a cæteris Apoſtolis.

XXXV. Hæc autem dixit, offendens omnes reliquos, qui venerint, falſos Apoſtolos, doloſos operatores, transfigurantes ſe in Apoſtolos Chriſti, Et non mirum; ipſe enim Satanas *transfiguratur ſe*, (1) *velut Angelum lucis. Quid ergo mirum, ſi & miniſtri ejus transfigurentur in miniſtros juſtitiæ*: quorum *finis erit ſecundùm opera eorum*? Indicat autem quis eſſent, & quibus circumveniebantur. Volentibus autem Galatis ab Evangelio transferri ait, *Miror quòd ſic tam citò transferimini ab eo, qui vocavit vos, in aliud Evangelium, non eſt aliud: niſi ſunt qui vos conturbent, & volunt* (2) *avertere vos ab Evangelio Chriſti. Sed etiam ſi nos ipſi, aut Angelus de cælo vobis annuntaverit, præterquàm eſt vobis, anathema ſit*. Et rurſùm ait, *Mihi ipſimo omnium* (3) *Apoſtolorum data eſt gratia hæc. Quis enim ignorat in nobis loquentem Chriſti, in carne mea adimpleo*. Et in alio rurſum loco profitetur, quia *ſuper cæteros Chriſti miniſter*, tanquam ſi poſtea omninò non ſit alius expectandus Paracletus, neque Angelum de cælo ſuſcipi. Et quomodo (4) de Perſida venientem Manem, & dicentem ſe eſſe Paracletum, nos eſſe credimus? Itaenim agnoſco ex verbo quod unus ille ſit ex illis, qui transformantur, de quibus manifeſtè vobis indicavit Vas electionis Apoſtolus Paulus dicens, *Quia in noviſſimis temporibus recedent quidam a fide, attendentes ſpiritibus ſeductoribus, & doctrinis dæmoniorum, in hypocriſi mendacia* (5) *loquentes. cauteriatam habentes conſcientiam ſuam, prohibentes nubere, abſtinere ſe a cibis, quos Deus creavit* (6) *ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognoverunt veritatem, quoniam omnis creatura Dei bona eſt, & nihil abjiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur*. Sed & Spelæus Evangeliſta Matthæus diligenter ſignificavit Domini noſtri Jeſu Chriſti ſermonem, *Videte ne quis vos ſeducat. Concilior. Supplem. Tom. 1.*

ANNO CHRISTI 277.

cat, multi enim venient in nomine meo, dicentes, Ego ſum Chriſtus: & multos ſeducent. Quid ſi etiam aliquis vobis diverſi, nece hic eſt Chriſtus, aut ecce ibi; nolite credere. Exurgent enim falſi Chriſti, [7] & falſi Apoſtoli, & falſi prophetæ, & dabunt ſignæ magna, & prodigia, ita ut in errorem inducant, ſi poteſt fieri, etiam electos. Ecce prædixi vobis. Si dixerint vobis, ecce in deſerto eſt, nolite exire. Si dixerint vobis, in penetralibus; nolite credere. Et poſt ifta omnia mandata, ille nec ſignum quidem aliquod, aut prodigium, aut virtutem, neque aliquam abſtinentiam aliquam habens; fed ne in numero quidem diſcipulorum poſitus, neque deſiderio noſtro obſecutus, cujus hæreditate gaudemus; cùm tamen ſe tanquam ſolitarie, non teſtis exiſtentis teſtamenti, imò potius cùm ne in noſtrâm quidem venerit eorum, qui diſcipuli ſunt appellati, ſed agrorum poſſeſſionem nullius prorſus acciſpiat teſtimonium, Paracletum ſe eſſe vult credi; cùm etiam & ſi ſigna, & prodigia faceres, falſum Chriſtum, & falſum Apoſtolum ſe tempeſtati oporteret ſecundùm ſcripturas, & ideo convenit nos cautius agere ſecundùm quod Beatus Apoſtolus monet, dicens in epiſtolâ (8) quam Coloſſenſibus ſcripſit, *Permanete in fide fundati, & radicati, & immobiles ab ſpe Evangelii, quod (9) audiviſtis, quod prædicatum eſt in omni creaturâ, quæ ſub cælo eſt*. Et rurſum, *Sicut ergo accepiſtis Chriſtum Jeſum Dominum, [10] in ipſo ambulate radicati, & fundati, ſuper ipſum confirmati, ſicſ, ſicuti doctiſ eſtis, abundantes in gratiarum actione. Videte ne quis vos* [11] *expoliet per philoſophiam, & inanem ſeductionem, ſecundùm elementa mundi, & non ſecundùm Chriſtum, quia in ipſo habitat omnis plenitudo Deitatis*. Quibus omnibus ita diligenter expoſitis, Beatus Apoſtolus, velut pater filiis, addit tanquam conclusionem quodam teſtamenti dicens, *Cor- tamen bonum certavi, curſum conſummavi, fidem ſervavi. De cætero repoſita eſt mihi juſtitiæ corona, quam reddet mihi Dominus in illa die juſtus judex; non ſolùm autem mihi, ſed & omnibus, qui diligunt adventum ejus*.

XXXVI. Nullum ex nobis, ô Manes, (12) Galatam facies, nec ita non tranſfores a fide Chriſti, etiam ſi ſigna, & prodigia fa-

NOTÆ ZACAGNI.

(1) Ita & Cyprianus haud procul ab initio libri de unitate Eccleſiæ, ac ſi in graeco textu eſſet ὡς. Sed Vulgata & Tertullianus pluribus in locis legunt *in Angelum lucis*.

(2) Melius Vulgata, adſipulantibus Cypriano, Ambroſio, Hieronymo, & Auguſtino, *convertere Evangelium Chriſti*; licèt Tertullianus adv. Marcion. lib. 4. cap. 5. *pervertere* legiſſe videatur.

(3) Græce eſt, ἐμοὶ τῷ ἐλαχίστῳ, ut habet Vulgata.

(4) In Cafinenſi corruptus eſt hic locus, habet enim *de Perſida venientem manes*; fed legendum, *Manem*, vel *manes*, *ſive*.

(5) In Vulgata iſta græcum textum eſt, *loquentium*, *habentium*, *prohibentium*. Aut igitur hic eodem modo legendum, aut corrigendum, *prohibentes*. Sed hunc lectionem antiqua etiam apud Tertullianum verſio improbat, quæ Vulgatæ hic in parte ſimilis eſt.

(6) In Cafinenſi eſt, *ad percipiendum*. Sed Vulgatæ lectionem fubſtituere fatius viſum eſt.

(7) Verba illa, *& falſi Apoſtoli*, ab interprete Archelai videntur adjuncta, explicationis causa; nam nec in græco, nec in Vulgata, nec apud Cyprianum aliosque Patres legentur.

(8) Vocem, *quem*, nos addidimus, ita ſenſu poſcente. Aut forte, *ſcripta*, legendum.

(9) In Vulgata, *auditiſ*.

(10) Ita Vulgata; in codice autem Cafinenſi legitur, *in ipſum*.

(11) Cafinenſis codex, *expoliet*, & ſic, Cyprian. initio libri de Bono Patientiæ habet, *Deprædatur per philoſophiam*, græcè εἰς ἁρπαγήσῃ, quod verbum Vulgata, *decipiat*, & Tertull. de Præſcript. c. 7. *circumvenerit*, interpretatur.

(12) In eodem Codice corruptiſſimè legitur, *Galatam facies vieis, & noſtros feras*. Nos modica mutatione lucem hunc reſtituere conati ſumus.

ANNO CHRISTI 277.

clas, etiam si mortuos fuscitet, etiam si imaginem nobis Pauli ipsius afferas, (1) anathema es fatana, præcipuum & præstructi fumus a Sanctis Scriptoris. Vas es Antichristi, & neque bonum vas, sed fordidum, & indignum, quod ille, sicut aliquis barbarus, vel tyrannus, cum in eos, qui sub (2) legum justitiâ degunt, conatur irucere, præmisit prius tanquam morti destinatum, ad explorandam ejus quantia, & qualis sit legitimi Regis virtus, ac' populi: Ipse enim, inopinatus irruere pertimuit, sed neque alium ex necessitatis viris mittere ullum ausus est, nec ipse parereur adversi. Talem te nobis, sub bono, & sancto Rege positis, velut morti destinatum, Rex tuus præmisit Antichristus. Et hæc qualem non inexplorata proloquor, sed ex quibus nullam te videp facere virtutem, ita de te sentio. Illum enim, & in Angelum lucis transformantem, & ministros ejus tales adversorum præmicimus, & signa, & prodigia facturos, ita ut, si possibile sit, etiam electi feducantur. Quis ergo es tu, qui neque necessarium nobis Regem esse fatus es a patre tuo Satana? Nam quem mortuum fuscitas, quod profluvium sanguinis fistis, (3) quos luto cæci oculos illinitos videre facis? Quando quidem tantarum nequitiarum panibus reficis? Ubi fuper aquas incedis, aut quis te vidit ex his, qui in Hic-Crusalem habitant? Perita barbare, non Græcorum lingua, non Egyptiorum, non Romanorum, non ullius alterius linguæ scientiam habere potuisti; (4) sed Chaldæorum fobum, quæ ne in numerum quidem aliquem ductur: nullum alium loquentem audire potes. Non ita Spiritus Sanctus, abfit hoc malum, fed omnibus dividit, & omnia linguarum genera novit, & agnoscit universa, & omnibus omnia effectus, ut quæ apud quosdes, & tanquam elegans nimus peragesmysteria. Verium quid ego hæc infignanter accipio? Nonne oportet te multiplicari tanquam Zizania, ufquequo ille ipse magnus pater reus adveniat, fuscitans mortuos, pe-
Act. 2. 6. ne ufque ad gehennam omnes confutiens, qui fibi obtemperasse nolluerint, plurimos deterrens arrogantiæ metu, quo eft ipfe circumdatus, alios adhibens minas, vultus fui conventione, & circumductione hudificans: fed ultra non proficiet; infipientia enim ejus animibus pervulgata erit, ficut Jannes, & Mambres, Judices dixerunt; ficut ex te, conperiemus ipfi, & poftea quanta, & quales, infuper etiam ab Evangelio præfcribente (7) nulli alii eque in pofterum præbetur ingreffus ad prædicandum, vel docendum, vel ad evangelizandum, vel prophecandum in hac vita duntaxat, nifi forte falfus Prophera habeatur, aut falfus Chriftus. Unde cum dixeris in Evangelio fuiffe Paracletum, & ipfum, quando confignaffe, quam dixit, *Ex patre fcimus, & ex parte prophetamus; cum autem venerit, quod perfectum eft, id quod ex parte eft deftruetur.* Quem ipfum expectas, hoc dixit? Quod fi ipfe confiteur expectare fe aliquem perfectum; & fi venire aliquem neceffe eft, offende nobis de quo dicit in Evangelio in hunc videatur illa, ferme recurrere, aut in eum, qui miffus fuerit, Satanam, ficut tu dicis. Si enim confiteris venturum effe, quod perfectum eft, non poteft effe Satanas; fi autem Satanam expectas, non poteft effe perfectum.

XXXVII. Archelaus dixit, Quoniam non fine Deo dicta funt, quæ a Beato Paulo profata funt, certum eft, quod Dominus noftrum Jefum Chriftum dixerit expectandum effe perfectum, qui folus patrem novit, & cui voluerit revelare, ficut poftum ex verbis ipfius demonftrare. Sed quia eum venerit quod perfectum eft, deftruetur id quod ex parte eft; ifte vero fefe affeverat effe perfectum, quafi deftruxit offendat: quod enim deftruetur, ignorantia eft, quæ in nobis eft. Dicat igitur, quid deftruxit, quid in notitiam protulit? Sed quid facere potuit, faciat, ut credi ei poffit? Sermo vero ille quantum habeat virtutem, fi poterit illuminet intelligi, ita demum credi poterit his, quæ a me fuerint afferta. Igitur in primâ ad Corinthios epiftolâ hæc dicit Paulus de perfecto: *qui venturus eft, Sive Prophetiæ deftruentur, five linguæ ceffabunt, five fcientia deftruetur; ex parte enim fcimus, & ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod per-*

ANNO CHRISTI 277.

1. Tim. 4. 2.

1. Cor. 13. 9.

ANNO CHRISTI 277.

1. Cor. 13.

ANNO CHRISTI 277.

fectum eſt, id quod ex parte eſt, deſtruetur. Vide ergo quantam in ſefe habeat virtutem, quod perfectum eſt, & cujus ſit ordinis ifta perfectio. Dicat autem ille quam deſtruxerit proprietatem Judæorum, ac Hebræorum, (1) feu linguas ceſſare fecit Græcorum, aut eorum, qui idola colunt, vel quæ alia dogmata deſtruxit Valentiniani, aut Marcionis, aut Tatiani, aut Sabellii, cæterorumque qui propriam ſibimetipſis ſcientiam compoſuerunt. Quem horum deſtruxit dicat, aut quando deſtruet, quafi perfectus? Indicia forſtaſſis aliquas quærit? (2) Non plane, non tam obſcure, & ignobiliter adveniet dies, qui perfectus eſt, ideſt, Jeſus Chriſtus Dominus noſter: Deus ſicut Rex advenies ad urbem ſuam, præmittit primò (3) Protectores ſuos, ſigna, dracones, labaros, duces, Principes, Præfectos, & univerſa continuò commoventur, ullis verò metuentibus, aliis verò gaudentibus pro expectatione Regis; ita & Dominus meus Jeſus, qui eſt verus Rex, cum advenerit in primo glorium ſuam, inconſtantiati, aut eque immaculati regai prædicatores facratos, & tunc habitura creatura commovebitur, & conturbabitur, ſpiritus, atque obſtecrans, ut ſuſcipiatquo eam a fervitute liberet. Humanum vero genus metuat neceſſe eſt, (4) & quamdeliſta commiſerit, ſoli verò iuſti lætabuntur, expectantes, quæ ſibi promiſſa ſunt, nec ulta mundanarum rerum ſubſtantia permanebit, omnia deſtruentur, tunc prophetiæ, & horum libri, five linguæ rotius generis ceſſabunt, eo quod ultra non egeant ſolicite ejus homines, & cogitare de his, quæ ad vitam neceſſaria ſunt; five ſcientia quorumcunque doctorum etiam ipſa deſtruetur: nihil enim horum ſuffecre poterit magni illius Regis adventum. Sicut enim parva ſcintilla ad ſplendorem ſolis admota abſumitur, illico non apparet; ita univerſa creatura, omnis prophetia, cunctæ ſcientia, univerſæ linguæ, ſicut ſupradiximus, deſtruentur. Sed quia cæleſtis Regis præſentiam pauci verbis, & fragilibus, & valde infirmis exponere non valet humana natura, ut fortaſſe Sanctorum debeat eſſe, & valde diſtorum de ipſo alii quid enarrare; tamen neceſſitatis cauſâ, ita me ſufficit proculiſſe, huius importunitate compulſum, ut iſtum vobis qualis eſſet oſtenderem.

XXXVIII. Et ego quidem beatiſco Marcionem, & (5) Valentinianum, ac Baſilidem, aliſque hæreticos, (6) ſic ut iſtius *Conciſor. Suppl.* Tom. I.

a comparatione, qui velut intellectu aliquo uſi ſunt, qui videntur ſibi omnem Scripturam poſſe intelligere, & (7) fe duntaxat ſtatuerunt iis, qui ſe audire voluiſſent; nullam tamen ipſorum audus eſt Deum ſe prædicare, vel Chriſtum, vel Paraclitum, ſicut iſte, qui aliquando quidem de ſeculis diſputat, aliquando de ſole quomodo facta ſint, tanquam major ipſe ſit eorum: omnis enim qui de ſole aliquid opponit, quomodo ſit, majorem ſe & antiquiorem oſtendit eſſe, quàm eſt ille, de quo dicit. Quis autem & de ſubſtantia Dei dicere audeat, niſi forte ſolus Dominus noſter Jeſus Chriſtus? Quis quidem ego non ex meis verbis addtuo, fed Scripturæ, quæ nos edocuit, auctoritate confido; quando Apoſtolus dicit ad nos, *Ut ſitis ſicut luminaria in mundo, in verbum vitæ continentes ad gloriam meam in die Chriſti, quoniam non in vacuum cucurri, nec in vacuum laboravi.* Intelligere debemus, quæ ſit vis, & ratio ſermonis hujus; verbum enim Dueis obtinet locum, (8) opera vero Regis. Sicut ergo aliquis Regi ſuo advenanti, omnes, qui ſub curâ ſui ſunt, ſtudet obedientes, paratos, & charos, hilareſque oſtendere, ac devotos, fed etiam innocentes ac puros omnibus abundantes, ut ipſe laudem conſequatur a Rege, & majore ab eo honore dignus habeatur, tanquam bene gubernatâ, quæ ſibi eſt commiſſa, provincia. Ita & Beatus Paulus dicit ad nos, *Ut ſitis velut luminaria in hoc mundo verbum vitæ continentes ad gloriam ipſius in diem Chriſti.* Scilicet quòd Dominus noſter Jeſus Chriſtus veniens, videat præciſſe doctrinam ejus in nobis, & quia non in vacuum cucurrit, nec in vacuum laboravit, ſed ut retribuat ei debitam coronam. Et rursùs quoque in eâdem epiſtolâ commonet nos, ne terrena ſapiamus, fed converſationem noſtram debere eſſe in cœlis; unde & Salvatorem expectamus Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Et quoniam nobis non eſt tutum ſcire ultimam diem, deſignavit in epiſtolâ, quam ſcribit ad Theſſalonicenſes, *De tempore autem, & momentis, Fratres, non eſt habeiti opus, ut aliquid vobis ſcribam; ipſi enim diligenter ſcitis, quia dies Domini, ſicut fur in nocte, ita veniet.* Et quomodo nunc adſtat iſte perfudens. & rogans unumquemque Manichæum effici, & circumvenit, & ingeditur domos, decipere quærens animas oneratas peccatis? Sed non non ita fentimus, quin potius res iſtas proferamus in medium, & conferamus, ſi placet, ad perfe-

F 2 dium

ANNO CHRISTI 277.

1. Theſſ. 5.

NOTÆ ZACAGNI.

(1) Et hic mirè depravatum eſt idem codex, in quo legitur, *Anathema eſſet ana*. An reſtè notem endevertimus, doctorum eſto judicium. Vide etiam an corrigendum ſit; *Anathema es & maranatha*.

(2) Vide in, *Regum*.

(3) In Cafinenſi, *quod luto*.

(4) Chaldæorum ſquidem linguam Syriacæ dialectum eſſe, tradit Abulfaragius in Hiſtoria Dynaſtarum pag. 12.

(5) In in codice Cafinenſi, quod tamen nonnulli fortaſſe emendandum putarent hoc paſſo, *Quid amplius dicam? Barbare*. Sed fieri poteſt, ut verbo *dicere* ufus ſit rudis interpres pro contendere, dicam tenere, vel dicacem eſſe.

(6) Quæ ſequuntur nullis conjecturis emendavimus; nam in Cafinenſi codice hic mirè corrupto ſcribitur, *Iacobum magiſterium illuminatorem*. Mox, *apud eos Indos*. Et infra, *adversus? ſuſcitans mortuos? penè usque ad gehennam omnes perſequens, qui ſi ne obtemperare nolaerit, plurimos deterrens arrogantia metus. Quo? eſt ipſe circumdatus, alios adhibet minas, vultus ſui conventione circumductio ludificat. Sed &c.* Manes autem tanquam Mithræ ſacerdos traducitur, quia ſolem venerabatur Manichæi, ut alibi oſtendo.

(7) In Cafinenſi eſt, *nulli alio atque poſterum*, quem cum editum eſt legendum cenſui,

(1) In Cafinenſi eſt, *ſed*, prava lectio.

(2) Cod. Cafin. *Non plani nota*. Sed omiſſa ab oſtitante librario lineolas cenſui, quæ vocabulas quoque conſonantes deſignarent.

(3) De his late poſt Gothofredum Ducangius in Gloſſario.

(4) In cod. Cafinenſi, *& eum plurimum contuebatur*.

(5) Valcatinianum veluti, quem alii Valentinum nominant, celebrem Apoſtolicorum temporum hæreſiarcham.

(6) In cod. Cafinenſi eſt, *ſicut ſibius parentes*, ſed legendum, *ſic ut iſtius companions*. Archelaus enim beatos facit Marcionem, aliſque hæreticos, non quòd ita de illis ſentiendum ſit; ſed quòd Manetis infanciſſimo comparati, minus errare deprehendantur.

(7) Cafinen. *ita ſolaſtiene Batuerunt*, qui.

(8) Cur hæc cum præcedentibus non cohærerent, vide præfationem noſtram in Archelaum. Sinſus autem effe videtur, ſolius Regis, perfecti, videlicet illius, qui expectat, opus eſſe, hominum ignorantiam, ut antea dixit, penitus deſtruendam, quod non præſtitcrat Manes.

ANNO CHRISTI 277.

ctum Paraclitum. Videtis enim, quia interdum pœnitet, interdum interrogat, nonnunquam deprecatur. Sed scriptum est in Evangelio Salvatoris nostri, quia & illi, qui a sinistris Regis adsistunt, dicent, Mat. 25. 44. *Domine quando te vidimus exurientem, aut sitientem, aut nudum, aut peregrinum, aut* [1] *in carcere, & non ministravimus tibi?* rogantes ut sibi indulgeret; sed quid illis respondit justus judex Rex? Luc. 13. 27. *Discedite a me in ignem æternum operarii iniquitatis.* Abjecit eos in æternum ignem, cùm illi rogare non cessent. Vides ne quid sit perfecti Regis adventus? non talem qualem tu asseris perfectionem. Quòd si post ipsum expectandus est magnus Judicii dies, multo utique hic illo inferior est. Quòd si inferior erit, perfectus non erit. Si perfectus non erit, non de ipso dicit Apostolus. Quòd si non de ipso dicit Apostolus, istum autem de se dictum esse mentitur, pseudopropheta utique judicandus est. Sed & multa alia horum similia dici possunt, quæ si omnia persequi velimus, nullum nobis tempus ad omnia explenda sufficiet. Unde abundare existimavi de multis pauca dixisse, reliquas partes tractatûs hujus exequi volentibus derelinquens.

XXXIX. His auditis dederunt gloriam Deo immensam, & ipso dignam; Archelaum verò multis honoribus affecerunt. Tunc Marcellus assurgens, & (2) stolas exuens, circundat Archelaum, atque osculis eum defixus amplectitur, & inhæret. Tunc verò infantes, qui fortè convenerant, primi in Manem pellere, ac (3) fugere cæperunt, quos turba reliqua insecuta, concitavit se ad effugiendum Manem. Quod cùm pervidisset Archelaus, elevatâ in modum tubæ voce suâ, multitudinem cupiens cohibere, ait, cessate, Fratres dilecti, ne fortè rei sanguinis inveniamur in die judicii; scriptum est enim de talibus, quia 1. Cor. 11. 19. *Oportet & hæreses esse inter vos, ut qui probati sunt, manifesti fiant inter vos.* Et his dictis, sedatæ sunt turbæ. Quoniam verò placuit Marcello disputationem hanc excipi, atque describi, contradicere non potui, confisus de benignitate legentium, quòd veniam dabunt, si quid imperitum, aut rusticum sonabit oratio; hoc enim tantum est, quod studemus, ut rei gestæ cognitio studiosum quemque non lateat. Tunc ergo, cùm effugisset Manes, nusquam comparuit. Turbo verò minister Archelao traditur a Marcello, quem cùm Diaconum Archelaus ordinaret, in Marcelli contubernio perseveravit. Manes autem fugiens advenit ad quendam vicum longè ab A urbe positum, qui appellabatur Diodori. Erat autem Presbyter loci illius nomine, & ipse (4) Diodorus, quietus, & mitis, fidei, ac famæ bonæ valdè, & cùm quadam die Manes, congregatâ turbâ, (5) concionaretur, ac peregrina quædam, & aliena a paterna traditione populo, qui astabat, assereret, nullum omninò ex his formidans, quod sibi posset obsistere, Diodorus videns proficere ejus nequitiam, deliberat Archelao mittere epistolam, continentem hæc.

ANNO CHRISTI 277.

[6] *ARCHELAO EPISCOPO DIODORUS.* *S. D.*

B XL. SCire te volo, religiosissime Pater, quoniam advenit quidam in diebus istis, nomine Manes, ad loca nostra, qui novi Testamenti doctrinam se adimplere promittit. Et quidem erant quædam in his, quæ ab eo dicebantur, nostræ fidei; quædam verò asserebat longe diversa ab iis, quæ a nostra (7) paterna traditione descendunt. Interpretabatur enim quædam alienè, quibus etiam ex propriis addebat, quæ mihi valdè peregrina visa sunt, & infida: Pro quibus etiam permotus sum scribere hæc ad te, sciens doctrinæ tuæ perfectum, & plenissimum sensum, quoniam latere te horum nihil potest; & ideo confisus sum ad expla- C nanda nobis hæc, invidiâ te non posse prohiberi. Quamvis nec ego quidem in alterum aliquem inclinari potuerim sensum, tamen propter simplices quosque tuæ auctoritatis compulsus sum implorare sermonem. Re verà enim vir valdè vehemens tàm sermone, quàm opere, sed & aspectu ipso, atque habitu apparet. Sed & pauca quædam, quæ retinere possum ex iis, quæ ab eo dicta sunt, scribo tibi, sciens quia ex iis etiam reliqua intelliges. Nosti quia morem hunc habent, qui dogma aliquod asserere volunt, ut quæcunque voluerint de scripturis assumere, hæc propensius sui intelligentiâ depravent. Sed hoc præveniens Apostolicus de- D notat sermo dicens, Galat. 1. *Si quis vobis annuntiaverit præter quod accepistis, anathema sit.* Itaque post hæc, quæ semel ab Apostolis tradita sunt, ultrà non oportet quicquam aliud suscipere discipulum Christi. Verùm ne sermonem longius protraham, ad propositum redeo. Legem Moysi, ut breviter dicam, dicebat hic non esse Dei boni, sed maligni Principis, nec habere eam quicquam cognationis ad novam legem Christi; sed esse contrariam, & inimicam, alteram alteri ob-

NOTÆ ZAGAGNI.

(1) Ita Vulgata juxta græcum textum, Cyprianus lib. de Opere & Eleemosynis, aliique. Casinensis tamen habet, *in carcerem*.

(2) Fortè, *stolam*.

(3) *Fugere, & effugere*, pro, fugare, in fugam conjicere, suo loquendi more dicit antiquus interpres.

(4) Nescio quo pacto Diodorum hunc Tryphona vocet Epiphanius in hac Manichæorum hæres. num. 11.

(5) In Casinensi codice, *continuaretur*.

(6) Meminit hujus epistolæ Epiphanius in hac hæresi num. 11. ejusque argumentum, non autem verba, ut Petavius interpretatur, breviter refert. In titulo hujus epistolæ vox, *salutem*, deest in cod. Casinensi, sed literam, s, eam vocem indicantem repetere neglexit librarius, eo quòd in fine præcedentis vocis existat.

(7) Videant hæretici quàm clarè, tam hic quàm infra Diodorus antiquas Ecclesiæ traditiones sequendas, amplectendasque esse declaret.

ANNO CHRISTI 277.

obsistentem. Ego audiens, dicebam eis sermonem Evangelicum, quomodo dixit Dominus noster Jesus Christus, *Non veni solvere legem, sed adimplere.* Ille verò ait, nequa- Mat. 5. 17. quam eum hunc dixisse sermonem; cùm enim ipsam inveniamus eum resolvisse legem, necesse est nos hoc potius intelligere, quod fecit. Deinde cæpit dicere plurima, ex lege, multa etiam ex Evangelio, & Apostolo Paulo, quæ sibi videntur esse contraria, quæ etiam cum fiducia dicens, nihil pertimescit; credo quòd habeat adjutorem Draconem illum, qui nobis semper inimicus est. Prov. 22. 2. Dicebat ergo, quòd ibi dixerit Deus, Ego divitem, & pauperem facio; hic verò Je- Mat. 5. 3. sus beatos diceret pauperes. Addebat etiam, quòd nemo possit ejus esse discipulus, nisi Luc. 14. 33. renuntiaret omnibus, quæ haberet: ibi verò Moyses argentum, & aurum ab Ægyptiis su- Exod. 12. 35. mens cum populo fugisset ex Ægypto: Jesus autem nihil proximi desiderandum esse Exod. 21. 24. præcepit. Deinde, quòd ille oculum pro oculo, dentem pro dente in lege cavisset ex- Luc. 6. 29. pendi; noster verò Dominus percutienti unam maxillam, juberet etiam alteram præparari. Quòd ibi Moyses eum, qui sabbato opus fe- Num. 15. 87. cisset, & non permansisset in omnibus, quæ scripta sunt in lege, puniri, lapidarique præcepit, sicut factum est ei, qui adhuc ignorans in sabbato fascem ligni collegerat; Mar. 2. 5. Jesus verò in sabbato etiam lectum portare Luc. 6. 1. præcepit a se curato; sed & Discipulos in die sabbati vellere spicas, ac manibus confricare non prohibet, quod sabbatis utique non licebat fieri. Et quid plura dicam? multis, & variis assertionibus hujuscemodi dogmata ab eo summo nisu, atque summo studio affirmabantur. Nam ex auctoritate Apostoli Moysi legem, legem esse mortis conabatur asserere; Jesu verò legem, legem es- 11. Cor. 3. 6. se vitæ, per id quod ait, *In quo & idoneos nos* [1] *faciat Deus ministros novi testamenti, non literâ, sed spiritu. Litera enim occidit, Spiritus autem vivificat. Quod si* [2] *ministerium mortis in literis, formatum in lapidibus, factum est in gloriâ, ita ut non possent intendere filii Israel in faciem Moysi pro-* Exod. 34. 35. *pter gloriam vultus ejus, quæ* [3] *destruetur; quomodo non magis ministerium Spiritus erit in gloria? Si enim ministerium damnationis gloria est, multo magis abundabit ministerium justitiæ ad gloriam. Neque enim glorificatum est, quod gloriosum factum est in hac parte, propter eam, quæ supereminet, gloriam; si enim quod destruetur per gloriam est, multò magis, quod manet, in gloria est.* Sed hoc quidem, sicut ipse nosti, in secundâ ad 1. Cor. 15. 50. Corinthios epistolâ. Addit autem ex primâ epistolâ, terrenos esse dicens discipulos ve- A teris testamenti, & animales, & ideo carnem, & sanguinem regnum Dei possidere non posse. Ipsum quoque Paulum ex propriâ sua personâ dicebat asserere id quod ait, Gal. 2. 18. *Si ea, quæ destruxi, iterum ædifico, prævaricatorem me æstimo.* Sed & illud eundem ipsum evidentissimè de carnis resurrectione dixisse, Rom. 2. 28. non esse Judæum, qui in manifesto est, neque quæ in manifesto, in carne, est circumcisio, neque secundum literam, legem quicquam utilitatis retinere. Et rursùm, quòd Abraham habet gloriam, sed non Rom. 4. 2. apud Deum. Tantummodo agnitionem pec- Ibid. 3. 20. cati per legem fieri. Sed & alia multa, legi obtrectans, inserebat, eo quòd lex ipsa peccatum sit, in quibus simplices quique, B dicente eo, movebantur; & usque ad Joannem igitur ajebat lex, & prophetæ. Joan. 1. 29. Ajebat autem Joannem regnum cœlorum prædicare; (4) nam & per abscissionem capitis ejus hoc esse indicatum, quòd omnibus prioribus, & superioribus ejus abscissis, posteriora sola servanda sint. Ad hæc igitur nobis, o religiosissime Archelae, paucis rescribe; audivi enim non mediocriter tibi esse in talibus studium; Dei enim donum est, idcirco quod dignis, & amicis suis, sibique propositi societate conjunctis, Deus donat hæc munera. Nostrum enim est propositum (5) præparare, & proximos fieri benignæ, ac diviti menti, & continuo ab eâ largissima C munera consequimur. Quoniam ergo in iis voto, & proposito meo sermonis non sufficit eruditio (idiotam enim me esse confiteor) ad te misi, sicut sæpius dixi, quæstionis hujus solutionem plenissimam recepturus. Incolumis mihi esto, Pater incomparabilis, & honorabilis.

XLI. Acceptâ hac epistolâ Archelaus admiratus est hominis audaciam; sed interim Diodori allegationibus, ut res suadebat celerem dare responsum, continuò scripsit hoc modo.

[6] *ARCHELAUS DIODORO PRESBYTERO FILIO HONORABILI* *Salutem.*

D ACceptis literis tuis, valdè gavisus sum, Dilectissime. Cognovi autem, quòd vir iste, qui ante hos dies ad me venerat, & scientiam aliam, præter eam, quæ Apostolica est, & ecclesiastica, introducere cupiebat, ad te quoque venerit; quem quidem ego non admisi, in præsenti enim nobis disputantibus confutatus est. Et velim quidem omnia, quæ a me dicta sunt, scribere tibi, ut ex his agnosceres fidem ejus; sed quia de va-

NOTÆ ZACAGNI.

(1) Vulgata *fecit Deus*, quod magis græco textui consonum est.

(2) Vulgata, *Ministratio mortis, literis deformata in lapidibus*; sed nostri interpretis lectio magis ad sensum græci, quo nunc utimur, textus accedit.

(3) Infra cap. 42. habet, *aboletur*.

(4) In Casinensi, *nam & abscissionem*, omissa, ut patet, præpositione *per*. Sed & legi potest, *abscissione*.

(5) In Casinensi codice legitur, *prapararet proximus fieri benignæ hac diviti menti*. Et infra, *Idiotam me esse confiteor*. Sed ita emendandum esse, ut editum est, nemo, ut arbitror inficias iverit.

(6) Hanc Archelai epistolam cum subsequentibus nonnullis usque ad caput 46. hujus operis edidit pariter ex codice Bobiensi Valesius, cujus varias lectiones adnotamus.

ANNO CHRISTE 277.

vacanti (1) fieri poterit hoc, nunc, quod A infiat, paucis refpondere fibi neceffarium duxi, ad ea quæ mihi fcripfiffi, quòd ab illo dicerentur. Erat ergo el (2) fummum ftudium legem Moyfi oftendere non effe confonantem legi Chrifti, & hâc ex noftris fcripturis affiverare tentabat. Nos verò ex eâdem ipsâ fcriptura non folum confirmavimus legem Moyfi, & omnia, quæ in eâ fcripta funt; verùm etiam omne vetus teftamentum convenire novo teftamento, & confonare probavimus, unumque effe teftamentum, tanquam fi una veritis videretur (3) ex fubtegmine, atque ftamine effe contexta. Hoc folum, quod veluti purpuram videmus in veftè, novum teftamentum (4) in textura veteris teftamenti (5) gloriam enim Domini in eodem fpeculabatur. Non ergo abjiciendum eft (6) fpeculum, cùm nobis ipfam imaginem rerum fimilem, vereamque (7) demonftret; quin potius (8) amplexus, & ob amplius honorandum eft. Sed & puerum, (8) qui ad Doctores à pædagogo perducitur, cùm adhuc parvulus eft, nunquid cum ad ætatem pervenerit (9) à Doctoribus (10) oportet pædagogum, propterea quòd in opera ejus non indiget, & poteft folus jam fine ejus adminiculo ad fcholas pergere, atque ad auditoria properare? (11) Aut rurfùm parvulus, qui laffe nutritus eft, cùm profecerit ad validiores cibos, cum injuriâ debet abjicere, atque exhorrefcere nutricis mammillas? quin potius venerantur, & colit, & beneficii fui (12) debitor fatetur. Aliud etiam, fi videtur, (13) adhibemus exemplum. Homo quidam projectum in terram cùm vidiffet infantem, & jam-jam interimere affectum, (14) collegit eum, & nutrire apud fe cœpit, ufquequò ad ætatem adolefcentiæ perveniret, valeantque omnes, (15) qui evenire folent nutritoribus, labores. (16) Accedit verò poft tempus is, qui naturalis ei fuerat pater, requirere puerum, & invenit eum apud illum, qui nutrierat. Quid faciat hic puer, patre cognito? de juftò enim puero mihi fermo eft. Nonne multis donis numerato eo, qui fe educaverat, fequitur naturalem (17) paternum refpectus hæreditatis? Tum mihi intelligendum eft magnificum Dei fumulum Moyfen (18) invenifle populum affictum ab Ægyptiis, quem affumptum nutriebat in defcrto (19) tanquam pater, docebat ut magiftet, regebat ut reftor. Confervavit populum, ufquequo veniret cujus eft, & poft aliquantum tempus adveniens pater, ores recepit. Nonne per omnia honorabitur quidem ab eo, cui tradidit gregem; gloriabitur verò ab iis, qui ab eo confervati funt? Quis igitur ita mentis infanus eft, ut Diabolifimæ Diodoræ, ut alienus à fe dicit eos, qui inter fe conjunctî funt, qui pro fe invicem, propteraque, (20) qui æqualia, & fibi fimilia, atque cognata, imò potius germana fegna, ac unigeniti patrem? Et primò quidem Moyfen ad populum dixit: *Proph. 18. Deut. 18. Populum vobis fufcitabit Dominus Deus noffer ſi-cut me.* Jefus deinde ait, de me enim Moyfes locutus eft. (21) Videsquomodo decretas fibi invicem tradunt. (22) quamvis alter Propheta, alter verò Filius fit dilectus; alter fidelis famulus, alter verò Dominus agnofcetur. Sed & quondam, veluti quis fine pædagogo ire ad fcholas, non fufcipitur à magiftro dicente, non eum fufcipiam, nifi acceperit pædagogum. Quis fit autem, de quo dicimus, breviter exponam. Homo quidam erat dives, gentiliter vivens, in multâ luxuriâ quotidie degens; alius verò pauper erat vicinus ejus, qui ne quotidianum quidem cibum (23) poterat invenire. Accidit utranque vita difcedere, & in infernum defcendere, & pauperem miceri in locum requiei. & reliqua, quæ noftî. Verumtamen, erant divitis fratres quinque, (24) ea quæ & ipfe egerat, agentes, fine dubio quæ domi a tali

ANNO CHRISTI 277.

ANNO CHRISTI 277.

tali magiftro didicifient. Rogavit dives fimul uno tempore, ut edifceret majorem doctrinam; Abraham verò fciens, quoniam adhuc indigent pædagogo, ait ei, habent Moyfen, & Prophetas. Si enim illos non fufceperint, ut ab eo, velut pædagogo gubernentur, non poterant majoris magiftri capere doctrinam. XLII. Sed & de aliis fermonibus, ut potero, exponam, ideft, quod non contraria Moyfi locutus eft Jefus, (1) aut fecit. Primùm quòd ait oculum pro oculo, dentem pro dente, (2) hoc juftum eft; quod autem exfum præftare jubet & alteram maxillam, (3) hoc bonitas eft. Nunquid inftitia bonitati eft contraria? Abit, profectus augmentum eft de juftitiâ ad bonitatem. Et rurfus, ne deftruxiffe videatur legem, non plane deftruxit; ipfe enim (17) Dominus erat fabbati; tanquam fi ſponſi quis poft nuptias interceperat, jufti-fimum eft, maximè cùm multa fit mercatus. Hoc autem dico, quando Ægyptii affligebant filios Ifrael per operum compulfores in ſtipendiis ſcribibus, quod cum fupplicii Moyfes totum pariter intra unum momentum temporis exegit. (5) Nunquid hoc iniquitas appellanda eft? Abfit. Illa fanè bonitatis eft (6) & abftinentia, cùm uritur quis frugaliter, renuntiare omnibus, quæ fuperflua funt. (7) Quòd verò in veteri teftamento dixit eft. Ego divitem facio, & pauperem; ſatis verò beatificat pauperes, non dixit (8) ſecularis ſubſtantiæ pauperes, ſed pauperes ſpiritu. Ideft, qui non ſuperbia (9) inflammantur, ſed humiliores (10) ſe mitigant, & inclinant, non plus ſapientes quàm oportet ſapere. Quam quidem adverſarius quotidiano non commentetur aptavit. Hic enim video & Jefum libenter intuentem divitum munera, cùm in gazophylacio (11) offerrentur, & parum hoc eſt, ſi in gazophylacio mittebat, ſed & ſacrificia munera (12) offerantur: imò verò etiam duo minuta pauperculæ vitæ libenter ſuſcipiuntur, in quo amplius aliquid, quàm quod Moyſes præceperat, de ſuſcipiendâ pecuniâ, demonſtratur. Ille enim (13) ab his, qui habebant, accipiebat; hic autem accipit etiam ab his, qui non habent. Sed aic, ſcriptum eſt, *Niſi quis renuntiaverit omnibus, quæ poſſidet, non poſſit meus ejſe diſcipulus.* Rurſum video Centurionem valde divitem, & ſeculari præditum poteſtate fidem habere plufquam (14) omnem Iſraëlitam; ut ſi quis fuit etiam qui renuntiaverat, a Centurione ſuperatur in fide. (15) Sed dicet nobis quis, non eſt ergo bonum renuntiare divitiis Bonum inquam his, qui poſſunt; (16) ſed abati divitiis ad opus juſtitiæ, atque miſericordiæ, parem gratiam tribuit, ac ſi univerſis pariter renuntiatur. De eo autem quod dicit, beſſelibram auri, non plane exſtruxit; ipſe enim (17) Dominus erat ſabbati; tanquam ſi ſponſi quis poſt nuptias interceperat, juſtiſſimum eſt, maximè cùm multa ſit mercatus. Hoc autem dico, quando ab alio extranco vexari vel contingi (18) patiatur, ufquequo ipſe ſponſas adjuvetur, & cùm adveneric, ſtratos ſuo, ſicut libuerit, utatur, vel his, quos ipſe ſecum juſſerit introire. Teſtimonium etiam dedit his, quæ dicimus, cæleſti voce ipſe Dominus Jeſus Chriſtus dicens, *Nunquid poſſunt filii ſponſi jejunare, dum cum illis eſt ſponſus? Spatium autem dabitur eis circumciſionem non objecit*, quin notius ipſe pro nobis in ſemetipſum caufam circumciſionis (21) excepit, labore non relevare, & pari nos fru'tra doloris aliquid non ſinens. Quid enim prodeſt circumcidenti ſe quidem, & adverſus proximum ſuum peſſimi cogitanti? Voluit autem magis largiſſime (22) vitæ ſpatia compenſioſo nobis tramite demonſtrare, ne forte. cùm longa ſpatia circuimus, ante nobis dies claudatur in noctem, & dum de foris quidem ſplendidi homin-bus apparemus, intrinſecus lupis rapacibus comparemur, aut ſepulchris conferamur lentibus. (23) Multo enim ille hale præſentibus eſt, qui veſte ſqualida, ac detrita circundatus, nihil malè in corde ſuo conclufum retinet adverſum proximum ſuum. (24) Cordis enim circumciſio

NOTÆ ZACAGNI.

(1) Codex Bobienſis, *ferè* parâ.
(2) Cod. Bobienſis, *ſuum ſtudium*.
(3) In Cafinenſi eſt, *ex ſubtegmine, & qua ſtamine*. Sed non Bobienſe cod. lectionem meliorem eſſe confiimus.
(4) Codd. Caſin. & Bob. *in texturam*.
(5) Corruptus eſt hic in loco Bobienſis codex; quem non rectè Valeſius correxit.
(6) Cafinenſis non addit, *ſpeculum nobis per ipſam imaginem*, Sed melior alia Bobienſis codicis lectio, quam ſecuti ſumus.
(7) Bobienſis, *demonſtrat*.
(8) Et hic melior Bobienſis codicis lectio; nam Cafinenſis habet, *qui a doctore ibi a pædagogo*.
(9) Codex Cafinenſis, *ſtatuet & pædagogum, propter quod ore ejus non indiget*. Et paulò poſt, *atque plauditoria properare*. Sed nos Bobienſis codicis lectionem expreſſimus.
(10) Bobienſis, *Ut rurſum*.
(11) Cafinenſis, *deſiderium*. Forte, & beneficii ſe debitorem fatetur.
(12) Bobienſis, *adhibemus*.
(13) Idem codex, *colligit, & nutrire apud ſe quærit*.
(14) Idem codex, *qui venire ſolent nutricibus labores*.
(15) Codex Bobienſis, *patrem profectis*. Et mox, *mihi intelligi magnificum*.
(16) Bobienſis habet, *tanquam patri adnectat. Ut magiſter regebat, & conſervabat populum Dei in eremo poſt aliquantum tempus advenit pater precibus vero recepit*.
(17) Codex Bob. *qui aquitatis, atque cognatæ*. Mox, *ad populum; Prophetam*.
(18) Male Cafinenſis codex, *Unde*.
(19) Male Cafinenſis, *quam*.
(20) Codex Bobienſis, *patrii*, male ſcilicet.
(21) Codex Bob. *& ea quæ ipſe ſcripturæ agentes*. Et infra, *uno tempore differe majorem doctrinam Abrahæ*. *Abrahum vero*.

NOTÆ ZACAGNI.

(1) Malè Cafinenſis, *autem ferit*. At in Bobienſi cod. ſequitur, *Primum quidem, quod ait*.
(2) Codex Bobienſis, *in hoc*.
(3) In Cafinenſi addire hic plura verba deſunt; habet enim, *hoc bonitas eſt*. *Abſit*.
(4) Cod. Bob. *& exigi ab eo illa, qua fraude interceperat*. Cafinenſis verò, *exige ab eo illa qua fraudem interceperat*. Nos ex utroque codice meliorem lectionem conflavimus.
(5) Bobienſis, *exigiſti*. *Nunquid iniquitas*.
(6) Nunc patet Valeſium rectè ad marginem emendaſſe Bobienſis codicis lectionem, quæ habet, *abſtentia*.
(7) Codex Bobienſis, *Quod ergo*, & mox. *Jeſus beatificat*.
(8) Codex Bobienſis, *ſeculari ſubſtantiâ*.
(9) Forte, *inflatur*.
(10) Codex Bobien. *humilitate mitigant*.
(11) Codex Cafinenſis, *offerentur*, & *pauperum hoc eſt*. Bobienſis autem, *offerruntur*; & *parum hoc eſt*, quæ vera eſt hujus loci lectio.
(12) Codex Bobienſis, *inferuntur*.
(13) Idem codex, *ab his tantummodo, qui habebant, ſuſcipiebant*.
(14) Idem codex, *omnem Iſrael*, ut & quæ ſuerit.
(15) Codex Bobienſis, *dicit*.
(16) Bobienſis codex, *ſed & abati*. Forte, *ſed & uti*, vel, *ſed etiam uti*.
(17) Codex Cafinenſis, *Deus*.
(18) In codice Bobienſis; nam Cafinenſis malè, *extruxit*.
(19) Idem codex, *natitur*. Et mox, *quasi ſecum*.
(20) In græco eſt ubi vocabant, *filii thalami ſponſalis*, ſeu ut vertit Vulgata, *filii nuptiarum*, quæ antiquos tant hanus loci verſiones.
	LXXII.	LXVI.		Si qua vidua mœcata fuerit & poſt hæc maritum illum habuerit quinque annos pœniteat.
				Deſunt canones LXXIII. LXXIV. editi.

Si quis

ANNO CHRISTI	Ordo vulgatus	Ordo epitomis.		ANNO CHRISTI
314.	LXXV.	LXVII.	A	
				Si quis ſacerdotem in crimen accuſaverit in finem communicet (*alia manu antiquæ emendatur* nec in finem.)	314.
	LXXVI.	LXVIII.		Diaconus detectus fuerit ut ante ordinationem crimen admiſiſſe, ut laicus poſt quinque annos communicet.
				Deſunt reliqui canones editi LXXVII. LXXVIII. LXXIX. LXXX. LXXXI.
	Deeſt in editis	LXIX.		Fœminæ ad venationem non vadant.

COLLECTORIS NOTÆ IN CANONES SUPERIORES.

(1) *Poſt quinquennium acriplat communionem.* Deſunt poſtrema hæc in editis, & ſenſus ſuret: *Si tamen illum maritum dimiſerit, poſt quinquennium ad communionem admittatur*; vel ſuret: Etiam priori viro intra quinquennium mortuo non communicet; niſi eo quinquennio elapſo.

(2) Editus canon ita concipitur: *Propter copiam puellarum Gentilibus minime in matrimonium danda ſunt virgines Chriſtianæ, ne ejus in ſure tumens in adulterio animæ reſolvatur.* Vulgata hæc lectio optimum ſenſum reddit, & ſenſus eſt. Puellarum copia ſuadere nequaquam debet, ut gentilibus puellæ elocentur; nam juvencula illa *ætate facile illius ad animæ adulterium* ideſt ad crimen idolatriæ admittendum inducet. Sed & noſtra hæc lectio ſenſum reddit plane non ineptum; edicit enim ut puellæ cum multæ ſint, elocentur potius Gentilibus quam innupræ perſeverent propter imminentia pericalum. Utra lectio genuina habenda ſit *videriet* dodi. Vide & quæ de hoc canone ſuperius animadverti.

(3) *In ſecun crommodiet.* Vulgatus *nec in ſua ſre.* cui lectioni totus contextus plus favet.

(4) *Si qui presbyter tres ſeptimanas &c.* Vulgatus: *Si quis in civitate poſitus.* Sunt qui vulgatum hunc canonem ad clericos tantummodo referant, de quibus videndus Mendoza in Opuſculo *de confirmanda concilia Eliberitana*, ad hunc canonem. Hujc opinioni lectio noſtri codicis favet. Idem Mendoza interdidum hoc ad laicos refert, quam in rem adducit Oſii teſtimonium qui in concilio Sardicenſi teſtatur eſt: *Meminit in ſuperiori concilio ſcatres noſtros conſtituiſſe, ut ſi quis leiror in ea die qua communicatur civitate tres dominicas diet, ideſt tres ſeptimanas non celebraſſet conventum, communione priveretur.* Quibus verbis canonem hunc Eliberitanum indicari vir idem clariſſimus cenſuit. Sed eum ab anno 309. quo Eliberitanum concilium eſt habitum, ad annum 347. vel 344. ut ego inferius demonſtrabo, quo Sardicenſe convenit, tot longum annorum ſpatium interceſſerit, fieri potuit ut in alio quopiam concilio quod ad nos nequaquam pervenit, ſimile quoad laicos ſanctio ſtatueretur, idemque conciliam, non vero Eliberitanum Oſius præ oculis habuerit.

(5) Totus iſte canon ex duplici vulgato canone XXVIII. & XXIX. conflcetus latius & clarius explicat, quod in illis ſubobſcurius continetur; ex duos illos: XXVIII. *Epiſcopus plurait ab eo qui non communicat, manibus non dederis.* XXIX. *Energumenus &c. Hujus nomen neque ad altare cum oblatione recitandum, neque permittendum ut ſua manu in eccleſia miniſtret.*

MELCHIADES PAPA

Sedit ab anno 311. uſque ad 314.

SELEUCIENSE IN PERSIDE CONCILIUM

in cauſa Papæ ejus urbis Epiſcopi præſide S. Milleſio Suſarum epiſcopo,

anno 314. celebratum.

Tom. I. pag. 1824. ubi autor.

CL. *Joſeph Simonius Aſſemanus in ſua Bibliotheca Orientali Clementino-Vaticana Synodi hujus plane alias ignotæ hiſtoriam, productis actorum S. Milles Suſarum epiſcopi fragmento Arabico, ſuppeditavit. Eam verò hiſ ipſis Arabis ſcriptoris verbis Latine ab eodem Aſſemano redditis trado.* Mox ad Arareos (ita Aſſyrios (B. Milles) profectus Seleuciæ & Cteſiphontis Eccleſiam terrrimo ſchiſmate ſciſſam reperit. Cauſa mali tanti ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopus Papa. Aphni ſiliut putabatur, homo irreverandi fatus, & ambitionis immenſæ; adeout Antiſtites, qui ex diverſis locis ejus cauſam cognituri ad Synodum convenerant, ſuperbè aſpernaretur; Presbyteros verò, & Diaconos ſuæ Eccleſiæ indignis modis tractaret. Milles hominem, Deo odioſum, & civibus ſuis infeſtum publice adoritur. Ecquod re, inquit, fratrum tuorum crimen impulit, ut talia adverſus eos

audeas, membra tua ſuperbe deſpiciens, eaque abſque cauſa & præcipiti odio exagitans, quaſi Deum fabulam putes? An non ſcriptum eſt, *Qui fuerit proximi ſui ſui, ſit veſter ſervus?* Hæc Milles: Cui Papa. Tu me, ait, iſta doces inſuliſſimum caput, quaſi non illa ego norim? Tum vero Milles tractum ex pera Codicem Evangeliorum, in medio ſuper pulvinar depoſuit, ſimulque ad Papam converſus, Si te, inquit, piget iſta a me, qui mortalis ſum, diſcere, agedum, judicium pete ab Evangelio Domini, quod exterius oculis tuis patet, quandoquidem interius tuæ mentis oculus ad ejus mandata caecuit. Hic verò Papa diaboliçis æduş furiis, & Sacrum Codicem impia manu contundens, loquere, ait, Evangelium, loquere. Ad has voces commotus S. Milles, accurrens, Evangelium manibus complexus, oſculatuſque, ſuis oculis admovit: Deinde

ANNO CHRISTI 314.

audiente frequenti populo alta voce Papam compellens: Quia inquit, o superbe, talia ausus es adversus verba vitæ Domini nostri, ecce adstitit Angelus ejus, & corporis dimidium rui arefactus ad terrorem multorum; neque finui exanimaberis, sed tibi manebit vita diu in languore parentum. Eodem momento Papa e cælo tactus, dimidia corporis parte obriguit, & ad alterum latus collapsus, in eo situ per duodecim annos ad mortem usque cum incredibili dolore jacuit: quæ res ingenti terrore populum universum perculit.

Quamquam veri hanc, quæ in his actis indicatur cæpendæ Synodi causam, parum habuit-se admitto. Alii tamen aliter prætendunt. Ma-

ANNO CHRISTI 314.

res enim in vita ejusdem Papæ apud eundem Affumanum tom. I. pag. CLXX. deycebum illum ferebat, quod uni eidemque Ecclesiæ binas episcopor præfecisset.

Ad hanc ipsam Synodum datam censet vir doctissimus epistolam S. Jacobi Nisibenis episcopi ad Episcopos, Presbyteros & Diaconos Seleuciæ & Ctesiphontis de dissensionibus & contrariditionibus quæ ex superbia oriuntur. Quæ turbata in Seleuciensi ecclesia commotaque ex arrogantia Papæ episcopi perspiungit. Porro, ut addit vir iste clarissimus, hujus concilii exitus fuit, ut Papa depositio, Simeon in ejus locu substitueretur. Ita ille tom. I. pag. 611. Annus Synodi ab eodem Assemano cum anno Christi 314. computatur.

SILVESTER PAPA I.

Sedet ab anno 314. usque ad annum 335.

APPENDIX AD EPISTOLAS S. SILVESTRI PAPÆ.

In sequentis fœderis tabulas Præmittitio Collectoris.

INter multas apocryphas scripturas quibus nomen venerabile primorum ecclesiæ pontificum authoritatem canonicam apud rudes posteros conciliavit, fuisse sibi locum meretur tabulæ illæ mutui fœderis & amoris quibus Latini Armenique, concilianibus S. Gregorio Armenorum Patriarcha, & S. Silvestro Romano pontifice fe invicem obstrinxerunt. Armeni, quos confinxisse eas tabulas non dubito, ubique illas obtruderunt, hodeque fibi decus plurimum, & gloriam, partam recognoscunt. Qua scriptæ fuerint causam hanc narrant. Constantini, qui forteprimus inter Romanos Imperatores Christianam religionem professus est, nomen & pietas in Armeniam usque penetravit; eademque Principis fama excitì Tiridates Armeniæ rex, & Gregorius Armenorum patriarcha Christiani, Romam profecti statuerunt, ut fœdus & amicitiam religiosam ac politicam fringerent. Res illis pro voto successit; fœderisque jandi fogenitæ tabulas scripsisse feruntur. Eas vero ego nullibi integras nactus, hinc inde excerptas, ut extant apud Galanum in Conciliar. Eccl. Armeniæ cum Roman. t. I. cap. II. pag. 31. refero.

AUTOGRAPHUM AMORIS ET CONCORDIÆ FOEDUS

inter magnum Imperatorem Constantinum, sanctumque Silvestrum Papam, & Tiridatem regem Armeniæ, divumque Gregorium Armeniorum illuminatorem.

VOluntate atque potentia consubstantialis sanctæ Trinitatis, Patris incomprehensibilis, & unigeniti Filii eius Domini ac Redemptoris nostri Jesu Christi, & vivificatoris ac liberatoris Spiritus Sancti, nostrum hoc Cæsareum in Deo firmum, atque immutabile testamenium litterarum monumentis relictum est potenti, ac independenti mandato nostro semper Victoris, & gloria Augusti, Constantini Magni Regis Regum, atque Romanorum æcumenici quocumque terrarum Orbis extenti, & insuperabilis principatus Imperatoris, qui potentia veri Dei & gloriosæ Crucis Christi virtute, a finibus vasti Oceani usque ad solis ortum Victore universo dominamur in orbe; nec non justi nostro Maximi Romanorum Pontificis Silvestri. Petri & Pauli principum Apostolorum successoris, qui civibus regni consortum super omnes Christianorum nationes ab occasu ad ortum ligandi, atque solvendi in Cœlo & in terra potestatem habeguis, universæque Christi ecclesiæ præsidemus. His igitur tabulis testatum apud omnes relinquimus quod a Spiritu Sancto vocati, magnus Armeniorum Rex Joannes, qui & Tiridates, atque vivus Christi martyr ac strenuus confessor Dominus Gregorius Orientalium & Septentrionalium illuminator, nostri in Christo fratres dilectissimi, præsulque fabilmis hujus nostri principatus amici & fidelissimi Duces, consiliorum nostrorum participes, ad nos huc pervenerunt, visendi fludio Urbem hanc occidentis & orientis dominatricem, fanctorumque principum Apostolorum hæredem, illorum præterea successorem, venerabilem Papam atque gloriosum Christianæ terræ fidei decatum Imperatorem, magnamque potentissimam imperatricem Helenam. Qua de causa toto hoc nostro in Deo confirmato imperio exultante, summaque perfecta lætitia, obvlamtantis vieis nobilissimo processimus comitatu: atque ultro citroque consultati & debito nos ipsos honore invicem prosequati adorationem obtulimus nostro imperatrili Regi Jesu Christo; mox vero ecclesiam sanctorum Apostolorum ingressi, sactas ipsorum reliquias venerati fuvus, Christum sanctorum suorum glorificatorem benedicentes. *Tum-post alia perplura hæc sequuntur:* Voluntate divina, mediantibus Dei genitrice, sanctis Apostolis & omnibus Sanctis. Nos strenuissimi fimi latini, & insuperabiles Turcomani; videlicet uterque rex, uterque Pontifex, & utraque Romanorum & Armeniorum natio, in fraternam unionem, concordiamque unanimiter conjuravimus: hoc amicitiæ votum, ac fœdus inter nos fempiternum coram gloriosa Crucis Christi vexillo firmavimus, atque in fidem ejusdem fœderis nostri firmi & indelebilis, hanc utriusque occidentalis & orientalis nationis fraternitatem tremendo ac pretiosissimo Jesu Christi sanguine confirmpimus; quatenus fidem, amorem & concordiam ita nobis ipsis invicem debeamus, quemadmodum & illi, qui fratres nobis effectus est Christo Deo, pacis Patrendentes usque ad mortem, & super alteruttos libentissime morientes; alteruttorum amicorum, existentes amici, & inimicorum inimici: nullique erubuas Alfec nationibus audeant ensem adversus alterutrum stringere: quique, hoc violabunt, gladius eorum intret in corda ipsorum, & arcus eorum confringatur. Hoc autem fœdus inter has duas inium nationes, firmum usque ad seculi consummationem permanet; quicunque vero ab illo se fabtraxerit, Christiana fe fandta fide diffidatur. *Post alia tandem his concludit idem S. Silvester:* Quamobrem ex hoc fublimi nostro mandato poteitas pontifici Armeniorum tribuitur figandi, atque solvendi in Cœlo & in Terra quemcumque juxta canones Apostolicos ipse voluerit. Ab eodem igitur Armeniorum pontifice benedicti, sint etiam a Christo Domino, a fanctis Apostolis, cæteriique fanctis & a nobis ipsis benedicti: atque ab illo excommunicati, in eadem retineantur excommunicatione, quousque ad pœnitentiam convertantur.

Hæc addit. ad Baronium. in Mss. Codice Lucenſi.

ANNO CHRISTI 314.

ANNO CHRISTI 314.

CAPITULUM S. SILVESTRI

SI quis filiam, aut fororem ex facro fonte vel chefmate in conjugio fociaverit dividantur, agant pœnitentiam annis V.

EX DECRETIS S. SILVESTRI PAPÆ

De indutiis eorum qui ad fatisfactionem canonice vocantur.

CONstituimus & Anno 324. præfenti decreto cenfemus ut in primis paternalter vocentur & per feptem dies expectentur, nullius ecclefiaftice rei interdicta licentia. Huic vero expectationi iteratum addantur dies feptem, interdicta licentia ecclefiam intrandi, & omnia divina officia audiendi. Poft vero adiicientur duo dies a pace & communione fanctæ ecclefiæ fufpenfis; deinde vero aliis duobus diebus fub eadem expectatione rei deportentur. Quibus uno die fuperadito, omni expectatione voluti jam defperata, reus mox anathematis gladio feriatur.

AD ROMANUM CONCILIUM II.

fub S. Silvestro papa anno 324. ut fertur, habitum.

EMENDATIONES.

INter *nonullos decretales codices, quos Lucenſi monopolitam ecclefiæ bibliotheca ſervat, exstat MS. codex Iſidori Mercatoris collectionem offerens. In eo conferendo cum editis Labbei, ad Romanum hoc concilium variantes hafce notavi, quæ cum plus aliquod quam prius orbis exhibeant, ideo cum Lectoribus eruditis communicare, quamvis non admodum neceſſarium [agitur enim de locubratione plane apocrypha] utcunque tamen utile judicavi.*

Labbei Veneta editio tom. I. pag. 1579. E

MS. Codex Iſidori.

Cap. I. lin. 19. conſtenere lin. 29. Et 61. presbyteri &c.

I. conſtenere 142. presbyteri &c.

Conſtituere Et 45. presbyteri, diaconos 6. ſubdiaconos 6. acolyti 46. exorcifæ 22.

Cap.

ANNO CHRISTI 327.

Editio Labbei Edit. I.	Edit. II.	A MS. Isidori Codex.
Cap. XII. omnibus prædicantes date	Baptismum omnibus date	Baptismum enim omnibus prædicantes date, insanis, sanis autem sicut veritas commemorat Pascha & Pentecostem.
Cap. XIII. Fictus est enim	Fictus &c.	*Deest*.
Cap. XVIII. Crimen turpitudinis	Crimen turpitudinis.	Crimen turpitudinis. Quod si quis accusatur cum grandi examinatione accusetur. Detineatur cum cyrographo suo in communione perpetua distringitur (*sic*) Multi enim livore corrupti crimen externant.
Cap. XIX. Quod si quis contra hunc ab cyrographum præsentem & publica egerit dictum condemnetur in perpetuum.	Quod si quis &c.	Nullus hunc cyrographum Presbyter publice egerit dictum. Si ita egerit damnetur in perpetuum. B
Cap. XX. Nemo enim dijudicet primam sedem; neque ab Augusto, neque ab omni clero, neque regibus, neque a populo judex judicabitur . . . . . . Actum . . . III. Kal. Junii Domno Constantino augusto III. & Prisco Consule.	Nemo enim judicabit primam sedem, quoniam omnes sedes a prima sede justitiam desiderant temperari. Neque ab Augusto, neque ab omni clero, neque a regibus, neque a populo judex judicabitur . . . . Actum &c.	Nemo enim judicabit primam sedem, quoniam omnis sedes a prima sede justitiam desiderat temperari. Quoniam neque a Clero, neque a Rege, neque a populo aliquo judex judicabitur . . . C Datum III. Kal. Junii Domno Constantino augusto IV. & Prisco Cons.

AD CONCILIUM ANTIOCHENUM

seu Nicomediense in causa Eustathii Antiochiæ episcopi anno 327. circiter habitum
ADDITIO.

Concilium Antiochenum, seu Nicomediense (non enim inter veteres scriptores de alterutro ex his locis convenit) in quo accusationes in Eustathium Antiochenum episcopum ab Eusebianis delatæ discussioni subjectæ sunt; iisque seu probatis, seu verius admissis depositionis sententia in Eustathium dicta est; hoc inquam Concilium a Labbeo omissum Baluzius supplevit, ex quo in Collectionem Veneto-Labbeanam transiit. Sed nescio quo fato acciderit ut eos omnes Collectores fugerint literæ Constantini imperatoris, D *sive ad Synodum datæ, sive in ea lectæ, ut epistolæ ipsæ scriptæ pro substituendo altero episcopo in locum Eustathii amoti, testantur. Has refert Eusebius vitæ Constantini lib. III. cap. LX. LXI. & LXII. ex quo græce, latineque, utpote portionem actorum concilii, huc transferendas duxi.*

CONSTANTINI AD ANTIOCHENOS

Ne Eusebium Cæsarea abstraherent, sed ut alium quærerent.

Victor Constantinus Maximus Augustus populo Antiochensi.

Νικητὴς κωνςαντῖνος, μέγιςος, σεβαςὸς, τῷ λαῷ ἀντιοχέων.

Quam grata est, & quam jucunda cunctis hujus sæculi prudentibus, ac sapientibus viris vestra concordia. Ego certe vos, fratres, sempiterna benevolentiâ complecti constitui, tum religionis instituto, tum vivendi ratione, tum studio, ac favore vestro provocatus. Hic profectò verus bonorum fructus est, sana mente, & prudenti consilio cuncta agere. Quid enim magis vos deceat? Ne miremini igitur si fidem veritatis vobis salutis potius, quàm odii causam A fuisse dixero. Certè inter fratres, quos una eademque animorum affectio, & incessus in recta justitiæ via in purum sanctumque domicilium Deo duce spondet adscribere, quid spectabilius esse possit, quam omnium bonis concordiæ animo acquiescere? Præsertim cum divinæ legis institutio propositum vestrum ad majorem inciret perfectionem, & nos vestrum judicium optimis decretis confirmare cupiamus. Ac fortasse mirum vobis videbitur quidnam sibi velit hoc nostri sermonis exordium. Equidem causam ejus rei exponere, nec gravabor, nec recusabo. Fateor enim perlegisse me acta, in quibus ex honorificis testimoniis, ac præconiis vestris in Eusebium Cæ- B sariensem Episcopum, quem ego quoque, & doctrinæ, & modestiæ causa jamdudum probè novi, vos in eum propensos esse comperi, eumque vobis vindicare velle. Quid tunc existimatis mihi ad recti, verique indagationem contendenti, in mentem venisse? Quantam curam, ac sollicitudinem ob vestrum illud studium suscepisse me creditis? O fides sancta, quæ per verba ac præcepta servatoris nostri, veluti expressam quandam vitæ imaginem nobis exhibes, quam molestè etiam ipsa peccantibus resisteres, nisi ad quæstum & gratiam servire prorsus refugeres. Mihi quidem videtur iis victoriam ipsam vicisse, qui pacem magis requirit. Quippe ubi id C quod honestum est, licet neminem reperias, qui non eo maximè delectetur. Quæso igitur fratres charissimi, cur id concilium capimus, ex quo injuria in alios redundet? Cur ea consectamur, & arcessimus quæ fidem opinionis vestræ eversura sunt? Equidem virum illum, quem vos, & honore, & benevolentia dignum judicatis; plurimum laudo. Non tamen adeò despici oportet id quod apud singulos ratum firmumque manere debuerat, ut singuli contenti non sint sententiis suis, nec domesticis bonis omnes perfruantur, utque in disquirendis iis, qui ex æquo digni sint episcopatu, non dicam unus aut alter, sed plurimi Eusebio pares non proferantur. D Etenim cum asperitas, & violentia nullam ecclesiasticis honoribus molestiam facessat, omnes similes inter se sunt, & æquali in pretio habendi. Neque enim rationi consentaneum fuerit, ut hujusmodi inquisitio ad aliorum fiat injuriam, quippe cum omnium mentes, sive humiliores sint, sive illustriores, divina decreta ex æquo suscipiant, atque custodiant; adeo ut alii, quod quidem ad communem legem pertinet, nullatenus aliis inferiores sint. Quod si veritatem apertè proferre volumus, jure quis dixerit, hoc non esse hominem retinere, sed abstrahere; & violentiæ potius id quod agitur opus esse, quam justitiæ. Et sive hoc modo, sive aliter sentit E multitudo, ego quidem liquidò & audacter affirmo, eam rem criminationibus causam præbere & ingentis tumultus tempestatem excitare. Nam & agni dentium suorum vim, ac robur ostentant quoties pastoris cura ac sollicitudine in deterius labente, pristina gubernatione se destitutos vident. Quod si hæc ita se habent, & nos opinione non fallimur, hoc primum omnium considerate fratres. (Multa enim & maxima bona statim ab initio vobis nascentur.) Num sincera inter vos charitas, atque dilectio, aliquod sui detrimentum passura sit? Deinde verò illud perpendite, virum illum, qui boni consilii cau-

E Ὡς κεχαρισμένη γε τῇ τοῦ κόσμου συνέσει τὲ καὶ σοφίᾳ ἡ παρ' ὑμῶν ὁμόνοια, κἀγώγ' ὑμᾶς ἀδελφοὶ ἀθάνατον φιλίαν φιλεῖν ἔγνωκα, προκληθεὶς τῷ τὲ νόμῳ καὶ τῷ βίῳ, καὶ ταῖς σπουδαῖς ταῖς ὑμετέραις. τοῦτ' οὖν ἐςὶν ὡς ἀληθῶς, ὀρθῶς τὰ καλὰ καρποῦσθαι, τὸ ὀρθῇ τὲ καὶ ὑγιεῖ κεχρῆσθαι διανοίᾳ. τί γὰρ ἂν οὕτως ὑμῖν ἁρμόσειεν. οὐκ οὖν θαυμάσαιμ' ἂν, εἰ τὴν ἀλήθειαν σωτηρίας μᾶλλον ὑμῖν, ἢ μίσους αἰτίαν φήσαιμι. ἐν οὖν τοῖς ἀδελφοῖς οὓς μία τὲ καὶ ἡ αὐτὴ διάθεσις ὀρθῆς καὶ δικαίας ὁδοῦ πορείαν τῷ θεῷ καταγγέλλεται, εἰς ἁγνήν τὲ καὶ ὁσίαν ἑςίαν ἐγγράφειν. τί ἀντιμιώτερον γένοιτο τοῖς πάντων καλοῖς ὁμογνωμονεῖν; μάλιςα ὅπου τὴν πρόθεσιν ὑμῶν ἡ τοῦ νόμου παίδευσις εἰς καλλίω διόρθωσιν φέρει; καὶ τὴν ἡμετέραν κρίσιν τοῖς ἀγαθοῖς ἐπιθυμοῦμεν δόγμασι; θαυμαςὸν τοῦτο ἴσως ὑμῖν καταφαίνεται. τί δή ποτε τὸ προοίμιόν μοι τοῦ λόγου βούλεται, ὃ δὴ παραιτήσομαι, οὐδ' ἀρνήσομαι τὴν αἰτίαν εἰπεῖν. ὁμολογῶ γὰρ ἀνεγνωκέναι τὰ ὑπομνήματα, ἐν οἷς λαμπραῖς τ' εὐφημίαις καὶ μαρτυρίαις, ἃς εἰς εὐσέβιον τῶν καισαρέων ἐπίσκοπον ὄντα, ὃν καὶ αὐτὸς παιδεύσεώς τὲ καὶ ἐπιεικείας ἕνεκεν καλῶς τὲ ἐκ πολλοῦ γινώσκω, ἑώρων ὑμᾶς ἐγκειμένους αὐτὸν σφετεριζομένους. τί οὖν ἡγεῖσθέ με πρὸς ἀκριβῆ τοῦ κρείττονος ἐπιζήτησιν ἐπιγινόμενον δὴ ἐντεθυμῆσθαι; τίνα δ' ἐκ τῆς ὑμετέρας σπουδῆς ἀνειληφέναι φροντίδα; ὦ πίςις ἁγία, ἡ διὰ τοῦ λόγου καὶ τῆς γνώμης τοῦ σωτῆρος ἡμῶν εἰκόνα, ὥσπερ ἡμῖν τοῦ βίου δίδως. ὡς δυσχερῶς ἂν καὶ αὐτὴ τοῖς ἁμαρτήσασιν ἀντιβαίης, εἰ μὴ τὴν πρὸς κέρδος ὑπηρεσίαν ἀρνήσαιο. καὶ ἔμοιγε δοκεῖ αὐτῆς τῆς νίκης περιγενέσθαι ὁ τῆς εἰρήνης μᾶλλον ἀντιποιούμενος, ὡς ὅπου γέ τοι τινὶ τὸ πρέπον ἔξεσιν, οὐδεὶς ἂν ὁ μὴ τερπόμενος εὑρεθείη. ἀξιῶ τοίνυν ἀδελφοὶ, τοῦ χάριν οὕτω διαγινώσκομεν, ὥς θ' ἑτέροις ὕβριν δι' ὧν αἱρούμεθα προςτρίψασθαι, τοῦ χάριν ταῦτ' ἐπισπώμεθα, ἃ τὴν πίςιν τῆς ὑπολήψεως ἡμῶν καθαιρήσει. ἐγὼ μὲν οὖν ἐπαινῶ τὸν ἄνδρα, ὃς καὶ ὑμῖν τιμῆς τὲ καὶ διαθέσεως ἄξιος δοκιμάζεται. οὐ μὴν οὕτω γ' ἐξηθενηκέναι τὸ παρ' ἑκάςοις κύριόν τὲ καὶ βέβαιον ὀφεῖλον μένειν χρὴ, ὡς μὴ τοῖς ἰδίαις γνώμαις ἕκαςος ἀρκεῖσθαι, καὶ τῶν οἰκείων πάντας ἀπολαύειν, ἔν τε ἐφαμίλλῳ διασκέψει εἰς τὴν τοῦδε τοῦ ἀνδρὸς σύγκρισιν οὐχ' ἕνα μόνον, ἀλλὰ καὶ πλείους ἐκφῆναι. διὸ δὴ οὐδὲν οὔτ' ἐκ πλήξεως οὔτε τραχύτητος ἐνοχλούσης ταῖς περὶ τὴν ἐκκλησίαν τιμαῖς, ὁμοίας τὲ καὶ διὰ πάντων ἐπίσης ἀγαπητὰς εἶναι συμβαίνει. οὐδὲ γὰρ εὔλογον εἰς ἕτερον πλεονέκτημα ποιεῖσθαι τὴν περὶ τούτου ἐπίσκεψιν τῆς πάντως διανοίας ἐπίσης, ἄν τ' ἐλάττους ἄν τὲ μείζους εἶναι δοκοῖεν τὰ θεῖα δόγματα ὑποδεχομένης τὲ καὶ φυλαττούσης, ὡς κατὰ μηδὲν τοὺς ἑτέρους εἰς τὸν κοινὸν νόμον ἐλαττοῦσθαι. εἰ δὴ τ' ἀληθὲς γνώριμον διαῤῥήδην ἀποφαινόμεθα, ὡς οὐ κάθεξιν, ἀλλ' ἀφαίρεσιν μᾶλλον ἂν εἴποι τὶς ἔσεσθαι τ' ἀνδρὸς, καὶ βίας ἔργα οὐ δικαιοσύνης γενήσεσθαι τὸ γινόμενον, ἄν θ' οὕτως, ἄν θ' ἑτέρως τὰ πλήθη φρονῇ, ὡς ἔγωγε διαῤῥήδην καὶ εὐτόλμως ἀποφαίνομαι ἐγκλήσεως ὑπόθεσιν εἶναι τοῦτο προκαλουμένην, οὐ τῆς τυχούσης ςάσεως ταραχήν. ἐπισημαίνουσι γοῦν τὴν τῶν ὀδόντων φύσιν τὲ καὶ δύναμιν, καὶ ἄρνειοι, ὅταν τοῦ ποιμένος τῆς συνηθείας τὲ καὶ θεραπείας ὑπολισθούσης ἐπὶ τὰ χείρω, τῆς πρὶν διαγωγῆς ἀποςερηθῶσιν. εἰ δὴ ταῦθ' οὕτως ἔχει, καὶ οὐ σφαλλόμεθα, τοῦτο πρῶτον θεάσασθε ἀδελφοί. πολλὰ γὰρ ὑμῖν καὶ μεγάλα ἐκ πρώτης ἀπαντήσεται. πρῶτον ἁπάντων, ἡ πρὸς ἀλλήλους γνησιότης τὲ καὶ διάθεσις, εἰ μηδὲν αὐτῆς ἐλαττωθὲν αἰσθήσεται. εἶθ' ὅτι καὶ δι' ὀρθὴν συμβουλὴν ἀφικόμενος, τὸ κατ' ἀξίαν ἐκ τῆς θείας κρίσεως καρποῦται. οὐ τὴν τυχοῦσαν χάριν εἰληφὼς τῷ περὶ αὐτοῦ τοσαύτην ὑμᾶς ἐπιεικείας ψῆφον ἐνέγκασθαι. ἐπὶ τούτοις, ὁ τῆς

ANNO CHRISTI 327.

ANNO CHRISTI 327.

causa ad vos venerat, debitum fibi honoris fructum ex divino judicio percipere; quippe qui non vulgari affectus fit beneficio, cum de ejus virtute tam honorificum fuffragium fuliffis. Poftremò veftræ confuetudinis effe curam, ac diligentiam prudenti conflio concurrentem adhibere, ut talem virum, cujufmodi opus habetis, perquiratis, omni fedulitate, & immodeftis clamore procul amoto. Semper enim hujufmodi clamores Injuffi funt, & ex variorum hominum inter fe collifione, ftrintillæ, atque incendia excitari folent. Ita Deo, & vobis placeam, Ita fecundum vota veftra vitam degam, ut vos diligo, & tranquillum veftræ manfuetudinis portum amo. Ex quo ejectis illis fordibus, cum probis moribus concordiam inducite, ficmuti- B que navi fignum imponite; cæleftem navigationis curfum gubernaculis, ut ita dicam, ferreis ad locum ipfum dirigentes. Quocirca incorruptibiles merces in navem imponite. Quidquid enim navem corrumpere poterat, tanquam ex fentina exhauftum eft. Proinde operam date, ut his omnibus bonis ita potiamini ne quid in poftcrum inconfulto, atque inutili ftudio aut ftatuiffe omnino, aut ab initio aggreffi effe videamini. Divinitas vos fervet fratres chariffimi.

ἀλλ' ἐν τοῖς ἀγαθοῖς ἀεὶ τὸν ἀγαθὸν γνώμην, ἀπ' ἀσωμβλῶν τὴν σφοδρωτάτην ἐπεσκήψασαν ἐπ' ἐκείνῳ ANNO CHRIST 327.
σὺν ἀνδρὸς ἢ γυναικὸς ἀπεκαλέσαμεν τάδεσι κα- 30
τεύθυνε καὶ ἄπαυστον βοῆν· ἀεὶ γὰρ ἀθλιοις ἡ τα-
ῦτα, καὶ τῶν βιαίρρων συμβαίνειν· ἐκτυθῆ-
ναι τὸ καὶ ὀλίγου πῦρ ἐξαίνεσαι· ὅπως οὖν ἔγὼ
ν' ἀρέσωμι καὶ ὑμῖν, καὶ ζυγὴς τὸ τὰς ὑμε-
τέρας διαζῆσαιμι, ὡς ὑμᾶς ἀγαπῶ, καὶ τ' ἤρεμα
ὃ ὑμετέρας ἡμερότητος. ἐξ οὗ γὰρ μόνον ἐκβλη-
θέντων ἀπεκάθαρσε, ἀντευσεύσατε ἤδη ἀγαθοῖ τὸν
ὑμένασι, βάβαιος τὸ σημεῖον ἐνδέμβοσι, ὅρμον
τὸ ὑμένιν εἰς φῶς ὁμηλοῦσες, ἀπλοτέρως δ', ὡς
ἂν εἶναι σὺν τοι. σιδηρῖ. διὸτε καὶ τ' ὑφθαλμὸν,
φθαρμὸν τοῦ ὑμένος ἐγεῖαι· ναῦν ὑμεναῖον ὑμένιν
ὑμῖν ἐξ ἀνελίκε ὑ ἀπλοῦ. διὸ δὴ νῦν τρυπόσα-
μεν τὸν ἀντέλκοντα τοῦ τὸν ἀπόπλουν οὗτος
ἔχειν, ὡς ἂν μὴ δεύτερον ἀβόλῳ καὶ ἐλαυνε-
λεῖ σπυκῆ ὃ κατ' ὀλίγον τὸ σπέλεσθαι, ἡ γὰρ ἀσχὴν
ἐνεχειμῶσαι συμβῆναι δυκολυῶν. Ὁ'δεὸς ὑμᾶς
διαφυλάξαι ἀσφαλεῖ ἀγαπητοί.

CONSTANTINI AD EUSEBIUM LITERÆ

Quibus cum laudat quod Antiochiam recufaverit.

Victor Conſtantinus Maximus Auguſtus Euſebio. C Νικητὴς νικοκαντῖνος, μέγιστος, σεβαζὸς, ἐυσεβίῳ.

EPiſtolam tuam ſcripius legi & eccleſiaſticæ diſciplinæ regulam accuratiſſime obſervaram a te cognovi. Enimvero in ea ſententiæ pietate, quæ & Deo accepta, & Apoſtolicæ traditioni congrua eſſe videatur, ſummæ pietatis eſt. Tu quidem bearum te in hoc ipſis exiſtimare debes, qui tantis propemodum orbis teſtimoniis, dignus univerſæ eccleſiæ epiſcopatu judicatus fis. Nam cum, omnes te apud ſe epiſcopum eſſe ambiant, hanc tuam felicitatem fine controverſia adsequent. Verum rediſſimile fecit prudentia tua, quæ & mandata Dei, & apoſtolicam, atque eccleſiaſticam regulam cuſtodire ſtatuit; epiſcopatum Antiochenſis eccleſiæ repudians, & in eo potius permanere defiderans, quem Dei mandatu ab initio ſuſcepiſſet. Porrò hac de re ad popalum literas dedi, & ad colligas tuos, qui quidem etiam ipſi de iiſdem rebus ad me ſcripſerant. Quas ubi ſanctitas tua perlegerit, facilè cognoſcet, me quoniam refragare ipſis juſtitia videbatur, divini numinis impatiſi ad vos ſcripſiſſe. Eorum conſilio etiam prudentiam tuam intereſſe oportebit, ut hoc ipſum in Antiochenorum eccleſia conſtituatur. Divinitas te ſervet, ſtatter chariſſime.

Νίκητὴς νικοκαντῖνος, μέγιστος, σεβαζὸς, ἐυσεβίῳ.

ΑΝέγνων τὴν γραφὴν σου ἣν ἐπέστειλας σοὶ ἀναβῆναι φυλαχθέντα κατεῖφθαι. ἐμμένειν γοῦν δοκεῖς ἀκριβῶς τῇ τοῦ θεοῦ καὶ τῇ ἀποστολικῇ παραδόσει σὺν εὐσεβείᾳ. θαυμάζειν δὲ σαυτὸν καὶ ἐν αὐτῷ τούτῳ ἠμεῖς. ὡς τῇ τῶν κόσμου σωτῆρι, ὡς θεοῦ ἐπόπτῃ, μαρτυρίᾳ δέοις ἐκείνῃ τῆς ἐκκλησίας ἐπίσκοπος εἶναι· ἐπεὶ γὰρ πάντων ἄπαντες εἶναι σὲ σπεύδουσι, ταύτην σοὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἀναμφιβόλως συνεύξονται. ἀλλ' ἐκ εἰκότως, ἤγουν ἴδιε τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ καὶ τὸν ἀποστολικὸν κανόνα καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς πίστεως φυλάξαι ἔγνωκας, ὑπέρωμον πεπτεῖσθαι, παραιτούμενον τὴν ἐπισκοπὴν τῆς κατὰ τὴν Ἀντόχειαν ἐκκλησίας. ἐν τούτῳ δὲ ὑμῖν καὶ περὶ τούτου ἔπεσταλκα, εἰς ὃν καὶ τοὺς ἄλλους συλλειτουργοὺς σὺ καὶ αὐτοὶ περὶ τούτων ἐπέγχωμεν μὴ γεγραφότες· ἅπερ ἡ σὴ καθαρότης ἐπὶ γνώσει, μᾶλλον ἐπιγνώσει, ὅτι ἐγὼ ἀντιφέρομαι ἀνιφερόμενος αὐτοῖς, ηὐστοχηθῆ τὸ θεῖον πρὸς αὐτοὺς ἐγκρίνας. ὧν τὴ συμβουλὴν, καὶ τὸν σὸν σύνεσιν παρεῖναι δεήσει, ὡς ἂν τοῦτο ἐπὶ τ' ἀκτυχὸν ἐκκλησίας ἐυτυσθῆς. ὃ δεὸς σὲ διαφυλάξαι ἀδελφὲ ἀγαπητὲ.

Victor Conſtantinus Max. Auguſtus Theodoto, Theodoro, Narciſſo, Attio, Alphæo, & reliquis epiſcopis qui ſunt Antiochiæ.

LEgi literas a veſtra ſanctitate ſcriptas, & Euſebii collegæ veſtri prudens propoſitum magnopere laudavi. Cumque cuncta quæ ad partem ex veſtris, partim ex perſeciſſimorum virorum, Acacii, & Strategii Cœnitum literis cognovilem, remque, ut decebat, ſanctè cognitam, ſcripſi ad populum Antiochenum, quid Deo acceptum, & eccleſiæ congruum effet. Ejus epiſtolæ exemplum his literis ſubjici præcepi, ut de vos omniſcere poſſitis, quidnam ego juris ratione provocatus ſcripſerim ad populum Antiochenum: quandoquidem hoc literis veſtris conſtinebatur, ut juxta populi, & prudentiæ veſtræ ſuffragium ac voluntatem, Euſebius ſanctiſſimus Cæſarienſium epiſcopus Antiochenæ eccleſiæ præſideret, cujus cum ſuffragium ſuſcipere. Ac literæ quidem Euſebii, eccleſiaſticæ legi maximè conſentire videntur. Convenit tamen, ut noſtra quoque ſententia veſtræ prudentiæ innotefcat. Etenim relatum eſt ad nos, Euphronium presbyterum civem Cæſaræe, quæ eſt in Cappadocia, & Georgium Arethuſiorum civem, eidem presbyterum, quem Alexander ad hanc ordinem in urbe Alexandrina promovit; virtos effe in doctrina fidei probatiſſimos. Placuit itaque ſignificare prudentiæ veſtræ, ut hos viros, & alios, quos ad epiſcopatum idoneos judicaveritis in medium proferentes, ea decernatis, quæ Apoſtolorum traditioni conſentiant. His enim præſtitutis veſtræ prudentia juxta eccleſiæ regulam, & apoſtolicam traditionem ita hanc electionem diligere poterit, quemadmodum eccleſiaſticæ diſciplinæ ratio poſtulat. Divinitas vos ſervet, ſtatres cariſſimi.

AD ALEXANDRINAM SYNODUM

in qua S. Athanaſius Alexandrinam ſedem obtinuit, anno 326.
ut fertur, habitam

ADNOTATIO CHRONOLOGICA.

Ex anno 326. ad annum 328.

S. Athanaſius anno 368. Valentiniano II. & Valente coſſ. die XIV. Pauni, ſedit IX. Junii annum epiſcopatus XL. abſolvit ex ſuppuratione Chronici Maſſejani, de quo inferius in diſſert. de epocha Conc. Sardic. Fit inde ut concilium in cauſa ejus ordinationis habitum, non quidem anno 326. ſed anno 328. junio menſe affignandum ſit.

MARCUS PAPA

Sedit ab anno 336. eodemque anno obiit.

JULIUS PAPA I.

Sedit ab anno 336. uſque ad annum 352.

CON-

ANNO CHRISTI 327.

CONSTANTINI EPISTOLA AD SYNODUM

ne Euſebius Cæſarea abſtrahatur.

ANNO CHRISTI 327.

Νικητὴς νικοκαντῖνος, μέγιστος, σεβαζὸς, θεοδότῳ, θεοδώρῳ, νάρκίσσῳ, ἀττίῳ, ἀλφαίῳ, καὶ λοιποῖς ἐπισκόποις τοῖς οὖσιν ἐν ἀντιοχείᾳ.

Victor Conſtantinus Max. Auguſtus Theodoto, Theodoro, Narciſſo, Attio, Alphæo, & reliquis epiſcopis qui ſunt Antiochiæ.

LEgi literas a veſtra ſanctitate ſcriptas, & Euſebii collegæ veſtri prudens propoſitum magnopere laudavi. Cumque cuncta quæ ad partem ex veſtris, partim ex perſeciſſimorum virorum, Acacii, & Strategii Cœnitum literis cognovilem, remque, ut decebat, ſanctè cognitam, ſcripſi ad populum Antiochenum, quid Deo acceptum, & eccleſiæ congruum effet. Ejus epiſtolæ exemplum his literis ſubjici præcepi, ut de vos omniſcere poſſitis, quidnam ego juris ratione provocatus ſcripſerim ad populum Antiochenum: quandoquidem hoc literis veſtris conſtinebatur, ut juxta populi, & prudentiæ veſtræ ſuffragium ac voluntatem, Euſebius ſanctiſſimus Cæſarienſium epiſcopus Antiochenæ eccleſiæ præſideret, cujus cum ſuſcipere. Ac literæ quidem Euſebii, eccleſiaſticæ legi maximè conſentire videntur. Convenit tamen, ut noſtra quoque ſententia veſtræ prudentiæ innotefcat. Etenim relatum eſt ad nos, Euphronium presbyterum civem Cæſaræe, quæ eſt in Cappadocia, & Georgium Arethuſiorum civem, eidem presbyterum, quem Alexander ad hanc ordinem in urbe Alexandrina promovit; virtos effe in doctrina fidei probatiſſimos. Placuit itaque ſignificare prudentiæ veſtræ, ut hos viros, & alios, quos ad epiſcopatum idoneos judicaveritis in medium proferentes, ea decernatis, quæ Apoſtolorum traditioni conſentiant. His enim præſtitutis veſtræ prudentia juxta eccleſiæ regulam, & apoſtolicam traditionem ita hanc electionem diligere poterit, quemadmodum eccleſiaſticæ diſciplinæ ratio poſtulat. Divinitas vos ſervet, ſtatres cariſſimi.

EPISTOLA JULII EPISCOPI ROMANI
Ad Dionysium Alexandrinum Episcopum.

AMiratione corripior, quam nonnullos audio conferri quidem Deum Dominum carnem humanam induisse, at in divisionem incidere, quam perverse invexerunt Paulianistæ. Etenim qui Paulo Samosateno addicti sunt, alium quidem à Cælo ajunt, ipsúmque Deum fatentur; alium verò è Terra, quem hominem affirmant; illum increatum, hunc creatum; illum æternum, hunc hebternum; illum Dominum, hunc servum; utrobique impiè agentes, sive eum, quem dicunt servum, atque creatum, adorent; sive eum qui propriò nos sanguine redemit, non adorent. Qui verò è Cælo Deum confitentur ex Virgine carnem sumsisse, unumque esse cum carne, frustra turbant, ad illorum sententiam, atque impietatem accedentes. Dicunt enim & ipsi, ut alii hæretici, duas naturas, quamquam Joannes dissertè unum demonstret Dominum, quum ait: *Verbum caro factum est*, & Paulus quum dicit: *Unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia*. Si igitur unus è sancta Virgine natus vocatur, idemque ipse est, per quem facta sunt omnia, una natura est, quonìam personam unam habens, in duo non dividitur, quia neque peculiaris natura est corpus, neque peculiaris natura Deitas per incarnationem, sed quemadmodum homo una est natura, ita & in simillitudinem hominum factus Christus. Quod si minime illud, quod est secundùm unionem unum, agnoscunt, possunt & in multa illum, qui est unus, partiri; multaque dicere naturas; corpus enim multitor-B me est, quum ex ossibus, & nervis, & venis, & cute, & cute, ungubibusque, & pilis, & quæ sunt hujusmodi, confectum esse reverà inter se omnia differunt quidem, unam tamen hominis naturam constituunt. Quare & Deitatis veritas cum corpore est, & in duas naturas minimè dividitur. Neque enim fas esset totum illud vocare filium hominis, qui de cælo descendit, & Filium Dei qui natus est de muliere, si duarum naturarum divisionem susciperet. Sed quod descendit de Cælo, vocaterur filius Dei, & non filius hominis; quod autem natum est de muliere, vocatur Filius hominis, & non Filius Dei. Et hoc divisioni Pauliane confontanum est. P. Nos verò Divinæ Scripturæ docent, & quum è Cælo descenim, & quum ex muliere in terra natri vitatem audimus, omnia de uno Domino esse intelligenda. Qui igitur ita intelligunt, ac sentiunt, nequaquam transgrediuntur ad consentiendum cum iis, qui contraria sentiunt, ne bonâ sententiâ, malis verbis utantur. Qui enim duas dicunt naturas, unam adorent, alteram non adorent, necesse est, & in divinam baptisantur, non autem baptizentur in humanam. Si verò in mortem Domini baptizamur, unam confitemur naturam impassibilis Deitatis, & passibilis

A bilis carnis, ut fic in Deum, & in mortem Domini Baptisma noftrum conficiatur. Etenim calumniatores non veremur in duas personas Dominum partiendo, ac non unionem Evangelicam, & Apoftolicam afferentibus, pijs maledicant, tanquam carnem de Cælo dicentibus; neque enim quum filium Dei de muliere natum dicimus, culpari poffumus, quafi Verbum de Terra, non autem de Cælo dicamus. Dicimus autem utrumque; & de Cælo natum Deitatem, & de muliere totum per earnem, nefcientes diviſionem unius cuſdemque perſonæ, neque diſcantes a cæleſti terrenum, aut a terreno cæleſtem; impia quippe hæc diviſio haret. Nullam igitur diſſecantibus cauſſam præbeant, qui duas dicunt naturas; non enim corpus ſecundùm ſe ipſum natura eſt in uno Chriſto, quia non eſt verbum per ſe ipſum, neque quod diſſecari poteſt, atque ſejungi a vivifico Verbo; neque rurſùs Verbum ſecundùm ſeipſum, ut prorſus natura ſit, diviſibile, quam habet ſecundùm id, quod carnis eſt expers, quonſam in carne Dominus, & non expers carnis in mundo verſatus eſt, neque conſiſtens corpus ſecundùm non conſtare Deitate, ut ſeparet quis naturam conſtitam; neque enim increatum verbum abſque corpore peregrinatum eſt inter nos, ut partiatur quis increati naturam: Quod ſi unum utrumque eſt ſecundùm unionem, & conjunctionem, & compoſitionem humana forma prædítam, unam etiam nomen compoſitio convenit, ita ut a Deitate quidem paſſionum carentia, a corpore verò paſſibil tas emanet. Et quemadmodum audientes Paulum, qui Chriſtum paſſum Deum dicit, non diviſionem, neque tamen Deitatem paſſibilem exiſtimamus; ita & creatum, & ſervum neque diviſim dicimus, neque Deitatem facit creatam, aut ſervam. Et rurſus Increatum neque carnem increatam facit, neque ſervim in Deitate, ſola dicitur. Hæc ita ſentientes quieti manenant, ſupervacuè declinantes quæſtiones, ne vocum cauſſa ſententiis variemus. Conſentimus igitur & in conſeſſo eſt, corpus eſſe de Virgine. Deitatem verò de Cælo; corpus effomatum in utero, Deitatem verò creationis expertem, ac ſempiternam, ut conjunctò Verbo corpori, individiſi manet Deitas. Quidam autem Scripturæ familiare ſit de totum Deum, totumque etiam appellare hominem, ſequamur & nos divinas voces, neque individia dividamus; neque Deitatem partientes a corpore, pertinde quaſi tunc melius loquentes, quando corpus effectum dicatur ex utero; neque corpus partientes a Deitate, tanquam per conteſſionem præſentiæ, quando Deitatem increatam glorificatur. Quomodo ergo dolendum non eſt, eos, qui hæc ita recte confitentur, ac ſentiunt, ut etiam a majoribus traditum, acceperunt, invicem propter voces differre? Quando hi quidem corporis nomine

utantur, quum de Verbo loquuntur, ſicuti Joannes carnem dicens factum fuiſſe Verbum; illi verò Deitatis nomen affumunt, quum de toto ſervo loquuntur, ut Paulus: *Deus autem, noviſſimus Adam in ſpiritum vivificantem*. Secundùm carnem Chriſtus ſe Patrem adorare fatetur, dicens: *Non adoraviſis, quod ſcimus*: Jo. 4. 22. Et non divinæ Deitas; adoratur ſecundùm Deitatem: & non ſejungitur corpus, quum adoramus Deitatem. Neque ſejungimus a Deitate corpus (non enim fieri poteſt) quando illud *Conciſitor. Supplem.* Tom. I.

ANNO CHRISTI 336.

Deiras, unica est enim. Siquidem oportebat vincti mortem in Deo, & nihil ei. Monere autem illos, qui frustra in his quæstionibus a nobis dissordant; & ferventur in hoc dogmate consensus, ne diffideamus ob verba. Dogmate enim discrepantes, verbis concordiam simulare impium est; dogmate autem concordantes, propter voces dissidere, vanum, & fatuum videtur. Hoc autem contenditer tenentes, nempe Deum incarnatum Christum atque è Cælo, atque è terra, effe eundem, formâ quidem servum, at virtute Deum, manente in concordia, & Trinitate indissidente, neque in vanam verborum pugnam, qua Hæretici solent uti, incidant; sed Ecclesiæ simplicitatem potius emulentur. Vale.

ἀ χωρίζεται ἡ θέσις, ἤτοι γὰρ γάμ. ὅτι γὰρ μεθέσεως ἕνεκεν τοῦ θεὸς, καὶ νοήσεως ἕνεκεν ἐπιτιμᾶσθε δὲ τοῖς μὴτην περὶ ταύτα διαφερομένοις, ἀκαταστάσεως ἡ κατὰ τὸ δόγμα ὁμολογία, καὶ διαμάχεσθαι διὰ τὰ ῥήματα. Τὸ μὲν γὰρ ἴσα δόγμασιν διαφέρουσας ταῖς φωναῖς συμφωνεῖν ἀσεβὲς, τὸ δὲ τοῖς δόγμασι συμφωνοῦσας τοῖς ῥήμασι διαφέρεσθαι μάταιον, καὶ μωρὸν. Τοῦτο δὲ συμβουλεύουσι ζητεῖν, ἵνα ἐν ὀνόματι ὁ Χριστὸς καὶ ἐξ οὐρανοῦ, ἢ ἐκ γῆς ὁ αὐτὸς ἢ μορφῇ θεοῦ, καὶ τὸ συνάμει θεὸς ἐν μερίσμοις ἐν ὁμοιώσι, καὶ μὴ μάτην διαφερόμενοι, μηδὲ ἐς τὸν τῶν αἱρετικῶν λογομαχίαν ἐκπεσεῖν. ἀλλὰ τὴν ἐκλησίας ἁπλότητα μᾶλλον ζηλωτεύωμεν. Ἔρρωσο.

ANNO CHRISTI 336.

IN EPISTOLAM SUB JULII I. NOMINE EDITAM

DISQUISITIO

Ad Eruditissimum, & Clarissimum Virum Antonium Mariam Salvinium

Græcæ Linguæ in Florentino Gymnasio Professorem.

SYNOPSIS DISQUISITIONIS.

Gennadius, & Centuriatores Epistolam hanc Julio I. Rom. Pontifici perperam adscribunt. Facundus Hermianensis eandem ipsi rectius abjudicat. Quod & facit cum Emperio Leontius Byzantinus. Nihil in illa, quod Julium deceat. Apollinaris Hæreticus illius Auctor creditur, cujus sunt & alia quædam Julio affictæ. Corpori Christi Animam, sive Mentem humanam negavit is, quod & facit hujus Epistolæ Auctor. Multa in Apollinaris à S. Gregorio Nysseno damnata, quæ huic itidem tribuuntur. Hypotheses Anaßasius, Eulogius, Ephremius, & alii S. Julium ab ista calumnia liberant. Quis fuerit Dionysius, ad quem data Epistola scripta fuerit.

NON te fugit, Salvini doctissime, quantum mihi aliàs gravitatis fuerit, quod ab amentioribus artibus ad graviores tutius me receperim, & præcipue ad Ecclesiasticam Eruditionem, cujus studium ut jucunditate nulli ji alii concedit, ita reliquis utilitate antecedere facile constat. Gratissimum autem accidit mihi, te habere hujus studii consilii me non solum hortatorem solicitum, sed etiam laudatorem benevolum. Nam etsi tu nominibus, qui te intime non noscunt, videri interdum possis in unis mitioribus literis vim, & curam omnem ingenii tui constrinxisse; illud tamen mihi est exploratum, te ita omnigenæ eruditionis copia valere, ut maximi ponderis, summaque auctoritatis apud me semper futura sint cum præconia, tum hortamenta a te profecta. Atque illud meum de te judicium non solius fame consentit, sed ipsa experientia mea per numero confirmatum fuit. Quoties enim te in variis difficultatibus consului, quæ fe mihi offerebant in amplissimo eruditionis studio, talem toties in te rerum copiam, & Gratiæ Linguæ, tuisque antiquitatis peritiam inveni, qualem pauci affequantur, & in paucis demirari (omemus. Illud solum (& pace tua dixerim) satis probare non potui, quod nimium ferme tibi uni fcire, tibique in fapiori carence contentus, non iis, quibus certissime potestas, Reimpublicam literariam affectu benefiicis. Sed tu maluisti modestiæ tuæ, ac eruditionis conscientia frui, quam studiorum tuorum fructus his difficillimis evulgare tem-

poribus, quibus quam in fastidiosos, aut malevolos Lectores facile impingatur, vix aliis, vix sibi placeat Scriptor, honestæ quietis non cubide gloriæ cupidus. Quo in consilio fi te fequerer, potiore id etiam, quàm ratione facerem, & ingenii mei fortunæ, viribusque longe minoribus prudentius consulerem. Verum mihi jam placuit audacius procedere, tuisque potius auficultare, adhortationibus, quàm exemplo tuo. Quamobrem quam hæc edere in animum induxerim, quibus pro tua humanitate, & doctrina non unum, contuliti beneficium, tibi antiquius habui, quàm aliquem deligere locum, ubi redtarer & de gratum, & te omni emendationis dignissimum. Tuo igitur nomini inscriptam volo Disquisitionem hanc, qua mihi propositum est, Julii I. Romani Pontificis famam ab Hæreticorum calumniis vindicare. Et hoc quidem in profundum facile possumus, quando nobis monumentum illud oblatum est, per quod olim Ecclesiæ Catholicæ, tanti Præsulis emenito nomine, fe factiones effe fucum fperaverant Eutychiani. Quid enim veritatem clarius offendat, quàm ipsam prodere mendacii officinam, ipfumque omnium oculis figmentum objicere? Certe hæc illa est Epistola, quæ dubiam S. Julii fidem apud veteres aliquot fecit, quæque posterioribus etiam seculis negotium facellere visa est, incertis nempe in eam, quippe ignotam, prolatis sententiis. Rem igitur cum graram eruditis, tum S. Pontificis memoriæ utilem præfabimus, fi edito famosissimo hoc fœtu per nos fiet, ut de illius falsitate, & de Hæreticorum fraude, omnibus judicare in posterum liceat.

ANNO CHRISTI 336.

Inter antiquos Scriptores qui primus de hac epistola mentionem fecerit Gennadius est in lib. de Scriptor. Eccles. cap. 2. ita, scribens: *Julius Urbis Romæ Episcopus scripsit ad Dionysium quendam de Incarnatione Domini Epistolam unam, quæ illo quidem tempore utilis visa est ad adversus eos, qui ita dunt per Incarnationem affectum in Christo perfectum, sicut & naturam. Nunc autem pernitiosa probatur; fomentum enim est Eutychianæ, & Timotheanæ impietatis.* Gennadii verba libenter amplectuntur, qui cenfuerunt Centuriatores Magdeburgenses Cent. IV. cap. X. Quibus hæc alia è vestigio adrexunt: *Adduxisse eos eadem Epistola testimonium de perfona Christi Cyrillus Alexandrinus in Apologetico suo hoc modo.* Tum hæc ipsa Epistolæ verba profcunt: *Prædicatur ad complexionem, & separatur ex Virgine Maria Dei filius, qui & humanitati in hominibus, non in nomine (in homine scribendum erat) energiam operatur. Hoc enim in Prophetis est, & in Epistolis Petri Dens in carne, & homo perfectus in spiritu, non duo filii; unus quidem germanus filius, qui fuscepit hominem: alter verò mortalis homo affumtus est à Deo: & unus unigenitus in cœlis, unigenitus super terram.* Tamdem Centuriatores ita fermonem concludunt: *Citat idem testimonium ex Epistola ejus ad Dionysium Synodus Chalcedonensis contra Eutychen.*

At neque Centuriatores, neque Gennadius quidquam protulerunt, quod accuratam rei cognitionem fapiat. Et primò animadverrere juvat, Epistolam hanc Gennadio hominì Latino re minime fuisse perspectam, fed fublm de nomine cognitam. Quippe manifesta illius hallucinatio eft affirmare, *ipsum olim visum fuisse utrlem adversus eos, qui ita dunt affirebant in Christo perfonam, sicut & dunt naturam.* Nullum Concilium, nulli Ecclesiæ Catholicæ Patres, hujus Epistolæ testimonio adverfus Nestorianos uti unquam fuerant, neque potuerunt. Nam fuit ab. Inde autem ducti Gennadii error, quòd Act. 1. Concilii Ephesini citatus fuerit contra Nestorium locus ille ex Epistola Julii I. Papæ, quem Centuriatores nuper adferebant. Nihilominus cenfuit Gennadius, & poft ipfum, cenfuere Centuriatores quoque, unam eandemque fuisse Julii Epistolam, quæ *ad Dionysium* dicitur, & illam, cum illa quæ in eodem Ephesino Concilio citatur. Verum diverse plane funt Epistolæ. Quæ ad Dionysium, uti fuprà conjectura fuit, nunc a nobis editur, ibique nihil eorum legitur, quibus Ephesina Synodus eft uſa. Altera πρὸς Δίονυσ, seu Δίονυσιν, hoc eft, *ad Dionysium*, feu *Dionysium*, omnes Patres eorum alii appellant, jamdudum intercidit, eademque ab Ephesinis Patribus laudata est Conssilii ergo utramque Epistolam Gennadius; utilem olim fuisse ratus conscriptam *ad Dionysium*, quòd ipsam arbitraretur ab Ephesino Concilio in vere fidei confirmationem adhibitam.

ANNO CHRISTI 336.

Facundus Epifcopus Hermianenfis alterò poft Gennadium feculo vivens, hoc eft, Juftinlani temporibus, nonnulla habet lib. 1. cap. 5. quæ conjecturam noftram firmant, errorem quoque Gennadii manifeftius aperiunt. Scribit adverfus Eutychianos, eorumque fobolem Acephalos, unum in Chriſto naturam, ſtatuentes. Ita verò inquit: *Quod autem illos contra hæc evidentissima Patrum teſtimonia juvare poterit, quod ex aſſertionem vauſſimus ſub erroris dictum, Julium Romanum Epiſcopum nefcio ubi reſcripſiſſe, quòd una ſit Chriſti Natura? quum in eadem ſanctâ Synodo Epheſina hoc librum ipſius B. Julii contra Neſtorium recitatum fuerit ex Epiſtola ad Proſdocium, in qua ait: Prædicatur verò ad ſupplementum fidei, & incarnatio ex Maria Virgine &c.* Poſtquam Facundus interpretem ex Act. 1. Concilii Epheſini retulit ſupra a Centuriatoribus deſcriptum, ita pergit dicere: *Non aliud, præter hanc ad Proſdocium Epiſtolam, ex Epiſtola B. Julii in illa Synodo prolatum eſt, ſi qua forſitan alia ſcripſit, neque ex hac Epiſtola aliquod amplius. Cur igitur non ſtatim illud petuit, quod de una Chriſti Natura iſti circumſtrepunt tanquam ab ipſo B. Julio ſcriptum, vel quæque ſimilia, quæ ſcripſiſſe autumant alios venerabiles Patres, in Synodo recitata? ſunt enim de Neſtorio? Neque ea magis ejus dogmate contraria videruntur.* Hinc igitur elucet, nullam aliam Epiſtolam Julii I. ufurpatam adverſus Hæreticos Neſtorianos olim fuiſſe, præter illam ad Dionium, five ad Proſdocium conſcripta fuerat. Quare ex altera ad Dionyſium data nihil utilitatis umquam cepere Catholici, ut Gennadius leviter affirmabat. Videtur autem Facundus Gregoram Epiſtolæ illius Inſcriptionem τῷ ἁγίῳ Δίονυσ, *ad Dionium*, pro uno verbo acceſſiſſe, tamquam ſcriptum ſuerit τῷ προέδρῳ, *ad Proſdocium*.

Deinde validiſſimum argumentum à Facundi verbis ducere licet, ſcripſiſſe, ad dionyſeendam falſitatem, atque ſignandum famoſæ hujus Epiſtolæ à nobis editæ. Nam ſi Epiſtola hæc ad Dionyſium data jam extabat, quando Nestorii Hæresin in Ecclesia turbas exeitare coepit, cur ab illa citandas adverſus Neſtorium abſtinuere Patres Epheſini? Cur Cyrillus Eutyches, & Dioſcorus numquam pro ſe ipſam laudarunt, numquam ejus teſtimonio fuam confirmavere ſententiam? Certè Julii Romani Pontificis auctoritas non modò attuliſſet pondus Eutychianæ opinioni. Neque tanti Pontificis opus Græcæ vulgarum latitare adeo poterat, ut omnium oculos fugeret, quam faris liquet, ex genuinis monumentis per Ecclesiæ, per quæ eruditorum manus vix edita conſueviſſe ferri. Aut ergo poſt Synodos Epheſinam, actam Chalcedonenſem, confiſta fuit, Julio que ſuppoſita Epiſtola illa, ideoque ante, Synodos illas minimè extabat; aut ſi extabat, nemo hæſenus noverat, crediderave, E Julium ipſum Auctorem fuiſſe. Propterea hæc meritò Facundus addit: *Quid enim tam controverſiæ remanſiſſet, quod una eſſet illius Dei-Hominis ſubſiſtentia, ſive perſona, ſi proba-rentur Patres, quod etiam unam prædicaverint ejus eſſe naturam? Igitur, ut omnia auferatur quæſtio, ſi non poſtea Epiſtola illa,* (Hoc eſt quæ ad Dionyſium ſcripta circumferebatur *conſicta eſt* (fortaſſe legendum *conficta eſt*) aut *B. Julio eam non ipſe ſcri-*

ANNO CHRISTI 336.

magos credendum Synodus judicavit, aut etiam, etsi ejus effe credidit, quod ego non dico, ut alium magos (hoc eft, quod ait Prolocutor, feu Diocium conficripta fuit) quam ipfum, ejufdem S. Julii contra Neftorium proferret, non ex eo quod incerti dictum eft, contrarium errorem judicavit effe damnandum.

Verum ne hanc quidem ultimam fufpicionis umbram admiffifet Facundus; imo conftanter negaffet Julium I. ejus Epiftolæ autificem, fi quæ à Græcis fcriptoribus hæc in re occlarioribus nos edoffi fumus, ipfe eriam noviffet. Hos igitur audire juvat; eorum autem non reftimonio folo, fed etiam rationibus conftabit, Epiftolam Julio ab Hæreticis famofam hanc Epiftolam fuiffe. Evagrius Scholafticus, à quo Hiftoriam habemus, & Leontius Byzantinus, a quo Libros de Sectis, Scriptores multis nominibus commendant, ipfoque Seculo Chrifti fexto, quo Facundus Hermianenfis floruit, & ipfi floruere, huc advocandi funt. Primus ille de Neftorianis Hæreticis agens lib. 1. cap. 32. inquit: *Sanctorum Patrum Libros fæpe deprayarunt, multoffque Apollinaris Libros Athanafio, Gregorio Theologo, & Julio Romæ Antiftitibus commutatis attribuerunt, quibus laudibus Libros plurimos in fuum impium errorem inducerunt.* Non eft mihi ad manus Evagrii Hiftoria, fed illam ex Baronii fide producto ipfam citantis ad. Annum Chrifti 552. n. 5. Nequeo tamen non mirari, quei Neftoriani impofturæ hujus dicantur Auctores. Certo certius eft, non quemlibet nunc poterimus, Epiftolam Eutychianis ita fcatere erroribus, ut Neftorianis oppofitam omnino fententiam referat (quod & Gennadius monuit) atque architeftum ipfius fapiat Eutychianum. Quei togo utraque adverfantium Hæreticorum cohors uni atque eidem Romano Pontifici tribuere, ac fupponere potuit contraria hinc perverfitatem opinionum monftra. Evagrius proinde forte hallucinatus eft; five, ut ratione potiori dicam, Evagrii locus attentius conideerandus fuit Cardinali Baronio. At infra de hac fapiat Eutychianum. Quei togo utraque adverfantium Hæreticorum cohors uni atque eidem Romano Pontifici tribuere, ac fupponere potuit contraria hinc perverfitatem opinionum monftra. Evagrius proinde forte hallucinatus eft; five, ut ratione potiori dicam, Evagrii locus attentius conideerandus fuit Cardinali Baronio. At infra de hac fapiat Eutychianum. Quei togo utraque adverfantium Hæreticorum cohors uni atque eidem Romano Pontifici tribuere, ac fupponere potuit contraria hinc perverfitatem opinionum monftra. Evagrius proinde forte hallucinatus eft; five, ut ratione potiori dicam, Evagrii locus attentius conideerandus fuit Cardinali Baronio. At infra de hac fapiat Eutychianum.

Acedadat nunc Leontium Byzantinus, quo nemo luculentius in hujufmodi quæftione verfatus eft. Adhione 8. de Sectis pag. 526. Eutychianæ Hæreiis fundamenta conveilit. Ejus autem funt verba hæc è Græco tranflata: *Adfervunt (Eutychiani) aliud quoque dictum, videt à B. Julio profectum, quod exftat in Epiftola feripta ad Dionyfium Corinthi Epifcopum, cujus initium eft* (Micor de quibufdam audiens &c.) *Effque dictum hujufmodi:* (Necefle eft eos, quum duas naturas dicunt, unam adorare, autem non adorare; ac in divinam quidem baptizari, & in humanam non baptizari.) *Aliaque plura iftæc Epiftolæ continet.* En aliquot Epiftolæ hujus verba, quæ quum in exemplari nunc à nobis edito pacifer legantur, Ambrofiani Codicis fidem confirmant. Porro videamus, quomodo fe ab ifta difficultate Leontius expediat. *Sed non*, profequitur ille, *plurimæ argumentis convincemus, illam Epiftolam non effe B. illius Julii, fed Apollinaris. Primium ex eo quod fi quis eum fubtiliter confidere, nihil Juliano dignum nomine habebit. Quin & Gregorius ifte Epiftolæ, quæ Julio tribuitur, Apollinaris fuit.* Deinde quod in eadem Epiftola Corporis mentionem facta, nufquam id mente præditum, vel animatum unquam fuerit. Erat autem in more Patribus illius fecufi, ut fenfus Corporis mentionem facerent, ad ipfum mente præditum, animatumque dicerent; quod quidem ufque adeo verum eft, ut Apollinaritæ hoc ex hac erranea, ideoque detorepe illos vocet, Mente prædituri, & Animatum, adjicientibus, nolli poftertorum libri reperiantur, qui hanc veterum opponitam non abnuerit. Præterea de hac quoque non B. Julii, fed Apollinaris effe redargitur, quod Neftorii ille Gregorius in opere contra Apollinarem aperte multa recitet, quæ hanc Epiftolæ contineantur, eaque ceu pravæ refutet. Poteft & aliunde convinci, quòd B. Julii non fit; ajunt enim, Acta Synodi Ephefinæ fub B. Cyrillo interfuiffe, quod quidem aperte falfum eft. Nam nihil tale in textu tale reperitur, fed alia quædam inferta eft Epiftola velut à Julio feripta; nec ipfe Julii, fed Timothei, quemadmodum ex multis exemplaribus intelligi poteft. Dum verò quum nihil nobis ille adverfetur, quod eam Julii dicunt, ftacci feciliter fuccendimus.*

Hiftemus Leontius accuratiffimi profectò Critici nomen promeritus, quo auctore difcimus, Apollinari Epiftolam hanc effe reipfa tribuendam. Antequam verò pergrediamur, animadvertere opus eft, Baronium hæc itidem fontii documenta proculvifle. Relatis autem iis Epiftolæ verbis, *Necefle eft eos, quum duas naturas dicunt, unam adorare, alteram non adorare &c.* mirari fe ait, cur Gennadius appellari potuerit initio Epiftolam hanc, adeo immanes, manifeftafque blafphemias complectentem, *quibus Neftoriana Hæreffi confirmaretur.* Ita ampliffimus Annalium parens; fed aliter fequentibus in quibus poferum fas erit, Epiftolæ ipfius fubdititiæ textum legere & ipfe potuiffet. His verbis, quæ nunc quoque in exemplaria nobis evulgato occurrunt, non Neftoriana Epiftolam dimatur, fed quidem Eutychiana; quippe ab Epiftolæ Auctore afferuntur tamquam neceffarium, & ut ipfe fignificat, abfurdiffimum Neftorianæ fententiæ confectarium. Tantum abeft, ut ille cum Neftorio fentiat duas in Chrifto divifas naturas, quarum una adorando ftatim literæ verbi confequanti, ut potius utramque fimul permifceat, atque confundat, undque tantum adoratione colendam affirmet, Eutychianis in hoc omnibus concors atque conjunctus.

Sequamur nunc Leontium καθ' ὑβριν, illufque rationes, atque argumenta figillatim percurramus, quibus facile palam fiet, qui veræ fuerit Epiftolæ hujus fobes: Primo, non à Julio Primo Romano Pontifice, fed ab Apollinari Hæreíiarcha illam fuiffe conficriptam. His autem rationibus fententiam fuam confirmat. Prima eft, nihil ibi occurrere *Julio nomine dignum*; hoc eft, nihil grauitatis, eloquentiæ, fapientiæ, aut purgati veteriique doctrinæ, quod Julium Apoftolicæ Sedis Antiftitem deceret, in eo monumento contineri. Et revera quum nihil antiquus Romanis Epifcopis, totius Eccleſiæ Magiſtris, ſcitis, fuerit, quàm veruſtiſſima Chriſti dogmata ſemper tradere, atque tueri; hæc autem repertuntur in quibuſcumque Julii inauditæ doctrinæ ſenſima: quis ſecuio Chriſti quindo, quando Eutychetis cauſa ferebatur, Julium tam facile debuit, potuitque credere pernicioſæ illius Epiſtolæ, atque novitatis Auctorem? Jam antea reclamaſſent cum Occidentales, tum Orientales Epiſcopi, ſi tale quippiam ſeculo Chriſti quarto Julius tradidiſſet. Potuit quidem Apollinaris clam deſipere, & furtivis literuſis inter ſuos affectas quidquid libebat edere, confingere. Non poterat Romanus Epiſcopus, Eccleſiæ totius caput, ſe fabſondere, conſcripta præſertim Epiſtola id celebrem Græcæ Eccleſiæ, & palam emiſſa Chriſtianique fermone duas Julii Epiſtolæ à S. Athanaſio deſcriptæ (nihil enim moror Iſidori Mercatoris pſeudepiſtolas) in quibus verba plane & ſyllabas & doctrinæ, & prudentiæ facient intueare. Addit Anonymus Scriptor, à quo Collectionem habemus contra Severianos §. 6. Inſcriptionem Julius ipſius Epiſtolæ confentaneam non fuiſſe Romanorum Pontificum conſuetudini. Qua de re judicium ferre nobis in præſentia non licet, quando Inſcriptione caret exemplar nunc à nobis editum.

Alterum Leontii argumentum eſt, non hanc tantummodo Epiſtolam, ſed & alias ſeptem Julio Fauſte ſuppoſitas tamen Apollinaris reverà forent. En Eutychianorum arcana, & doli. Quid igitur mirum, ſi prodiit in medium ab Eutychianis Epiſtola ad Dionyſium data, Julii ille quoque nullo negotio deprehenſa fuit? Difficile nimis erat, tanto Pontifici, qui ſuperiore dumtaxat ſeculo vixerat, defierat, ter Epiſtolas affingere, & diu criticis, doctiſque imponere hominibus. Tunc argumentum, ſyllus, cauſſa ſcribendi, nomines, ad quos datæ fingebantur ex Libris, quos nunc nullum exſtat veſtigium, & mille alia, in re, ut ita dicam, recenti ſtatim ſuccurebant, quæ ipſas falſitatis redarguerent, & Apollinari vera ipſarum paternitas tueretur. Una proinde alteram accuſabat; omneſque ſimul fortiſſimo argumento erant, non Julio, ſed Apollinari tribuendam eſſe illam quoque ad Dionyſium ſcriptam.

Tertiò reſtiſſime Leontius animadvertit, in tota hac Epiſtola Chriſti quidem *Corpus* memorari, ſed non *Animumque* eidem, *Corpori* nuſquam tribui. Nihil profecto Apollinari detrahere perſonam apertius poſſit, quàm hic affectatus loquendi modus. Conſtat ex Apollinaris erroribus præcipuum illum fuiſſe, quem S. Leo Magnus in Decretali 23. Catholicorum ſententiâ oppoſitã rejecit. *Non Deum tantum Animo Chriſtum tribuere, nec ita Deitatem, ut aliquid ei deſit, quod ad humanum certum eſt pertinere naturam, ſive Animam, ſive Mentem rationalem &c.* Hinc S. Auguſtinus in lib. de Hæres. cap. 55. *Apollinariſtæ*, inquit, *Apollinaris inſtituti, qui ab anima Chriſti a Catholica diſſenſerunt, dicentes, ſicut Arrius, Deum Chriſtum carnem ſine anima ſuſceſſiſſe. In quæſtione teſtimonia Evangelicis vicit, Mentem, qua rationalis eſt anima hominis, non fuiſſe in anima Chriſti,*

ſed pro hac ipſum Verbum in eo fuiſſe docuit. Ita ſe habebat falſa Apollinaris ſententia, quam profectò non videtur Julius Papa Epiſtola adſcripta referat, ac inſpiret, intelligere continuò poſſumus, eam Apollinari effe tribuendam. Certe ibi nuſquam legeis de Chriſto homine aliud prædicari, quàm θεῖον, aut ἄθρωπ. *Corpus*, aut *Carnem*: *Animæ* autem, five *Mentis* humanæ a Verbo ſuſceptæ nulla mentio fit. Quamobrem Chriſti *Corpus*, ſi rectè hæc perpendas, obtruditur nobis tanquam ἄψυχον, καὶ ἀλόγον, καὶ ἀνόητον, ideſt, *inanimum, & ſenſus, ac mentis expers*: quod certiſſimum Apollinari damnavit An. Ch. 362. Alexandrina Synodus ab Athanaſio, aliiſque Catholicis Epiſcopis celebrata.

Vide verò, quàm ſine tergiverſatione eadem hæc abominanda ſententia ab iſtius Epiſtolæ Auctore notetur. Οὐκ γὰρ, inquit, τὸ σῶμα καθ' ἑαυτὸ θεῖον ἦν ἢ ἰδίᾳ ἐνοικῆσαν ἐν τῷ μεθ' ἑαυτοῦ καθ' ἑαυτὸ, μηδὲ ἀναίσθητον ὄν, ἀνθρώπου ἔδει τὸ ἑαυτοῦ λόγον. Hoc eſt: *Non enim Corpus ſecundum ſe ipſum naturâ ſuâ non ſenſu præditum per ſe Deitatem, quæ cum eſt inhabitans per ſemetipſum, neque ſeiſcanti poteſt, atque ſe ſungi à ſpiritico Verbo.* En Corpus Chriſti per ſe minimè vivificum, nec vivificatum à Anima utreque adhibitæ per ſe carens. At undenam (petere quis potuit ab Apollinari) vitam, ejuſque munia Servator habuit, quæ Chriſtum homo? A vivifico Verbo, refpondebat Hæreticus, id habuit Chriſti Caro; quippe quod humanæ Animæ, Mentifque vices in Chriſto ſuppleret, atque impleret divinitas ipſa. Concinunt ea cum iis, quæ laudatus Leo Magnus de Appollinari eodem. ſcribit Homil. 4. de Nativ. *Apollinaris*, inquit ille, *falſa fabulatus privatus, Filium Dei ita verum humanæ Carnis credidit ſuſceptiſſe naturam, ut in illa Carne diceret Animam non eſſe, quia vicem ejus expleverit ipſa divinitas.*

Quæ cum ita ſint, & impiam hanc, atque ab Evangelica veritate abſonam opinionem foli Arianis, Apollinariſtæ, atque Eutychiani vendiarint: quis dubitare amplius poſſit, quin Epiſtolæ à nobis editæ Auctor, fuerit Apollinaris, aut alius quiſquam de gregie illius Hæreſiarchæ Catholici Patres, ac præcipue Romanæ Sedis Antiſtites in ea fuere ſententia? Imo quis eam abominatus non fuit? quis non oppugnavit non cenſendam dicam. fed vix notam, atque audiram? Nemo autem eſt, qui Julium I. Pontificem Maximum vel ſuſpicatus fuerit conſentiſſe, unquam cum Arianis, aut cum aquali eorum temporum Apollinari. Arianorum potius ipſe Julius perpetuus fuit malleus, ac hoſtis, adeo ut mirari poſſis Eutychianorum impudentiam, atque impudentiam, vivum hunc delignentium, cui ſi eligentiæ adulteratam hujuſmodi Epiſtolam, illius ingenio, doctrinæ, & moribus tam conformem, quam Æthiopi candor. Fieri igitur non poteſt, ut Julius totius de Chriſto hontine loqueretur, ejuſque *Carnem*, ceu *Corpus* nominaret, quin & ipſum *Mentis præditum*, ac *animatum*, five ἔμψυχ καὶ ἠλογικὸν dicerat, aut aliquid ſaltem apponeret, quo docceinnar, non ex ſola nuda carne conſtare humanam Chriſti natu-

ANNO CHRISTI 336.

ANNO CHRISTI 336.

naturam: quod tamen hujus Epistolæ Auctor satis aperte affirmare contra Catholicam veritatem non erubescit.

Quartò, inquit Leontius, hinc etiam dignoscì poterit, non Julio, sed Apollinari Laodiceno, tribuendam Epistolam istam, quòd Gregorius Nyssenus in Opere contra Apollinarem recitet multa, eaque ceu prava refutet, quæ hac eadem Epistolâ continentur. Forte fortuna eximium illud Scholium Opus, diu deperditum, diuque ab Eruditis desideratum, ante paucos annos è Vaticano Codice descriptum evulgavit C. Du Laurentius Alexander Græcus Vaticanæ Bibliothecæ Præfectus, cujus beneficio cuicunque in posterum conferre licebit cum Apollinaris fragmentis è Nyssseno refutatis Epistolam istam. Nos interim id experiamur quàm brevissimè. De Apollinari hæc habet Nyssenus §. 35. Η μὲν, φησὶ, θεὸς πρόσωπα λέγει τὸν Θεὸν, κατὰ τὴν πομπὴν τῶν ὀνομάτων διῃρημένον· ἀυτὸν δὲ, φησὶ, μὴ τοῦτο ἔχειν, ἀλλὰ ἕνωσιν τὴν κατ' ἀλήθειαν, καὶ τὸν αὐτὸν ὦν ἐκ τριῶν παρὰ τὸν διάστασιν, ἀλλὰ τὸν αὐτὸν καὶ τριάκοντα ἑνώσεως τὸ κοινὸν ἔχειν. Quæ ita vertit laudatus Zacagnius: *Deus personas Deum, & a Deo susceptum hominem, nos* (ideſt Catholicos) *dicere ille affirsi, & eorò haud ita procùs fortasse; quin etiam dicere incarnatum fuisse Christum, cumque non esse ab incorporeo divertum, sed unum, eundemque ad similitudinem nostræ, quam in carne versimus, vitæ.* His utique partis, imò eadem habet Epistolæ nuper a nobis vulgatæ Auctor, quorum concentus unum eundemque Apollinarem utrobique indicat. Inquit ille se minime veteri τὸν συνθέτειαν τῶν ὀνομάτων ἐν δύο πρόσωπα τὸν Κύριον; *Calumniatores in duas personas Christum Dominum partientes*: quo nomine Catholicos & hæc significare videtur. Nempe confictum bonus Apollinaris, ideo Catholicos duas in Christo ponere personas, quòd duas ponerent non consutas in ipsa naturas. Falsa id profectò, nam duas personas in uno Christo Naturas agnoscebat Ecclesia Catholica, sed unam tantum Personam. Hæreticus contra tam longè a Catholicorum fomita exorbitabat, ut non tantummodo Personam unam, sed unam etiam Naturam in Christo Domino notio fatereturi: quod ante ipsum nemo Theologorum rectè sapientium diceat.

In verbis supra ex Nysseno descriptis legitur falsa hæc Apollinaris sententia, ubi *corporeum* Christi ab *incorporeo* non distinguitur. Sed apertiùs eadem traditur a Nysseno §. 13. quum de Apollinari dicit: μίαν ἐνώσεως τὸ σῶμα καὶ τὸ ἀόρατον τὴν φύσιν, *Unam Dei, & hominis naturam confitetur*. Eulogius quoque Alexandrinus Patriarcha apud Photium Cod. 230. hæc Apollinaris verba refert ex Libro de Incarnatione, ubi Hæreticus ita exclamat: Ὦ· καινὴ νεότης, καὶ μέχρι δεκτέα! Ὅτε, ἡ σὰρξ μέλει ἀστεῖόν ἐστιν. *O novum creaturæ, & divinum mixtionem! Deus & Caro unum efficere Naturam.* Apollinaris ergo jam fibi fingebat, adeo humanam Naturam cum Divina in Christo fuisse permixtam, atque confusam, ut nullum amplius inter eas discrimen intercederet, quafi ex duabus naturis unam permixtis una tertia conflugeret. Hæc eadem fententia fuit Auctori Epiſtolæ nunc editæ. Aperiſſime ipſe *duæ Naturæ, ſive ἀϕὺς Φύσεις* in Chriſto negat, ſpeciosâ illâ ratione ductus, *quòd unum Dominus ſeſe Chriſtum, per quem omnia*, ab Apoſtolo dicatur. Pergit autem ita argumentari tenebrio ille: Εἰ γὰρ εἷς ἐν τοῖς ἁγίοις παρῆσαν τοσοῦτοι ἀνάμεσοι, καὶ αὐτὸς ἦν, δὶ ὃ τὸ πάντων γέγονεν, μία δὲ ἦν ἡ ἐκ τριῶν συγκειμένη ἐν ἕνωσιν ἀμιγῆτος. *Si unus igitur è ſanctis Virginæ natus appellatur, idemque ipſe eſt, per quem facta ſunt omnia, una Naturæ eſt; eruntque Perſonæ unius Baſtoni in duo non dividitur.* Habes hic non ſolùm in Chriſto Perſonam unam, quod Orthodoxi quoque dicebant, ſed unam etiam Naturam, quæ ex tribus conſtet. Eutychianorum, ut ita dicam, parenti maxime placuit, quamquam nova, & veterum auctoritate prorſùs deſtituta.

Ex Auctoris verbis ſupra deſcriptis dicimus etiam, Apollinarem diviſiſſe, unum eundemque eſſe Chriſtum *ad ſimilitudinem noſtræ, quam in Carne verſamus, vitæ*. Idem porrò palam edicit Epiſtolæ noſtræ Auctor. Ἕνωσις, φησὶ, ἀϕὺσ ἀνθρώπου μέλλοντος θεοῦ ἐν ἡμῖν καὶ ἐν ἑνὶ ἑκάστῳ ἀνθρώπων γίνεσθαι Χριστὸς. *Quemadmodum homo una eſt Natura, ita, & in ſingulis eſſe hominum fidelis Chriſtus*. Jubilleri non poſſum, quin & quidam è SS. Patribus hujuſmodi exemplo fuerint uſi, ut Cunam in Chriſto Perſonam, ex unitione duarum Naturarum manentem adſtruerent. Vide Ruſticum Diaconum in Bibliotheca Patrum, Leontium, Theodorum, & alios. Vide & Symbolum S. Athanaſio attributum. At nemo ex iis illuc etiam deflexit: ſe paſſus eſt, ut ex animæ, & corporis in uno homine conjunctione probaret, unam quoque exiſtargere, & reſultare in Chriſto naturam. Primus Apollinaris tam abſurdum ſentiendi modum ſit cæpit; ideoque & illud opportunè addit, quo Epiſtolam hanc ipſi, & non Julio I. doctrinæ auctorem propugnari, adhibitendam eſſe intelligamus. Proinde verbas, Nyſſenum in Antirhetico adverſus exemplum hoc ex humana natura deſumtum, quo Apollinaris hæreſim confirmabat ſententiam, pugnare variis argumentis. Quæ tamen aſſurdiorem conſtituebat Apollinaris opinionem, illud erat, nimirum ex Carne tantum humana, & ex Deo, qui loco nemini, aut animæ eſſet, Chriſtum conſtare, uti ex anima, & corpore Natura hominis conſeſcit. At quomodo, aiebat Nyſſenus, *in ſimilitudinem hominis* Chriſtus factus eſt, qui aliud quid ab homine diverſum eſſet, & a noſtra prorſus Natura diſcrepat? Nam ſi ex anima, & corpore homo conſtat, & Anima in homine, quæ non conſtat, non erit? quomodo in Chriſto illud ſimile homini eſſe poterit, quod a noſtra natura alienum eſt? Neque verò aliam fuiſſe commentationi illi tuendam Apollinaris indicetur, quàm *ſimilitudo* περὶ τῆς θέσεως συμβόλου τῆς κατ' ὁμοίωσιν ἀνθρώπου. *demonſtratio divinæ Incarnationis ad ſimilitudinem hominis*. Quæ profectò quantia aperte congruant cum iis, quæ ab Auctore Epiſtolæ enarrantur, unum etiam eſt demque Apollinarem utrobique produnt.

ANNO CHRISTI 336.

Progrediamur. Alterum Apollinaris commentum refellit Nyſſenus in opere laudato. Cenſebat infanus Hæreſiarcha, non in pleniſſimine temporum Incarnatum Verbum a Verbo Dei ſuiſſe aſſumtam, ſed ante ſecula id factum; quare hominem qui apparuit in tempore, antea præexiſtiſſe, quàm manifeſtaretur, ſcripſitabat. Vide §. 13. Antirhetici, & Nazianzenum in Orat. 45. quæ eſt contra Apollinarem. Conſequens pronuncerat, ut de Chriſto Chriſtum, quatenus etiam eſt hominis filius, è cœlo deſcendiſſe. Atque ita ſane, teſte Nyſſeno, Apollinaris palam fentiebat, uti videre eſt §. 6. Qua opinione conſtituta, ſequebatur inde inferebat: ἐ δὲ νοῦ ἦς ἡμικὸ ὁλὸς ἀνθρώπου, καὶ ὁ ἐξ οὐρανοῦ ἦν ἄνθρωπος, ἀλλὰ ὁ αὐτὸς ὢν ἐκ τῶν ἀμϕοῖν· ἢ οὐ μετὰ τοῦ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἦν ἄνθρωπος. *Si non ex muliere Filius Dei, quomodo non idem Deus, & homo conſtetur?* Non aliter ſentire videtur Epiſtolæ ad Dionyſium datæ Scriptor. Primò enim ait: *Si Deum naturarum diviſio in Chriſto admitteretur, nefas eſſet, unum totum vocare Filium hominis, quas eſt eo deſcendiſſe & Filium Dei, qui de mulitere natus eſt.* Τοῦτο γὰρ οὐκ ἦν τὸ τὸν ἐκ τῆς ὑὸν τὸν θεὸν ἀϕρόνως καλεῖσθαι καταβεβηκότα δὲ ἐξ οὐρανοῦ, καὶ τὸν ἐκ τῆς γυναικὸς. Tum heic, tum illic Chriſtus, quatenus hominis Filius, è cœlo eſſe dicitur, uti etiam, quatenus Filius Dei, è nuliere dicitur eſſe. Pergit Epiſtolæ Auctor effutire, ideo duarum naturarum diviſionem in Chriſto repugnare, quia quod deſcendit de cœlo, vocaretur Filius Dei, & non filius hominis; quod autem natum eſt de muliere, vocaretur Filius hominis, & non Filius Dei. Quæ ſententia, ſi huic incepto Sophiſtæ credecemus, Hæreſi Pauli Samoſateni conſentanea foret. Hinc ait ſubinde: ἡ μὲν ἐξ οὐρανοῦ κάθοδος τὸν Δεσπότην, ἡ δὲ ἐκ τῆς τοῦ τὸν Κυρίου φησὶν κατὰ τὴν ἐξ ἀμϕοῖν κατάθεσιν, καὶ τὸν ἐκ γυναικὸς ἐκ τῆς γυναικὸς γέννησιν. *Nec verò divinæ Scripturæ doceni, & quum quod è cœlo deſcendit, & quum ex mulieribus in terra nativitatem audimus, omnia de uno Domino eſſe intelligenda.* Infra verò alia in hanc rem addit, inquiens, ſe nihil moraturi calumniantes in duas Personas Christum partientes (ideſt Catholicos quibus ille hujuſmodi ſententiam affingebat, uti ſupra videimus) quod illi maledicentes tanquam affirmarent τὴν σάρκα τὴν ἐκ τῆς Παρθένου *Carnem de cœlo*: quam dicendi formam a ſe non amoliturus, neque rejecit perſonarus ille Hæreſiarcha. Tum pergit ſcribere: *Dicimus enim nimirum quòd, & de Cœlo venit per Deitatem, & de muliere natus per carnem, naſcentes duoſſimodo unius ejuſdemque Perſonæ, neque diſſecantes a cœleſti terreſtrem, aut a terreno cœleſtem; impia quippe diſſectio hoc foret.*

Quæ quidem lucè non indigent majore. Sed infra occurrunt alia, quibus opinio conſtituta prorſus tartarea; inquit enim Epiſtolæ Auctor: Σωματοφόρειαι δὲ, καὶ συμϕώνως ὁμολογοῦμεν τὸ σῶμα ἐκ τῆς παρθένου, ἡ ὑϕάσις ἐξ ἀμϕοῖν· τὸ σῶμα τέλειον τὸ κτιστὸν, ἡ δὲ ὑϕάσις ἄκτιστος· ἀλλ' οὐκ ἄλλος. *Concorditer ergo dicimus, & concorditer in confeſſo eſt, Corpus eſſe de Virgine, Deitatem de Cœlo; Corpus eſſe naturam in utero, Deitatem creationis expertem, at ſempiternam.* Quibus verbis fateri *Concilior. Supplem.* Tom. I.

ANNO CHRISTI 336.

Auctor iſte videtur Chriſti carnem de Virgine ſumtam, quum tamen ſupra ſignificaret ipſam de Cœlo eſſe, ac de Cœlo dici. Primò dictionis, Apollinaristarum eſſona, & repugnantia aſſerre potuiſſe; quod cum ceteroquin ferè omnium à Veritate deflectentium eſt, tum præcipuè eſt Apollinari dici poſſe Nyſſenus non uno in loco oſtendit. Deinde ſaſpicamur ipſum Hæreticum non ex animo ſenſiſſe, neque propriè affirmare voluiſſe, Corpus a Chriſto de cœlo aſſumtum, ateque quam Gabriel Virginem divini conſilii cenſeriorem foceri; ſed ideo ſolùm Carnem de Cœlo dixiſſe, quia ſecundùm ejus opinionem, quidquid in Chriſto eſt, unum Deus pronunciatur, æque de Chriſto uti homine pronunciandum illi videbatur. Certè §. 51. Antirhetici idem Apollinaris de Verbo Dei hæc habet: ἔτι εἰκὸς ἐγένετο, τόπος αὐτὸν ἐν ἡμῖν ἐνοικοῦντα. *Tunc factum fuiſſe Carnem, quum habitavit in nobis*. Quibus verbis indicat ſe intelligere, *humanitatem Verbo ad nos è cœlo deſcendiſſe*, ut ipſe Nyſſenus animadvertit, quamquam ſupra aliud palam docuiſſe, atque ſcripſiſſe Hæreticus videretur. Eatenus igitur dicebat Apollinaris Chriſti carnem è cœlo eſſe, quatenus in eam opinionem concepterat, dividendam, atque diſtinguendam eſſe Chriſti Naturam ab hominum a Divina non eſſe, ac proinde ita omnia de uno Chriſto eſſe prædicanda, ut totus etiam de Cœlo deſcendiſſe reſte diceretur. Quare intelligo propterea, ne hoc quidem dilectiſſe ab Apollinari Auctorem Epiſtolæ noſtræ.

Ceterum ſupra vitimus aliam capitalem Apollinaris opinionem in eo ſitam, ut affirmaret, Chriſtum Animâ aut Mente humanâ caruiſſe. Illum propterea Nyſſenus redarguit §. 35. Antirhetici. Non aliter ſenſiſſe præſulem Epiſtolæ hujus Auctorem, patiter ſtet oſtendimus. Ergo eundem utrobique ſcripſiſſe probrendenas. Accedit, quòd Apollinaris in ſuorum ſomniorum prændium abſtulerat verbis iis Apoſtoli 1. Cor. 15. *Sicut ſunt Adam in ſpiritum vivificantem*, ut conſtat ex §. 10. & ſeq. Antirhetici. Illdem, D notre quoque auctoris, uti videre eſt in Epiſtola edita. Itaque tandem intelligas mirabam intercedere opinionem concordiam inter Apollinarem a Nyſſeno confutatum, & hujus Epiſtolæ Auctorem, ut mirebitio eandem eſſe cum Apollinari cenſuerit Leontius. Et ſanè quis Julium Romanum Pontificem, unquam dixit, aut audivit abſurdiſſima hujuſmodi dogmata tradentem, quæ ſtatim ac emerſere ex Apollinaris ore, & calamo, refutata novimus? Fieri non potuit, ut Apoſtolicæ Sedis Antiſtes tam magnæ Chriſtianorum ſcandalo, atque clamore talia palam traderet.

Tandem Leontius Eutychianos, five Acephalos, falſi arguit, quòd locum ex Epiſtola ſita dicant produſtum, atque laudarum à Patribus Epheſini Concilii. Aſiam Epiſtolam in ejus Synodi Actibus citatam ait, atque ab ea diverſam, quæ ad Dionyſium ſcripta fertur. Imo & alterum illam non Julii eſſe addit, ſed quidem Timothei Hæretici Apollinariſtæ, uti exemplaria multa ejus rei fidem faciebant. Quod eſt ad calumniam illam ex Actis Epheſini Concilii

ANNO CHRISTI 336.

petitam, vidimus supra, quid etiam Facundus Hermianensis scriptum reliquerit. Sed Leontius subinde inquiens, *enimvero quum nihil nobis illa adversetur, quod eam Julii dicunt, flocci faciendum est:* rectè fecit, qui non sibi, atque exemplaribus tantùm credidit, ut penitus abjudicaret Julio laudatam ejus Epistolam ad Docium. Nam prætérquamquod nihil illa continebat ex ipsius Leontii confessione, quod Julio Romano Pontifice, & Catholicorum principe indignum foret, Ephræmius Patriarcha Antiochenus lib. 3. de sacris Legibus apud Photium Cod. 229. ipsum Julio sine dubitatione tribuit, & ex eâdem verba etiam nonnulla delibat. Plura itidem ex illa, tamquam ex germano Julii fœtu, profert Anastasius Presbyter in Eclog. τῶν χρήσεων περὶ τῆς θείας θεολογίας cap. 38. nisi quod Acacium pro Docio habet, scribens: Ἰυλίυ ἐπισκόπυ ῥώμης ἐκ τῆς πρὸς Ἀκάκιον ἐπιςολῆς: *Julii Episcopi Romæ ex Epistola ad Acacium.* Fateor tamen dubitari meritò posse, an eadem sit Epistola ab Anastasio citata cum superiori ad Docium scripta, quum una ex iis esse possit, quas adulterinas, & Julio perperam tributas, supra Leontius affirmabat.

Atque hactenus multa attulimus, quæ vel pertinacibus ingeniis persuadere possunt, datam olim ad Dionysium Epistolam, & sub Julii Romani Pontificis nomine ab Hæreticis evulgatam, uni Apollinari esse restituendam, sicuti legitimo illius parenti. Nunc addimus, Justiniani temporibus tam certos de ea suppositione fuisse Catholicos, tamque robustis pro Julii fama tuenda illos militasse argumentis, ut omnem ex de re se sustulisse dubitandi rationem palam profiterentur. Hypatius Episcopus Ephesinus in Collatione cum Acephalis habita Constantinopoli, Sirmondo V. C. teste, ajebat: *Beati Julii famosam illam Epistolam manifestè Apollinaris ostendimus fuisse, scriptam ad Dionysium.* Paria affirmabat laudatus Anastasius Presbyter in Eclog. χρήσεων. Sed & S. Eulogius Patriarcha Alexandrinus, qui eodem, quo Justinianus, & Leontius, seculo floruit, idem testatur apud Photium Cod. 230. ita scribens: Ἀλλὰ γὰρ καὶ ἡ χρῆσις, ἣν ἡ αἵρεσις προκομίζει ἐκ τῆς πρὸς Διονύσιον ἐπιςολῆς τῦ Ἰυλίυ ῥώμης, ἀναμφίβολον μὲν οὐκ ἔχει τὸ γνήσιον. Hoc est: *Sed enim testimonium, quod Hæresis adfert ex Epistola Julii Romani ad Dionysium, haud dubiè non est genuinum.* Cujus rei argumentum illud Eulogius memorat, quod supra innuimus, nempe S. Cyrillum in Synodo Ephesina quemdam quidem adhibuisse locum ex Epistola Julii ad Docium, at alterius Epistolæ ad Dionysium datæ, quamquam adversus Nestorianos disertissimè pugnantis, nullam fecisse mentionem, non alia sanè de caussâ, quam quòd aut censeret, aut compertum haberet, germanum Julii fœtum istam non esse. Testis est idem Eulogius, Eutychianos citasse pro adstruenda una in Christo Natura, non solùm Epistolam nunc à nobis editam sub Julii nomine, sed & alia, quæ Athanasio, & Gregorio Thaumaturgo adscribebant. At eorum commenta Eulogius explodit; contendens, numquàm sanctissimos illos Patres talia literis mandasse, sed Auctorem quidem eorum fuisse Apollinarem, Eutychetis autem, ac Severi sectatores fraude satis aperta deinde ea supposuisse celeberrimis illis Ecclesiæ Catholicæ Episcopis. Eadem, ut supra animadvertimus, & Leontius, & Evagrius tradidere. Quamobrem meritò arbitrari jam cogimur, tunc parum circumspectè Baronium scripsisse, quando à Nestorianis cuncta hujusmodi figmenta prodiisse dixit, quæ certè non Nestorii, sed Eutychetis patrocinabantur errori.

Porro dolendum est, jamdiu excidisse Opera Ephræmii Antiocheni supra à nobis laudati, qui & ipse vixit seculo Christi sexto. Inde enim nullo fortasse negotio constare posset, quantum ab Apollinaris, & Eutychetis opinionibus abesset Julii nostri doctrina. Quandoquidem tamen ejus Libros accuratè non solùm recensuit, sed etiam multis expressit Photius in Biblioth. Cod. 228., & 229. delibare juvat inde nonnulla. In Epistola ad Zenobium Scholasticum Emissenum, testante Photio, ostendit Ephræmius, consensisse S. Leonem Magnum cum reliquis Patribus in confitenda gemina in uno Christo Natura, non divisâ, neque confusâ. Tum demonstrat, S. Cyrilli dogmata, in ea potissimum quæstione, prorsus convenire cum ejusdem *S. Leonis, & Gregorii Nysseni, & Julii Romani sententia*, & esse κατὰ πάντα συμφωνῦντα, *in omnibus consona*. Idem Ephræmius in Orat. ad Domnum, & Joannem, ut probet, Christum verum Deum nostrum, neque divinitatis, neque humanitatis proprietates divisisse (quod Nestoriani sentiebant) sed per *unitionem*, sive *unionem*., ἕνωσιν tam divina, quàm humana sine confusione in se conjunxisse, τὺς θεοφόρυς ἡμῶν πατέρας παράγει μάρτυρας, Ἰύλιον τὸν Ἐπίσκοπον Ῥώμης ἐκ τῶν περὶ τῆς ἐν Χριςῷ ἑνώσεως τῦ σώματος πρὸς τὴν θεότητα, *divinos Patres nostros testes adducit, Julium nempe Romanum Pontificem è Libris de unione corporis cum Deitate in Christo*, atque Athanasium, Nyssenum, Basilium, & Cyrillum. Tandem si qua sunt in Julii Libris genuinis, quibus abuti consueverint Hæretici, ea explicat Ephræmius, sanamque continere doctrinam evincit, atque à Julio ἐν τῷ λόγῳ τῷ περὶ ὁμουσίυ, *in Oratione de Consubstantialitate*, confutatum fuisse ait non Marcionem solum, & Valentinum, sed & Apollinarem, & Eutychem.

Itaque jam nihil amplius dubitandum puto, quin certum sit quod initio probandum suscepimus, videlicet famosam olim Epistolam nunc à nobis editam, si non Apollinari ipsi, saltem alicui ex ejus, aut Eutychetis, aut Severi schola, tribuendam, atque restituendam esse. Certè Julio I. Petri in Romana Sede Successori prorsus abroganda est; idque nihil meliùs persuadere in posterum valebit, quam Epistola ipsa. A tanti Pontificis doctrina, & fama immane quantum abhorret, quod heic legitur, quum conceptis verbis, tantoque molimine ipsissima Apollinaris, atque Eutychetis deliria statuantur, & Ecclesiæ Catholicæ sententia improbetur. Restat nunc, ut aliquid etiam de Epistolæ titulo dicamus. In Ambrosiano Codice

ANNO CHRISTI 336.

data legitur πρὸς Διονύσιον τῆς Ἀλεξανδρείας Ἐπίσκοπον, *ad Dionysium Alexandriæ Episcopum*. At Leontius Byzantinus, ut vidimus, Dionysium hunc non *Alexandriæ*, sed *Corinthiorum* Episcopum facit. Utrobique erratum suspicor. Et primo loco deferenda mihi est Ambrosiani Codicis fides; etenim, dum Julius, cui afficta est Epistola, Apostolicam Cathedram tenuit, nullus Dionysius Alexandrinæ præfuit Ecclesiæ, sed quidem Athanasius Magnus. Sciolus aliquis videns Epistolam hanc Dionysio inscriptam, quem fortassis Episcopum fuisse aut per rumorem didicerat, aut somniarat, ingenio suo inscriptionem supplevit. Quum verò Dionysium, Alexandrinum Episcopum celebrem olim fuisse (hoc est Seculo Christi tertio) audivisset, patenti Anachronismo eumdem esse ratus est, ad quem seculo proximè sequenti Julius literas illas dedisse affirmabatur. Ita potius juvat credere additam hanc titulo laciniam, quàm id fraude ab Hæreticis factum. Quis enim Seculo Christi quinto, & sexto, quo in controversiam Epistola ipsa cœpta est adduci, ineptam hanc inscriptionem non risisset? Memoratur quidem in subscriptionibus Sardicensis Conciliabuli, quod tempore Julii nostri habitum est, *Dionysius Episcopus ab Alexandria provinciæ*. At aliquod in his verbis latere mendum, vel ipsi Editores apposito asterisco monuere. Præterea Alexandrinus Episcopus esse ille non potuit, tum quòd verisimile est, ipsum subscripturum fuisse digniori loco, tum etiam quòd tum temporis, uti dicebamus, Alexandrinam Sedem implebat S. Athanasius ex Catholicorum parte, ex Arianorum verò Gregorius, ad quem etiam legitur data Epistola ab ejusdem Pseudosynodi Episcopis.

Secundò suspicione quoque erroris non carere mihi videtur ea Epistolæ inscriptio, quam Leontius habet. Uti Alexandriæ Seculo tertio vulgaris Epochæ Dionysius unus celebris Episcopus fuit, ita & Seculo præcedenti alter ejusdem nominis Corinthiorum Episcopus fuerat, vir celeberrimus, cujus olim legebantur Epistolæ quædam Canonicæ. Si non Leontio exploratæ eruditionis viro, certè Librariis, quibus est usus Leontius, aut à quibus Leontii opera deinde fuere descripta, imponere potuit Corinthiaci illius Dionysii fama, ut scriptam crederent ad eumdem Epistolam sub Julii nomine ab Hæreticis evulgatam. Equidem in Ecclesiastica Historia nullum Dionysium reperio, qui Corinthiorum Ecclesiam rexerit Julii Romani ævo. Ad hæc Anonymus ille Scriptor, à quo Collectanea habemus contra Severianos, Dionysium, cui inscripta fuit Pseudepistola Julii, non *Episcopum*, sed *Presbyterum* appellat. Gennadius ipsum nominat *Dionysium quemdam*. Reliqui verò Scriptores, qui ejus Epistolæ mentionem fecere, Eulogius, Ephræmius, Hypatius, & si qui sunt alii, nusquam ajunt Dionysium hunc Episcopum fuisse. Quamobrem non irascatur nobis Leontius, si ne ipsius quidem in hac parte acquiescimus testimonio.

Atque hæc sunt, Salvini eruditissime, quæ in Epistolam Julio Primo ab Hæreticis suppositam scribenda habui, ut impostura Hæreticorum majori in luce collocaretur. Tu me, ut facis, amare perge, æternùm mihi amandus, ac suspiciendus.

AD CONCILIUM ANTIOCHENUM

Ab Episcopis ad Ecclesiæ Antiochenæ dedicationem convenientibus celebratum Anno 341.

ADDITIO.

Anno 341.

VEteres canonum Antiochenorum versiones Latinæ multæ, & variæ adornatæ sunt. Nam præter antiquiorem Dionysii Exigui quam plures expresserunt, inter quos Zacharias Papa epist. VII. inter Labbeanas ad Pippinum cap. VIII. & Leo Papa IV. in Synodo Romana anno 853. & paulo recentiorem quæ Isidori Mercatoris appellatur, quam sub Carolo Magno usu obtinuisse ex capitulari Aquisgranensi liquet; Hadrianus I. Papa aliam adhibuit, nisi fortè alterutram ex his in epitomen redegerit. Aliam pariter exhibet Martinus Bracarensis in sua collectione. Ego aliam offendi in Codice illo MS. nongentorum annorum, quem semel, iterum & sæpius in scænam produxi. Barbarismis quidem & solecismis fœdissime horrét, adeout interdum vix aptum sensum elicias; sed & hoc indicium est vetustatis, atque ex aliarum versionum, quas ubique offendes, collatione, facile intelliges quæ rudis hujus Interpretis mens fuerit. An Ecclesia aliqua illam adoptaverit, nondum assequi valui. Interim vulgandam hic censeo, tum in gratiam vetustatis, tum quòd fortè accidere possit, ut alius me felicior tandem detegat, cujus Ecclesiæ usibus servierit. Tunc verò scire codicem canonicum ecclesiarum quarundam & volupe erit, & utile. Incipit verò codex a canone II. & titulum singulis canonibus præmittit, ita fermè ut hic exhibemus.

CANONES ANTIOCHENSES IN DEDICATIONE.

I. Deest.

II. Domum Dei . . . . . A tarem statuat, & vacantem vocantem communicant Eucaristia & cum populo se advertant se a sanctum munus præ nescio quam inquietudinem, & in suis domibus communicant; de his censemus profici ab ecclesia quandiu confessi fructum obtendant conversionis. Et tunc possunt mereri indulgentiam: Nam non lecire eis cum excommunicati fuerint neque in domo communicare, vel convenientes simul orare, quia ecclesiæ sanctæ non condeprecantur, neque eos in alia ecclesia suscipi, qui in ecclesia una non congregantur. Si autem visus fuerit aliquis episcoporum aut presbiterorum, aut diaconorum, aut quicumque de canone ecclesiæ excommunicatis communicare, nunc & ipse excommunicatum esse pro eo quod nisus est consuisionem facere canoni ecclesiæ.

III. De his qui aliat parrociæ se immergunt.

Si quis presbiter aut diaconus vel aliquis ex facri ministerii derelinquens suam parrociam ad aliam vadat, etiam omnino post tarditatem in alienam parrociam tentat, multo tempore non ministrare, si forte evocatus a proprio episcopo ut reverttatur ad propriam, & correptus non audiat & permanserit inquietudine omnino degradari eum a ministerio & nullam eum spem habere ad revertendum. Si autem degradatum pro hac culpa suscipiat eum alius episcopus, & ille culpatur cum eo, consensu universo Synodo, eo quod defruat disposiciones ecclesiasticas.

IV. De his qui degradati præsumunt sacrosanctum agere.

Si quis Episcopus a synodo depositus aut presbiter aut diaconus a proprio episcopo excommunicatus præsumpserit aliquid ministerii agere, ipse in se damnationem firmavit. Si episcopus similter secundum morem consuetudinis nunquam eis licere in alio synodo spem ad restituendos habere, nec satisfactionis locus eis datur. Sed & qui eis communicaverint omnis abiecti sancta ecclesia, præter ea si agnoscentes sententiam contra memoratos datam temere voluerint eis communicare.

V. De his qui se ab Ecclesia retrahunt & oculos congregantur.

Si quis presbiter aut diaconus contemnens suum episcopum separaverit se ab ecclesia, & secretius congregans altepiscopum non obaudierit eum; & primo & secundo evocante contemserit, noverit se omnino degradari, & medicinam non mereri neque fuam dignitam habere posse si permanserit conturbans, & rebellans ecclesiæ, quia sancta potestate foris sunt, in arbitrio est episcopi sicut velle eum corrigere.

VI. De his qui excommunicantur clerici, vel laici.

Si quis a proprio episcopo excommunicatus fuerit, non eum debere ab alio suscipi in communione, & nisa primum eum revocaverit proprius episcopus aut in Synodo . . . . . ens satisfaciat, & agnoverit synodus causa ejus suscipiatur; aut si de eo secundam sententiam dixerint. Definitum est in eo institutum sive laicus vel presbiter aut diaconus & omnes qui sunt in canone ita judicandos.

VII. De daudis epistolis.

Ut non liceat presbitero qui in locum est canonicas epistulas dare nisi solum ad vicinos episcopos epistolas dicere, inreprehensibiles autem corepiscopis dare pacificas.

VIII. De non suscipiendis peregrinis.

Nullum sine formata suscipi peregrinum.

IX. De Metropolitanis unius cujusque provincia.

Quos per universam ecclesiam debemus agnoscere Metropolitanos & præsse episcopos & solicitudinem suscipere totius provincie, pro eo quod in Metropoli undique concurrent omnes qui causas habent; unde placuit ut honore D præponantur, & nihil agere plus aliquid liceat exteris episcopis sine ipso, secundum antiquum a patribus nostris manens canonem, nisi solum hoc quantum cujusque pertinet parrociam & quæ sub ipso pertinent loca. Singulus autem & unumquemque episcopum potestatem habere gubernandam secundum cujuscumque veneracionem, & provisionem facere totius Licì (*sic*) qui sunt sub ejus civitatem, ut ordinent presbiteros & diaconos & cum judicio singula prospicere, & nihil alius agere, aut E præsumere sine Metropolitano episcopo, & neque ipsi liceat sine exteris in concilio.

X. De his qui vocantur chorepiscopi.

Qui in locis aut in vicis funt constituti chorepiscopi non audeant manu imponere ordini cuique; sed placuit S. Synodo circa eos suam mensuram & gubernationem qui subjacent eis ecclesias & eorum susscere solicitudini & jubamini constituere aut subdiaconos & exorcistas & lectores & eorum sufficere provectioni & neque presbiterum aut diaconum ordinare præsumant sine civitatis episcopum cui subjacet ipse & loca ipsa. Si vero tentaverint aliquis transgredi patruum consistuta degradari eum ab honore & fungitur & chorepiscopum fieri, & a civitate in qua fuerat abigatur.

XI. De his qui apud imperatorem supplicant.

Si quis episcopus vel presbiter aut si qui de canone sine consciencia aut literas qui in provincia sunt episcopi & maxime Metropolitani pergat ad imperatorem, hunc diffamari & expelli non solum a communione, sed etiam dignitatem, qua fungitur, amittat, propter quod molestus existit pissimis imperatoribus nostris extra dispositionem ecclesiæ. Si autem necessario evocatus ad imperatorem eundi, & huc cum tractu & consciencia Metropolitani provinciæ episcopi & qui in ea sunt & eorum scriptis instrui debeat.

XII. De his qui degradati imperatori supplicant.

Si quis a proprio episcopo degradatus presbiter aut diaconus, aut si episcopus a cuncto synodo conveniri eos & quæ dicunt se justitiam habere allegent apud plurimos episcopo & in eorum disscussionem & judicium spectare . . . . Si autem in hoc anxiat molesti fuerint imperatori, censemus hos in nulla venia pervenire, neque locus satisfactionis habere, neque spem futuræ restitutionis sperare.

XIII. De episcopis qui in aliena parrocia ordinant.

Placuit ut nullus episcopus audeat alienam parociam ingredi, & ordinare in ecclesiis aliquos ad provectum sacri ministerii, neque si comitari eum fecerit focios nisi rogatus abierit per literis Metropolitani, & qui cum eo sunt episcopi; & sic ad ordinandum transeat. Si autem nullo vocante comitentur in quiete adornationem aliquorum & dispositionem ecclesiasticarum rerum non ad eum pertinentium inaniter quidem ab eo acta sunt, & ipsum non suscipi propter inquietudinis sue, & incationabiliter nullitatis sue quia oportet judicium ferre de eo, & depositum abjiciatur a S. Synodo.

XIV. De episcopis qui adperuntur & inter provinciales judices non conveniunt.

Si quis episcopus in aliquibus crimibus accusatus & judicatus postmodum eveniat ut pro eo disponere qui sunt in provincia episcopi, aliquorum innocens qui judicant afferentes, aliorum autem reum præ limitatione discussiones totius causæ, placuit Sanctæ Synodus ut Metropolitanum episcopum & quia ex vicina provincia convocentur, & collegas aliquantos qui judicent & duvietatem dissolvant, & per hoc firmarent eum a concilio provinciales qui eis rectè judicentur.

XV. De condemnatis episcopis.

Si quis episcopus in aliquibus crimibus accusatus judicatur ab omnibus qui sunt in provincia episcopis, ut omnes ex uno consensu una contra eum proferant sententiam, hunc nullo modo ab aliis judicari, sed permanere firmam & constantem quæ a provincialibus Episcopus data sententia est.

XVI. De episcopatibus vacantes.

Si quis episcopus vacans qui suam C relinquens ecclesiam, & adsegerit (*sic*) aliam sedem sine perfectam synodum hunc esse omnino dejectum, etiamsi contigerit ut omnis populum quem surrepsit desideret eum, perfecta autem esse ea quæ synodus censuit, maxime ubi Metropolitanus preest.

XVII. De his qui vocati ad Episcopatum contemnunt.

Si quis episcopus ordinatus præsse noluerit, & ministeria non suscipiens, non affentiat pergere in commissum sibi ecclesiam; hunc esse alienum a communione, quousque correptus suscipiat, aut postremo disponat de ipso perfecta synodus qui sunt in provincia episcopi.

XVIII. De ordinato episcopo & non suscepto.

Si quis episcopus ordinatus & in Parochiam in qua ordinatus est non eat, non suo vitio, sed populo vetante, aut pro . . . . . non ab eo-facta, hunc autem censemus habere dignitatem & ministerium solum, quod causa non videatur habere in ipsius urbis ecclesiæ in qua est ordinatus; sed expectare eum E oportere quousque provinciæ Synodus quod eis videntur ordinent.

XIX. De ordinandis episcopis.

Episcopum non ordinari absque Synodo vel præsentiam Metropolitani provinciæ, quia ipso præsente, melius, & cum eodem omnes qui sunt in provincia episcopi, quos etiam oportet per epistolam Metropolitanum poscitare, etsi

omnes

ANNO CHRISTI 341.

omnes occurrerint, melius; si autem minime, hoc tantum plures esse præsentes oportet, & alii per literas suas consentientes; & sic consensu plurimorum sive præsentia sive electione fieri oportere ordinationem. Si autem aliter extra quæ ordinata sunt fiant, non valere ordinationem. Si autem secundum ordinatum canonem fiant aliqui contradicant per propriam intentionem obtinere multorum electionem omnino non valeant.

XX. Ut secundo in annos Synodus fiat.

Propter ecclesiasticas necessitates & querellarum proritignes optime haberi placuit Sancta Synodus, ut per singulas provincias episcoporum fieri concilia secundo in anno, semel congregari tertiam hebdomadem feitivitatis Paschæ . . . . . Pentecosten celebrari Synodus . . . . . & commemorare Metropolitanos provinciarum episcopos. Secundum autem Synodum idibus Octobre . . . . . quæ est decima yperbereth. Et in ea Synodus presbiteri suppliçare, & diaconos, & omnes qui sunt in cantore, & a synodo judicatum mereri, & nunquam liceat aliquibus inter semetipsos synodum facere absque eos qui certas habent Metropolitanas civitates.

XXI. Ut nullus episcoporum de proprium migret ecclesiam.

Et ut episcopo non liceat a Parrocia in aliam Parrociam transire, neque per voluntatem suam, neque a populis vim passum, neque ab aliquibus episcopis coactum permanere. Autem eum oportere in qua ordinatus est a Domino in principio ecclesiam, & non eum transire sicut jamdudum terminum prolatum est.

XXII. De his qui ordinantur ab aliorum parrochias episcopis.

Episcopi non subintra alienam civitatem, quæ non ei subjacet, neque in locis qui ad eum non pertinent, neque ad ordinationem aliquis, neque consecrare presbiterum, vel diaconum in locis alienorum episcopis, nisi forte potestatus cum consensu propriis episcopi. Si quis autem hoc tentaverit infirma esse manus impositio ordini ejus, & ipse confusione a Synodo patiatur, quia quod vindicare non potest ordinate non debet.

XXIII. Ut nullus episcopus post se successorem eligat.

Nullis episcoporum licere sibi constituere successorem in extimum vite fuæ, nisi aliquid talem factum fuerit infirma esse debet electio vel ordinatio ejus. Illud autem observari dispositionem ecclesiasticam instituentem non aliter fieri, nisi aut synodo & judicio episcoporum, & maxime electio clericorum, ut post transitum quiescentis potestatem habeant eligere & ordinare eum qui dignus est.

XXIV. Ne substantia ecclesiæ & quæ sunt episcopi.

Quæ sunt ecclesiastica optime & diligenter debeant custodiri, sicut oportet, cum bona conscientia & timorem fidei, scientes quia apud eum sunt qui omnia respicit Dominus, quæ & gubernare oportet cum judicio & potestate episcopi, qui creditum habet populum, & omnia quæ intra ecclesia congregantur. Probata autem, & quæ certa esse quæ sunt ecclesiæ cum notitia presbiterorum & diaconorum, & omnia eos scire, & non ignorare quæ sunt propriæ ecclesiæ, & nihil eos lateat, ut cum venerit episcopus exire de seculo, scientes ea quæ sunt ecclesiæ rerum per negligentiam perire minime patiantur; ut neque propria episcopi pulsentur occasione ecclesiasticarum rerum, rissum enim & beneplacitum est a Domino & hominibus, ut & propria sua episcopus quibus ipse voluerit derelinquat; ita tamen ut quæ ecclesiæ sunt ipse in vita sua custodire & non patiatur aliquid ecclesiæ detrimentum, & neque episcopus occasioni ecclesiæ præcribi & in causas cadere, qui ad eum pertinent hæredes, ut & ipsi mortem de eo blasphemiæ non detrahi.

XXV. Ut episcopus potestatem habeat res ecclesiæ gubernare.

Episcopus habeat rerum ecclesiæ gubernationem, ad omnes qui expetunt cum omni veneratione & timore Domini accipere; & ea quæ opus sunt ad necessaria ejus, & qui apud eum suscipiuntur fratrum necessaria, ut nullo impedimento occasionis fraudari aliquos secundum Apollonium dicentem: *habentes autem escas & tegumentum his contenti simus*: Si enim in his non sufficit & convertat res ecclesiæ, & possessionem fruges non cum notitia presbiterorum & diaconorum tractet, & secum domesticis suis & affinibus aut fratribus aut filiis præstet potestatem ut per eos talem abscondæ ledere certas res ecclesiæ. Hunc autem convictum subiacere synodo provincix. Si autem & aliter incesserit episcopus ab his qui cum eo sunt presbiteri, eoquod quæ pertinent ad ecclesiam tribulent, accusationem autem & blas-

ANNO CHRISTI 341.

ANNO CHRISTI 344.

blasphemiam fieri rationibus. Qui sic autem gubernaverint, hos per correctione lucrare apud sancta synodus. Et subscripserunt Eusebius præsens omnibus subscripsi. Theodorus omnibus constitutis in sancta Synodus subscripsi Tharcadamantius, Theodotus, Marcius, Niceta, Macedonius, Anatolius, Euterius, Narcisus, Alphion, Archelaus, Bassus, Siricius, Paulus, Hisichius, Manicius, Theodorus, Moses, Mocinus, Agapius, Eustasius ordinavimus subscribentes.

ANNO CHRISTI 344.

DE EPOCHIS SARDICENSIS, ET SIRMIENSIUM CONCILIORUM.

Quo occasione plurium conciliorum per ea tempora habitorum, rerumque plurium a S. Athanasio gestarum chronologia corrigitur.

DISSERTATIO.

VUlgatam, & frequenti Chronologorum suffragio probatam generalis Sardicensis concilii epocham nemo eruditorum hucusque sollicitare ausus est. Cum enim Socrates & Sozomenus veruffi, & concilio fere supparæs Scriptores sub consulatu Rufini, & Eusebii, qui in annum ære christianæ 347. incidit, coactum affirmarint, qui dein secuti sunt recentiores chronologi duces illos deferere irrefragibum, & temerarium duxerunt. Quia certa constituta relatum dein serum S. Athanasii chronologiam digerendam sulcepere, rectam quidem eorum opinione, at devian reipsa, & ab historica veritate plane aberrantem. Qui sane doctissimorum virorum error non inde quidem processisse censendus est, quod in rerum serie digerenda incauti aliquid præpoltere statuerint, at quod vix fux initium aliud constituerint, quam res ipsa posceret. Nec nobis iter felicius comigisse deprehendimus, ex eo speraro via monstrante adfuisset anonymus Scriptor vitæ S. Athanasii per annos, & consules deductæ, cujus operis fragmentum e plutei insigni Bibliothecæ Veronensis haud ita pridem vulgavit vir clarissimus, & de tota literaria republica meritus egregie, Scipio Maffeus in opere anonymo *Osservazioni letterarie T. I. pag.* 60. Verumen hanc esse antiquam historiæ cujusdam, Græce scriptæ ab authore, qui Alexandriæ vixerit circa annum forte 385. vir ille doctissimus merito opinatur. Nec ille inficiaremur Scriptorem hunc proximum fuisse Athanasii temporibus, & Alexandrinum, cuminuta quædam profugitur, quæ vix alius, quàm ejusdem ætatis, & loci Scriptor noverit; ut singularum rerum gestarum mensses, dies, nomina ipsa virorum, quibus cum Athanasio res fuit. Denique mensium anni nomina Alexandria semper usurpat, quod Alexandrino Scriptori ita peculiare esse potuit, ut alteri plane non congruat. Hinc pretium operis discas, quod sane ita, quæ afluude nota sunt, sive ex ipsomet Athanasio, sive ex Socrate, vel Sozomeni fide munquam non colligeret. Eli tamen aliquid, in quo ab utroque hoc posteriori Scriptore differt, sed ita differt, ut non quidem ille ex utroque Scriptore, sed illi potius ex nostro corrigendi sint. Id si raro quidem aliter, certe tamen constat in definiendo anno, quo S. Athanasius a Constantio revocatus Alexandriam rediit.

Profecto, ex anno illo reversionis S. Athanasii Alexandriam, quando nostra de anno, quo Sardicense concilium celebratum est dependet; ut demonstrat ea historia, quam S. Athanasius in epistola ad Solitarios narrat. Cum enim Athanasii innocentia in Sardicensi concilio perspicua apparuisset, visum est Constanti imperatori, & Patribus legationem ad Constantium mittere qui Constantis imperatorem decernere, ut reditum Athanasii apud illum suo nomine urgerent. Deledus in eam rem Euphrates Colonensis episcopus cum socio Vincentio Capuano, qui se itineri commitentes Antiochiam venerunt. Cathedram illam occupabit tunc Arianus quidam Episcopus Stephanus, qui calumniam hanc legatis struere molitus est per inidias. Meteriicem ipso nostis silentio in eadem epiicopoeum clam submittendam curavit, mediocri simul ac illa cubiculum introiffet, ministros suos cum fatellitibus palam ad edes illas mittes, a quibus mercetrice in ædibus facrificalitio nodu deprehensa, episcopi comperti crimonia rei tenebrentur. Res pro voto non ceffit; Euphrates enim gradientis mulieris fonitu excitatus edito strepitu fugam arripuit, qui statim occlusis adium foribus, mulierem cum aliis nonullis indidarum comitibus comprehenderunt, ex quibus totum molitionis arcanum revelatum eft: Nec omnia acciditle, notat S. Athanasius *ipfi Sanctiffimæ Pafchæ dirbus. Desimo ab ipso mense*, subdit idem S. Athanasius, *defunctus eft Gregorius* Cappadox, qui Alexandrinam ecclesiam depulfo Athanatio invaferat; ftatimque Constantius iteratis literis Athanasium ad fuam ecclesiam revocavit. Ex hac fribuitæ ferie refultat, Athanasii reditum poli biennium, vel saltem integrum a concilio Sardicenli annum succeffisse; nam diebus paschalibus post Sardicense concilium legati Antiochiam venerunt, exactis inde menfibus decem Constantius Athanasium ad fedem Alexandrinam revocavit. Sed quo tandem anno Athanasius Alexandriam remeavit?

Pagius, Tillemontius, cæterique diligentiores chronologi rediiffe conftat anno 349. Limenio & Catullino Coff. quod fe demonstrant. Sardicenfe concilium celebratum eft tefte

ANNO CHRISTI 344.

teste Socrate lib. 2. cap. 20. & Sozomeno lib. 3. cap. 11. anno 347. Dibus paschalibus succedentis anni, Baptistes episcopus cum toto legatione fungens a Constante venit Antiochiam. Decimo inde mense, adeoque anni sequentis initio, Gregorius occubuit, eodemque demum anno Athanasius sedi Alexandrinæ restituras est. Reste illi quidem, nisi annus restituti Athanasii allus definitus esset a vetustis, magnæque auctoritatis Scriptoribus. Anonymus Mauriorum ita de eversione illa scribit: *Et factum est post Gregorii mortem Athanasium reversum est ex urbe Roma & patribus Italiæ, & ingressus est Alexandriam Pharphi XXIV. consulatum gerentibus VI. & Constantio IV. hoc est post annos VI. & remansit quietus* (Habilis) *apud Alexandriam annos XVI. & menses VI.* Par illud consilium signat annum 346. dies vero ille mensis cum die XXI. Octobris congruit, quæ Athanasianæ restitutionis epocha est. Nec verò mendum aliquod in hac anni expressione. ob irrepsisse ceditur dum eft, cum conftarta conftet ex iis, quæ inferius fcriptor ille adnotat. Agens enim de fuga Athanafii, occafione irruptionis Syrianti ducis Æquiti, quam acciderit air anno 356. die IX. Februarii, notat reliquiffe illum epifcopatum poft annos a reftitutione fua novem, & menfes III. ac dies XIII. quod fane tempus conparatum cum reditu illo diei XXI. Octobris anni 346. optime quadrat, fi ratio tenetur menfium Alexandrinorum, qui diebus XXX. conftant. In mendum annum 346. revertionem hanc confert S. Hieronymus in Supplemento chronici Eufebiani. Ita enim ille in eodem Chronico editionis Pontaci ad annum X. Conftantis: *Athanasius ad Constantium literas Alexandriam ingreditur.* Annus Conftantis decimus ab auguſto menſe anni 346 cepit. Idem pariter indicat tempus, quo Gregorius Alexandrinum epiſcopatum tenuit, licet enim Tillemontius annis octo eccleſiam illam occupaſſe ſcribit, cui & Pagius congruit, vicinus tamen eorum tempori Theodorus Hiſt. eccleſ. lib. 2. cap. 4. ſex tantummodo annis gregem vaſtaſſe monet. Anni illi ab anno 340. quo pulſo Athanaſio Gregorium aſſumptum fuiſſe inſtructus demonſtrabo, eroſdium ſumunt, & anno 346. deſinunt.

Hinc pariter chronologiæ aſſerendæ confert damnatio Euphratis, quæ in concilio Agrippinenſi anni 346. pronunciata eſt, ut inferius adnorabitur. Si enim Euphrates in concilio anni 346. de Arianiſmo convictus, damnatus, & depoſitus eſt; utique non potuit a Sardicenſi concilio anni 347. ad Conſtantium legari, ut reditum Athanaſii impetraret. Sed hæc de re infra.

Sardicense concilium anno 344. habitum.

Epocha reſtitutionis Athanaſii ſic ſtabilita, facile eſt aſſeram Sardicenſis concilii inveſtigace. Ac primò quidem admoneo Socratis, & Sozomeni opinionem eum iis, quæ jam demonſtravimus, conſiſtere non poſſe. Cùm etenim Athanaſius a Sardicenſibus patribus abſolutus anno 346. redierit Alexandriam, conſtat utique Sardicenſe illud concilium anno 347. quæ Socrates, & Sozomeni ſententia eſt, haberi nequaquam potuiſſe. Nec fane mihi primo occurrit, ut celebres illos ſcriptores erroris arguerem, cùm & ſæpe alias offendiſſe illos doceant Scriptores magni nominis, Tillemontius in vita S. Athanaſii nota 44. Valeſius in notis paſſim, & quoad ſignandos per conſules annos Baronius ad annum 357. 1. & Sirmondus in diſſert. de Synodo Sirmienſi. Quis & raro contingere, quin errent in Conſulibus, ex iis quæ inferius diſcremus, facile refutabit. His ergo repoſitis, rem totam ita expono. Anni 346. exeunte Gregorius interiit, & decem ante obitum ejus menſibus, diebus paſchalibus anni 345. Euphrates Colonienſis a Conſtante miſſus Antiochiam pervenit. Modico ſuccurſu præceſſit hæc omnia Sardicenſe concilium; cujus proinde epocha vel ante paſcha anni 345. vel anno 344. collocanda eſt. Malo annum 344. aſſignare, cujus anni conſules Leontius, & Salluſtius leguntur in titulo Synodo Sardicenſi præfixo editionis Suricanæ, quem ſane titulum ex vetuſto codice acceptile Surius confendus eſt; ſicut & reipſa extat in vetuſto Mſ. codice collectionis ſibi Mercatoris in bibliotheca colleg. PP. Societatis Jeſu Pariſienſis, Hardouino teſte. Fateor tamen operæ pretium fore, ut illi cum anno ille conſulum non congruere; tum *annus ſextus Conſtantii, & æra* 381. quæ in eo adduntur annum 343. repræſentent; ſed facilius eſt mendum in ſuppoſitionem, quàm in nomina conſulum irrepſiſſe. Cùm præſertim etiam viri quique doctiſſimi, & ipſi quoque Scriptores, & Sozomenus inter concilium Sardicenſe, & reverſionem Athanaſii biennium ſtatuant.

Romana ſynodus prior rejicitur.

Synodus Romana ol. ſentit. anno 341. habita.

Ex his omnibus firmum, & inconcuſſum eſſe arbitror Sardicenſe generale concilium, ac anno 347. Conſt. Fauſtino, & Rufino, quem hucuſque tenuit, in annum 344. Conſ. Leontio, & Salluſtio tranſcendum eſſe. Modò vero ex hac epocha reliqua in reſtituto Athanaſio ſuperſunt, quæ nunc optimè præſtabitur, ſi prius certus annus adſignetur, quo S. Athanaſius in exilium pulſus vacuam ſedem Gregorio invaſori reliquit.

Antiochenum concilium dedicationis anno 341. auguſto menſe celebrat.

S. Athanaſii ejfceſſum Alexandria, adventumque in urbem non ante annum Chriſti 341. confignandum eſſe tenet Pagius ad A. 342. n. 2. Tillemontius in vita S. Athanaſii act. 38. & nota 44. qui ambo ex epiſtola ejuſdem ad Orthodoxos deducunt, ſanctum illum Præſulem nonnili poſt paſcha anni 341. Romam pervenifſe. Nec fane negaverim in epiſtola illa diebus paſchalibus egiſſe ſe Alexandriæ, cum datus ſibi ſucceſſor Gregorius Cappadox ibidem fureret, ſignificaſſe. Verùm & in epiſtola ad Solitarios ait, ſibe ſe proripuiſſe affirmat, antequam Gregorius veniret. Nodus ille nulla profecto alia ratione ſolvitur, niſi iis admiſſis, quæ Socrates lib. 2. cap. 9. ſcribit: *Athanasium verò fuga elapsus fefe occultabat.* Primò igitur ad famam venientis Gregorii dilapſus latebras quærivit, dein verò Romam perrexit. Utcunque tamen res habeat ſefe, dies illi paſchales, quos Alexandriæ egit, cujus anni paſcha deſignarint, utrum anni 340. ſeu potius 341. ex Athanaſio non liquet. Hinc chronologorum iſtorum ratio non ſatis ſe probat. Quare Athanaſii receſſionem Romanam melius ego cum anno 340. junio menſe componerem; ita enim commode ſex anni & menſes ſex exilii Athanaſii, quot aſſignat anonymus Maſſejanus exiſtimantur. Idem etiam poſcunt ſex anni ejuſſoparus Gregorii, quot a Theodoreto definiuntur, ut ſuperius jam admonuimus. Si etenim juxta vulgatam opinionem exordium tyrannidis illius ab anno 341. inſtituendus in exordium anni 346. ducendus eſſet, non ultra quam anni quinque, nec plane integri fupputarentur. Conſtat autem Athanaſium tunc fe Alexandriæ præſipitaſſe, cum Gregorius faceráotium urbis illius arripuit. Statuamus igitur S. Athanaſii in Urbem adventum anno 340. contigiſſe.

Ita receptus apud Julium S. Athanaſius ad pacem & communionem admiſſus fuit, quod non ſine concilio, quo cauſa ejus diſcuſſa & indicata fuerit, præſtitum cenſet cum Baronio Labbeus. Hinc Romanum concilium anni 340. ex illorum ſententia admitti oportet. Verùm conciſilium illud, utpote antiquis ignotum a recto rejicit Valeſius, & Pagius, rati nihil opus fuiſſe concilio, quo Athanaſius, nondum ritè nec nili ab adverſariis damnatus, adminiſtrare. Indicendum tamen concilium ad ſtatum tempus Julius cenſuit; idque tandem poſt annum, & menſes ſex ab adventu in Urbem Athanaſii celebratum idem Athanaſius affirmat. Chronologi, qui Athanaſii profeſſionem Romanam in annum 341. C differunt, in ſequentem 342. Romanum hoc referunt. Mihi vero Athanaſii adventum anno integro anticipanti Romana Synodus in exitum anni 341. revocanda.

Eodem pariter anno 341. fed ante Romanum Antiochiæ concilium, quo Eusebius, qui dicendo novo Tempio, ibidem a principe extructo convenerant Epiſcopis celebratum eſt. Habirum illud Coll. *Marcellino, & Probino* indict. XII. Vide Baron. ad annum ipſe. lib. de Synod. teſtatur; & S. Hieronymus in chronico dedicationem templi Antiocheni anno Conſtantii quinto collocat. Hæc ſimul omnia conſentiunt, ibidem fartarmus concilium hoc anno auguſto menſe, cùm annus Conſtantii quintus jam ceperat, & indictio 12. nondum finiverat. Vixit hæc ad revincendum Scheſſtratem, qui in libro de fynodo Antiochena corpram illam anno 340. exeunte, & prorogatam ufque in exordium ſequentis anni 341. allcit. Non enim nifi auguſto menſe haberi potuit, ſiquidem veterum Scriptorum teſtimonio inſiſtere, ut par eſt, voluerimus. Fruſtra Tillemontius *Hiſt. des Arriens*, in exordio anni 341. concilium illud cœpiſſe, ex eo argui, quòd paſchate anni ejuſdem Gregorius Alexandriæ epiſcopum ſe obtruderet, & in gregem jam ſervientem, teſte S. Athanaſio in epiſt. ad orthodox. Id enim valere tunc poſſet, ſi vera ſcriberet Sozomenus lib. 3. cap. 5. tradens in concilio Antiocheno Athanaſio evaſoriorio ſubſtitutum ſuiſſe Gregorium. Repognare tamen Sozomeno videtur idem S. Athanaſius ibidem affirmans, Gregorium datum paſtorem Alexandrinis epiſcopum contra leges eccleſiaſticas, utpote *qui a Palatio miſſus fuerat, non a populo poſtulatus, nec a ſacerdotibus electus reſpuebat.* Si contra regulam eccle-

ANNO CHRISTI 344.

ANNO CHRISTI 344.

ſiaſticam, ergo non a concilio electus, nam & in concilio eligi conſueviſſe epiſcopos ſatis conſtat. Quin & eo paſchate, quo Gregorius Alexandriæ ſeviebat, S. Athanaſius nondum urbem illam deſeruerat, & qua ſeciſſe dicimus anno 340. ut ipſe in eadem epiſtola ad orthodoxos monet. Epiſcopum ergo agebat Gregorius jam inde ab incœpto anno 340. cum profecto concilium nondum coiverat. Ignitus eſt igitur Gregorius ut Alexandriæ epiſcopus in concilio Antiocheno, non verò tunc primo electus.

Paulo poſt concilium illud Antiochenum, ſed anno eodem 341. nondum elapſo Narciſſus & Maris Ariani cum ſocii novam fidei confeſſionem, velut a concilio probatam (fed 341. *recuſa-* ſententiæ) ſuam, ſi quam in concilio conſiderant) ad Conſtantem attulerunt, legendam apud Labbe tom. 2. pag. 617. Hanc legationem ideo referendam cenſui, ut opechem certam ſtatuerem Antiocheni concilii II. quod poſt triennium ab ea legatione celebratum ex Athanaſio in lib. de ſynodis dicitur. Sunt tamen qui eum Baronio cenſeant triennium hoc, Athanaſio putarunt, eo concilio Antiocheno dedicationis deducendum eſſe. Quibus ego calculum meum adjiciem, nihi forte a Pagio in ſtatuendis annos tres incompletos triennium hic, ut fepe alibi apud Veteres appellari. Alioqui eſtum triennium ab ea legatione Narcifi, & Maris defumptum ad exitum anni 343. ad tempus fcilicet Sardicenſis concilii retraheret Antiochenum II. & Mediolanenſe concilium. Satis vero conſtare eruditis arbitror ambo hæc poſtrema concilia ſpuria eſſe Sardicenſi tempore, authoritate poſteriora. Utcumque ſe res habeat, plane conſtat Antiochenum hoc Arianorum ſtudio ultra annum 344. trahi nequaquam poſſe, adeoque annos emendandos eſſe Pagium, cæteroſque qui *mavum ti.* vari Sardicenſis concilium nonnili anno 347. *nuo cele-* conveniſſe, Antiochenum hoc cum Mediolanenſi ad annum 345. promoverunt. Profixiorem fidei formulam, quam *paucæ verba* (præfixam) vulgo appellant, Antiochenſi concilii Ariani antiſtites procudere, ut ea poſt Nicænum bandam occidentalibus patribus miſerunt per legatos, qui Mediolanum venientes convocatis ibi Latinis patribus legationem ſuam, & formulam exhibuerunt. Rejecta eſt a Patribus concilii, quibus unica cordi erat ſymbolo Nicæno inſiſtere. Reclamatum eſt ab Arianis, qui cum Catholicis in concilio aderant, atque ze infecta diſceſſum e concilio. Porro concilium hoc Mediolanenſe anno 344. celebratum fuiſſe confirmat S. Athanaſius in Apolog. ad Conſtantium, ſcribens, anno quar- *Mediola-* to poſtquam Romam venerat, perrexiſſe ſe *nenſe anno* Mediolanum, ubi epiſcopos quoſdam com- *344. habi-* ecuntes. Tunc Conſtans ſcripſit ad Conſtantium literis ejus cum illo conſenſu concilium Sardicum indixit, quod in exitu anni ejuſdem 344. habitum fuiſſe ſuperius animadvertimus. Synodi hujus hiſtoriam hic omitto, quòd a meo inſtituto aliena ſit, & paſſim alibi occurrat.

Poſt Sardicenſe concilium, & ante reditum Sedi ſuæ Athanaſium concilia quædam celebrata ſunt, quorum ex reformata

ANNO CHRISTI 344.

Sardicenſis epocha reſtituere oportet.

Philippopolitanum Arianorum concilium anno 344. exornat, ori 343. inſigniens habitum.

Philippopolitanum autem ſtatim poſt Sardicenſe habitum nemo prudens negaverit. Quare ad exitum anni 344. vel ſequentis 345. exordia referas.

Carthaginenſe anno 348.

Ad eundem annum 345. pertinendum eſſet concilium Carthaginenſe ſi vera ſcriberent recentiores Eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcriptores, e Sardicenſi concilio reducem Gratum Carthaginis epiſcopum illud coegiſſe. Sed cum in actis epiſtolam mentio facta ſit legationis in Africam geſtæ a Paulo & Macario, quos in eam provinciam anno 348. perrexiſſe conſtat; hinc anno illi concilium conſignandum eſt.

Agrippinenſe ſive Colonienſe anno 346.

Sequitur Agrippinenſe ſeu Colonienſe concilium quod anno 346. actum, & nota conſulatus in titulo epiſtolæ concilii legenda indicat, & dies, ad quam indictum eſt, confirmat; anno enim illo, *Xiv Kl. idus majas* quæ Partes conveniſſe titulus concilii vetus indicat, in dominicam cum die concilia inſtitui mos erat) incidit. Cum huc uſque conſtans inter eruditos opinio tenuerit Sardicenſe concilium anno 347. habitum fuiſſe; hinc nulla inextricabilis eruditos viros implicuit. In concilio enim hæreſis reus tenetur Euphrates Colonienſis epiſcopus, quippe qui Chriſti divinitatem negaverit, eademque de cauſa epiſcopatu dejicitur. Conſtat vero Euphratem Colonienſem epiſcopum ſtatim poſt Sardicenſe concilium deſtinatum fuiſſe a concilio & a Conſtante imperatore legatum ad Conſtantium, ut reſtituendæ Athanaſii ab exilio apud illum urgeret; quod Euphratis hujus orthodoxiam non obſcure demonſtrat. Idem ergo Euphrates anno præcedenti 346. hæreticus judicatur & deponitur; frequenti vero anno 347. (quo Sardicenſe conveniſſe ſtatuunt) legatus ab orthodoxo concilio ad Conſtantium mittitur. Mirum eſt quam varie ſe torquent eruditi, ut ab hac difficultate ſeſe expediant. Alii notas conſulares hujus concilii mendaces ſuſpicati, poſt Sardicenſe conciſum reiciendum illud opinatur. Alii nomen Euphratis Catholici, & celebris epiſcopi inepiſſe in acta Colonienſia arbitrantur, pro nomine Euphratii alicujus hæretici epiſcopi; cui in hac Synodo depoſito ſucceſſor datus fuerit Euphrates catholicus epiſcopus, qui legatione fundus fuerit ad Conſtantium. Alii tandem duo fuiſſe Euphrates, alter poſt alterum Colonienſes epiſcopi, quorum ille hæreticus in hoc concilio depoſitus, Euphrati alteri catholico locum dediſſe. Sed poſtrema hæc opiniones evertit authoritas veterum actorum S. Servatii Turgrenſis epiſcopi, quæ Euphratæ hæretico ſucceſſorem Severinum ſtatuunt. In noſtra ramen ſententia plana ſunt omnia, & conſularis ejuſdem concilii nota pura eſt, & intacta. Sardicenſe concilium anno 344. habetur, quo tempore Euphrates epiſcopatum ſuum, & orthodoxi epiſcopi famam ſaltem in vulgus ruebatur. Hinc deſtinari legatus ad Conſtantium potuit; cum præſertim quod clam forte in ſententiam, & fidem impetratoris illius jam inclinaret, principi illi, qui fortaſſe propenſionem epiſcopi non ignorabat, gratiſſimus facile habebatur. Obitâ jam legatione Euphrates quam inus in corde occultatam hæreſim protulit, & in concilio, poſt biennium a Sardicenſi, coacto damnationis ſententiam tulit.

Mediolanenſe concilium anno 347. celebratum.

Succedit Mediolanenſe concilium, quod anno 347. celebratum eſſe tum vari eruditi ex Hilarii Liberii papæ ad Conſtantium auguſtum, in quibus ante annos octo concilium Mediolani habitum pontifex teſtatur. Synodi etiam Mediolanenſis Sardicenſi poſteriora memini S. Hilarius in frag. II. & contra Auxentium ſcripſit. Cum igitur epiſtolam illam Liberii ſcriptam teneant eruditi anno 354. ac plane conſtiterit Urſacium, & Valentem in ea ſynodo admiſſos fuiſſe, ad conciliorum, quos etiam poſt biennium Julius papa vivo adhuc Conſtantio (qui anno 350. obiit) ad pacem reciſſe recepit; hinc inferendum ſibi jure arbitrantur Mediolanenſem ſynodum, Sardicenſi anni 347. (ut putant) poſteriorem, anno eodem 347. coiviſſe; ac biennio poſt, vivo adhuc Conſtantio, anno 349. Urſacium & Valentem Romanam communionem ſub Julio recepiſſe. Sed viris his eruditis opponit anonymus benedictinus Mauriſius ejicor noviſſimus Operum S. Hilarii in adnot. ad fragment. II. concilium illud Mediolanenſe, in quo Urſacius & Valens primò admiſſi ſunt, non prius anno 349. convenire poteriſſe, cum Urſacius & Valens poſt Athanaſii reditum anno 349. (ut ipſe ſupputat) primò cogitare de reſpiſcentia cæperint, teſte Socrate lib. 2. cap. 24. Videtur eruditi quomodo ſe ab hoc argumento defendant; nos planè non urget, Athanaſii enim reditum in annum 346. referentes, locum damus, ut in Synodo Mediolanenſi anno 349. convenire poſſint Urſacius & Valens primò reſipuerint. Quin & fortaſſe Mediolanenſis hæc ſynodus anno 346. celebrata eſt, ita enim melius odio illi anni a Liberio conſiſtenti ſuppetias tulerit. In ea pariter Synodo Photini hæreſis primò damnata eſt.

Anticlio nense anno 345.

Exadio a Mediolanenſi ſynodo biennio ex *plurimis provinciis congregenque faceredotes*, ait S. Hilarius in fragmento II. *ad tollendum ex epiſcopatu Photinum, quam occaſionem nactâ Urſacius & Valens Romanæ plebis epiſcopum adeunt, y recipi in eccleſiam deprecantur &c.* Ex his nos cum plurimis doctiſſimis viris, Petro de Marca in primis, & Pagio concilium aliquod Romæ habitum excipimus, quod illi anno 349. nos vero anno 348. aſſignamus.

Hieroſolymitanum alterum Arianorum anno 347.

Præceſſit hanc omnia ſynodus Antiochena Arianorum potentiſſima, ſecundo Jacobi Antiocheno, cujus ſceleris, occaſione legationis ab Euphrate Colonienſi epiſcopo ſuſceptæ, patuerunt. Quare ex anno 348. quem huc uſque retulimus, in annum 345. transferendum eſt.

Hieroſolymitanum anno 348.

Hieroſolymitanum eruditi concilium, quod interventu Athanaſii Alexandriæ tunc reducti celebratum conſtat, non ultra annum 346. quo rediit Athanaſius excurrit.

Orthodoxam ſynodum Hieroſolymitanam proxime conſecuta eſt ſynodus Ariana Hieroſolymis itidem coacta, in qua Maximus Hieroſolymorum antiſtes exauctoratus eſt, & Cyrillus, cujus dein celebris inter ſcriptores, & orthodoxos fama extitit, inſtitutus fuit; qua de re conſulendus Pagius ad A. 351. 7. 8. Concilium illud in annum 350. referendum cenſent viri docti; fed cum habitum dicat author Libelli ſynodici quo tempore Athanaſius & Paulus *ad oriſtica ſua profiſciſcebantur*, patere hinc arbitror ad annum 347. referri oportere. Vide quæ de hoc concilio inferius diſſertantur.

Paulus Cyzicus epiſcopus anno 349. in Armeniam relegatur.

Recepto tandem inter ſuos Athanaſio, eo quem jam diximus anno, Alexandrinus anonymus Maffejanus ſubdit Paulum C. P. epiſcopum, dejectum fuiſſe epiſcopatu Ariano; cum epiſcoporum factione, cùm eò veniſſet Hermogenes comes cum delecta militum manu. Nec epiſcopatu tantum dejectum aſſerit Paulum, (ſed pulſum etiam in exilium *in Armeniam*. Porro geſta hæc aſſerit idem author *Coſ. Hypatii, & Carolino*. Multa hic ſunt obſcura. & ſi vulgo eruditos audias, fabuloſa ſunt multa. Sed bona verba quæſo. Primò igitur negocium faceſſit par illud conſulum *Hypatius*, & *Carolinus*; nuſquam enim in faſtis conjundi apparent. Mendum hoc irrepiſſe fateor, ſed non difficile corrigendum. Lucubrationem hanc græce primò ſcripſam fuiſſe ab anonymo quodam Alexandrino ſuperius jam admadverſum; anonymus alius Græci ſermonis non equidem peritiſſimus Latine vertit. Hinc bono illo interpreti ſucus Latinus eſt. Legebat in Græco ſive *Anno Kæſarum*; priora illa verba, quæ Latine verſa tere debuit *Coſ. Aſeri*, ſinul conjungens vertit *Hypatio*, quod nomen *Julius* ab conſulibus ceniuit, tum addens *Coſ.* conjunctionem & ſubjecit *Carolino*, atque ita ex uno conſule vero par fictitium conſulum exhibuit. Porro Cyzicenum anno 349. dignitatem illam obtinuit; ex quo non inanis conjectura deducitur Pauli depoſitionem poſtremam, & exilium cum anno illo conjungi. Reclamant tamen vetuſti ruti Pauli per Hermogenem expulſionem multo ante hac tempora citius acciditſe, anno ſcilicet 341. cui a Hieronymo in chronico illigatur. Fatetur ultro memoria hic lapſum fuiſſem noſtram dupliceri Pauli expulſionem alteram ab altera anno rum quorundam divortio ſejunctam ſimul compingere, quod vel acerrimis ſcriptoribus interdum obrepit. Depulſio illa ob Hermogenis necem Coſſ. Conſtantio III. & Conſtante II. anno nempe 342. cum S. Hieronymo in chronico, & Socrate lib. 2. cap. 23. confignanda eſt. Deportationem verò S. Pauli in exilium Caucaſum, quod Armeniæ II. pagum eſſe tradit Theodoretus Hiſt. Eccl. l. 2. cap. 5. Balſamo Coſ. anno 349. moliri Ariani cæperunt, ſequenti vero anno 350. Sergio, & Nigriniano Coſſ. teſte Socrate lib. 2. cap. 26. perfecerunt. Cætera, quæ in anonymo leguntur de rebus ab Arianis geſtis poſt deportationem S. Pauli vera ſunt, ex aliis quoque nota, fed cùm fcriptor ille ea ſemper confundat, quæ poſt priorem depulſionem, cum iis quæ poſt alteram acciderunt, nihilque contineant ad emendandam chronologiam aptum, libenter omitto, & ad reliqua concilia propero.

Eò nunc tandem perveniimus, quò Sirmienſe concilium in cauſa Photini ejus loci epiſcopi coactum a ſcriptoribus collocatur. Concilium hoc poſt conſulatum Sergii, & Nigriniani habitum Socrates lib. 2. cap. 29. Sozomenus lib. 4. cap. 6. affirmant. Epocham hanc ab utroque, licet verſibo ſcribentium conſiſtrata, cum hiſteria ejuſdem concilii ab illis conſcripta conſiſtere nequaquam poſſe primus omnium, ut opinor, vidit Baronius, qui propterea hos chronologiæ ſuæ duces deſerendos ratus, ex anno 351. quem poſt conſulatum Sergii, & Nigriniani ſignat, Conſilium Sirmienſe in cauſa Photini tranſfert ad annum 351. quo habet Conſtantius Sirmium venit, nec modica ſequentis anni 358. parte commoratus eſt, teſte Ammiano lib. 16. Baronio diſſertatione peculiari fuſtagatur Sirmondus. Alii verò fatis frequentes, Baſnagius in Annalibus ad annum 351. Tillemonius, Petavius plura diſtinguunt Sirmienſia concilia, rempore, fin minus loco diſcreta. Horum illud anno 351. celebratum ponunt, ut ſua ſides Socrati, & Sozomeno aſſeratur; alterum verò anno 357. ac tertium anno 359 conſtituunt. Photini, vero damnationem concilio anni 351. aſſignant.

Mihi verò alla plane ab his omnibus ſententia ſedet; ac primò quidem demonſtrandum aſſumo conſilium, quo Oſius acciius interfuit anno 351. haberi nequaquam poſſuiſſe. Conſtante in hanc ſententiam rediminia Socratis, & Sozomeni, qui licet habitum dicant concilium, quo accitus fuit Oſius anno poſt conſulatum *Sergii & Nigriniani*, idem addunt 351. eidem tamen aſſidere ſcribunt cum cæteris *Georgium epiſcopum Alexandriæ*. Georgius is eſt Cappadox, quem Arianorum factio Conſtantio ſuffecit Athanaſii epiſcopatu ab illis dejecti ſubſtituendum anno 356. viri docti cum Petavio conveniunt. Cum ergo nonniſi anno 356. Georgius ex privato epiſcopus renunciatus ſit (nam ex privato in Alexandrinum epiſcopum aſſumptum ſcribit S. Athanaſius in epiſtola ad Solitarios, in qua epiſcopus, qui ex uno ad alium epiſcopatum, epiſcopus item, qui ex privato homine epiſcopi dicti ſunt ſedulo diſtinguens, Georgium inter poſteriores recenſet.) non potuit utique concilio anno 351. epiſcopus aſſidere. . .

. . Idipſum etiam ex S. Athanaſio licet inferre, qui in epiſtola ad Solitarios, inſtantes apud Conſtantium Arianos ita loquentes inducit: *Omnia a nobis facta ſunt, propter quæ vimus in exilium Romanum Pontificem* Liberium, *ſed tamen pro nihilo ſunt tanta opera, quandoquidem reliquum eſt Hoſius . . . .* Non conſtandum ſibi fuiſſe Conſtantius ſcribit, & eliſet ut ad ſe veniat Hoſium. Senex verò impetraverat de ſententia deducti, atque in patriam ſuam Hiſpaniam, & eccleſiam redit . . . . Subinde Conſtantio ſcribente, & nunc quidem blandiente, nunc interminante, & relegatos enumerante, nihil ad ipſa expoſui Hoſii, quin iſtiuſmodi epiſtolam ad Conſtantium ſcripſit, quam integram recitat S. Athanaſius, qui dein ſubdit: *Ille autem*, Conſtantius, *neque exiſtimat de manibus depoſiti, ſed graviùs ſemper minitabatur, ſi ſed ſatrapæ impietatis. Ariani calumniantur eum his verbis a. gentes apud Conſtantium: Non ſolum non ſub-*

ANNO CHRISTI 344.

scripsit contra Athanasium, sed & morbi Athanasium condemnat ..... Hæc cùm audissent Constantius accepit Hosium, & pro exilio detinet illum integrum annum Sirmii. Hæc Athanasius. Ex quibus perspicuè constare arbitror, Sirmienses illam, cui Osius interfuit, Synodum anno 351. cogi nequaquam potuisse. Hæc enim rerum series ex verbis Illis Athanasii digeritur. Primò enim Liberius adhuc fuit in exilio, dein Osius ab imperatore accitus primùm venit, apud quem factum suum excusans, ac purgans, remissus fuit in patriam, unde literas dedit ad Constantium. Secundùm hæc infrigentibus Arianis iterum Osius ab imperatore accersitur, quo in fecundo adventu integro anno Sirmii detinetur. Sirmienſe hoc exilium cum ſis congruit, quæ Socrates & Sozomenus narrant de Osio Sirmienſi, quòd Osius *Cordubæ in Hiſpania epiſcopus adhuc invitus*. Cùm verò hæc omnia exilium Liberii diutius præcellerit, ut ex temporum Athanaſii hiſtoria plenè conſtat; & Liberii exilium illud anno 355. contigiſſe, nemo unus chronologorum diſſentiat, perſpicuum inde fit Sirmienſem ſynodum nonniſi poſt annum 355. celebratam fuiſſe.

Idipſum ex Philoſtorgio confirmare licet. Scriptor enim ille poſtquam narravit Conſtantii profectionem ad Sirmienſem urbem, ubi fedem conſtituiſſe ſcribit, dein narrationem ſuam ita proſequitur: *Quo audito tempore ſi cum feliciter Sirmii ſubſtitiſſe Conſtantius; eram Liberium urbi Romæ ab exilio revocatum crevibus ſuis reddidit. Tunc etiam eundem Liberium, & una cum illo Oſium epiſcopum contra conſubſtantialis vocabulum, & contra Athanaſium ſubſcripſiſſe; cùm ſyndicus quidam ibi collecta eſſet.* Memorari hic a Philoſtorgio morem Sirmienſium Conſtantii, quam a decembri anni 3 50. uſque ad rorum ferme annum ſequentem protraxit, nemo prudens negaverit: Cùm præſertim agi hic conſtet de commoratione, quæ nunc habebatur, cùm Liberius exilio ſolutus eſt. Liberius enim anno 355. in exilium pulſus, poſt biennium, & forte menſes aliquot anno 358. reſtitutus eſt. Tunc verò, ideſt moram Sirmii agente Conſtantio, ſynodus ibi habebatur, nempe anno 358.

Ex hoc Philoſtorgii teſtimonio conciliis Sirmienſis certum tempus vindicatur. Habitum eſt enim quo tempore Conſtantius longam moram Sirmii traxit poſt annum 355. ibi verò ex Ammiano, & legibus codicis Theodoſiani ab exitu anni 357. uſque ad decembrim anni 358. plerumque ſubſtitiſſe illum diſcimus. Cùm verò concilio huic Georgius Alexandrinus cum reliquis aſſederit, nec Ille Alexandriam ineunte anno 357. ingreſſus, niſi exeunte auguſto menſe anni 358. utpote illam deſeruerit, ut ipſa conſtabit; hinc concilium inclinante anno 358. coactum dedu-

Sirmienſe concilium primò, quæ Photinus damnatus anno 358. habitum,

ANNO CHRIST 344

co. A damnatumque, criminis ſui pœnam luiſſe.

At enim concilium illud Sirmienſe, quod in Photinum ſententiam dixit, in annum poſt conſulatum Sergii, & Nigriniani, anno ſeliciet 351. celebratum Socrates & Sozomenus conſerunt? Utique id affirmant, ſed & concilio huic interfuiſſe Georgium Alexandriæ ambo pariterque aſſeverant, quod cum anno 351. minimè congruit. Affirmatum ergo conſequatur neceſſe eſt, five concilii adſcriptionem apud illos mendoſam eſſe, five in hiſtoriam ejus concilii apud utrumque ſcriptorem vitii aliquid irrepſiſſe. Tertiam Philemontius cæterique adſcriptionem conſulum, utpote quæ & publicis tabulis forte petita ſit, ſinceram exiſtimant; in reliquis hic ac ſæpe alibi lapſum utrumque Scriptorem putant. Sed quanti facienda ſit conſulum adſcriptio apud illos, ex iis, quæ ſupra de concilio Sardicenſi animadverti, manifeſtum eſt; & in cæteris temporum ſervanda diligentiam in illis deſiderari notavit etiam Valeſius in Obſerv. Eccleſ. lib. 2. cap. VIII. Sæpe etiam falſos conſules adſcribere illos, ex conſulatu cui obitum S. Athanaſii aſſignant, infra conſtabit.

Quoniam verò Photiniana hæc damnatio cum anno 358. conjunctis totius diſputationis viribus eſt; facile enim admiſſuros concilio eruditos concilium aliquod Sirmienſe, anno 358. celebratum, dummodo aliud ſit a Photiniano) ideo totam ſpem hiſtoriæ hujus ſeriem exponendo in objecta adverſariorum retundenda ſuſcipio.

Conſtantius imperator, cui res eccleſiaſticas potius, quàm civiles tractare voluptè erat, damnatum jam Photinum Occidentalium concilio, Mediolanenſi ſcilicet, & Romano Photinianum dogma, Orientalium epiſcoporum judicio fubliciendum propoſuit, quam in rem concilium edixit Sirmium: Eò ſe conferens anno 357. labente, ſynodi hujus celebrationi, Socrate & Sozomeno teſtantibus, adfuit. Frequentia Orientalium epiſcoporum concilium illud celebre fuiſſe tradit S. Vigilius Tapſenſis apud Petavium in differr. de anno concilii Sirmienſis, nec ſane contrarium ex Socrate & Sozomeno concipere licet; quanquam enim illi raros epiſcopos enumerant, multos tamen ab iis omiſſos, ſolemnis utriuſque conſuetudo recenſendi aliquos, plures omittendi demonſtrat. Photinus cauſa ſe cafurum apud Patres illos intelligens, damnationis ſententiam, interpoſitâ ad imperatorem appellatione, eluſit. Dari ſunt ergo ab imperatore judices, & cauſa, magnâ animorum contentione ab utraque parte, concilium tuente Baſilio Ancyrano agitata. Vicit Baſilius, cecidit Photinus, cui damno, & condemnato, & epiſcopatu expoſito ſubſtitutus eſt Germinius, Cyzicenus illuc ufque epiſcopus, deinceps Sirmienſis. Re ita conſectâ; confeſſio fidei, quæ prima Sirmienſis appellatur, concidita eſt, & a Patribus ſubſcripta, quam & Liberius pontifex admiſit. Nihil in ea fidei abſonum continebatur, quare & concilium hoc plures tunc, & deinceps S. Vigilius Tapſenſis apud Petavium iridem catholicam appellarunt. Nec ſane aliâ de cauſâ ſuſpectum eſt, niſi quod vocem ὁμοούσιος ſupprimi-

ANNO CHRISTI 344

185 DE EPOCHIS SARDIC. ET SIRMIENS. CONC. 186

ANNO CHRISTI 344.

Concilium alterum Sirmienſe anno 358. habitum.

Ancyranum concilium anno 359.

Sirmienſe tertium concilium Arianorum.

mit. Tunc ſolutum eſt concilium, & ex epiſcopis plures remearunt in patriam. Baſilius Ancyran redit, Georgius Alexandriam. Secedentibus cæteris, nonnulli tamen epiſcoporum cum Oſio, & Poramio Uſvſſipponenſi epiſcopo, exilio relegati, Sirmii manſerunt; qui in concilium iterum coeuntes novam fidei formulam fecundam planè hæreticam, utpote quæ vocabula ὑποόυσιος, & ὁμοιούσιος ex æquo reiiciebat, conſcripſerant, quorum principes Urſacius, Valens, Germinius habiti ſunt. Huic ingenti Arianicholicorum tantummodo, fed & Semiarianorum omnium ſcandalo Oſius, & Poramius fubſcripſerunt. Quod ut Baſilio Ancyrano Semiarianorum patrono innotuit, conciliam habuit Ancyræ per dies paſchæ menſe aprili anno 359. jam incepto. Hic conclamatum eſt a Patribus in Arianores, profiterentibus oprare ſe, *ut vera hæc eſſent, quæ apud Sardicam, & Sirmium anno priori, & in aliis ſynodis decreta fuerant*; Sozom. lib. 4. cap. 12. dein verò formulam illam, quæ Sirmienſis fecunda appellatur, diſcuſſerunt, & condemnarunt. Ita rebus compoſitis eodem anno, cùm Sirmii quidam epiſcopi perſeverarent, aliam fidei confeſſionem dederunt conſulatu Euſebii, & Hyparii, qui anni 359. conſules agebant, ſignatam. Ex hac fidei totius rei geſtæ expoſitione facile intelligent eruditi, quàm multa ſint, quæ Pagius, Tillemontius, Petavius, Baſnagius præter ſcopum ad ſuam ſententiam *chronologiam noſtram* jactarunt. Cùm Photinianam hæreſim Occidentales epiſcopi duplici concilio jam damnaſſent, ex hoc ſtatim apparet, cur ex ſolis Orientalium collectum fit, nec erat cur ex eo deducerer Tillemontius indiſtum tunc fuiſſe a Conſtantio, cùm occidentale ſuppetiam a tyranno teneretur, ideſt anno 351. Cauſa etiam ſubeſt cur ſolis Ancyranus, qui Sirmienſis concilii in Photinum caput meritò haberi poteſt, Sirmienſem ſynodum formulam, quæ ſecundo quæ ipſo abſente condita eſt, damnaverit. Denique cur Germinius, qui in Sirmienſi concilio anno 358. ejus urbis epiſcoporum potentius eſt, concilio tamen Mediolanenſi anni 355. tanquam unus ex patribus interfuerit; eo enim non quidem ut Sirmienſis, ſed ut epiſcopus Cyzicenus adeſſe potuit, nec ullo veteri monumento tanquam Sirmienſem epiſcopum aſſeſſiſſe diſcimus. Tillemontius conjecturam aliam ad conſiguandam anno 351. epocham concilii Photiniani ex eo deducit, quòd Theodorus Heracleæ ſubſcripſiſſe formulæ fidei Sirmienſi a Liberio pontifice ſubſcriptæ legatur; cùm certo conſtet Theodorum illum anno 351. jam obiiſſe. De obitu quidem Theodori Heracleenſis nihil ambigo; cùm vero S. Hilarius in fragm. 6. inter eos, qui Sirmienſi huic formulæ ſubſcripſerunt, *Theodorum* ſine ullo dicto memoret; quis ille fuerit Theodorus, Heracleenſis ne, five alius, nonniſi ariolando divinaremus. Fœtè etiam mendum in codices S. Hilarii irrepſit, ac pro *Theodorum*, legendum *Theodoſium*, vel *Theodulum*, qui duo ſunt epiſcopi Arianorum. Denique *Theodorus Thraciæ epiſcopus* Arianus Antiocheno concilio anni, ut ipſe puto 356. in-

ANNO CHRIST 344

A terfuit, teſte Sozomeno lib. 4. cap. 8.

Argumentum aliud ad vindicandam ſententiam ſuam de referenda ſynodo Sirmienſi Photinianâ ad annum 351. deducit Pagius ex S. Epiphanio, qui hæreſi 71. tradit acta diſputationis Photini cum Baſilio Ancyrano excepta in tabulas fuiſſe a Callicrate *exceptore Regiæ Poteſtatis*. Chartæ autem ex libello Theodoſianis Rufinum Præfectum Prætorio Illyrici per annos 349. & 352. adeoque & 351. egiſſe; cùm viciſſim, ait, anno 357. Illyrici præfectum ab Anatolio geſtum fuiſſe. Nil occurrit in legibus codicis Theodoſiani, nuſquam in Ammiano. Id etiam ſi admiſeremus, num fortè Epiphanium de Præfecto Prætorii explicare cogeremur? Callicratem exceptorem fuiſſe, ait S. Epiphanius Rufini Præfecti *ἐγκαγγρᾶφον*, non verò Præfecti Prætorio. Præfecti majores quicumque eſſent, five Urbi, five Prætorio *ἐπαρχοι* Græcè appellabantur, ut ex inſcriptione Gruteriana pag. mihi 406. 10. in qua eſt *ἔπαρχος χωρίς*, perſpicuè demonſtratur. Poterat ergo Rufinus ille illum quandam præfecturam præter quam Illyrici gerere ante anno 358. potuit & Illyrici, quorum alteutro admiſſo Pagii argumentum corruit. Nihil moror alia ejus critici argumenta, cum partim ex iis, quæ ſuperius deduximus ſolutæ ſint, partim Cab ipſo pariter Tillemontio ejuſdem Pagiani *ſententiæ* adſtruentibus minimè probentur. Reliqua, quæ ab aliis afferuntur argumenta, leviora ſunt, nec digna, ut peculiari refutatione arguantur.

Hactenus de concilio Sirmienſi, nunc ad reliqua quæcumque, five illud ſedi ſuæ annis 358. reſtituta præſederint, five proximè ſecuta ſint. Hieroſolymitanum Arianorum concilium, in quo Maximus, ſi fides *Hieroſolymitanum Arianorum anno 347.* habeatur Socrati lib. 2. cap. 38. & auctori veteris libelli ſynodici, epiſcopatu dejectus eſt, in Veneto Labbeana collectione anno 350. collocatæ; cui pariter anno ejuſdem Maximi obitum aſſignat S. Hieronymus in Chron. ut Pagius ad A. 351. 7. animadvertit; qui etiam cum Chrononymum cum Socrate pugnare, cùm Maximum ab Arianis depoſitum, & Cyrillum ſubſtitutum fecat Socrates; Hieronymus verò deceſſiſſe Maximum, & ſucceſſorem illi datum Cyrillum affirmet. Verùm uterque hiſtoricus conciliarii, & ex concordia amborum certior concilii epocha erui poteſt. Primò enim Maximus exaltoqueatus eſt in eo concilio, de quo author libelli ſynodici, qui cùm tradat concilium habitum fuiſſe *Arbanopoli, & Paulo proſectoribus ad ſea ſuvitia* (quò redüfle, anno 348. labente demonſtravimus) hinc colligatur illud anno 347. non immeritò ſuſpicaremur. In eo concilio datus eſt Hieroſolymitanis epiſcopus Cyrillus, five ille fuerit Cyrillus ſcriptis dein & morum ſanctimonia celebris, five ante illum tres alii ſedem illam occupaverint Cyrilli, de quibus S. Hieronymus in eodem chronico. Cùm verò epiſcopi illi aliquandiu ſederint quo tempore Maximus nondum deceſſerat, adeoque quandia ille ſuperſtes erat epiſcopi non eſſent niſi nomine, ideo S. Hieronymus epiſcopos illos

ANNO CHRISTI 344.

illos nonnisi eodem Maximo defuncto agnoscit, ex quo successisse illos post Maximi mortem scribit. Dejectus ab episcopatu Maximus vitam prorogavit ad annum usque 350. vel 349. nam in utrumque annum incidit Constantii annus 12. cui a S. Hieronymo mors ejus assignatur. Si commentatio hæc valeat, Hierosolymitani hujus concilii epocha ex anno 350. ad 347. revocanda est.

Romanum concilium anno 352.

Succedit Romanum concilium, de cujus epocha incerta omnia efficeret ejus historia a Labbeo in sua collectione descripta. Narrat enim Orientales episcopos, literis ad Liberium datis, plurimis criminibus onerasse Athanasium, ac præsertim quòd evocatus ab imperatore, ut in Italiam ad se veniret, parere recusasset. Si Orientalium literæ id criminis continebant, profectò constat Romanum concilium, in quo eas literas legisse se Liberius in sua epistola ad Constantium testatur, prius anno 353. haberi minime potuisse. Literas enim illas imperatoris redditas sibi a Montano Palatino idem S. Athanasius in Apologia sua ad Constantium scribit. Montanum verò Alexandriam venisse cum literis imperatoris Coss. Constantio VI. & Constante Cæsare II. mensis Pachom die XXVIII. idest anno 353. Maji XXIII. anonymus Maffejanus adnotavit. Reipsa tamen concilium hoc Romanum ab exordio Pontificatus Liberii, adeoque anno 352. removendum non est; neque satis constant quænam crimina in literis illis suis Orientales episcopi objecerint Athanasio, cum literæ illæ nostrâ ætate interciderint.

Concilium incerti loci in Ægypto anno 352.

Subjungitur Romano concilium Arelatense; sed cur non præponatur concilium incerti in Ægypto loci, quò catholici per Ægyptum episcopi coeuntes, literas pro Athanasio ad Liberium scribere constituerunt; scripseruntque reipsa, redditæque sunt pontifici quo tempore concilium illud, cujus supra meminimus, Romæ habebat, tantumque valuerunt, ut Athanasii causa in concilio illo prævaleret? Harum literarum ab Episcopis illis Ægypti numero hominum LXXV. scriptarum meminit Liberius in epistola ad Constantium, easque se recitasse patribus Romani concilii significat. Nihil quidem ibi de concilio, sed vix aliter tot numero episcopi convenire potuissent; quare concilium hoc Ægyptiacum anni 352. addere cæteris opportunum duxi.

Arelatense anno 354.

Modo de Arelatensi disquirendum. De concilio hoc certa sunt quædam, aliud incertum. Constat utique ex libello I. S. Hilarii ad Constantium num. 8. Mediolanensem synodum anno 355. coactam Arelatense concilium præcessisse. Incertus verò est annus, an 353. cui apud omnes alligatur, sive annus 354. præferendus sit. Ego annum 354. maluerim, tunc enim occultæ imperatoris in Athanasium simultates prodire cæperunt. Coactam verò synodum quo tempore Constantii edicta de subscribenda Athanasii damnatione promulgata sunt, Sulpicius Severus hist. Ecclesiast. lib. 2. testatur. De illa pariter ita loquitur S. Hilarius lib. I. ad Constantium num. 8. ac si Mediolanensem proxime antecesserit; illam verò celebratam anno 355. nemo refragatur.

ANNO CHRISTI 344.

Antiochenum Arianorum anno 356.

Synodus Antiochena, cujus meminit Sozomenus lib. 4. cap. 8. ab Arianis habita anno 354. alligatur. Ariani complures episcopi numero fere XXX. Antiochiam coeuntes literas dare encyclicas ad omnes ecclesias constituerunt, ut rejecto Athanasio, cum Georgio, quem ipsi in ejus locum substituerunt, communicarent. Pagius, qui conciliabulum hoc in tabulas ecclesiasticas retulit, coactum opinatur anno 354. cùm a Sozomeno ante synodum Mediolanensem commemoretur; & Georgium ante Mediolanensem jam Alexandrini episcopi titulum involasse ex S. Lucifero Calaritano in Apologia pro Athanasio lib. I. deducit. Totam legi Apologiam Luciferi, nihilque deprehendi, ex quo Georgii electionem ante conventum Mediolanensem peractam inferamus. Apologiam verò hanc scripsit S. Lucifer anno 357. cùm exprobret Arianis ea, quæ impiè, & crudeliter Alexandriæ egit Georgius, qui urbem ingressus est Coss. Constante IX. & Juliano II. idest anno 357. Mechir XXX. seu februarii XXIV. teste anonymo Maffejano. Cùm igitur Georgius anno ut citius 356. episcopus renunciatus sit, ut inter plerosque convenit; Antiochenum istud concilium ultra annum illum 356. reiici non potest. Illius cogendi ea forte causa suberat, quod orientales episcopi rari Mediolanensi concilio interfuerint, teste Sozomeno lib. 4. cap. 9. quare & sibi pariter ea confirmanda censuerunt, quæ de Athanasii damnatione occidentales episcopi statuerant.

S. Athanasius episcopos Mediolanum pro se legat ad Constantium anno 353.

Dum Athanasii causa in occidente, & oriente, his jactata procellis, agitabatur; Athanasius providendum rebus suis ducens Coss. Constantio VI. & Constante Cæsare II. anno scilicet 353. episcopos quinque Serapionem Thmuitanum, Triadelphum Nicotianum, Apollinem Cynopolitanum *superiora*, Ammonium Pachemmonensem, & alium quemdam ignotum misit ad Constantium *in Mediolano constitutum*, ut causam suam apud illum tractarent. Legationis hujus meminit Sozom. lib. 4. cap. IX. sed episcoporum nomen, nonnisi unius tantummodo Serapionis expresso, silet; sicut rem totam post Mediolanense concilium reiicit. Anonymus Maffejanus accuratius episcoporum nomina, unius tantummodo excepto, quod fortè omissum, sive ad interpretis, sive ad amanuensis incuriam (nam utriusque diligentia sæpe desideratur) referri oportet. Accurate pariter annum missæ legationis per Consules anni 353. exhibet. Porro ad annum quod attinet, suspensum me tenuit aliquandiu cogitatio, num pro consulatu Constantii VI. & Constantis II. legendum fuerit Constantii VII. & Constantis III. qui sequentis anni 354. character est. Etenim anno illo majo mense (quo legati Alexandria solverunt) Constantius Mediolani agebat, unde data lex *de annona & tributis* in codice Theodosiano relata. Verum suspicionem hanc meam sustulit id, quod Anonymus ille subdit; narrat enim quatriduo ab eorum profectione Alexandriam venisse Montanum Palatinum, qui Athanasio literas ab imperatore reddidit *vetantes eos occurrere ad comitatum*. Tum & idem Montanus pluribus nisus est Athanasium Alexan-

ANNO CHRISTI 344.

xandria abducere; sed pro suo episcopo tumultuantibus Alexandrinis recedere coactus est, *relinquens episcopum Alexandriæ*. A discessu isto Montani biennio & mensibus V. mense *mesori*, qui a die XXV. Julii incipiebat, *venit Alexandriam Diogenes imperialis notarius*. Montani hujus, & delatarum ab eo literarum ipse pariter S. Athanasius in apologia ad Constantium meminit, significans his literis datam sibi facultatem, ut ad imperatorem veniret; quod sane anonymo non repugnat, cùm forte literæ illæ simul vetarent, ne alios pro se mitteret, sed ipse per se iret. His narratis subdit S. Athanasius. *Quum Montanus aliò profectus esset, supervenit Diogenes notarius post sextum demum & vigesimum mensem*. Bellè hæc congruunt cum anonymo, nam ab anno 353. die XXIII. maji usque ad annum consulatus *Arbitionis & Lolliani mense mesori*, idest 355. julio exeunte, quo Diogenis adventus ab anonymo consignatur, anni sunt duo & menses totidem, idest menses XXVI. Ex his corrigendus est textus anonymi, qui intervallum a discessu Montani ad Diogenis adventum ponit annorum II. & mensium V. cùm aliàs ex calculo mensium, quos ipse diligenter adnotavit, nonnisi anni II. & menses II. supputentur, quod menses XXVI. Athanasii adamussim exhibet. His ergo stantibus legatio illa S. Athanasii ab anno 353. minimè revocanda est; nihilque prohibet quominus hoc pariter anno, sicut & sequenti 354. Constantius majo mense egerit Mediolani.

Mediolanense anni 355.

Abscedente Montano, quievit Alexandria a tumultibus; sed non quieverunt Ariani, qui suggesserunt imperatori, ut indicto Mediolani concilio, totius orbis episcopos in ejus exitium incitaret. Placuit Constantio consilium, indictum est episcopis Mediolanum, quò convenisse anno 355. Arbitione, & Lolliano Coss. Severus Sulpicius lib. 2. diligenter adnotavit. Altera tunc mota in Athanasianos vexatio, teste eodem S. Athanasio in epist. ad Solitarios: *Singulos a se invicem distraxit, quod & in aliis prius fecerat*. Quibus verbis subobscure designari vexationem alteram occasione concilii Arelatensis inductam censeo. Reliqua hujus concilii, quòd notissima sint, & perspicua in præsens omitto.

Athanasii condemnatione in Mediolanensi concilio ab Arianis stabilita, Diogenes imperialis notarius eò venit anno eodem 355. Coss. Arbitione & Lolliano mense Mesori, qui mensis Julii die XXV. incipiebat, nihilque sive dolo, sive aperta vi intentatum omisit, ut Athanasium ex urbe vel abduceret, vel pelleret; sed Alexandrinis pro caro sibi episcopo valide obsistentibus post inanem mensium quatuor conatum, tandem re infecta die XXVI. mensis Cyrac, decembris die XXII. discessit. Hæc omnia cùm ex Athanasii epistola ad Solitarios nota fuerint, quamvis certum tempus unus Maffejanus anonymus adnotaverit, chronologos nostros a scopo non vehementer abduxerunt, cùm nemo unus sit qui rem gestam aliò quàm ad annum 355. reducat.

Biterrense concilium anno 355.

Ejusdem pariter est anni Biterrense in Gallia concilium, in quo S. Hilarius orthodoxam fidem contra Saturninum Arelatensem episcopum Arianum defendit, & patrocinii sui præmium exilium reportavit.

ANNO CHRISTI 344.

Proximè huic succedens annus 356. ducem Syrianum cum Hilario *notario* ex Ægypto duxit Alexandriam, quò venisse ambos die XIII. Tybi post Cons. Arbitionis & Lolliani, idest anno 356. die V. Januarii testis est anonymus Maffejanus. De Syriano fatentur omnes, de Hilario verò aliter hucusque statuerunt chronologi, Hilarium Diogenis socium venisse anno 355. rati; sed de Hilarii adventu, cur anonymi hujus fidei refragemur, nihil est, cùm iis, quæ de Hilario scribit S. Athanasius, ne in minimo quidem obsistant.

S. Athanasius Alexandria pellitur, & Georgius statuitur episcopus anno 356.

			C Post quadrimestre, die XIX. junii, Athanasii clericis ejectis Georgii fautores ecclesiam usurpant.
	357	Constantio IX. & Iuliano II.	Georgius Alexandriam venit die XXIV. februarii.
			Acacius Cæsareæ in Palæstina episcopus concilium cogit, in quo Cyrillus Hierosolymorum episcopus deponitur.
	358	Tatiano & Cereale.	Georgius die II. octobris ab Alexandrinis tumultuantibus ex urbe pellitur, refugiendit Sirmium ad Constantium, ubi concilio intereit.
			Sirmiense concilium I. in causa Photini, quo episcopus ille ab orientalibus episcopis
			D damnatur & deponitur. Fidei formula, quæ Sirmiensis prior appellata est, excuditur, cui Liberius ab eo exilio revocatus subscribit.
			Melitinensis synodus, in qua Eusthatius Sebastenus deponitur.
			Neocæsariense concilium in Ponto, in quo Eustathius pariter deponitur.
	359	Eusebio & Hyperio.	Synodus Sirmiensis altera, cui adscribitur secunda illa fidei formula, qua voces illæ ὑμοούσιον, & ὑμοιούσιον ex æquo suppressæ, quam formulam Osius & Potamius subscriptione probarunt. Ancyranum concilium Semiarianorum proxime ante Pascha celebratum, quod formulam illam Sirmiensem reprobat.
			E Sirmiensis synodus III. habita die XI. Kal. julias, in qua tertia fidei formula *locum* suppressus conditur.
			Ariminense concilium die XII. Kal. augusti collectum, quo primo quidem Nicenæ fides asserta. Sed in longius protracta, tandem episcoporum plerique metu gravium malorum in suppressionem vocis *locus* & ὑμοιούσιον convenerunt.

ANNO CHRISTI	Anni Christi	Consules	
344	359		A Synodus Arianorum Nicææ in Thracia, qua eadem quæ in Ariminensi decernuntur.
			Seleuciense Arianorum concilium die V. Kal. octobris cœptum, quo ὑμοίους suppressos, ἀνομοίους damnatur, ὑμοίους fatuitur.
			Constantinopolitanum concilium Ariminensem fidem ita admittit, ut nomen ὅμοιος atque ὑμοίους reticendum censeat.
	360	Constantio X. & Juliano III.	
	361	Tauro & Florentio.	Concilium Antiochenum in quo Meletius
			B in solium ecclesiæ Antiochenæ assumptus ab Arianis, statim orthodoxiam suam prodit.
			Georgius Alexandrinus redit Alexandriam die XXVI. novembris. Idemque die XXIV. decembris ab Alexandrinis vi abreptus interficitur.
	362	Mamertino & Nevitta.	Julianus imperator edictum promulgat, quo reditus permittitur episcopis omnibus, qui sub Constantio exulaverant; quare Athanasius Alexandriam die XXIV. februarii regreditur.
			S. Athanasius concilium celebrat Alexandriæ, ab authore libelli synodici in duo male sectum, quo & pro lapsis recipiendis leges edicit, & Apollinaristæ errorem, tacito authoris nomine, condemnat.
			C Alia pro recipiendis lapsis concilia in Græcia, in Illyrico, Hispania, & in Gallia celebrantur. *S. Athan. epist. ad Rufinian.*
			Juliani edicto S. Athanasius Alexandriâ elicitur die XXIV. octobris. Eius reditum Alexandrini, missa ad Julianum legatione, tentant, sed repulsam patiuntur, & S. Athanasius in Ægyptum recedit.
	363	Juliano IV. & Sallustio.	Jovianus, ad imperium evectus, literas ad Olympium præfectum Ægypti scribit, *edicere ut Deus excelsus colatur, & Christus.*
			S. Athanasius Alexandriam revertitur, ubi parvo tempore & occulte moratus, cum discedens ad Jovianum navi vehitur.
			D S. Athanasius alicubi fuere in Ægypto concilium cum Ægyptiis episcopis celebrat, unde plenam fidei expositionem ad Jovianum transmittit.
			Synodus Antiochena, a S. Meletio coacta fidem Nicænam approbat.
	364	Joviano & Varroniano.	S. Athanasius februario mense revertitur Alexandriam.
			Eudoxius & Acacius cum suis concilium habent Constantinopoli, in quo Semiarianos episcopos deponunt.
			Lampsacenum Semi-Arianorum concilium, in quo ὑμοίους, dolosa interpretatione explicatum, admittitur.
			Romanum concilium, in quo missa a Lampsacenis Patribus legatio cum fidei confessione excipitur.
			E Parisiense concilium contra Arianos.
			Legati Lampsaceni a concilio in Sicilia coacto excipiuntur.
			Reduces legati concilio Tyanensi se sistunt.
			Atianorum concilium in Caria, pro suppriminda voce ὑμοίους.
	365	Valentiniano & Valente.	Valens imperator baptismo initiatur ab Eudoxio Ariano, & catholicos exagitandos suscipit.

ANNO CHRISTI 344. Anni Christi Consules

A Lex a Valente promulgatur, ut quicumque episcopi sub Juliano restituti sunt, iterum exulent. Quæ lex die V. maji Alexandriæ redditur. Sed Athanasius ne pellatur obstitunt Alexandrini, cui & Imperator rescripto suo favere cogitur.

Menic octobris die V. Athanasius cauta, fecessione in Villam novam, periculum ab irruptione subita Flaviani præfecti Ægypti, & ducis Victorini imminens evitat.

Athanasius justu Valentis revocatur Alexandriam, quo venit die I. februarii.

Concilium Illyricum, & Romanum pro orthodoxa fide afferenda.

B a Concilium Sigedunense Arianorum, quod Germinio episcopo Sirmiensi Semiariano rationem fidei suæ exquirit.

Novæ iterum turbæ in Athanasium insurgunt Alexandriæ, incentore Lucio Ariano, qui Alexandrinum episcopatum tunc ambiebat, & dein usurpavit, cui Trajanus dux, & Datianus Ægypti præfectus favent.

S. Athanasius die II. maji obit. *Pag. Æ. 372. x. Anonymus Maffejan.*

ANNO CHRISTI 344. Gratiano & Dagalaifo. 364.

ANNO CHRISTI 367. Lupicino & Jovino.

ANNO CHRISTI 373. Valentiniano II. & Valente IV.

AD CONCILIUM SARDICENSE GENERALE

In causa S. Athanasii anno 344. celebratum

ADDITIO.

ANNO 344. Ex Maffeiano Lateranen. lib. III.

INter tante multa quæ de concilio Sardicensi a prisciis, ac recentioribus concilierum Collectoribus vulgata sunt, aliud tamen addendum ut supereffet effecit Cl. Scipionis Maffeji non vulgaris eruditio & diligentia. Ejus enim opera e pluteis Veronensis metropolitanæ Bibliothecæ erutus est codex MS. in quo, præter cætera, epistolæ occurrunt tres ad concilium Sardicense spectantes, quæ lucem hucusque expectarunt. Harum prior data est a concilio ad clerum Marcotidis, quæ provincia est Ægypti in Alexandrino episcopatu; cui epistolæ plures ex patribus Sardicensibus subscribunt. Succedit altera S. Athanasii ad eundem, qui peculiari amore, supra cæteros illum professus erat, & vicissim ab eo diligebatur; cujus forte majoris dilectionis gratia id curavit Athanasius ut epistola illa sua a cæteris concilii Patribus signaretur, veluti qui studio illo suo in Athanasium omnes sibi concilii Patres obstrinxerint. Succedit tertio S. Athanasii epistola ad Alexandrinos, ea narrans quæ concilium in causa Arianorum quorundam præstiterat. Notat vero eruditissimus Maffejus in subscriptionibus episcoporum menda plurima irrepsisse, vitio primævi codicis, vel exscriptorum, quæ ex editis emendanda sunt; esse vero quædam in quibus editæ ex his corrigantur; esse demum quædam nulla collatione sananda. Hinc *Florentius Emeritæ Hispan.* est hic Florentius Sirmiæ Pannoniæ, quod forte primævus Author scripserit pro veterum more *Spam.* erasis vero vitio vetustatis S. superfuit *Pam.* quod secundus exscriptor nullus redidit *Pannoniæ*. Item accidit *Asidonio ab Hispania Ac Cassulone*; qui hic male exprimitur *Ammianus* de Castello Pannoniæ. *Protexeratus ab Hispania de Barcinona* deformatur de *Narcidano*. *Pan. Castor de Caforangusta* est de *Aegufta Caforae*. *Peregrinus de Scupis* ut bene in editis; male hic est Capimus. Male pariter legitur Syconæus pro *Secherens* vel de Sechoro, & *Lupianenfis* pro Ulpianensis. Male Rosenis Eudoxensis Galliæ, cum legendum sit *Vercellensis* Lugdunensis, ut fert subscriptio concilii Agrippinensis. Olimpius de *Enoropoge* emendandus est de Dolliche, prout legitur inter Patres Conciliabuli Sardicensis. Zosimus Orconargensis & Zosimus Cidonienfis, quæ sunt duo Urbes notissimæ nuspiam alibi apparent. Fruftra vero emendare conetis Illad Severus de Calcifo Theffaliæ, Zofimus Lychnis, Sunofio Apuliæ, Vitalis Vertarenfis Africæ, Domerius de Acharia Conftantius. Denique male edita ferunt Hymenæus de Phrata Theffaliæ, emendandus eft ut hic fertur Hypenofis de Hypata Theffaliæ. Titius Montonis melius hic eft Euthychius &c. de Mothona (S. Methona.)

W. Aldus. Apol. n. 30.

CONCILII SARDICENSIS

Ad Marcoticas Ecclefias

EPISTOLA.

Sancta Synodus fecundum Dei gratiam collecta Sardicæ, eccleſiis Dei apud Marcotam cum presbyteris, & Diaconibus in Domino ſalutem.

Etiam

ANNO CHRISTI 344. Etiam ex his, Fratres dilectiſſimi, quæ ad Alexandriam per fratres directa funt, ſcire poteſtis quæ apud ſanctam & magnam ſynodum ſecundum Dei gratiam Sardicæ collectam, funt acſtitara; ſed quia & vos ſcripſiſtis intolerabilia ſubſtinuiſſe ab impiiſſimis hæreticis, quorum eſt princeps peſſimus Gregorius, hanc ob cauſam ſcribere, & ad veſtram reverentiam neceſſarium Sancta ſynodus æſtimavit: ut iis conſolati, magis ac magis habentes in Deo ſpem, futuram promiſſionem repoſitam diligentibus Chriſtum confequamini. Si igitur paſſi eſtis mala, nolite contriſtari, ſed magis gaudete, quoniam & vos meruiſtis pro nomine Domini injurias tolerare. Si verò carceres & vincula & A afflictiones tolerabilis, hæc vos non contriſtabunt: hæc enim & ante vos Patres ſubſtinuerunt, quorum unus eſt beatus Paulus propter quod & *vinctus* vocatus. Audivimus quanta & Ingenius presbyter paſſus eſt, & doluimus quidem propter injurias; libenter autem accepimus ſacram ejus voluntatem, quoniam propter Chriſtum cuncta ſuſtinuit. Si igitur adhuc vos premunt, quæ putatur triſtitia eſſe, in gaudium converterur. Scripſimus enim piiſſimis imperatoribus, ut ne de cetero talia committantur adverſum eccleſias; & credimus quod Dominus faciet per religionem humaniſſimorum imperatorum, ut & nos cum ſolatio, & libertate Deo gratias agentes, & placentes invenlamur in- C die judicii. Quæ autem ſunt acſtitara, ſcire præditximus, cognoſcetis ex dilectiſſimis fratribus noſtris, qui veſtræ charitati properavcrunt, hoc eſt presbyteris, & diaconibus Alexandrinis: Epiſcopum enim veſtrum diſtectiſſimum fratrem noſtrum, & comminiſtrum Athanaſium innocentem, & ſinceram ab omni calumnia pronunciavit ſancta & magna ſynodus: Theodorum verò, Narciſſum, Stephanum, Acacium, Georgium, Urſacium, Valentem & Minophantum epiſcopatu depoſitos ob ea quæ deliquerunt, & ob impiiſſimum hæreſim, cujus ſocii, & patroni videntur. De Gregorio autem nec tantum creditum eſt ſcribere, ſed & olim enim D depoſitus eſt, imo magis epiſcopus penitus non eſt æſtimatus: ejus enim opus ſimile eſt ejus ordinationi. Si quis igitur ab eo decepeus eſt, cuidam & veritatem cognoſcat; ſi verò reſiſtit ejus impietati, gaudeat, quod & ipſe adverſarius eſt hunc, quem ſancta ſynodus nec epiſcopum æſtimavit. Nec enim nos latuit quid adverſus nos commiſerit, & quantum vos preſſerit. Sed gaudete, quoniam pro Chriſto patimini ab his qui Chriſtum blaſphemant: æſtimamus autem, quod jam omnis inſolentia ceſſabit, increpatis, ac depoſitis noxiis, qui hæreſim non nominandam defendebant. Incolumes vos eſſe in Domino opto.

Ego Oſius epiſcopus incolumes vos in Domino opto, dilectiſſimi fratres.

Athanaſius epiſcopus veſter incolumes vos in Domino opto, dilectiſſimi fratres.

Heliodorus ſimiliter.
Johannes ſim.
Jonas ſim.
Dionyſius ſim.

Conciliar. Supplem. Tom. I.

A Paregorius ſim.
Ætius ſim.
Valens ſim.
Arius ſim.
Porphyrius ſim.
Athenodorus ſim.
Alyſius ſim.
Gerontius ſim.
Locius ſim.
Alterius ſim.
Baſſus ſim.
Dioſcorus ſim.
Domitianus ſim.
Calepodius ſim.
Alexander ſim.
Phararchius ſim.
Vincentius ſim.
Vitalis ſim.
Severus ſim.
Reſtitutus ſim.

Vincentius epiſcopus incolumes vos in Domino opto, dilectiſſimi fratres, juſſus a fratribus meis, & Coepiſcopis ſcripſi, & ſubſcripſi pro ceteris.

S. ATHANASII

Ad eoſdem eccleſias

EPISTOLA.

A *Athanaſius presbyteris & diaconibus & populo catholicæ eccleſiæ apud Marcotam, dilectiſſimæ, nec deſiderabilium fratribus in Domino ſalutem.*

Sancta ſynodus laudavit in Chriſto veſtram religionem. Omnes acceptos tulerunt in omnibus animum & fortitudinem, quoniam minas non timuiſtis, quod tolerantes injurias & perſecutiones adverſum pietatem prævaluiſtis. Literæ ſanctæ veſtræ, dum legerentur omnibus lacrimas commoverunt, & omnes ad veſtram pertraxerunt affectum: dilexerunt vos & abſentes, ac veſtras perſecutiones ſuas æſtimarunt: indicium namque caritatis eorum funt literæ ad vos datæ: & licet fufficeret vos connumerare ſanctæ per Alexandriam eccleſiæ: tamen ſeparatim vobis ſcripſit ſancta ſynodus, ut adhortari non deficiatis ob hæc quæ patimini, fed gratias agatis Domino, quod veſtra patientia bonum fructum habuit. Olim namque latebant hæreticorum mores; nunc tamen omnibus expanſi funt, & patefacti: nam ſancta ſynodus adverſit ab his concinnatas adverſus vos calumnias, & eos habuit odio, atque omnium conſenſu depoſuit Theodorum, Valentem, Urſacium in Alexandria & Marcota. Eadem etiam per alias eccleſias factæ ſunt. Et quoniam intolerabilis eſt jam crudelitas eorum, & tyrannia adverſus eccleſias celebrata, ideo epiſcopatu dejecti ſunt, & omnique communione alienati. Ceterum de Gregorio nec mentionem facere voluerunt; qui enim penitus epiſcopi nomen nec habuit, hunc nominare ſuperfluum æſtimaverunt: fed propter deceptos ab eo, nominis ejus mentionem fecerunt; non quia dignus memoria videbatur, ſed ut ex hoc qui ab illo decepti ſunt, ejus cognoſcerent infamiam, & erubeſcant cujuſmodi factis homini communicaverunt.

ANNO CHRISTI 344

Cognoscetis verò super eos scripta ex superadnexis: & licet non omnes scribere episcopi occurrerunt, attamen ab omnibus scripta sunt, & pro omnibus scripserunt. Invicem salutate in osculo sancto. Salutant vos omnes fratres.

Protogenes episcopus, incolumes vos in Domino opto, dilectissimi & desiderabiles.

Athenodorus episcopus, incolumes vos in Domino opto fratres dilectissimi.

Julianus episcopus similiter.
Ammonius sim.
Aprianus sim.
Marcellus sim.
Geronius sim.
Porphyrius sim.
Zozimus sim.
Asclepius sim.
Appianus sim.
Eulogius sim.
Eugenius sim.
Diodorus sim.
Martyrius sim.
Eucarpus sim.
Lucius sim.
Calixes sim.
Maximus sim.

Per epistulas ab Gallis incolumes vos in Domino opto dilectissimi.

Arcadamus, & Philoxenus presbb. & Leo diaconus de Roma incolumes vos optamus.

Gaudentius Naissitanus episcopus incolumes vos in Domino opto.

Florentius Mediæ Pannoniæ episcopus.
Amminaus de Callelio Pannoniæ inf.
Tamarius de Benevento sim.
Prætextatus de Narcidono Pann. sim.
Hypeneris de Hypata Thessaliæ sim.
Gaius de Augusta Cæsaree sim.
Severus de Calcisio Thessaliæ sim.
Julianus de Theriospetapoli sim.
Lucius de Verona sim.
Eugenius de Heeleai Cychinis sim.
Zosimus Lychnis Sunosio Apuliæ sim.
Hermogenes de Syceono sim.
Thrypho de Magara sim.
Pæregorius Cæsimis sim.
Caloes Castromartis sim.
Ireneus Syconeus sim.
Macedonius Lyplanensis sim.
Martyrius Naupactis sim.
Palladius de Dia sim.
Brosseus Eudonensis Galliæ sim.
Urfacius Brixiensis sim.
Amantius Viminacensis, per presbyt.
— Maximum sim.
Alexander Gyparensis Achaiæ sim.
Eutychius de Morbona sim.
Aprianus de Petrabone Pannoniæ sim.
Antigonus Pallenensis Macedoniæ sim.
Domitius de Acaria Constantiæ sim.
Olympius de Enoreidope sim.
Zosimus Oreomargensis sim.
Protasius Mediolan. sim.
Marcus Siloensis Saviæ sim.
Eucarpus Oponitis Achaiæ sim.
Vitalis Vertarefis Africæ sim.
Helianus de Tyrtanis sim.
Synphorus de Heraepythis Cretæ sim.
Mofinius Heracleen. sim.
Eucsilus Chisamensius sim.
Cydonius Cydoneatis.

ANNO CHRISTI 349

A

ITEM S. ATHANASII.

Thanasius presbyteris & diaconibus omnibus ecclesiæ sanctæ apud Alexandream & Paremboleum catholice dilectissimus fraternitas salutem.

Hæc scribentes oportet epistolæ principium gratiarum Christi adtionibus facere, fratres dilectissimi, nunc autem maxime dolentes fieri, quoniam & sancta multa apud Dominum & magna habent gratiam, & B oportet credentes in eum non esse ingratos tot ejus beneficiis. Gratias igitur agimus Domino, qui nos semper omnibus palam facit in fide, qui & jam in præsenti magna & mirabilia fecit ecclesiæ: quæ enim rursum affirmaverunt divulgantes hæretici Eusebiani, & Arii hæredes, hæc omnes qui convenerunt, episcopi, pronunciaverunt falsa ea esse & sicta. Et si ipsi qui apud multos putantur esse terribiles, tanquam gigantes nominati, pro nihilo habiti sunt; & merito: quemadmodum enim adveniente luce tenebræ arguuntur, sic per adventum jubilationis iniquitas revelatur; & præsentibus egregiis debiles convincuntur. Quæ enim fecerunt male- C dicticæ hæresis Eusebii successores, Theodorus, Narcissus, Valens, Ursacius, & in ceteris pessimus Georgius, Stephanus, Acacius, Minophantus, & eorum collega, nec vos ignoratis, dilecti; nam eorum dementia aperta patefacta est. Quæ verò contra ecclesiam conscripserunt, vereram nec hoc latuit solertiam. Primum enim vobis nocuerunt; primum veftram ecclesiam corrumpere tenteverunt: sed ii qui tor ac tanta fecerunt, & apud omnes terribiles æstimati sunt, sicut prædixi, tantum timuerunt, ut omnem evasperent cogitationem. Neque enim solum Romanum synodum timuerunt, nec solum se vocati excufaverunt, sed & nunc cum Sar- D dicam advenissent, sic infirmati sunt conscientia, ut cum viderent Judices, miraretur; sic mente concidernat. Vere quis perfect adversum eos dicere, *ubi est stimulus tuus? Cor. II. mors? ubi est victoria tua mors?* Nec enim 55. illis proficiebat, ut vellent judicare: jam non peterant circumvenire quos videbant; sed videbant viros fideles curantes justitiam, imo magis ipsum Dominum nostrum videbant in eis: quemadmodum tunc admones de sepulchris; filii enim cum adsint mendacii, non ferebant veritatem videre. Sic Theodorus, Narcissus, & Ursacius cum tuis verba dicebat. *Omnes, quid nobis & vobis hominibus Christi? nosmus quod vos estis, & timemus convinci; veremur in personam recognoscere calumniæ. Nihil est nobis & vobis Christiani enim vos estis, nos verò Christo repugnantes, & apud vos quidem veritas polleat, nos verò circumvenire didicimus. Putavimus absconde nostra, non jam credebamus in judicium venire: quid ante tempus nostra convincris, & ante diem nos conpungeris vexasis?* Et licet sint moribus pessimi & in tenebris ambulent, tamen cognoverunt vix tan-

ANNO CHRISTI 348.

f. verumque secerti-mus.

f. etiam.

tandem, quoniam nulla est communio lucis, & tenebrarum, nec est aliqua consensio Christo cum Belial. Unde fratres dilectissimi, cum sciremt quæ fecerint, quæcumque miserimos videntes accusatores, testes præ oculis habentes, imitari sunt Cain, & illius more fugerunt: quoniam granditer erravemunt, etenim ejus fugam sunt imitati, & condemnationem habuerunt. Cognovit enim opera eorum sancta synodus, audivit notorium fanguinem proclamantem, audivit voces Isræorum ab ipsis. Cognoverunt omnes episcopi quæ peccaverant, & quanta adversus ecclesias nostras & alias operati sunt; & ideo hos quemadmodum Cain ecclesiis ejecerunt. Quis enim non lacrimatus est, dum vestræ literæ legerentur? quis non ingemuit A sapicions quos exiliaverunt illi? quis non æstimavit vestras fuas esse tribulationes? Fratres dilectissimi quondam vos patiebamini, cum il deliquescent adversum vos, & forte jam tempore nostro bellum non quievit. Nunc verò episcopi convenientes omnes & audientes quæ passi estis, sic dolebant, sic gemebant, quemadmodum toleratos injuriam, tunc desiderantes & illis..... erat dolor communis illo tempore, quo procesistis. Oh hæc igitur & alia omnia quæ contra ecclesias commiserunt, cunctos universa synodus fandia deposuit, & non solum eos alienos judicavit ab ecclesia, sed nec dignos vocari Christianos æstimavit: qui enim adsentiebant C Christum, quemadmodum Christiani vocentur? & qui contra ecclesias delinquunt, & quemadmodum episcopi nomen non habuit, hunc nominare superbum putaverunt. Sed tamen propter deceptos ab eo ejus nominis sacerdotem decrevit, non solum quia dignum erat ejus nomen memorare, sed ut ab eo decepti cognoscant ejus infamiam & erubescant, quod tali communicaverunt..... tamen & hoc cum illis. Incolumes vos in Domino oro, dilectissimi, & desiderabiles Fratres.

ANNO CHRISTI 348.

DONATISTARUM IN NUMIDIA CONCILIUM

Ad Macarii, ut vocabant, infestationem compescendam Anno 348. habitum.

Anno 348. MAcarium, qui cum socio Paulo missus fuerat in Africam ut regias Constantis largitiones in egentes distribuerent; Macarius, inquam, crebris fœdisque injuriis in se provocaverant Donatistæ Circumcelliones. Ad impiorum hominum insaniam coercendam nullium mamum movit; illi nihilo fecius furentes, ne militibus quidem pepercerunt. Qua rei indignitate commoti milites fervire in efferatum vulgus cœperunt. Donatistæ passim cæd. Hanc procellam ut dissipaterent Donatistarum principes concilium coegerunt, cujus fit mentio in Passione Marculi Donatistarum episcopi, quam Mabillonius in Analectis suis pag. 182. edit. in fol. vulgavit.

En verba antiqui & coævi Scriptoris Donatistæ: *Sed Macarius, qui ex his duabus hæresibus (Paulo & Macario) terior fuit, cum hoc negotium fanguinis in religiosa Provincia, per fubtilitatem diu attentasset, in Numidia... tamen & ergo Macarium gloriosum apertum crudelitatis barbaricæ & inaudita severitate indicta publicavit. Nam cum ad eum antiquissimorum patrum sanctissimus chorus, & advenatum concilium fuerat decem & numero sub probatos episcopos legationis causa mississet, qui falutarium monita a tanto scelere revocarent, aut certe (quod contigit) primos ejus ad decretissimi certaminis campum & ad fidei acrem profiterent.*

LIBE-

ANNO CHRISTI 353. 361.

LIBERIUS PAPA

Sedit ab anno 353. usque ad annum 367.

ANNO CHRISTI 353. 36.

GALLIARUM INCERTI LOCI CONCILIUM

Forte Pictavis seu Tolosæ habitum anno 355.

Anno 355. COncilium hoc debetur erudito viro P. Hieronymo de Prato, Congregationis Oratorii Veronensis presbytero, in præclara operum Sulpicii Severi editione Veronensi, cujus operis volumen primum jam prodiit anno 1741. Censet vir lle eruditus S. Hilarium Pictavien sem, cæteroſque orthodoxos Gallos epiſcopos ſtatim poſt Mediolanenſe concilium anni 355. cui ramen Hilarium haud interfuiſſe arbitratur, in loco aliquo, forte Pictavis vel Toloſæ convenſſe, communique conſilio ſejunxiſſe ſeſe ab hæreticorum antefignanis Saturnino Arelatenſi, Urſacio & Valente. Id erui ex verbis S. Hilarii in libello adverſus Conſtantium, quem libram epiſtolam eſſe putat ad epiſcopos orientales anno 360. datam: *Quinto ab hinc anno*, adis jam in exilium *Paulino*, *Euſebio*, *Lucifero*, *Dionyſio*, quos poſt Mediolanenſe concilium extorres factos conſtat, *a Saturnino, Urſacio & Valente communione me cum Gallicanis epiſcopis ſeparavi, indulta cæteris conſortibus eorum reſipiſcendi facultate; ſi tamen hoc ipſum benignior confeſſoribus Chriſti edictum decretum a meis nuncupatum placuiſſet.* Offert ſe hic ultro concilium Gallorum poſt Mediolanenſe celebratum, in quo de recipiendis lapſis *decretum* editum eſt. Addit vir doctiſſimus hujus concilii ſuppliciem libellum vulgatum eſſe ſub titulo *libri primi ad Conſtantium*, cum ſcriptus ſit non unius, ſed roulcorum nomine, ut ab imperatore exulum reſtitutionem impetrent, tum ne feculares judices de cauſis clericorum cognoſcant. Supplex iſte libellus definit numero 5. ejus lucubrationis; quæ verò dein ſequuntur alterius operis fragmentum eſſe dudum viri doſti opinati ſunt. Hæc vir doctiſſimus diſſert. V. in. Sulpic. Sever. pag. 239.

ROMANUM CONCILIUM APOCRYPHUM,

Quo Liberium Romanæ Eccleſiæ epiſcopi, & ad baptiſmum conferendum

Anno forte 361. ſub Liberio Papa celebratum.

EDITORIS PRÆMONITIO.

Anno 362. QUod hic vulgatur concilium, nuſquam alibi excuſum eſſe arbitror, acceptumque eſt e veruſtiſſimo noſtro codice bibliothecæ Martinianæ, annorum circiter mongentorum; & ex alio ejuſdem bibliothecæ antiquo codice, ſeculi, ut arbitror, XI. variantes adjecte ſunt. De illius tamen veritate neque vadem me exhibeam, neque de ætate qua procuſum eſt definire quidquam audeo.

Si ex ſis quæ hic narrantur veritatis aliquid erculpi poſſet, geſta hæc videremur paſlo antequam Conſtantius arma in Perſas, Imperii fines inſeſtantes, moveret; quod in annum 361. annales conferunt. Hanc enim Perſarum irruptionem præoculis habuiſſe horum actorum ſcriptor non uno indicio judicari poſſet. Uter res habeat ſcio, quæ hic narrantur de relegatione Liberii epiſcopi urbem Romam, ex cauſa non ſane admodum probata, quanquam ſcriptoribus omnibus ignota, utcumque ſcripſerit hujus hiſtoriolæ donatenur; ſed ferri nulla ratione poſſunt errata illa inſignia in genealogia Conſtantii, quem ex filio Conſtantini Magni nepotem facit; ejuſdemque Conſtantii a lepra mundati fabellam adoptat. Fabuloſa licet hæc ſit narratio, dare illam tamen quam omittere malui.

INCIPIUNT TITULI LIBERII EPISCOPI URBIS ROMÆ.

I. De Liberio Epiſcopo Urbis Romæ & fide Catholica.

II. De incredulitate Regis Conſtantii, & de expulſione Liberii Epiſcopi extra Civitatem.

III. De reſponſione Dionyſii Presbyteri.

IV. De lætitione Liberii Epiſcopi ad Compresbyteros.

V. De Damaſi reſponſione, & Sericii Diaconi.

VI. De bello venienis ſuper Danubium in Romanizan.

VII. De die Pentheoſten, & de populo qui urgebatur ad Baptiſmum.

VIII. De reſponſione Damaſi Presbyteri, & de conſtructione fontis.

IX. De conſecratione Presbyteri, Clerici, & univerſi gradibus ad B. Petrum Apoſtolum.

X. De Sabbatho Penthecoſten, & de populo qui baptizatur eſt.

ANno regni Conſtantis (f. Conſtantii) regis, nepotis Conſtantini magni viri. Erat quidam facerdos Urbis Romæ nomine Liberius epiſcopus, præſul Chriſtum prædicans, ſicut doctus

ANNO CHRISTI 361.

dodus fuerat a Marco epiſcopo Urbis Romæ, & qui eum ordinavit diaconum in clivitate in gremio baſilicæ Conſtantinianæ, ſemper (*ſic*) in Trinitate ſixus, Patrem & Filium & Spiritum S. prædicans, ſicut & dodus fuerat a Marco epiſcopo U. R. qui eum ordinavit diaconum in civitate in gremio baſilicæ Conſtantinianæ, ſempro (*ſic*) in Trinitate fixus, Patrem & Filium & Spiritum S. prædicans & laudans Dominum de Domino, & lumen de lumine, totum a toto, plenum a pleno, non creatum ſed genitum, non ex nihilo ſed ex Patre, unius ſubſtantiæ cum Patre. Spiritum verò Sanctum Dominum noſtrum, non ingenitum, neque genitum, non creatum, neque factum, ſed de Patre procedentem Patris & Filii, ſemper cum Patre & Filio coæternum venerantur. Unum tamen Deum, qui ex uno Patre tempore quod Patri eſt Deus. Natus eſt Filius, & in Patre totum quod eſt totum genuit Filium. Pater Filium generans non minuit nec amiſit plenitudinis ſuæ divinitatem, totum autem quod Deus Pater eſt, idem & Filium ab eo natum certiſſime confitentes cum Spiritu S. unum Deum piſtimi confitemur. Credimus Filium Chriſtum Dominum noſtrum, Dei Filium, per quem omnia facta ſunt, qui nunquam deſerit eſſe in cælum, & natum de Spiritu S. in terra virginem. Caro factum, non amiſit quod erat, ſed cæpit eſſe quod non erat. Non demutatum, ſed Deum permanentem, eriam humanum natum per ſuæ paſſionis & reſurrectionis dignationem. Credimus & in carne (*carnem*) ſed corporeum, non fantaſticum, ſed carneum, oſſa, ſanguinem, ſenſum & animam habentem: ita verum hominem, ut verum Deum; unum eundem verumque verum hominem fuiſſe nullo modo ambigimus. Confitendum hunc eundem Dominum Jeſum Chriſtum adſcendiſſe in cælos, ſed prophetas, paſſum ſub Pontio Pilato, crucifixum ſecundum ſcripturas, tertia die a mortuis reſurrexiſſe, aſſumptum in cœlis ſedere ad dexteram Patris; inde venturum judicare vivos & mortuos expectamus, & ſeculum per ignem. Hoc cum legiſſet ex libro antiquo edodus, libro Silveſtri epiſcopi Romanorum, & quod & publicè prædicaret, quia in nomine Jeſu Chriſti crucifixi a lebra mundatum ſuiſſe per Silveſtrum epiſcopum patrum Conſtantis, qui erat in Conſtantinopoli integrè Chriſtianus, ſed quaſi temptator, baptizatus tamen in Trinitate, non tamen integrè confirebat Trinitatem; baptizatus autem eſt ab Euſebio Nicomedienſe in Nicomedia in Aquilone villa. Hic verò dicebat allos filios habuiſſe de Maria Joſeph. Hoc cùm audiſſet Liberius epiſcopus U. R. cepit deridere eum, & clara voce chriſtianis acuſare & dicere: Ex omni virtute non eſt tuum regnum, quia non times Dominum Deum tuum. Hoc cùm multi deferrent regi Conſtantio, iratus eſt vehementer, & juſſit eum extra civitatem habitare. Habitabat autem ab urbe Roma miliario III. quaſi exul in cymiterio Noellæ via ſalaria. Veniens autem dies Paſchæ vocavit univerſos preſbyteros, Cives Romanos, & fedit in eodem cymiterio, & dixit: Nolite timere, quoniam vobiſcum ego non habeo in civitate Romana, ſed habeotis Vicarium. Recce fratrem & presbyterum Damaſum, cujus teſtimonium vos mihi perhibetis. Cujus corpore & mente clara vos prædicatis. Reſpondit autem Dionyſius presbyter ad Liberium epiſcopum U. R. & dixit: Præſul ſanctæ & innocens a corruptione, & fortis in palmarium Chriſti; cu enim bene ſcis quonam Petrus Apoſtolus de quando negabat, ægrotabat. Venit acceſſo, & iterum negavit, venit tertiò febris, & negavit; receſſit febris, & amavit & amare cœpit. Medicus autem nondum venerat. Venit medicus poſt tertianum typus, fecit medicamentum, & curavit qui deſeperat ter negando ante paſſionem. Poſt reſurrectionem ter amando reſicitur. Reſpice moticamentum chriſmatis ſacramentum, non nos accuſet illa columba, quoniam tu confecis chriſmata, & in nomine ejus quem clara voce prædicabas ipſam vocem, quia vox Domini repoti non poteſt, mori non poteſt, audiri cum tremore poteſt. Reſpondit autem Liberius epiſcopus U. R. & dixit: Domini & Sancti compresbyteri, nolite cogitare de craſtina, ſic enim dixit magiſter: *craſtinus enim dies ipſe de ſe cogitabit.* Hoc enim commemoravit Johannes in deferto baptizavit a pœnitentia, ideo erat deſertum, quia nondum venerat author-baptiſmi. Ille enim dum veniſſet, deſcendit Spiritus Sanctus in ſpecie columbæ, & manſit ſuper aquas, & ſuper authorem baptiſmi, & facerdos quod accepit, exhibet ſacramentum. Reſpondit Damaſus presbyter, & dixit: exibe nobis celebrare paſcha ego in humilitate loquor, onus enim quæ quem tu ſuper te bajulas ſubleveo non poſſumus, quia ignoras ubi baptizes, baptiza in plebe, ubi magiſter pelvis. Ubi ego Signum, feſtos totus mundus eſt. Hunc ſermonem accepit Liberius cum magno honore & gaudio & dicit ad eum: eris major magiſter ſicut ille qui nobis dedit baptiſmum. Sic dixit ad plebem: qui eſt vobiſcum minor fiat major. Reſpondit Siricius diaconus: jubs ore meo præſul & infunde favore. Patres noſtri in typo baptiſmi tranſierunt per medium mare: nam in flaminibus & in gladibus ſuperate baptizari. Dicit Liberius epiſcopus: juſte locutus es. Erat ibi non longe cymiterio Noelle cymiterius Ofrianus, ubi Petrus Apoſtolus baptizavit eodem tempore Paſchæ. Baptizavit promiſcui textus numerus quatuormillaXII. Quia omnes Romani vel a longe alli vicini Romanorum deſiderio ad eodem baptizari. Venientes autem eodem tempore bellum ſupra Danubium ingentiſſima pars barbarorum, quaſi intra octavarum paſchæ; & auditens hoc Conſtans dixit: Verè genus hunc facrilegum quod unquam factum eſt fecit ſuperſtitionem vanitatis. Ideo hæc plaga multitudinis Barbarum ingens venit ſuper omnia. Et ambulavit ad bellum, & profectus eſt cum grandi amaritudinem, & dicebat Barbarorum. dum exiret portam civitatis: facrilegum Liberium, qui dixit patruum meum Baſile ſuper Romania. proſum, & baptizatum a Silveſtro epiſcopo, & mundatam, dum abiero ſuper quadrupedes Danuvii, & concidero barbaros, redieus ad urbem Romam volucribus cæli & bellis terræ

ANNO CHRISTI 361.

voce, ſignum. totius mundi, globus. miniſter.

promiſcui ſexus.

pones;

terræ carnes ejus immolabo; ipsum solum Liberium non enim alium, ne dicant & affirmant me esse persequtorem. Dum esset autem in pagna Danubii Constans rex fortiter urgebatur. Veniens autem dies Pentecostenalis protestatus sexus promiscuus urgebatur ad baptismum persequtionis. Dicit autem Dionisius presbyter: quare non baptizas ad primum pontificem nostrum Petrum? Respondit Damasus & dixit: fac. Erat enim obscurus sensus Liberii episcopi dicens: Patruus ejus fabricavit ecclesiam hanc & construxit; quoniam habet potestatem in patrui sui dare sententiam, & aqua ibi non emanat. Homines enim promiscui sexus renasci desiderat non mori propter me singulum. Respondit Dionysius presbyter & dixit: renascuntur etsi morti fuerint post baptismum, in cruore melius vivent. Respondit Damasus & dixit: non tristetur cor tuum, præsul summe, quia dabo tibi unum fontis emanantem. Gaudio conroboratus est Liberius in hunc sermonem, & dicit ei. Vade, construe a fluente spiritu, & ego veniens cum fratribus adorabo illum, quem nobis dimisit Christus, qui pro nobis est pastor; & tertio die venit Damasus, venit Siricius, venit Innocentius, venit Priscus & Dionisius & Urbanus diaconi ad beatum Petrum Apostolum. Erant enim ibi monumenta & supra aqua renatabat. Fecit autem quasi, cum eos consilium Damasum & dixit: Date mihi opera misterii, ut hanc aquam mundetur desuper cadavera hominum. Fecit cuniculos duo, & exinanivit locum illum, qui est ad dexteram introeuntibus in Basilicam B. Petri Apostoli; habebat enim ibidem fontem, qui non sufficiebat. Et cecidit montem Damasus manu sua, & introlvit plusquam consuetum est, construxit fontem; & nuntiaverunt homines Liberio episcopo quid actum fuisset; & jussit convenire omnes presbyteros clerosque & universos gradibus vel fideles & voce clara dixit: vocat Petrus oves suas: ecce homo fidem servans, Christum audiens & me peccatorem fecit ovile ovium, & dedit eloquio meo dulcitudinem mellis. Propter quod ego gaudeo, quia non demisit Petrus introire lupum & devastare oves ejus. Sciatis baptismum me prædicare in basilica Petri Apostoli. Hoc omnes cum gaudio susceperunt; erat enim proximus dies Pentecosten; fecit conveniri monasterium & plebem sancta Christianorum, & cum Letaneas venit ad beatum Petrum Apostolum. Dedit autem cum introisset hanc orationem.

Deus qui misisti filium tuum & ostendisti creaturæ creatorem, respice super vineam istam, & munda ab ea spinas & tribulos, & produc palmites ejus in fortitudinem, & dona eis fructum veritatis per Deum & Dominum Jesum Christum & Spiritum S. qui vivit cum Deo Patre omnipotenti a sæculis, & nunc & usque in sæcula sæculorum. Et respondit universa plebs: amen. Et introjerunt sabbato Pentecosten, & placuit Liberio fons, & gaudio plorabat omnino non amare. Sed favum omnibus videbatur. Ab hora nona catacisavit omnes, & ab ora quasi jam ad occasum usque in dominicam Pentecostes sabbati missas celebrarentur hora quasi octava, & baptizati sunt promiscui sexus ferè VIII. lia DCCCX. Multi eodem tempore desiderabant tangere vestimenta Liberii. Alia autem die, quæ est feria secunda, audivit universa plebs quod Constans, ademptus quidem victoria, fecerat claro sensu aliena: dicebat; in Nicomediam vadam, & transiyit usque ad Nicomediam & in aquirone villa ubi baptizatus est ab Eusebio Nicomediense in Arianorum dogma declinans, Kal. maji, & sedit eadem sede Petri Apostoli annis XVIII. menses tres, dies octo. In ejus tempora fabricata est absis in urbe Roma in regione quinta, & requievit in pace.

alios. Penteco-sten. metuunt.
nam.
venam.
denatabant.
non cessavit baptizare, sed ti enim egebant baptizari ita ut Dominicum Pentecosten.
eodem loco mortuus est, & sepultus Constantii III. & Gonstantino Augusto, & in fo. Col. XIV. Et annis XVII.

CONCILIA IN GALLIIS, HISPANIA ET GRÆCIA

Anno circiter 362.

Celebrata, pro scribendis legibus in lapsorum receptione servandis.

Conciliorum istorum quæ his in locis habita sunt statim post obitum Constantii, & reditum S. Athanasii in patriam meminit epistola ejus ad Rufinianum, in qua mentio pariter fit concilii Alexandrini ab eodem S. Athanasio statim post reditum suum habiti. Epistolam hanc in Actis concilii Nicæni II. recitatam, & minus opportuno consilio a Collectoribus conciliorum hic suo loco ne indicatam quidem, integram hic dare Græcam & Latinam ex versione Anastasii Bibliothecarii juvat.

Κυρίῳ ἀγαπητῷ καὶ ποθεινοτάτῳ συλλειτουργῷ Ῥουφινιανῷ Ἀθανάσιος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Καὶ μετ' ὀλίγα.

Ἐπειδὴ φιλοκάλως καὶ ἐκκλησιαστικῶς. τοῦτο γὰρ πάλιν πρέπει τῇ σῇ εὐλαβείᾳ. ἠρώτησας περὶ τῶν δι' ἀνάγκην ὑποσυρέντων, μὴ φθαρέντων δὲ ἐν τῇ κακοπιστίᾳ. καὶ ἠθέλησας γράψαι με τὰ δόξαντα ἐν ταῖς συνόδοις καὶ πανταχοῦ περὶ αὐτῶν. γίνωσκε κύριέ μου ποθεινότατε, ὅτι ἐν ἀρχῇ μὲν παυσαμένης τῆς γεγενημένης βίας, γέγονε σύνοδος παρόντων καὶ τῶν ἀπὸ τῶν ἔξω μερῶν ἐπισκόπων. γέγονε δὲ καὶ παρὰ τοῖς τὴν Ἑλλάδα κατοικοῦσι συλλειτουργοῖς, οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ τοῖς ἐν Ισπανίᾳ καὶ Γαλλίᾳ. καὶ ἤρεσεν ὅπερ ὧδε, καὶ πανταχοῦ. ὥστε τοῖς μὲν καταπεπτωκόσι καὶ προϊσταμένοις τῆς ἀσεβείας συγγινώσκειν μὲν μετανοοῦσι, μὴ διδόναι δὲ αὐτοῖς ἔτι τάξιν κλήρου. τοῖς δὲ μὴ αὐθεντοῦσι μὲν τῆς ἀσεβείας, ὑποσυρεῖσι δὲ δι' ἀνάγκην καὶ βίαν, ἔδοξε δίδοσθαι μὲν συγγνώμην, ἔχειν δὲ καὶ τὸν τόπον τοῦ κλήρου, μάλιστα δὲ ὅτι ἀπολογίαν πιθανὴν ἐποιήσαντο. καὶ ἔδοξε τοῦτό πως οἰκονομικῶς γενήσεσθαι. διεβεβαιώσαντο γὰρ μὴ μεταβεβλῆσθαι μὲν εἰς ἀσέβειαν, ἵνα δὲ μὴ καταστάθεντες τινὲς ἀσεβέστατοι διαφθείρωσι τὰς ἐκκλησίας, εἵλοντο μᾶλλον συνδραμεῖν τῇ βίᾳ, καὶ βαστάσαι τὸ βάρος, ἢ λαοὺς ἀπολέσθαι. τοῦτο δὲ λέγοντες, ἔδοξαν καὶ ἡμῖν πιθανῶς λέγειν, διὰ τὸ καὶ προφασίζεσθαι αὐτοὺς τὸν Ἀαρὼν τὸν Μωϋσέως ἀδελφὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ συνδραμεῖν μὲν τῇ τοῦ λαοῦ παραβάσει, ἀπολογίαν δὲ ἐσχηκέναι, ἵνα μὴ ὁ λαὸς ὑποστρέψας εἰς Αἴγυπτον ἐπιμείνῃ τῇ εἰδωλολατρείᾳ. καὶ γὰρ ἦν φαινόμενον εὔλογον, ὅτι μένοντες ἐν τῇ ἐρήμῳ δύνανται παύσασθαι τῆς ἀσεβείας, ἀπελθόντες δὲ εἰς Αἴγυπτον ἐπετρίβοντο, καὶ ηὔξανον ἐν ἑαυτοῖς τὴν ἀσέβειαν. τούτου τοίνυν ἕνεκα συγκεχώρηται πρὸς τὸν κλῆρον γέγονε. τοῖς δὲ ἀπατηθεῖσι καὶ βίαν παθοῦσι συγγνώμην διδόναι. ταῦτα καὶ ἐν Ῥώμῃ ἐγράφη, καὶ ἀπεδέξατο ἡ Ῥωμαίων ἐκκλησία. ταῦτα καὶ τῇ σῇ εὐλαβείᾳ δηλῶ θαρρῶν, ὅτι τὰ δόξαντα ἀποδέξεταί σου ἡ θεοσέβεια.

Domino dilecto & amantissimo comministro Rufiniano Athanasius in Domino salutem.

Et post alia.

Quoniam amore bonitatis & ecclesiasticæ institutionis (hoc enim revera decet reverentiam tuam) interrogasti de his, qui propter necessitatem abstracti non tam in fide mala corrupti sunt; & voluisti scribere me quæ visa sunt synodis & ubique de illis. Scito domine mi amantissime, quia in primordio quidem cessante vi, quæ facta extiterat, celebrata est synodus præsentibus etiam & episcopis, qui partium erant eorum qui foris sunt. Facta est autem & penes comministros qui Græciam habitant; porro nihilominus & ab his qui in Hispania & Gallia sunt; & quod hic placuit, & ubique: ita ut his qui cadunt & præsunt impietati, ignoscatur quidem cùm pœnitentiam gesserint, non autem ulterius eis locus detur in clero: his autem qui auctores non fuerint impietatis, sed per necessitatem & vim abstrahuntur, placuit ut venia detur, & habeant cleri locum; maximè cùm excusationem persuasoriam dederint; & placuit id dispensatoriè fieri. Firmaverunt enim quod non migrassent ad impietatem: ne autem ordinati quidam impiissimi ecclesias corrumperent, elegerunt potius concurrere violentiæ, & portare pondus, quam perdere populos. Hoc autem prosequentes, visi sunt etiam nobis persuasoriè fari, pro eo quod excusarentur dicentes, & Aaron Moysi fratrem in eremo concurrisse quidem prævaricationi plebis, habuisse tamen defensionem: ne videlicet populus in Ægyptum reversus, in idololatria permaneret. Nam & ratio evidens apparebat, quoniam manentes in eremo cessare ab idololatria possent: sin autem Ægyptum ingressi essent, moram facerent & incrementum impietatis. Propterea igitur dispensatio circa clerum effecta est, atque his qui decepti & vim perpessi fuerant, indulgentia tributa consistit. Hæc & Romæ scripta, & a Romanorum ecclesia sunt recepta: hæc & reverentiæ tuæ significo, fidens, quod ea quæ approbata sunt, pietas tua suscipiet.

ANNO CHRISTI 363. 366.

CONCILIABULUM SEMIARIANORUM ZELE IN PONTO

Anno circiter 363. habitum.

Anno 363. Concilium hujus nulla alia occurrit mentio, quam apud S. Basilium, qui in epistola 251. alias 72. hæc exprobrat Semiarianis: *Fidei apud nos non alia Seleucia, alia Constantinopoli, alia Zelis, alia Lampsaci.* In hoc ergo concilio fidei formula quædam conscripta est.

DAMASUS PAPA

Sedit ab anno 366. usque ad 384.

EPISTOLÆ QUÆDAM ROMANORUM PONTIFICUM

In sua quaque loca inserendæ.

Anno 366. V. C. Lucas Holstenius in sua collectione Romana concilium Romanum a Bonifacio II. pontifice celebratum vulgavit, in quo Romanorum Pontificum epistolæ quædam integræ leguntur. Proferendas illas censuit Stephanus Latisse in Theffalia epifcopus, qui per injuriam ab Eugheniio patriarcha Cpitano exauctoratum fe querens ad fummum pontificem appellaverat. Causam verò hanc fuam per deftinatos quofdam epifcopos aditurus ille, epiftolas Damafi, Syricii, Innocentii, Bonifacii, Cælestini, Sixti, Leonis recitandas in pleno concilio dedit, quibus demonftraturus fe (pondebat Romanos pontifices jus quoddam peculiare in epiftolas Damafi ad Ægyptios epifcopos fufceptas habere.

C. Hæc inter epiftolas fingulorum pontificum Labbeus cæterique illaudatas præterierunt, (præter epiftolas tamen a Damafo fcriptas, quas fubjecta animadverfione, & in collectione fua Conciliorum inferta, commemorat) nos in fua quæque loca ita collocandas duximus, ut argumento quidem fingularum adnotato locum de certo defignaremus, unde integræ illæ epiftolæ a Lectoribus repetantur.

DAMASI EPISTOLÆ ADDITÆ.

Ad Acholium Theffalonicenfem, aliofque Illyrici Epifcopos.

Eccleſionem Maximi Cynici in epiſcopum, CPtanum improbat, deſeſtumque probat, rogatque ut quæcum ſuorum ſuffragiis quæ optimæ deliberant.

Dilectiſſimis fratribus Acholio, Eutychio, Severo, Cranio, Rhetico, & Joanno, Damaſus.

Decurſis literis & C. *Lecta eſt in concilio III. Romano ſub Bonifacio II. Labb. to. V. col. 843. edit. Venet.*

IN HANC EPISTOLAM ADNOTATIO.

HAS literas ad Ægyptios ſcriptas cenſet Baſnagius in Annalibus ad A. 380. erraſſe tamen illum conſtat, cùm Acholius per hæc tempora Theſſalonicenſem epiſcopatum geſſiſſe ſit exploratum. Hujus enim nominis Theſſalonicenſis epiſcopus concilio CPtano anni 381. ſubſcribit. Id eriam congruit cum ſcopo Stephani Lariſſenſis, qui hanc Damaſi epiſtolam produxit ut probaret, Romanos pontifices jus quoddam peculiare in epiſcopos Illyrici obtinuiſſe. Quomodo id probandum ex epiſtola Damaſi ad Ægyptios epiſcopos ſuſceptiſſet?

AD EUNDEM ACHOLIUM.

Ut Ruſticum Gratiani Auguſti ſilentiarium cum honore ſuſcipiat, monetque iterum. ut Cæſarium epiſcopum elegentium curet.

Dilectiſſimo fratri Acholio, Damaſus.

Ad meritum filii &c. *ibid. col. 844.*

SYRICII EPISTOLÆ ADDITÆ

Ad Anyſium Theſſalonicæ epiſcopum.

NE quis per Illyricum epiſcopus abſque ſua conſenſu ordinari permittat.

Dilectiſſimo fratri Anyſio, Syricius.

Etiam dudum &c. *Legatur in concilio Romano III. ſub Bonifacio II. Labbe tom. V. col. 845. edit. Venet.*

INNOCENTII I. EPISTOLÆ ADDITÆ

Ad Anyſium Theſſalonicenſem epiſcopum.

ASſumptum ſe in pontificem nunciat, collatamque a deceſſoribus ſuis vicariam operam in eccleſias Illyrici ſibi confirmat.

Dilectiſſimo fratri Anyſio, Innocentius.

Cùm Deus noſter &c. *Legitur in concilio Romano III. ſub Bonifacio II. apud Labbe to. V. col. 845. edit. Venet.*

Ad Rufum Theſſalonicenſem epiſcopum.

COllatam, aliis literis authoritatem confirmat, ut nec eccleſiaſticas per totum Illyricum curet.

Dile-

ANNO CHRISTI 366.

Dilectiſſimo fratri Ruſo Innocentius.

Dileſtiſſimo & glorioſiſſimo &c. *extat ibid. col. 845.*

BONIFACII I. EPISTOLÆ ADDITÆ.

Ad Rufum Theſſalonicenſem epiſcopum.

UT obſtinenter Perigeni, *quem ipſe poſtulantibus Corinthiis dederat epiſcopum, cenſuris coerceat.*

Dilectiſſimo fratri Ruſo, Bonifacius.

Beatus Apoſtolus &c. *Legatur in tertia ſynodo Romana ſub Bonifacio II. apud Labbe to. V. col. 840. edit. Ven.*

Ad eundem.

Ut eandem ejuſdem Perigenii ipſe cogniſcat. Dilectiſſimo fratri Ruſo, Bonifacius.

Credebamus poſt epiſtolas &c. *Ibidem.*

Ad eundem.

Quadam illi per Illyricum agenda committit. Dilectiſſimo fratri Ruſo, Bonifacius.

Retro majoribus tuis &c. *Ibid. col. 848.*

Ad epiſcopos Illyrici.

Ne contra debitam ſubjectionem erga Romanam eccleſiam quid moliantur.

Dilectiſſimis fratribus univerſis epiſcopis per Illyricum conſtitutis, Bonifacius.

Inſtitutio univerſalis &c. *Ibid. col. 849.*

Ad epiſcopos Illyrici.

Ut abſtineat a conſilio habendæ ſynodi incauſa Perigenii.

Dilectiſſimis fratribus, Ruſo, & cæteris epiſcopis per Macedoniam, Achaiam, Theſſaliam, Epirum Veterem, Epirum Novam, Dardaniam & Dacium conſtitutis, Bonifacius.

Manet beatum Apoſtolum &c. *Ibid. col. 850.*

Exemplar epiſtolæ piſſimi Imperatoris Honorii ad Theodoſium.

Omnibus quidem cauſis &c. *Ibid. col. 853.*

Reſcriptum Theodoſii Auguſti ad Honorium Auguſtum.

Dignum meretur &c. *Ibidem.*

COELESTINI I. EPISTOLÆ ADDITÆ.

Ad epiſcopos Illyrici.

ECcleſiarum *Illyrici curam Ruſo Theſſalonicenſi epiſcopo ſe commiſiſſe ſignificat.*

Dilectiſſimis fratribus Perigeni, Dynatio, Baſilio, Sapio, Paulo, Æternali, Sabatio, Juliano, & Senecioni epiſcopis per Illyricum, Cæleſtinus.

Inter cæteras &c. *Legitur in concilio III. Romano ſub Bonifacio II. apud Labbe to. V. col. 854. edit. Venet.*

A SIXTI III. EPISTOLÆ ADDITÆ.

Ad Perigenem.

UT *Theſſalonicæ epiſcopo AS. vicario pacere non deſiſtat.*

Dilectiſſimo fratri Perigeni, Xyſtus.

Gratulari potius &c. *Legatur in concilio Romano III. ſub Bonifacio II. apud Labbe to. V. col. 854. edit. Venet.*

Ad epiſcopos Theſſalonicæ in ſynodum conventuros.

B *Ut ad Theſſalonicenſem epiſcopum AS. vicarium majores cauſæ referantur.*

Dilectiſſimis fratribus univerſis epiſcopis ſynodo apud Theſſalonicam congregandis, Xyſtus.

Si quantum infervitur &c. *Ibid. col. 855.*

Ad Proclum.

Ne ſacerdotes ex Illyrico venientes abſque formatis archiepiſcopi Theſſalonicenſis admittantur.

Dilectiſſimo fratri Proclo, Xyſtus.

Licet fraternitatem &c. *Ibid. col. 855.*

Ad epiſcopos Illyrici.

C *Ut epiſcopo Theſſalonicenſi AS. Vicario omnia majori momento referantur.*

Dilectiſſimis fratribus, univerſis epiſcopis per Illyricum conſtitutibus, Xyſtus.

Doctor gentium &c. *Ibid. col. 856.*

S. LEONIS I. EPISTOLÆ ADJECTÆ.

VIctores Valentinianus & Marcianus, invicti triumphatores, ſemper Auguſti, ſancto patri merito venerabili Leoni epiſcopo.

Divina, humanæque ſcripta &c. *Legatur in concilio III. Romano ſub Bonifacio II. apud* D *Labbe to. V. col. 858.*

Ad Marcianum Imperatorem.

Gratias agit, quod ejus operâ Anatolius ea quæ minus recte egerat emendaverit.

Leo epiſcopus Marciano Auguſto.

Literarum clementiæ veſtræ &c. *Ibid. col. 854.*

Anatolii ad S. Leonem.

Quod literas ab eo non acceperit queritur, eâm præſertim juſſionis ejus omnes impleverit.

Sanctiſſimo ac beatiſſimo coepiſcopo papæ Leoni, Anatolius in Domino ſalutem.

E Omne quidem ſolatium &c. *Ibid. col. 860.*

Ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem epiſcopum.

Apoſtolicæ ſedis vicarium per Illyricum illum conſtituit; & quam cautus eſſe debeat in ordinatione epiſcoporum oſtendit.

Dilectiſſimo fratri Anaſtaſio, Leo.

Omnium quidem &c. *Ibid. col. 861.*

ANNO CHRISTI 371.

Ad Metropolitanos Illyrici.

Ut Anaſtaſio AS. Vicario a ſe conſtituto cauſæ eccleſiaſticæ deferantur.

Dilectiſſimi fratreſque epiſcopi metropolitanos per Illyricum conſtituti, Leo.

Omuis admonitio &c. *Ibid. col.* 863.

A

Ad metropolitanos Achaiæ.

Quinam eligendi epiſcopi & clerici ordinandi.

Dilectiſſimis fratribus Senatori, Cauſio, Theodoto, Luca, Anicheto, & Pigilanto metropolitanis per Achaiam provinciam conſtitutis, Leo.

Grato animo &c. *Ibid. col.* 864.

ANNO CHRISTI 371.

AD SYNODUM CÆSARIENSEM S. BASILII

Anno 371. aſſignatam

Animadverſio critica.

ANNO 371.

IN oculos colleCtorum *non* ſtatim incurriſſe concilii hujus figmentum miror. Baſiliut quidem, vir ille magnus, ſynodos plures habuit, ſed nonniſi per calumniam affecta eſt illi ſynodus, in qua Dianium Cæſarienſem antiſtitem anathematizaverit, quod factum in hac Cæſarienſi ſynodo ſcribit author Libelli ſynodici, ex quo concilium hoc innotuit. Id de ſe olim ſparſim fuiſſe ab adverſariis Baſilius in epiſtola 51. alias 86. queritur, ſanctæque teſtatur, ſe nunquam id confeciſſe. Dianius quidem fidei conditor in Concilio Conſtantinopolitano anni 360. fabefcipſerat; ſed in exitu vitæ Baſilio ad ſe accito profeſſus eſt id ſibi imprudenti acciditſe, raro nihil in ea abſonum contineri; ceterum mori ſe planè catholicum & rotum Nicænum. Hæc S. Baſilius in eadem epiſtola.

AD SYNODUM NICOPOLITANAM

Anno 372. habitam

APPENDIX DE SYNODO ET EJUS CRITICA.

ANNO 372.

NIcopolitanam anni 372. ſynodum Venerius conciliorum collector commemorat, quam perlit ex Galano in *conciliat. Eccleſiæ Armenæ cum Romana par. 1. cap. 6. 26.* Nec ego quidem difficire aliquam forte ſynodum Nicopoli in Armenia, eo anno celebrari potuiſſe, cùm S. Baſilius in epiſt. 99. nov. edit. alias 187. ad Terentium comitem ſcribat de Theodoro Nicopolitano epiſcopo: *Non jam nos ad ſynodum vocandus judicavit.* Verum alia plane eſt hæc ſynodus ab eaquam collector ex Galano invexit; cenſet enim ſynodum hanc fuiſſe cui Baſilius interfuerit, eaque occaſione Euſtathium Sebaſtenum ab hæreſi revocaverit, ac denique eccleſiarum Armeniæ (quæ illi & Theodoto provincia ab imperatore Valente demandata fuerat) ſtatui providerit. Epiſcopis enim, eccleſiæ illæ propter incolarum diſcordias caruêre, Nam S. Baſilius in eadem epiſtola 99. refertur colloquium habuiſſe ſe cum Euſtathio antequam Nicopolim veniret. Cùm autem ab eo colloquio diſceſſiſſet victor ob Euſtathii orthodoxiam agnitam & approbatam, tunc ait conſuliſſe ſe Geraſium, agnum Meletii epiſcopi Antiocheni, ubi privatam congreſſionem habuit cum eodem Theodoto, cujus de ſe ſuſpicionem ob colloquium cum Euſtathio habitum amovit. Sed Theodotus nihilo æquiorem de ergo Baſilium protubuit; nam ad ſynodum illum ne vocaret abſtinuit, & venientem Nicopolim *ſic averſatus eſt*, verba ſunt Baſilii in eadem epiſtola, *ut neque ad matutinas preces, neque ad oblationi alium vouluerit aſſumere.* Hinc ergo diſcedens Baſilius venit Satalam Armeniæ minoris urbem, ubi *ait pacem compoſui cum epiſcopis Armeniæ.* Si quod ergo concilium tunc habitum eſt, illud certè Sataleæ conſtitutum; ſed in illo nihil de rebus Euſtathii, ſed de epocha *concilii Sardicenſis* &c. diſputatum eſt. Infuper agebat in oriente idem Euſtathius paulo ante Paſcha, ut indicat epiſtola 273. olim, nunc 89. S. Baſilii. Intra hoc tempus Romana illa ſynodus incidit. P. Garnier ſcriptam judicat epiſtolam illam 89. S. Baſilii *anno 372.* ante paſcha, ex quo fiet, ut Romana ſynodus in exitum facile anni præcedentis 371. referenda ſit. Hujus Romani concilii acta, confirmatum conciliam epiſcopi Antiochiæ admiſerunt & approbarunt, quam approbationem in ſynodica ſua ad Italos & Gallos expreſſerunt; hanc vero ſynodicam habes adjectam a Baluzio concilio Antiocheno anni 377. & refertur inter epiſtolas S. Baſilii num. 92. alias 69. Ideo verò Baluzius eo retulit, quod ageretur ſynodicam eſſe concilii anni 377. cùm tamen reipſa ſynodica ſit concilii anni 372. niſi per Sabinum, qui acta Romani concilii in orientem eodem anno 372. tulit, ſtatimque, ut videtur in occidentem, ut in eadem ſynodica legitur. Ex quibus omnibus conſtare arbitror concilium, quoddam Antiochenum anni 372. diſtingui oportere.

Poſt ſynodicam Romani concilii ſequitur in collectione Romana ſub hoc titulo prefixo, *Item ex parte dictorum Patrum*, fragmentum quoddam ſynodica (ut opinor) ad eoſdem orientales, in quo hæreſis Marcello Ancyrano attributa de *Verbo prolativo*, & Apollinaris de gradibus quibuſdam in Trinitate, ponendis damnatur, & reprobatur. Fragmentum illud deceptum puto ex ſynodica concilii Romani anno 377. celebrati. Id colligo ex verbis illis: *Quod ad removendas ut-ſtræ dilectionis ſpeſtas inquirat, nec frater noſter Dorotheus preſbyter explicare omnia, quæ vexatur prætermittit &c.* Dorotheus ille Romanum iter ſuſcepit anno 376. legatione fungens ab epiſcopis orientalibus ad occidentales, ad quos ſenſile literas S. Baſilii ad Italos & Gallos epiſcopos num. 243. olim 70. vulgatas, quas inter epiſtolas anno illo 376. ſcripras P. Garnier recenſet. Legationis hujus ſocium alterum habuit Sanctiſſimum, quocum eodem anno redifſe in orientem,

ANNO CHRISTI 372.

ANNO CHRISTI 372.

SYNODUS INCERTI LOCI IN CAPPADOCIA

Anno 372. habita.

ALiud eſt concilium hujus anni ignotum collectoribus, quod occaſione Baſilii celebratum eſt in Cappadocia in loco incerto. Cappadocia in regiones diſtincta geminas per Valentem imperatorem, Cappadociæ ſecundæ metropolis Tyana conſtituta eſt. Ejus urbis epiſcopus ex hac ſectione datum ſibi jus metropoliticum in urbes metropoli ſuæ ſubjectas contendebat. Baſilius vicißim ex civili divifione nihil ſibi detractum de eccleſiaſtico jure affirmabat. Orta hinc diſſidia, quibus componendis concilium in Cappadocium in locum incertum indictum eſt; quo inviratum ſe ſcribit S. Baſilius epiſt. 98. alias 259. Pax in eo facta ea conditione, ut epiſcopatus multiplicarentur, quod in eccleſiæ ingens commodum recidit, ut teſtatur S. Gregorius Nazianzenus orat. XX. Concilium iſtud anno 372. junio ceſſante, vel julio ineunte habitum ſenſent editores noviſſimi operum S. Baſilii in vita ejuſdem cap. XXIV.

DE CONCILIO ROMANO II. SUB DAMASO

DISSERTATIO.

ANNO 372.

INter ea quæ collectionem Labbeanam implent concilia, nullum eſſe aliud conſtat adeo & turbatum opinor, quam præſens hoc ſub Damaſo conciliam, quod ex pluribus ſub eodem pontifice habitis ſynodis in unum male conſertis arbitror conflare. Nihil vero mearum eſt partium quæ male conjuncta ſunt pro viribus diuidere, & ad ſuas ſingulas ſedes reducere. Id ſolum in hoc concilium nos damaſo, non invitus ego cum Pagio in annum 372. referrem, nihil enim obſtat quominus hæc omnia pars cenſeantur concilii, quod ab eodem pontifice anno illo 372. celebratum fuiſſe diſcimus ex epiſtola concilii Romani IV. anni 378. ad Gratianum, & Valentinianum, in qua Florentius Puteolanus ante ſex annos (utique in ſynodo) damnatus aſſeritur. Ex hoc Romano concilio literas hic apud Labbeum legendas datas admitto, quas encyclicas ad omnes catholicos epiſcopos miſſas fuiſſe puto, cùm eoſdem fere tenoris alias miſſe ſint ad Illyricos, alias ad epiſcopos orientales. Jubus literas detulit Sabinus diaconus, cujus nomen in calce exaratum literarum legitur. Qui Sabinus Romani concilii legatus prius quidem venit in *Illyricum*, deín petiit in orientem, ut ex epiſtola S. Baſilii 91. alias 324. ad Valerianum Illyricorum, ſeu Aquilejæ epiſcopum; & ex alia eiuſdem ad epiſcopos occidentales epiſt. 90. alias 61. diſcimus: Hanc Sabinum, quem miſimus ait S. Baſilius ab occidentalibus legatum vivo adhuc S. Athanaſio, ut colligas ex epiſtola 89. aliás 273. ejuſdem S. Baſilii, ipſum eſſe eumdem qui Sabinum diaconum & legatum, qui in literis illis concilii Romani legitur, exploratum eſt. Ex quo plane confirmatur Romani hujus concilii epocha. Venerunt, Baſilio jam Cæſaræ epiſcopo, quem anno 370. inclinante aſſumptum demonſtrat P. Garnier in vita S. Baſilii noviſſimæ editioni operum ſuorum præfixa. Victiſim S. Athanaſius anno 373. die III. maji obiit, ut prater receptam criticorum opinionem confirmat etiam anonymus chronologus rerum S. Athanaſii a Maffeio vulgatus, de quo ſatis in diſſertatione *de epocha concilii Sardicenſis* &c. diſputatum eſt. Infuper agebat in oriente idem Euſtathius paulo ante Paſcha, ut indicat epiſtola 273. olim, nunc 89. S. Baſilii. Intra hoc tempus Romana illa ſynodus incidit. P. Garnier ſcriptam judicat epiſtolam illam 89. S. Baſilii *anno 372.* ante paſcha, ex quo fiet, ut Romana ſynodus in exitum facile anni præcedentis 371. referenda ſit. Hujus Romani concilii acta, confirmatum conciliam epiſcopi Antiochiæ admiſerunt & approbarunt, quam approbationem in ſynodica ſua ad Italos & Gallos expreſſerunt; hanc vero ſynodicam habes adjectam a Baluzio concilio Antiocheno anni 377. & refertur inter epiſtolas S. Baſilii num. 92. alias 69. Ideo verò Baluzius eo retulit, quod ageretur ſynodicam eſſe concilii anni 377. cùm tamen reipſa ſynodica ſit concilii anni 372. niſi per Sabinum, qui acta Romani concilii in orientem eodem anno 372. tulit, ſtatimque, ut videtur in occidentem, ut in eadem ſynodica legitur. Ex quibus omnibus conſtare arbitror concilium, quoddam Antiochenum anni 372. diſtingui oportere.

Poſt ſynodicam Romani concilii ſequitur in collectione Romana ſub hoc titulo prefixo, *Item ex parte dictorum Patrum*, fragmentum quoddam ſynodica (ut opinor) ad eoſdem orientales, in quo hæreſis Marcello Ancyrano attributa de *Verbo prolativo*, & Apollinaris de gradibus quibuſdam in Trinitate, ponendis damnatur, & reprobatur. Fragmentum illud deceptum puto ex ſynodica concilii Romani anno 377. celebrati. Id colligo ex verbis illis: *Quod ad removendas ut-ſtræ dilectionis ſpeſtas inquirat, nec frater noſter Dorotheus preſbyter explicare omnia, quæ vexatur prætermittit &c.* Dorotheus ille Romanum iter ſuſcepit anno 376. legatione fungens ab epiſcopis orientalibus ad occidentales, ad quos ſenſile literas S. Baſilii ad Italos & Gallos epiſcopos num. 243. olim 70. vulgatas, quas inter epiſtolas anno illo 376. ſcripras P. Garnier recenſet. Legationis hujus ſocium alterum habuit Sanctiſſimum, quocum eodem anno redifſe in orientem,

ANNO CHRISTI 372.

constat ex epistola 255. alias 374. S. Basilii, ubi narrat optimè se repleri spe ob læta illa nuncia, quæ Sanctissimus ex oriente retulerat. Nihil ibi de reditu Dorotheo; quem tamen cum socio reversum confert P. Garnier. Cùm tamen Sanctissimus in fragmento synodicæ concilii Romani non appareat, & vicissim unus Dorotheus esse inferat; hinc mihi orta suspicio, num forte unus Sanctissimus redierit, Dorotheo interim manente Romæ. Ita enim ego rem totam concipio. Uterque legatus Romam venit anno 376. deploratis orientalis ecclesiæ rebus opem imploraturus. Post brevem moram Sanctissimus rediit in orientem, optimâque spe episcopos orthodoxos replevit; manente interim apud occidentales Dorotheo, ut quam spoponderant opem urgeret. Interim S. Basilius novis literis num. 263. alias 74. post actas occidentalibus gratias illos rogat, ut aliquid statuant in Apollinarium, cujus hæresim exponit; rogatque insuper ut anathemate damnent Marcellianistas, quorum pariter dogmata exponit. Epistolæ hujus objectum num. Damasum confeo, ejusque rei gratiâ synodum cogisse arbitror, cujus synodicæ fragmentum, in quo Marcelli & Apollinarii hæreses damnantur, synodo Romanæ anni 372. male assumi esse perspicue ex dictis intelligimus. Hæc est synodus Romana, quæ quarta dicitur sub Damaso, quam post Valentis obitum anno 378. Romæ a Damaso coactam author libelli synodici refert. Ego verò aliquanto citius, anno nempe 377. arbitror, cùm Dorotheus [illegible] aderat, ut ex fragmento anno 377. jam redierit, esse S. Basilio in epistola 266. alias 320. ad Petrum Alexandrinum. Sequenti anno 378. restituta jam ecclesiæ pace, post Valentis obitum concilium Antiochiæ coactum est a Meletio, cujus meminit author libelli synodici, addens anathema in eo dictum Marcello, Photino, & Apollinario. Ad concilium illud Antioche-

Anno Christi.

371. D
372.

Damasus Romæ concilium agit, ut Auxentium & Arianos damnet, cujus synodicam Sabinus Mediolanensis diaconus a concilio ablegatus ad Illyricos prius, dein in orientem defert.

Orientales episcopi Antiochiæ in concilium coeuntes, statuunt a Sabino synodicam excipiunt, & alteram Synodicam Sabino tradunt Damaso deferendam, quam synodicam legas inter epistolas S. Basilii num. 92. alias 69. Labbeus verò synodo Antiochenæ anni 377. vel 378. male tribuit.

375.

Synodus Romana sub Damaso, in qua Lucius Alexandriæ sedis invasor damnatus est, ut ex libello synodico constat; nihil verò de Apollinario est actum.

376.

Orientales legatos suos Dorotheum, & Sanctissimum Presbyteros Romam transmittunt, ut opem implorent.

Damasus literis suis quas Sanctissimus reduxerat in orientem attulit, illos solatur.

377.

S. Basilius novis literis apud illos instat, ut Apollinaristas & Marcellianistas damnent.

Damasum spectare arbitror anathematismos, qui ex Theodoreto in collectionem Labbeanam ad annum 372. translati sunt. Ibi verò lecta sunt decreta synodi Romanæ anni 377. cujus fragmenta inter acta synodi Romanæ anni 372. imperite referuntur; quæ Romana acta Antiochenses hujus concilii Patres numero hominum 163. subscriptione sua excepere et approbarunt; quæ pariter subscriptiones synodo Romanæ anni 372. inepte subiiciuntur. In eodem pariter Romano concilio damnationem illam Apollinaris & Theodori pronunciatam opinor, cujus meminit Damasus in epistola synodica ad orientales apud Theodoretum lib. 5. cap. 10. his verbis: *Quid depositionem Timothei a me demum pulsati, qui & hic judicio fidei Apollinice, præsente etiam Petro Alexandrinorum urbis episcopo depositus est ad eum magistro suo Apollinario?* Apollinarium nunquam antea damnatum nominatim credo Romæ, quàm anno 377. ut ex epistola S. Basilii 263. alias 74. supra animadversum est; nunc verò & præsens Romæ aderat Petrus Alexandrinus, quo præsente damnatus est Apollinaris; Petrus enim nonnisi habente eodem anno 377. rediit, ut ex epistola S. Basilii ad eundem Petrum facile intelligimus.

Ad synodicam verò hanc Damasi quod spectat, a continuni opinione, quæ datam tenet a synodo aliqua Romana anni 378. haud recedo.

At enim inter synodum Romanam anni 372. & alteram anni 377. nulla ne alia intermedia synodus reponenda est? Id forsè fortasse, ut ex synodo anni 377. synodus aliqua Romæ habiterur, quam Petrus Alexandrinus urserit, ut Lucio semoto depositoque ipse legitimus Alexandriæ episcopus assereretur. Nihil verò in ea de Apollinario damnando actum fuisse, contra authorem libelli synodici sentio. Atque hæc satis de chronologia Romanis & Antiochenis, de quibus schema chronologicum hic subdo.



ANNO CHRISTI 374. 375.

Anni Christi.

377.

A Damasus concilio Romæ coacto utramque hæresim condemnat, & synodicam, cujus 374. 375. fragmentum synodicæ concilii Romani anni 372. male affitur, ad orientales scribit, quam Dorotheus in orientem remeans, reddit.

378.

Meletius, restituta jam ecclesiæ pace, concilium ingens episcoporum 163. Antiochiæ cogit, in quo acta Romani concilii anni 377. recipiuntur, & a singulis episcopis subscribuntur, ac denique novis anathematismis utraque hæresis, additis etiam Photiniana, Eunomiana & Sabelliana, damnatur.

378.

Damasus concilium alterum Romæ habet, cujus ad orientales directam synodicam legas apud Theodoretum, & ex eo recitat Labbe inter epistolas Damasi num. 2.

ANNO CHRISTI 374. 375.

AD CONCILIUM VALENTINUM

Anno 374. signatum

Adnotatio chronologica, illustratio, ADDITIO.

Ex anno 374. ad 375.

VAlentinum concilium anno 374. Coss. Gratiano III. & Æquitio habitum in editis legimus. Sed in MSS. codicibus duobus apud Harduinum pro Gratiano III. legebatur *Gratiano IV. & Aequitio II.* cum vulgatis fastis non [illegible] Gratianus enim quartum consulatum cum Merobaude anno 377. egit. Verum qui annum 374. confecatus est annus 373. consules nullos fulit, quare in fastis ita adnotatur P.C. Gratiani III. & Æquitii. Hic forte annus designatus est a veteribus codicis hujus exscriptoribus qui nædi in eo quo utebantur exemplari, *Post consulatum Gratiani III.* perinde id valere tati sunt, ac si scribseretur *Gratiano IV.* Quæ mea conjectura synodum hanc indidam anno 375. ferret; idque penes me certum demonstrat dies, qua concilium coepit, nempe IV. idus julias, que fanè anno 375. non verò anno 374. in dominicam incidit. Die autem dominica concilia veteri ecclesiæ disciplina instituebantur.

In canone III. synodi hujus, *pœnitentiæ usque ad ultimi mortis subeuntur* il qui *ineffa lavatione*, nempe iterato baptismate *se* polluerint, qua sanctione per oculis habitos a Patribus hæreticos rebaptizantes arbitror. Qui enim ab hæresi resipiscebant christiani statim condigna facta exomologesi restituebantur, ut ex concilio, Alexandrino S. Athanasii anni 362. constat; qui verò ita errabant in fide, ut simul novo ab hæreticis baptismo tingendos se præbuissent, hos per totam vitam pœnitere canon Valentinus jubet.

Denique Valentini hujus concilii canones, in epitomen contractos, exhibet vetustissima illa canonum collectio, quam Lucensis M.S. codex nongentorum annorum, offert. Hanc verò, epitomem ut hic darem non unica ratio fuit. Primò enim cùm canones alios offerat nullos præter quàm qui in editis apparent; hinc non inepte colligimus, canones illos, quos tanquam ex Valentino concilio accepros Gratianus & Syo in fuis decretorum complexionibus laudarunt, ad aliud plane Valentinum concilium pertinere. Secundò & aliquanto diversum ab edito exemplar concilii hujus præ oculis habuisse epitomis hujus author apparet; cùm in canone II. puellas Deo devotas pœnitentiæ fuojiciendas fi vel nupserint, vel *adulteraverint*, edicat. Deest enim in editis illud: *Si adulteraverint*. Tertio denique canonis quinque in nostra hac epitome apparent, cùm quatuor tantum in editis. Pro canone verò V. accepit breviator noster verba illa quæ in editis cum reliquis canonis IV. continuatam lectionem formant: *Cùm omnis qui sibi fuerit martir catafa (morth) sollicet spiritalis, seu verè, seu falsè crimen sibi palam imputando*) *major homicida est*. Ex verbis illis norum canonem condidit breviator noster, & in aliam planè sensum redidit, quod five ab eo præsertim per incuriam, five eo quo usus est codice aliter repræsentante, planè ignoro.

EX CONCILIO VALENTINO

Sub die IV. Id. julias, Gratiano & Æquitio Coss.

I. Bigamus non ordinetur.

II. Puella dedicata fi maritum duxerit vel adulteraverit pœnitentiam agat.

III. Si quis sacrificaverit baptizatus usque ad mortem pœniteat.

IV. Episcopus, Presbyter, Diaconus fi confessus fuerit crimen fuum, deponatur, vel fi crimen sibi apposuerit.

V. De omnia peccata major est homicidium.

ANNO CHRISTI 377.

AD SYNODUM ROMANAM III.

Sub Damaſo, in qua anathematiſmi adverſus Apollinarium, aliaſque hæreticos prolati, Anno 377. celebratam

ADDITIO.

Anno 377. CUM MS. codicem meum, quo non raro feliciter uti contigit, conferlem, bono Deo propitio, deduces ſum ad anathematiſmos, qui ſynodo Romanæ III. ſub Damaſo anno 377. tribuuntur. Hos dum conferro cum editis, non ſine gaudio comperi plus aliquid in codice contineri, quàm in editis exhibetur. Eſt autem incrementum hoc fidei formula illa, quam Damaſus in epiſtola ad Paulinum Antiochenum ſe ad eum per Vitalem tranſmiſiſſe ſignificat his verbis: *Per ſtilum meum Vitalem ad te ſcripta direxeram . . . Unde fidem noſtram noſſemus non tam tibi, qui ejus fidei communione ſociaris, quàm his qui in ea ſubſcribentes, tibi, ideſt mihi per te volueriros ſociare:* Quid verò hæc fidei formula contineret, illidem pontifex deſignat addens: *Quapropter ſi ſuprædictus filius meus Vitalis & qui cum eo ſunt, ſi tibi voluerint aggregare, primum debent in expoſitione fidei ſubſcribere qua apud Nicænam pia patrum voluntate firmata eſt. Deinde ea hæreſia condemnanda; ideſt confitendus ipſa ſapientia, ſermo, filium Dei humanum ſuſceptiſſe corpus, animam, ſenſum, ideſt integrum Adam &c.* Ex quibus intelligimus, propoſitam a Damaſo formulam fidei a catholicis ſubſcribendam, primum Nicænam confeſſionem, dein adjectos in Apollinariſtas anathematiſmos comprehendiſſe. Id verò cum aſſis in noſtro codice deſcripti per omnia congruit; nam primò ſe offert Nicæna fides, dein ſuccedunt additamenta in Arianos & Semiarianos. Tum apparent verba illa, quæ in codice ſuo Juſtellus offendit: *Poſt hoc concilium Nicænum quod in urbe Roma concilium congregatum eſt &c.* ac tandem prodeunt anathematiſmi, quos Labbeus ex veteri codice Latino, & Theodoretus Græce in hiſtoria eccleſiaſtica lib. V. cap. II. dedit. Præfigitur in codice noſtro titulus: *Incipit de Synodo Nicæna ſcripta Papæ Damaſi ad Paulinum Antiochenæ urbis epiſcopum;* qui ſanè titulus & Theodoreto congruit, & cum epiſtola ad Paulinum ſupra laudata plane quadrat; cùm in ea Damaſus miſſile ſe per Vitalem cum fidei formulam ſcribar, quam a Catholicis ſubſcribendam ſtatuerat. Plæ ego epiſtola per Vitalem miſſa, quæ exordio ſuo hucuſque caruerat, nunc beneficio noſtri codicis, ſive integlior, ſive plane integra hic prodit.

ANNO CHRISTI 377.

INCIPIT DE SYNODO NICÆNA

Scripta Papæ Damaſi ad Paulinum Antiochiæ urbis epiſcopum.

B CRedimus unum Deum Patrem omnipotentem, & Filium ejus unicum, Dominum noſtrum, conceptum de Spiritu Sancto Jeſum Xptum Deum & Dominum noſtrum & Spiritum S. Deum non tres Deos, ſed Patrem, Filium & Spiritum S. unum Deum eſſe confitemur: non ſic unum Deum quaſi ſolitarium, nec eundem qui ipſe ſit Pater ſit ipſe & Filius, ſed Patrem verum, qui genuit Filium verum, ut eſt Deus de Deo, lumen de lumine, vita ex vita, perfectum de perfecto, totum a toto, plenum a pleno, non creatum ſed genitum, non ex nihilo ſed de Patre, unius ſubſtantiæ cum Patre; Spiritum verò S. Deum non ingenitum neque genitum, non creatum nec factum, ſed C Patris & Filii ſemper in Patrem & Filium coæternum veneramur. Unum tamen Deum, quia ex uno Patre totum quod Patris eſt, Deus natus eſt Filius. Pater Filium genens non minuit, nec minuſſe plenitudinis ſuæ Deitatem, totum autem quod Deus Pater eſt, id eſſe & Filium ab eo natum certiſſimè tenentes cum Spiritu S. unum Deum, piiſſimè confitemur.

Poſt hæc in noſtro codice iſta continuantur, quæ ad Damaſi tempora ſpectare arbitror.

D CRedimus Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum Dei Filium per quem omnia facta ſunt quæ in cœlis & quæ in terra, viſibilia & inviſibilia, propter noſtram ſalutem deſcendiſſe de cœlis, natum de Spiritu S. & Virgine Maria. Verbum eum factum, non amiſit quod fuerat, ſed cœpit eſſe quod non erat; non demutatum, ſed Deum permanentem, etiam hominem natum non putative, ſed verè, non aerium ſed corporeum, non fantaſmatum, ſed carneum, oſſa, ſanguinem, ſenſum, animam habentem. Ita verum hominem & verum Deum intelligimus ut verum Deum, verum hominem ſuiſſe nullo modo ambigamus confitendum; hunc eundem Dominum Jeſum Chriſtum adimpleſſe legem E & prophetas, paſſum ſub Pontio Pilato, crucifixum ſecundum Scripturas, tertia die a mortuis reſurrexiſſe, aſſumptum in cælis ſedere ad dexteram Patris, inde venturum judicare vivos & mortuos expectamus, in hujus mortem & ſanguinem mundatos, remiſſionem peccatorum conſequens, reſuſcitandos nos ab eo in his corporibus in eadem carnem qua natus & paſſus & mortuus, & reſurrexit. Et animas cum hac carne vel corpora noſtro (*ſic*) accipimus ab eo ad vitam

ANNO CHRISTI 375. 376. *Explicit.*

tam æternam præmium bonum meriti, aut ſententiam pro peccatis æterni ſupplicii. A

ANNO CHRISTI 375. 376.

tus S. Deus, & tres unum ſunt in Jeſu Chriſto: tres itaque formæ ſed una poteſtas. Ergo diverſitas plures facit; unitas verò poteſtatis excludit numeri quantitatem, quia unitas numeros (*ſic*) non eſt. Sic itaque unus Deus, una fides, unum baptiſma. Si quis verò hanc fidem non habet, catholicus non poteſt dici, quia catholicam non tenet fidem, alienos (*ſic*) prophanus eſt, adverſus veritatem rebellis eſt. *Explicit de fide catholica.*

ANCYRANUM IN GALATIA ARIANORUM CONCILIABULUM

Anno 375. coactum.

Anno 375. CUM Demoſthenes quidam, vir Chriſtianis ſacris addictus, Vicarius Ponti renunciatus, Arianis in primis faveret, fedre ſuæ concilium indixit in Galatiam, & forte Ancyram, urbem regionis illius principem. Meminit concilii hujus in Galatia S. Baſilius epiſtola 235. alias 269. ibique ejuſdem Hypſium Parnaſſenum epiſcopum, ejuſque loco ſubſtitutum Ecdicium Euippii Ariani hominis & epiſcopi alumnum, ſcribit. Addit accuſatum in eo coetu Gregorium Nyſſenum, milites ad ſe comprehendendum miſſos, vix effugiſſe. Denique eo venit & Euſtathius Sebaſtenus epiſcopus, nam S. Baſilius in epiſtola 226. alias 73. ſcribit *epiſcopum ſibimet Ancyræ* (utique concilii tempore) *in domibus* (pri- B vatis) *communionem eorum* (Arianorum) *amplexum fuiſſe*. A publica cum Arianis communione ideo ſe abſtinuit, quod ab illis ad miſſeretur repulſam habuerat, quippe qui recipere hominem nolebant, jam olim a ſuæ communionis epiſcopis depoſitum. Lege vitam S. Baſilii præfixam operibus ejus novedit. cap. 34.

Ejuſdem Vicarii operâ concilium aliud Galatarum & Pontieorum convenit Nyſſæ, in quo S. Gregorii Nyſſeni accuſationes moroſius C diſcuſſæ ſunt; *reus* judicatur abſens & deponitur. Lege literas S. Baſilii 237. alias 274. & 257. alias 72. Ambo hæc concilia ad annum 375. circiter pertinent.

AD CYZICENUM CONCILIUM

Anni 376.

ADNOTATIO CHRONOLOGICA.

Anno 376. DUM S. Baſilius literas habebat ad Patrophilum Ægeenſem epiſcopum, concilium hoc Cyzicenum novum erat & ante parum celebratum. Ita enim de illo S. Baſilius: *Nunc* (Græce *νυν*) *rurſus aliam* (fidei formulam) *Cyzici*. Literas verò illas dabat S. Baſilius, abrupta jam cum Euſtathio Sebaſteno communione. Novas vero inter utrumque epiſcopum ſimulates poſt annos XVII. a concilio Cyprano anni 360. natas idem, S. Baſilius in epiſtola CCLI. alias LXXII. ad Eva ſenos affirmat. Ex quo concilium Cyzicenum anno 376. circiter habitum, conficitur.

SYNODUS IN CAPPADOCIA

Anno 376. celebrata.

Anno 376. CUM S. Baſilius librum de Spiritu Sancto abſolviſſet, legendum illum approbandumque tradidit concilio epiſcoporum alibi forte in Cappadocia collecto. Lectum illum, & judicio omnium probatum ſingulis partes ſubſcriptione ſua munierunt. Id non obſcurè eruitur ex verbis hiſce ſynodi Chalcedonenſis de S. Baſilio: *accuratam de Spiritu Sancto doctrinam tradidit confeſſoribus per ſubſcriptionem petito conſenſu*. Concilium Illud doctiſſimus Tillemontius in vita S. Baſilii o tenebris eruit,

AD CONCILIUM ICONIENSE

Anni 379.

ADNOTATIO CRITICA.

Anno 379. AN idem fit cum isto concilium Iconiense, cujus meminit S. Basilius in epistola 202. alias 296. ambigo. Agendum in illo fuerat de urbe Ifauro, quæ provinciæ cognominis caput est, quam ab Iconiensi provincia subtractam Imperator Lycaoniæ adjunxerat. Quid in eo gestum sit ignoratur. Plane huic interfuisse S. Basilius ex eo deducitur, quod in epistola 216. alias 272. ipse testatur venisse se in Pisidiam, ut cum episcopis ea, quæ ad Ifaurię fratres spectant, componeret. Concilium iftud anno 375. celebratum est; quare vel illud quod ex Basilio legitur in Collectione Veneto-Labbeana & cum anno 378. componitur hæc referendum est, vel duo distinguamus Iconiensia concilia oportet.

ANTIOCHENUM ARIANORUM CONCILIABULUM

Anno 380. *coactum*.

Anno 380. EUzoio Antiocheno Arianorum episcopo fatis fundo, ejus factionis clerici Dorotheum Heracleæ in Thracia episcopum ad eam sedem transtulerunt; qui tandiu in urbe manit, quandiu Theodosius imperator, deviis Scythis ac Gothis, victor Constantinopolim ingressus est anno 380. Tunc verò *imperiali lege* eodem anno VIII. Kalend. Decembris lata, facultate Arianis pulsis, ecclesiæ orthodoxis restituta sunt. Quare & Dorotheus cum cæteris partis hujus episcopis Antiochia pulsus in Thraciam remeavit. Tunc verò Arianus clerus præventibus Asterio *collecto concilio, cui etiam nonnulli ex vicinis episcopis interfuerunt, ad Eunomium eosque qui cum illo erant miserunt, communionem eorum postulantes*; quæ ab illo non alia conditione promissa est, quàm ut simul damnationem Ætii, ejusque libroruni olim ab illis renunciatam retractarent. Quod cùm illi detrectassent, pax nulla coaluit. Hæc Philostorgius. X. num. 1.

ITALICA SYNODUS FORTE ROMANA

Anno 380. *habita*.

Anno 380. SYnodi hujus fit mentio in epistola II. concilii Italiæ anni 381. post Constantinopolitanum generale ad Theodosium imperatorem. Narrant in ea Patres Maximum Cynicum ex episcopali solio Constantinopolitano dejectum in Italiam confugisse, causamque suam ad judicium Romani pontificis detulisse. Pro fe cum pezorasset *in concilio super habito*, ajunt Patres, *nihil habuimus in quo de episcopatu ejus debitare possemus . . . . quia revera attendebamus Gregorium* (Nazianzenum) *regnantem secundum traditionem patrum Christus ecclesiæ fidei sacerdotium vindicare*. Hæc ergo synodus tunc habita est, cùm S. Gregorius nondum regix urbis episcopatu se demisisset, quod in concilio Cpnano anno 381. præstitit; ex quo concilium hoc Italiæ Constantinopolitanum præcessisse oportet.

AD CÆSARAUGUSTANUM CONCILIUM

Anni 380.

ADNOTATIO CHRONOLOGICA.

Anno 380. COncilium istud, quod ætæ 418. in Collectione Labbeana adnotatum, annum exprimit Christi 380. idem ipsum censetur Cæsaraugustanum, in quo Priscillianum cæterosque ejus sectatores damnatos Severus Sulpicius hist. eccles. lib. 2. testatur. Nec merito inficiari quis posset canones hujus synodi, qui in eadem Collectione extant, Priscillianistarum hæresim impetere; sed & merito suspicari possemus, num idem fit Cæsaraugustanum in quo Priscillianus, cæteriquc damnationis hæresiarchum tulerunt. Neque enim in Actis illis de Priscilliano & fautoribus ejus episcopis quidquam legitur. Insuper concilium istud in quo Priscillianus sententiam tulit, aliquanto citius anno 380. celebratum fuisse tota rerum Priscillianistarum series demonstrat. Narrat enim Sulpicius post latam a concilio damnationis sententiam in Priscillianum, qui fedite ejus favebant, episcopos ad gradum episcopalem oppidi Labilensis (Abulæ) promovendum illum censuisse. *Tum ipse*, addit, *Idatium atque Ithacium* (Priscilliani infectatores perpetui) *post multa & fæda eiusmodi a Gratiano tum imperatore repertum, qui tamen hæc portenta expelli extra omne terræ solum jubebant*. Secundum hæc Priscillianus cum suis Romanam terrestri itinere viam aggressi sunt, per oppida fabulas jactantes, ut in hæresim incautos allicerent. Cùm ad Urbem pervenissent, ne in Damasi quidem conspectum admissi sunt. Bandem repulsam ab Ambrosio, ad quem se contulerant, Mediolani sunt passi. Verso igitur consilio, restitutionem, suam a principe impetrare tentarunt, corruptoque Macedonio, *tum magistro officiorum*, ut Italiam ab ecclesia sua pellerent, trepidumque compulerunt, ut in Gallias ad Gregorium præfectum aufugeret. Nec ita Priscillianitæ quieverunt, nam & *Macedonii*, tunc pariter *magistri officiorum*, authoritate obtinuerunt, *ut Ithacium tam Treveris agentem ad Hispanias* (ab Hispanianum Vicario judicandum) *revocarent*. Ita Severus lib. 2. cujus restimonio compertum est Macedonium summum hæreticorum patronum hæc omnia *præstitisse*, cum adhuc *magistri officiorum munus gereret*; & qua dignitate dein ad aliam *comites sacrarum largitionum transfivit*, ut Gothofredus in Notitia dignitatum codicis Theodosiani censuit, nam eundem esse Macedonium comitem S. L. opinatur, ad quem data lex est Gratiani & Valentiniani *de appellatione*. in cod. Theodof. signata XV. Kalend. aprilis anni 381. Hanc verò dignitatem *comitis* S. L. obtinuisse Macedonium fundum jam altera magistri officiorum ex eo conflat, quòd S. L. comes pexe magistro officiorum esset illustrior; unde in leg. 2. *de his quæ ex pub. collat.* comites illi *Sublimium potestatum* superbo titulo decorantur, quod de magistro officiorum nufpiam legimus. Hanc etiam Macedonii ex una in alteram dignitatem translationem designare Severus videtur, cum de Macedonio agens tradit illum *tunc* cùm hæc omnia pro hæreticis molliebatur, *magistrum officiorum* egisse; quæ particula *tunc* aliam dein ab illo obtentam dignitatem indicat, quò nondum perveneral cùm hæc agerct. Quæ si admiserimus, illud *primo* explicatum fit, Macedonium *tunc* nempe anni 381. quo lata lex est de *appellatione*. in codice Theodosiano, Magistri officiorum munus jam demisisse, fi damnationis 380. die IV. non. octobris celebrato latam adniteterat, intra nimis angustum tempus, & assumpto ejus ad episcopatum, & Romanum, ac Mediolanense iter, tum & reditus ejus in Hispanias, ac Idacii exulatio in Gallias ejusque revocatio in Hispanias coarctandæ efficax. Cùm hæc omnia a Macedonio adhuc officiorum Magistro gesta Severus affirmet. Alterutrum igitur inferius oportet, sive Concilium illud Cæsaraugustanum, quo Priscillianus damnatus est, istorum fuisse, & aliquot annis antiquius eo, quod legitur in collectione; sive concilium illud, si unum idemque cum illo asseratur, annum 380. uno vel altero anno præcedisse. Anno præcedenti 379. forte adscribendum suadet authoritas S. Prosperi in chronico, qui exordium Priscillianistarum consulibus anni illius affignat.

CONCILIUM ROMANUM

Anno 381. celebratum.

SEd & aliud Romæ concilium convenit anno sequenti 381. post concilium Aquilejense eodem anno septembri mense habitum, cujus mentio est in synodica concilii CPtani anni 382. in qua scribitur concilium Romæ convenisse, & ab eo literas ad imperatorem post concilium Aquilejense datas fuisse. Ad hoc concilium pertinere arbitror epistolam illam synodicam, in qua de priori Italiæ concilio in causa Maximi agitur; cujus epistolæ superius ad Concilium Italicum anni 380. meminimus.

CONCILII CONSTANTINOPOLITANI I. GENERALIS CANONES

Ex versione quadam antiquissima.

EDITORIS PRÆFATIO.

Anno 381. VEtus codex noster Lucensis inter plura quæ ad collectionem hanc adornandam nobis suppeditavit adjumenta, illud etiam non spernendum dedit, quod veterum Græcorum conciliorum interpretationes antiquas, ab iis plerumque diversas quæ in collectionibus Dionysii, & Isidori legantur, contulerit. Has enim versiones usibus ecclesiæ Latinæ serviisse antiquitus antequam Dionysius suam adornaret, & quæ Isidori mercatoris dictitur innotescerent, ex eo colligo, quod geminis illis jam evulgatis, & passim ab ecclesiis acceptis, vix excogitari posset ratio, cur novæ interpretationis deinde laborem quidquid aliquis adhibuisset, quidquid etiam subtilissima versio in veteribus codicibus ab illis duabus diversa occurrat, hanc dare & reciperatorem post concilium Aquilejense datas fuisse. Ad hoc concilium pertinere arbitror epistolam illam synodicam, in qua de priori Italiæ concilio in causa Maximi agitur; cujus epistolæ superius ad Concilium Italicum anni 380. meminimus.

ecclesiastica esse judicandum est. Eo igitur consilio hanc exhibeo, præsertim huic editioni pretium adjungente incremento illo quod signatur titulo canonis V. cum vera nihil sit aliud, quàm versio alia canonis, qui hic tertius admodatur. Sed plane diversa est ab isto, & quantum arbitror ex textu quodam a Græculo posteriori ætatis interpolato. Nam, barbariarum ecclesiarum ordinationes non quidem ex canonum regulis administrandas, ut habet genuinus canon CPtanus, sed ad nutum & dispositionem ecclesiæ CPtanæ præcipit. Quod satis congruit cum opinione illa Græcorum, qui seculo nono Bulgaros recens conversos à fide CPtana, non verò è Latina petere episcopos volebant.

INCIPIUNT TITULI CANONUM CONSTANTINOPOLITANENSIUM.

I. NON transgredi fidem Patrum centum & octo, qui in Nicæa Bithiniæ convenerunt, sed manere eam firmam & dominam censemus, & anathematizari omnem hæresim, ideſt Eunomianorum, Arianorum, & Semiarianorum, Spiritu Sancto aversi, & Sabellianorum, & Marcellianorum, & Photinianorum.

II. *Qui debeantur Ægypto, Antiochiæ, & Constantinopoli.*

Ut extra terminos non ingredere alienos, neque confusionem facere ecclesiis, sed secundum canones observare, ut Alexandrinum quidem episcopum quæ in Ægypto sunt gubernare, servatis quæ in Nicænis canonibus primatus Antiochenæ ecclesiæ, & Asiæ gubernationis episcopi qui per Asiam sunt parrochias solum gubernare: qui verò sunt Pontici Pontice tantum, qui sunt Traciæ Traciarum solum.

Non vocatus episcopos super Parrochiam alienam non debere ingredi ad ordinandum, aut pro aliquibus aliis gubernationibus ecclesiasticis, fervato quod scriptum de parrociis canone & constitutum, & ut per singulas provincias provinciæ synodus gubernet, secundum ea quæ in Nicia constituta sunt. Quæ autem in barbaricis gentibus sunt ecclesiæ Dei ita gubernari oportet, secundum quod obtinuit a Patribus confuetudo. CPtanum autem episcopum habere primatum honoris post Romanum episcopum, propterea quod urbis ipsa sit junior Roma.

IV. De Maximo Cynico & adversus ejus iniquitates, & delubra ejus quæ CPim facta sit in omnibus placuit, ut neque Maximum episcopum fuisse aut esse, neque ipsos qui ab eo ordinati sunt in quocumque gradu clericorum, vel quolibet facta sunt infirmata esse censemus.

V. De primatu ecclesiæ CPem S. Synodus dixit ubique sanctissimorum Patrum termini subiecentes, & quem nunc legimus canonem CL. reverentissimorum

rum episcoporum, qui congregati sunt in hanc regiam civitatem cognoscentes, hæc censuimus de primatu S. ecclesiæ CPtnæ junioris Romæ, qui sedis magnæ Romæ pro eo quod regnaret, Sancti Patres statuerunt ei primatum; ita nunc & nos in hoc constituimus firmantes venerabiles CL. primatum reddimus juniori Romæ, rationabiliter judicantes, ut regno & senatu honorificatur civitas, obtineat & firmitatem primatus, secundum magnam Romam, & in ecclesiasticis causis magnificam eam esse sicut & Romam, & secundam post eam esse. B

censemus. Et ut Ponticam, & Asiam, & Traciam gubernationem Metropolitani habeant etiam qui in Barbaricis sunt episcopi a sede suprafcripta parrochias eis ordinentur, & ut singulum Metropolitanum parrochiam cum provinciarum episcopis ordinent episcopum, sicut divini canones censuerunt manuum impositione, aut ecclesiæ dictum est a Metropolitanis episcopis fieri debere.

Electione autem facere secundum consuetudinem ad eos referre oportet. *Et subscripserunt.*

AD SYNODUM ROMANAM SUB DAMASO QUINTAM, ET AD CONCILIUM CPTANUM II.

ADNOTATIO CRITICA ET CHRONOLOGICA.

Anno 382. MIrè hæc omnia confusa sunt in Collectionibus; primò enim synodus Romana V. sub Damaso post obitum Gratiani celebrata ex libello synodico affertur. Dein succedit synodus CPtana II. altero post concilium oecumenicum anno 382. coacta, ut constat ex ejus synodica ad Damasum, malè inter acta oecumenici concilii relata, quæ de re Baronius ad annum 382. fusè agit. Postrio denique additur sub hoc titulo: *Idem concilium CPtanum &c.* concilii CP. *Meminerunt de iterum & Saturnino*. Conf. anno nempe 383. coacti historia. Ambages itæ sic extricantur. Altero post concilium Constantinopolitanum oecumenicum, anno nempe 382. Orientales ab imperatore invitati CPlim convenerunt, unde synodicam per allegatos è suo cœtu episcopos miserunt ad Damasum & cæteros episcopos occidentales, quam synodicam excusam præpositere inter acta C concilii oecumenici legimus. Sequenti anno 383. Merobaude iterum & Saturnino Coss. teste Sozomeno l. 5. cap. 12. junio mense orientalibus episcopis cum præcipuis aliis singularum ecclesiarum episcopis indictum est Constantinopolim, ut in synodo de veritate fidei Orthodoxæ disputaretur. Hujus forte synodi synodica; quæ bodie intercidit, ad Damasum scripta est; & ipse vicissim Damasus, forte post trimestre, Gratiano jam defuncto, synodo Romæ collecta, cujus meminit author libelli synodici, ea quæ pro catholica fide statuta fuerunt Constantinopoli confirmavit, & synodicam ad orientales dedit. Ita rebus compositis, non unicum, sed duplex Constantinopoli concilium per duos consequentes annos 382. & 383. celebrata, & alterum Romæ anno 383. habitum, distinguenda sunt. D

SYRICIUS PAPA

Sedit ab anno 385. usque ad 398.

AD TREVIRENSEM SYNODUM

Animadversio chronologica.

Ex anno 386. in anno 387. TRevirensem synodum in annum 386. Labbeus rejecit. Venerus editor annum 384. emendat. Cum enim, ait, Sanctus Martinus a concilio illo annis inde 16. vixerit, teste Severo Sulpicio; idemque demum obierit anno 400. ut & nuperus editor operum Sulpicii Severi P. de Prato demonstrat, ex E hac profecto fappuratione annus 384. plane refultat. Sed in annum sequentem 385. Trevirense revocare cogit authoritas S. Prosperi in chronico, qui Priscillianæ fuppliciam sub consulibus anni 385. collocat. In synodo verò Trevirensi Ithacius reus jam diêtus procuratæ necis illius absolutus est.

AD CAR-

ANNO CHRISTI 389.

AD CARTHAGINENSE CONCILIUM

Anno 389. consignatum

ADNOTATIO CHRONOLOGICA.

Ex anno 380. ad annum 386.

CUm Syricius papa in Romano concilio anni 386. post consulatum Arcadii & Bautonis canones quosdam ad ecclesiasticam disciplinam pertinentes statuisset, synodicam edidit ad Africanos legendam inter epistolas Syricii num. IV. in qua & canones reliquos concilii inferuit, tum præcipue de levitarum & sacerdotum continentia sanctionem urfit. Hæc recepta epistola Africani patres in concilium convenientes sanctionem eandem de continentia levitarum & sacerdotum novo canone firmarunt, eundemque deinn canonem concilii Carthaginiensis patres sub Genethlio episcopo, tanquam a praeterito concilio latum approbarunt. Ex quo non inani conjectura deducas, cum De Marca. differt. de Veter. Collection. canonum cap. 5. concilium illud, quod Carthaginiense sub Genethlio præsedit, eodem ipso anno 386. quo & Romanum januario mense ejusdem anni celebratum, convenisse.

LEPTENSE CONCILIUM IN AFRICA

Circa tempora Syricii papæ anno circiter 386. celebratum.

Anno 386.

INter Syricii epistolas apud Labbeum quarta ad episcopos per Africam data VIII. Id. Januarii Arcadio & Bautone Coss. ineit anno 386. leguntur canones, quos pontifex a se editos in Romano quodam concilio testatur. Ex his canonibus octo leguntur apud Ferrandum in breviario canonum, qui illos desumptos ex epistola Syricii, & in concilio Zellensi vulgatos scribit. Verum in codice nostro MS. in quo canonum breviatio est alia ab ea quam Ferrandus dedit, omnes illi canones quotquot in epistola Syricii leguntur iisdem pene verbis, nullo, qui fuisus in Syricio exprimitur, decurrunt sub hoc titulo: *ex synodo Leptensi*. Hanc porro lectionem genuinam esse & optimam judico, ratus in synodo non quidem Zellensi, sed potius Leptensi canones illos adoptatos, vulgatosque fuisse. Amice quidem Zelle, & Leptis urbes erant in Africa, sed priorem illam jamdiu ante hanc ætatem eversam dejectamque fuisse notat Strabo Geogr. l. 17. Vicissim autem Leptæ geminæ erant urbes episcopales, quarum altera major in Tripolitano tractu jacebat, altera vero minor. In alterutra ergo ex his urbibus concilium hoc celebratum est, cujus canones ex epistola Syricii desumpti sunt, & nos ex breviario nostro MS. damus.

EX SYNODO LEPTENSI.

I. Sine fede apostolica, ideft metropolis nullus ordinetur episcopus. PluriFerrat. can. IV. morum episcoporum sententia teneatur.

II. Ne unus episcopus episcopum ordinare præsumat.

III. Post remissionem peccatorum cin- Ibid. can. III. gulum militiæ si præsumpserit, in clero admittatur.

IV. Viduam clericus non ducat uxo- Ibid. can. rem.

V. Laicus qui viduam duxerit uxo- Ibid. can. rem non admittatur in clero.

VI. Clericum alienum nullus audeat ordinare.

VII. Abjectum clericum alter non su- Ibid. can. scipiat.

VIII. Venientes ad Novatianos, vel Ibid. can. Montensibus per manus impositionis susceipiantur.

IX. Levites, presbiteri, diaconi, epis- Ibid. can. copi cum uxoribus non misceantur.

AD CONCILIUM CAPUANUM

Anno 391. habitum

CHRONOLOGICA ANIMADVERSIO.

Anno 391.

DE anno quo synodus Capuana celebrata est, nihil certi traditur ab antiquis. Tillemontius adnotatione 41. ad vitam S. Ambrosii, non inani perfuasus conjectura putat, nonnisi exeunte anno 391. convenisse. Narrat enim Theodoretus lib. 5. cap. 23. Theodosium, cum primum occidente relicto venit in orientem, acciisse Flavianum Antiochiæ episcopum, ac venienti mandasse, ut adtum is Romam, vel in occidentem conferret, quò cum stimulo Evagrio coram patribus illis de componenda re Antiochena tractaret. Verùm tanta constantia imperatoris mandata detrectasse Flavianum, addit Theodoretus, ut imperatorem ipsum admiratum episcopi firmitatem in fuas partes retraxerit. Atque eò forte spectasse censet Tillemontius S. Ambrosium, cùm in epistola ad Theophilum Alexandrinum scribit, Flavianum literis imperialibus præmunisse fese, ne judicio

ANNO CHRISTI 397.

dicio synodi Capuensis parere cogeretur. Ex quo illud consequitur Capuanam illam synodum tunc habitam, postquam Theodosius in orientem profectus est, quò eum venerit anno 391. labente, ut ex legibus codicis Theodosiani constat, hinc synodum Capuanam ex anno 389. ad exitum anni 391. promoveri oportet.

Hinc pariter inferas Theffalonicensem synodum, quo cauta Bonosi episcopi Sirmiensis, vel Naissitani in Dacia a Capuana synodo remissa est, ex anno 390. cui in Labbeana collectione illigatur, ad annum saltem 391. vel potius ad sequentem 392. revocandam esse.

ANNO CHRISTI 397.

AD CONCILIUM TAURINENSE

Anno 397. ut fertur habitum

ADDITIO ET ADNOTATIO CHRONOLOGICA.

Ex anno 392. ad annum 401.

Concilii hujus epocha ab antiquis signata, a nulla superest. Sed cum in epistola Zosimi papæ, de qua Simondus in notis ad eandem synodum, edita in Collectione Veneto-Labbeana tom. II. pag. 1283. ea tempore habitum legatur, quo Briciui, S. Martini successor, Turonis præerat, & simul etiam constet decessisse S. Martinum anno 400. novembri mense, ut Sulpitius Severus in vita, & Prosper in notissima editione operum Sulpicii Severi to. I. Dissert. III. hinc recte inferat Gallicanos sftos patres non prius anno 401. Kal. octobris (hanc enim diem præfert concilii ejusdem præfatio) convenire potuisse.

Hinc manus Rotensis Archiepiscopus, facuti IX. scriptor celebrati, epistolam eandem, quam ea ad Gallicanum episcopum scripsit, adjecit ex conciliis, SS. Patribus, Legibusque petitis, inter quæ hic decretum, vel potius gemina hæc decreta in unum conjunctæ ex concilio Taurinensi cap. IX. & Aquileiensi cap. XV. dedit, quæ hic subjungere, si forte ad contextum hoc pertinuerint, visum est.

Si peccaris agentibus contigerit post obitum alicujus sancti (*nota phrasim in canonibus concilii Taurinensis recurrentem*) episcopi, ut annuat tranleat antequam substituatur in civitate ipsa, unde decesit, episcopus alter; quia hoc munus præsidere debent Metropolitani, ne ultra mensem, vel mediu plus tren sine pastore vacua remanaat civitates; placuit nobis, ut absque modo culpetur Metropolitanus pro tanta negligentia, fua, & clerus, ac populus, eo quod falutis memor non fuit, ut ad Metropolitanum pecituras episcopum accurreret; & deinde ordinetur episcopus. Si autem ipfi de fe talem non habuerint, aut providere sibi & eligere voluerint Metropolitano neglexerint, tunc judicio & potestate sua electa apta persona, Metropolitanus cum aliis episcopis ordinet, & faciat episcopum, ne plebs Dei fine pastore fit vacua, & facultates ecclesiæ dispereant. Si tunc presbyteri, aut majores civitatis non acquieverint, ut rebelles anathematizentur.

AD CONCILIUM CARTHAGINIENSE III.

Cæsario & Attico Coss. anno 397. celebratum

ADNOTATIO APOLOGETICA.

Anno 397.

IN hoc concilio plana sunt omnia, nisi ex ceteris synodicum Musonii Byzacenæ primatis, quam Scheltratres vir cl. interpolatam esse, his argumentis perfuasus censet. I. Synodica hæc tribuitur concilio III. Carthaginiensi, quod in ipso latim epistolæ exordio fese offert, ita enim ordiitur: *Dum in Carthaginiensi urbe convenissemus &c.* Idemque insinuat Aurelii Carthaginiensis episcopi nomen in hac epistolæ fronte & in subscriptione expressum. Sed & ex eadem quoque epistola constat, concilium a quo data est, in Byzacena provincia convenisse: *Hæc communi concilio per universam provinciam Byzacenam in notitiam deducenda* censuimus. Huic vero Byzaceno concilio Aurelius plane non adfuit. Cur igitur in fronte & in fine epistolæ legitur? Hæc profecto Scheltratris argumenta interpolationem aliquam egregiè demonstrant; fed facili negotio genuina ab intrusis fecernuntur. Fateor ego quidem epistolam datam esse a synodo Byzacena cum adjuncta Hipponensium canonum epitome. Hanc verò fynodicam cum adjuncta canonum epitome Musonius Byzacenus, vel fecum ipse, vel per legatos provinciæ fuæ detulit ad patres Concilii Carthaginiensis Cæsario & Attico Coss. celebrati, idemque concilium per totam Africam probavit atque evulgavit. Id produnt acta ejusdem concilii in codice canonum Africanorum legenda: *Literæ fratrum nostrorum Byzacenorum & breviarium quod eidem epistolæ adjecerunt &c.* Cùm igitur fynodica illa cum adjecta epitome a concilio Carthaginiensi adoptata & promulgata esset, idem nomen concilii Carthaginiensis potius quam Byzaceni illi præmittere visum fuit. Sicut & ex lege Africanæ ecclesiæ folenni, de qua in codice Africano can. 85. scriptum illud a concilio vulgandum, Aurelii tamquam concilii præsidis nomine exhibendum & subscribendum fuit. Hæc eft igitur tota fynodicæ Byzacenæ interpolatio, quæ nulli alteri quam patribus concilii Carthaginiensis debetur.

Col-

ANNO CHRISTI 397.

Collectio noſtra Lucenſis concilii cujuſ-
ſtam Carthaginienſis canones excerptos &
in epitomen redactos offert, quod ego
concilium ad tertium Carthaginienſe,
non alia perſuaſus ratione reduco, niſi quod
canones quos exhibet in eodem tertio con-
cilio ſanciros fere omnes reperio. Ceterum
neque conſules neque menſis adnotatio cum
tertio Carthaginienſi fatis congruit. Quo
enim loco Carthaginienſe III. habitum ſcri-
bitur *Cæſario & Attico Coſſ. die Kalend. Sep-
tembris*, collectio noſtra ſtatuum hunc ex-
hibet: *Ex ſynodo Carthaginienſi Africæ ſub
idibus Auguſtarum Conſulatu Cerani.* Cetera-
nus iſte conſul plane ignotus eſt. Fieri ta-
men potuit, ut imperitus librarius pro *Cæ-
ſari* quod ſcriptam in vetere libro repere-
rat, *Cerani* expreſſerit. De menſe vero obſci-
rantium Libratii ejuſdem ſuſpicari pergamus
arduum eſt. Sed & non ardua eſt utriuſque
conciliatio, nam ex codice eccleſiæ Africa-
næ conſtat concilium hoc VI. Kalend. Julias
coepiſſe; quare cum ex ipſius ſynodi, prout
in editis, inſcriptione uſque ad Kalend. ſe-
ptembris perſeveraverit, patet utique ipſis
Auguſti idibus aliquam ejus ſeſſionem haberi
potuiſſe. Utcumque ſit, integrum ſynopſim,
prout exhibetur in MS. codice dandam cen-
ſui, admonito prius lectore anonymum il-
lum, qui hanc colleſtionem adornavit, non
omnes quidem conciſili hujus canones, at ſe-
lectos tantummodo dediſſe, ut ex numerali
nota, quam ſingulis hiſce canonibus appoſuit,
intelligimus. Juvat illud, quod ſæpe mo-
nui, rememorare, barbaram eſſe ſcriptoris
& ab imperito conciſam ſtylum. Interdum
mente ipſa concipiendi ſunt canones, non
perſtare, ut ex ejus verbis nullus aptus ſen-
ſus eliciatur. Quanquam ex hoc ejus labo-
re, inepto licet, illud commodi retrahitur,
quod canones quoſdam habeamus, alias
ignotos; aliorum additamenta quandam oc-
curant in editis non legenda. Ut autem
commodior eſſet editio hæc noſtra, ad mar-
ginem ſingulorum canonum indicavimus ca-
nones illos conciſili III. Carthaginienſis, qui
eum iſtis conveniunt.

EX SYNODO CARTHAGINIENSI AFRICÆ

Sub Idibus Auguſtarum conſulatu Ceraui.

I. Liceat epiſcopo Presbytero filium
ſcribere.

V. Appellet Epiſcopus judicium Epi-
ſcoporum, & Romanus audiat. *a*

X. Licet Presbytero, vel Clerico ap-
pellare judicium proprii Epiſcopi, & in
Concilio audiatur. *b*

XVIII. Epiſcopus Presbyter Diaco-
nus ab uxoribus continentes ſint. *c*

XIX. Omnis clerus pudicitiam ob-
ſervet. *d*

XX. Cupiditas & avaritia non ſit in
Clerico, nec tollat unus alterius præ-
dia. *e* Nullus contra Prophetas, vel E-
vangelia faciat. *f*

XXI. Presbyter chriſma, aut con-
fecrationem puellarum non faciat, nec
reconciliet. *g*

XXII. In neceſſitate abſente Epiſcopo
Presbyter reconciliet. *b*

XXIII. Paſſim accuſator non reci-
piatur.

XXIV. Criminoſus accuſator non-
fit, i nec minor perſona majorem ac-
cuſet. *k*

XXV. Excommunicatum alterius al-
ter non recipiat. *l*

XXVI. Excommunicatus alter non
recipiat; quod ſi exceperit excommu-
nicetur. *m*

XXVII. Non licebit Presbytero ex-
communicato altaria erigere, vel ſacri-
ficare. *n*

XXVIII. Presbyter correptus a vici-
nis Epiſcopis audiatur. *o*

XXIX. Epiſcopus a duodecim Epi-
ſcopis audiatur, Presbyter a ſex, Dia-
conus a tribus. *p*

XXX. Minus de tres Epiſcopos non
ordinet Epiſcopum, nec ſine Primate. *q*

XXXI. A quinque audiatur Presby-
ter, & Diaconus a tribus. *r*

XXXII. Clericus ſi ad judicem pu-
blicum fuerit, deponatur. *s* Filii facer-
dotum in expectacula non vadant. *t*

XXXIII. Epiſcopus, Presbyter, Dia-
conus conductor, & negutiator non ſit. *u*

XXXIV. Clericus aut uxorem ducat,
aut profiteatur in caſtitate manere. *x*

XXXV. Nullam rem in duplo cleri-
cus det. *y* Diaconus aut devota ante-
viginti quinque annos non ordinetur,
vel conſacretur. *z* Lector populuni non
ſalutet. *a*

XXXVI. Clericum alienum alter non
accipiat. *b*

XXXVII. Ad paſſim Clerici, vel con-
tinentes ad virgines vel viduas non in-
grediantur. *c*

XXXVIII. Abſque transeuntes nullus
manducet in Eccleſia. *d*

XXXIX. Pœnitentem non reconciliet
Presbyter ſorſitan in neceſſitate. *e*

XL. Virgines facræ abſque (*ſuppl.
parentibus*) Epiſcopo, vel Presbytero
cuſtodiri ordinentur. *f*

XLI. Clericorum cauſa Epiſcopus, vel
Presbyteri audiant. *g* In aliena civita-
te non morentur. *b*

XLII. De Donatiſtas in clero non
promoveantur. *i*

XLIII. Tres eligantur, & unus ordi-
netur Epiſcopus. *k*

XLIV. In Dioceſe proprium habeant
Primicerium. *l*

XLV.

ANNO CHRISTI 397.

XLV. Ut quiſque ſicutiri erit in in-
fantia ſibi vindicet. (*ſic*)

XLVI. Epiſcopus cui abundat Cleri-
cus alteri det. *a*

XLVII. Nullus alienam Dioceſem tol-
lat abſque voluntate Epiſcopi ſui. *b*

XLVIII. Quando ordinatur Epiſco-
pus vel Clericus, Canones recitentur. *c*

XLIX. Mortuo Eucariſtia non detur,
nec mordios (*manu antiqua corrigitur*
mortuus) baptizetur. *d*

L. Annis ſingulis concilius fiat. Pri-
matus de ſua Dioceſe binos aut ternos
Epiſcopos in Concilio dirigant. *e*

LI. Quis baptizatus (*forte* non eſt)
baptizetur.

LII. Clericus cauſam dictam & judi-
catam poſt annum non repetat. *f*

LIII. Clericum, *g* vel Monachum *b*
alienum non liceat accipere. *i*

LIV. Nullus Epiſcopus hæreticos, vel
paganos hæredes dimittat. *k*

LV. Secundum ordinem unuſquiſque
Epiſcopus humilis ſit alteri. *l*

LVI. Nulli liceat conjugatos ſeparare;
quod ſi fecerint, alios, vel alias non ac-
cipiant, ſed pœniteant. *m*

LVII. Excommunicatus non recipia-
tur accuſator. *n*

LVIII. Servi, liberti in propriis do-
minis non recipiantur. Qui accuſaverit,
& nulla crimina diverſis partibus probaverit, catera non creduntur. Fa-
miliares teſtes non recipiantur. Ante 14.
annos teſtes non recipiantur. *o*

LIX. Epiſcopo viri non creditur (*ſic*)
excommunicato alterius non recipiat. *p*

LX. Nullus excommunicetur ante di-
ſcuſſionem, *q* quod ſi monitus in judi-
cio venire noluerit, excommunicetur. *r*

Accuſator ſi noluerit in judicio venire
conſtituto tempore excommunicetur.

LXI. Filii Clericorum gentilibus non
conjungantur; nec hæredes hæreticos de-
mittant. *s*

LXII. Epiſcopus trans mare non am-
bulet ſine Primatis conſenſu. *t*

LXIII. Epiſcopus, Presbyter, Diaconus
ſubdiaconus uxoribus Epiſcopi ſui judi-
cium conficientie Epiſcopi ſui ad vici-
nos Epiſcopi dicant cauſam. *y*

LXVII. Epiſcopus, five Clericus, qui
excommunicatus fuerit, & communica-
verit, abſque abſolutione deponatur. *z*

LXVIII. Accuſatus & in alio loco
audiatur.

LXIX. Clericus, qui non conſenſe-
rit Epiſcopo ſuo ad majorem gradum
veuire, excommunicetur. *a*

LXX. Quicumque ex Clero compa-
raverit aliquid eccleſiæ dimittendum; de
proria hæreditate, verò cui voluerit. *b*

LXXI. Abſque Concilio non vendat
Epiſcopus rem Eccleſiæ, vel reliqui Cle-
ricorum abſque conſcientia Epiſcopi. *c*

ANASTASIUS PAPA I.

Sedit ab anno 398. uſque ad annum 402.

AD EPISTOLAS ANASTASII PAPÆ I. ADDITIO.

ANASTASIUS PAPA AD SIMPLICIANUM.

Domino fratri Simpliciano Anaſtaſius.

Anno 398. I. GRandem ſollicitudinem atque excu-
bias ſuper gregem ſuum paſtor ha-
bere adprobatur. Similiter & ex alta turre
cauſſa civitatis diu noctuque cautus ſpecu-
lator obſervat. Magiſter providus navis ho-
ra tempeſtatis, & periculi magnam patitur
animi ſactationem, ne puerilia atque aſper-
rimis fluctibus navis elidatur in ſaxa. Pari
animo vir Sanctus & honorabilis Theophi-
lus, frater, & coepiſcopus noſter, circa fa-
lutis commoda non deſinit vigilare, ne Dei
populus per diverſas eccleſias Origenem le-
gendo, in magnas incurrat blaſphemias.

2. Conveniens literis memoratis, convenio
Sanctitatem tuam, ut ſicuti non in urbe Ro-
ma poſiti, quam Principes Apoſtolorum ſa-
Cæcilior. Supplem. Tom. I.

tuit, & fide ſua confirmavit glorioſus Pe-
trus, ne quis contra præceptum legat hæc,
quæ diximus, damnavimus, & cum magnis
periculis publicavimus, ut Evangelicum in-
ſtituta, quæ ex ore ſuo Dei & Chriſti do-
cuit conſtitit, ab hac recedi omnino non de-
bere, ſed illud in memoriam deduci, quod
Paulus venerabilis Apoſtolus prædixit atque
commonuit. (*a*) *Si quis vobis evangelizaverit* (a) Gal.
*præter quod evangelizatum eſt vobis, anat-
hema ſit.* Igitur hoc præceptum tenentes,
illiid quidquid eſt fides noſtræ contrarium,
ab Origene quondam ſcriptum, judicavimus
a nobis eſſe aſternam atque panitum.

3. Hæc Sanctitati tuæ ſcripſimus per Fa-
ſebium presbyterum, qui caſorem fidei ge-

R ſtans,

ANNO CHRISTI 399.

flans, & amorem circa Dominum habens, quandam capitula blasphemiæ obtulit, quæ nos non solum horruimus, & judicavimus, verum & si qua alia sunt ab Origene exposita, cum suo auctore pariter a nobis fcias, cum suo auctore pariter a nobis fcias esse damnata. Dominus te incolumem custodiat, Domine frater merito honorabilis.

ANNO CHRISTI 399.

cum reliquis patribus synodicam ad orthodoxos episcopos circumqua que transmiſit. Suam partitor recepiſſe Anaſtaſium pontificem, literis quoque dubitaverit. Ea occaſione nemo poterit dubitare, quin Anaſtaſius ad Simplicianum, quem de Origenianiſmo damnatione Alexandriæ facit certiorem. Porro Simplicianus anno 400. ante junium mortem obiiſſe in admonitione mea ad Pagium in novissima editione annalium Baronii cum Pagio & Noris ad A. 400. demonſtravi; ex quo conſequitur, literas illas ad Simplicianum haud ſecius menſe junio anni 400. data potuiſſe.

ADNOTATIO COLLECTORIS.

Literas hafce ad Simplicianum Mediolanenſem epiſcopum directas fuiſſe non dubito. Theophilus Alexandrinus Origeniſtas habito concilio damnavit, ſcriptamque ſe-

SELEUCIENSIS IN PERSIDE SYNODUS,

In qua Cajumas epiſcopatum ceſſit Iſaco Cajuma Seleuciæ epiſcopo,

Anno 399. celebrata.

Anno 399. SYnodi hujus hiſtoriam, & actorum partem nobis ſervavit Abrahamus in vita Iſaac. Seleuciæ Archiepiſcopi apud Aſſemanum Bibliotheca Oriental. to. III. pag. 364. hic verbis. Cum Cajumas [*Seleuciæ & Ctheſiphontis epiſcopus*] rebus divina ope bene compoſitis, perfecta pace concordiaque frui videret, univerſos Orientis Metropolitas & epiſcopos convocavit (*Id factum anno poſtea ſeſquedecimo Perſarum Regis, Cariſis* 399. *vel* 400. *ex Aſſemano conſtat*) qui ad ipſum continuo profecti Synodum ibi & Maruthæ mediam Epiſcopi Malaphitæ (Seleuciæ) celebraverunt, ubi affuerunt Cajumas, his verbis Patres: ubi aſſurgens Cajumas, his verbis Patres ait alloquitus. *Optime noſtis, me hac profeſſione & dignitate ob imbecillitatem & peccata mea minime fuiſſe dignum eſſe, quoniam Deo, cui honor & gloria, animam meam dederim, quam nominem, qui Dei cauſam periculo ſui tueri vellet, inveniretque, extremamque tempeſtatem nimirum Chriſtiani in Oriente pericliem, Eccleſiarum ſtudem concidam, & univerſæ ecclesiaſtica hierarchia ruinam: Nunc verò cum Deus tandem nobis quod expectabamus concaderit, ſeminarium Regum benedictionis cadit, benedegerdes) & hujus beneditti Epiſcopi (Maruthæ) beneficio atque opera; ego vos, ut ne ab iſta præfectura amota, alium, quem Deus, cujus nomini gloria, vobis una ſimul convenientibus elegerit, conſiliantis. Cui Patres in hunc modum obortis lacrymis reſponderunt. *Quamdiu id nobis permiſſum arbitrabimur, cum tu animarum tuarum & ſalutis & incommoda fortiter pertuleris, uſque proinde obligaveris tibi ſeruorum loco in poſterum fore?* Artamen cum ille porrò inſtaret, compulſi ſunt demum præditum Iſaacum, ipſi in eadem Patriarchali dignitate ſucceſſorem, juxta ordinem ſuum, in Modaina, adjecta condictione, ut in monaſterium ſuum ſeniori benedicto Cajumæ obſequeretur, neve quippiam ipſo inconſulto decerneret.

ALEXANDRINA SYNODUS

Contra Origeniſtas

Anno 399. celebrata.

Anno 399. QUæ turbæ Alexandrinam eccleſiam occaſione librorum Origenis agitaverint, tum per ſe exploratæ ſunt ab omnibus, quotquot hiſtoriam eccleſiaſticam vel a limine ſalutaverunt, tum ex ſynodica, quam hic damus, planiſſime ſiunt. His pacandis Theophilus Alexandriæ epiſcopus concilium indixit celeberavit, cui & Labbeus in collectione ſua locum aſſignavit; & Salutius in nova ſua concilium collectione ſynodicam retuliſſe ſibi viſus eſt, erutam ex epiſtola. Juſtinlani imperatoris ad Mennam poſt concilium generale V. legendæ. Quod dein fragmentum hujus Alexandrino concilio aſſignatum eſſe in Veneta Labbei editione to. II. con. tra Sed ab his omnibus multum hue uſque erratum eſt; genuinamque ſynodicam a S. Hieronymo ex Græco Latine redditam, ac nuper ex Ambroſiano codice vulgatam a Cl. Valſarino in nova editione Operum S. Hieronymi cepit. 92. ex eodem opere hæc tranſeremus, ex quo patebit fragmentum illud ſynodicæ *Epiſcoporum Ægypti atque Alexandriæ adverſus Origenis doctrinam*, alterius eſſe concilii a celebri illo Alexandrino Theophili, cujus ſynodicam Latinis literis tradidiſſe ſe S. Hieronymus Apolog. in Ruffinum lib. 3. teſtatur. Nunc verò primò de anno habiti concilii diſquirendum eſt. Baronius, quem Labbeus ſequitur, annum 399. aſſignat. Pagius in critica annorum 401. emendat. Mihi verò chronologiæ Baronii inſidendum inſuſta-

ANNO CHRISTI 399.

ANNO CHRISTI 399.

ſtabile hoc argumentum ſuadet. Ac primò quidem Pagii lapſus indicandus eſt, ex quo tota ejus chronologia corruit. Conſtat enim vir doctiſſimus ſynodicam concilii Alexandrini, a S. Hieronymo Latine redditam, eandem eſſe cum epiſtola paſchali Theophili Alexandrini, in qua ille Origenis errores fuſe expoſuit, & confutat; quam idem pariter S. Hieronymus in Latinum tranſtulit. Hæc epiſtola cùm ſcripta fuerit anno 401., ut ex characſtere paſchali ibi expoſito colligitur; huic pariter anno aſſignandum Alexandrinum concilium meritò intuliſſe ſe idem ſcriptor arbitrabatur. Verum alia eſt ſynodica, alia epiſtola ibi paſchalis, ut modo ex utriuſque inſpectione (nam utraque nunc tandem lucem aſpexit) intelligimus. Pagiana ergo ſe die XIV. ſeptembris Nicephorus lib. 8. chronologia abjecta, Baronii calculum admitto, non ſolum argumento S. Hieronymus Apologiam in Ruffinum circa medium anni 402. ut omnibus in confeſſo eſt, ſcribebat; ibi vero lib. 3. aſſerit ſe per *ferè biennium ſynodicam* (Theophili) & *Paſchalem* (anni 401.) *epiſtolas contra Origenem, & alias adverſus Apollinarium, & Origenem* (quæ paſchalis eſt epiſtola anni 402.) *interpretatum* fuiſſe; ex quo deducas ſynodicam, quam primo loco ponit S. Hieronymus, anno 400.

Dominis dileciſſimis Fratribus, & coepiſcopis

Eulogio, Joanni, Zebiano, Antonio, Dionyſio, Gennadio, Zenoni, Theodoſio, Dioſcoro, Euſebio, Hermino, Alini, Paulo, Ammonio, Heliano,

Alteri Paulo, Euſebio.

Et omnibus, qui in Æthia Fœcundis congregati ſunt, catholicis epiſcopis

Theophilus in Domino ſalutem.

Dominis dileciſſimis, & fratribus, & coepiſcopis

Epiphanio, Marciano, Agapeto, Roerhio, Helpidio, Eutaſio, Norbano, Macedonio, Ariſtoni, Zenoni, Aſiatico, Heraclidi,

Alteri Zenoni, Kiriaco, Aphrodito,

Theophilus in Domino ſalutem.

1. ARbitror quod ante noſtras literas vestrum jam cimidè Dei jura * ſervaret, & ex * Mſ. ſervarent & ipſa debilitate prope-titi monitvaret eloquii quanto furore nefforis reſtuaret. Quos quia *monſtra* reperi cum quibuſdam peregrinis, qui in Ægypto parumper habitante, ad * veſtram provinciam tranſmigraſſe, & homines pauperes, gratia & pecuniis ineſcatos, qui deberant manu, & labore viſibus querere, ut impleatur in eis quod ſcripſum eſt, *In circuitu impii & ambulabunt*, velle in ſimilitudi- *Pſ. 11. 9.* nem Judæorum prius igne conſumi, quam. Origenis videre ſcripta damnari: quodammodo proclamantes, *Poſſumus mendacium ſpem Iſai. 28. 15. noſtram, & mendacio protegamur*: ne forte & *jimis* in illis partibus * plebis, & Mocachorum tur- *Mſ. plebi.* bent animos, & qui deberent pro ſcelere correpti agere pœnitentiam, * nitantur contra nos, & mendaciorum cuniculis foderentur veritatem; juſtiſſimum duxi ſcribere, Sanctitati veſtræ, & breviter nuntiare, quod à vicino Epiſcopis congregatis, qui prope impleret numerum Synodi * perexerim Nitriam: & coram multis patribus, qui ſecum pene Ægypto convolaverunt, lecti ſunt

ANNO CHRISTI 399.

libri Origenis, in quibus impio labore sudavit, & consensu omnium condemnati.

2. Nam cùm legeretur volumen περὶ Ἀρχῶν, quem nos *de Principiis* possumus dicere, in quibus scriptum est quod *l* Filius nobis comparatus, sit veritas, Patri conlatus, mendacium: Et rursum, Quantum differt Paulus, & Petrus a Salvatore, tanto Salvator minor est Patre: Et iterum, Christi regnum finietur aliquando, *m* & Diabolus cunctis peccatorum sordibus liberatus, æquo honore decorabitur, & cum Christo subiicietur: Et in alio libro, qui *n de Oratione* inscribitur: Non debemus orare filium, sed solum Patrem, nec Patrem cum Filio; *o* obturavimus aures nostras, & tam Origenem, quam discipulos ejus consona voce damnavimus, ne modicum fermentum totam massam corrumperet. Quid loquar de resurrectione mortuorum, in qua perspicue blasphemat, & dicit, quod *p* post multos sæculorum recursus corpora nostra paulatim redigantur in nihilum, & in auram tenuem dissolvantur; ac ne parvum hoc putaremus, adjecit: Resurgens corpus non solum corruptibile, sed mortale erit. Ut scilicet Dominus atque Salvator frustra destruxerit Zabulum, qui mortis habebat imperium; siquidem & post resurrectionem corruptio, & mortalitas in nihilum resolutis corporibus dominatur humanis. *q* De Angelis quoque temeraria aliqua confinxit, ut cuncta in cælo ministeria servitutis Dei non sint in cælo creata; * sed diversis lapsibus & ruinis varia officiorum [illegible] nomina, [illegible] veteres præcellere, quibus [illegible] creverint. Et inter hæc quasi doloris impatiens, clamante populo, *Quæ sursum est Jerusalem, libera est*, nihil in ea purum, nihil a vitiis liberum & perpetua securum virtute contendit. Non stetit hac tenus prophana de Angelis disputatio, sed proficiens in scelere: *r* Sicut Dæmones, inquit, nidore hostiarum, assidentes aris gentilium, pascebantur, ita & Angeli sanguine victimarum, quas spiritualium typus immolat Israel, fumo thymiamatis delectati, versabantur prope altaria, & hujuscemodi alebantur cibis. Quis non putet eum nihil ultra invenire potuisse, in quod mens vesana corrueret? Præscientiam quoque futurorum, quæ soli Domino nota est *s* stellarum motibus tribuit, ut ex earum cursu, & varietate formarum, Dæmones futura cognoscant, & vel agant aliqua, vel ab his agenda demandent. Ex quo perspicuum est, eum Idololatriam, & Astrologiam, & varias Ethnicorum * fraudolentæ divinationis præstigias adprobare.

1. Cor. 5. 6. & Gal. 5. 9. — * Ms. & — * Ms. *fraudolentia*.

3. Hæc & hujuscemodi sub nomine Monachorum quidam sentientes, & docentes in monasteriis versabantur. Cumque indigne ferrent, auctorem tanti mali cum suo errore damnari, quosdam inopes & servos spe gulæ sollicitatos suo junxere comitatui, *t* & facto cuneo, sedenti in Alexandria vim facere conati sunt; volentes caussam *u* Isidori, quem nos propter verecundiam, & Ecclesiæ disciplinam Episcoporum judicio servabamus proferre in medium, & auribus Ethnicorum * dictu pudenda ingerere, ut seditio [illegible] contra Ecclesiam miscerentur; quorum consilia destruxit Deus, sicut Achitophel. Omnis autem conatus eorum hic erat; ut sub nomine Isidori hæresim defenderent, qui multis episcopis propter *x* varias caussas a communione sanctorum fuerat separatus. Interim mulier & filius ejus adolescens ab his producitur in medium, & in loco urbis celeberrimo, *y* quem ni fallor Genium vocant, collocantur. Clamitant quidquid in nostram invidiam esse credebant, Gentilium contra nos populos concitantes, ea quæ aures Infidelium libenter audirent. Inter quæ & destructionis *z* Serapii, & aliorum Idolorum, eos qui in fugam admonentes, vociferantur. Non sic in jura templorum in Nitriæ monasteriis. Hæc autem universa faciebant putantes sic turbas jungi Infidelium, & Isidorum Episcoporum judicio eripi; ne cum *a* muliere audiretur, & puero, & nobis invidiam concitarent, qui volebamus, eum præsentibus Clericis, & fideli populo in Ecclesia, patienter audiri, & servari in persona ejus cum omni timore Dei, & mansuetudine ecclesiasticam regulam. Neque enim inimici ejus sumus, nec in aliqua re tam illum, quam paucos servos atque fugitivos, qui ejus negotii socii sunt, læsimus; sed Dei timorem & normam rigoris Evangelici *b* familiaritati pristinæ & necessitudini * prætulimus. Qui cum accersitus esset ad quæstionem coram Episcopis, & omni Clero negotium * dicere, & crebrius vocaretur ad caussam, cœpit subterfugere, & differre diem ex die: illa videlicet spe, ut multorum sermo narrabat, quod paulatim mulieris silentium [illegible]eret. Et hoc faciens, sanctorum fratrum animos vulnerabat. Quis enim * ambigit, fiduciam bonæ esse conscientiæ; fugam autem, & dissimulationem, ut parcius loquar, & aperte proferam quod sentio, apud plerosque genus confessionis judicari? Præsertim cum grave ei mulier datis libellis * crimen impingeret, & hoc per populos jactaretur, illum magnopere agere, ut quolibet potius genere, quam Episcoporum judicio res finem acciperet. Quæ mulier, ignorante me, amicorum ejus studio, & in * albo viduarum descripta est, ut refrigeriis eleemosynæ dolorem vulneris solaretur. Quod postquam a quodam Diacono didici, qui intrepidus nuntiabat, mulierem scriptam in viduarum numero, ut taceret, quod objecerat: illico per multos Isidoro indicem prodidi, & monui, ut episcoporum se judicio præpararet, muliere dumtaxat a cæterarum consortio separata, donec caussæ videremus eventum. Neque enim fas erat, eam Ecclesiæ opibus substentari, quæ tantum crimen aut dixisset temerè, aut tacuisset. Iste est signifer hæreticæ factionis. Hoc utuntur duce vel locupletissimo ii, quos in exordio epistolæ descripsimus: qui possit præbere cibos, & peregrinationis eorum incommoda sustentare. Ubi furor & cædes necessariæ sunt, nullius alterius indigent auxilio; ubi expensæ & sumptus varii, nihil largitore accommodatius.

* Ms. *dicta*. — *1. Reg. 15.* — * Ms. *praetulimus*. — * Ms. *diceret*. — * Ms. *digit*. — * Ms. [illegible] — * Ms. *alm.*

4. Dolent contra me atque insaniunt, quare solitudines & habitacula Monachorum in quibus sancta conversatio est, non permiserim impiis Origenis dogmatibus pollui. E quibus ut cætera prætermittam *c* in libris Resurrectionis, * quos scripsit ad Ambrosium, dialecticum morem imitans disputandi, in quo sciscitatio est, atque responsio, artis magicæ prædicator his verbis *d* est. Ars magica non mihi videtur alicujus rei subsistentis * vocabulum, sed etsi sit, nequaquam est operis mali, nec quod haberi possit contemptui. Quæ dicens perspicue Domino contradicit, qui loquitur per Prophetam, *Ita nunc in incantationibus tuis, in multis * veneficiis tuis, quæ didicisti ab adolescentia tua, si possint tibi prodesse. Laborasti in consiliis tuis: stent Astrologi cæli & * salvum te faciant, e qui contemplati sunt sidera, nuntient tibi quid super te futurum sit.* Preterea in libris περὶ Ἀρχῶν & hoc persuadere conatur, quod vivens Dei *f* Sermo non assumpserit corpus humanum, & contra Apostoli vadens sententiam scripsit, Quod qui in forma Dei æqualis erat Deo, non fuerit Verbum Dei, sed anima de cælesti regione descendens, & se de forma æternæ majestatis evacuans, humanum corpus assumpserit. Quæ dicens Joanni apertissimè contradicit scribenti, *& Verbum caro factum est*. Nec potest anima credi Salvatoris, & non Deus Verbum, & formam, & æqualitatem paternæ majestatis habuisse. In alias quoque impietates furibundus * exsultat, volens eum, qui in consummatione sæculorum, & in destructione peccati semel passus est, Dominum nostrum Jesum Christum, pro Dæmonibus quoque & spiritalibus nequitiis crucem aliquando passurum. Nec meminit Pauli scribentis, *Impossibile est, eos qui semel sunt illuminati, gustaverunt & donum cæleste, & participes sunt facti Spiritus Sancti, gustaverunt nihilominus bonum Dei Verbum virtutesque sæculi venturi, & prolapsi sunt, renovari iterum ad pænitentiam, rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei & ostentui habentes.* Si hoc scire * voluisset, immo si non ea quæ scit, * contemneret, nunquam Apostolo contradicens, pro Dæmonibus quoque * diceret, Christum passurum, & eum * præberet ostentui: clausa, quod legimus, aure pertransiens, *Christus resurgens a mortuis, ultra non moritur: mors ei nequaquam dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel, quod autem vivit, vivit in Domino.* Hoc enim quod dicitur *semel*, non secundum recipit, nec tertium: unde Apostolus sciens eum semel crucifigi, tota ad Hebræos affirmat audacia: *Hoc enim fecit semel seipsum offerens.*

ANNO CHRISTI 399.

* Ms. *quod*. — * Ms. *vocabulo*. — *Isai. 47. 12. 13. juxta LXX.* — * Ms. *beneficiis*. — * Ms. *salvam*. — *Philip. 2. 7.* — *Joan. 1. 14.* — * Ms. *exaltat*. — *Hebr. 6. 6.* — * Ms. *voluisti*. — * Ms. *contemnet*. — * Ms. *dicet*. — * Ms. *prabet*. — *Rom. 6. 9. 10.* — *Heb. 7. 27.*

5. Ob hæc & alia plurima, de quibus scribere epistolaris sermo non patitur, condemnati sunt, & ejecti de Ecclesia; * sed fatuitati juncta superbia, episcoporum judiciis contradicunt, cohæreticum suum nitentes seditione defendere, & per alienas provincias suberrantes, damnati damnatum habent ducem, & hujus operis eriguntur. Obsecro itaque vos, fratres carissimi, ut si * istuc veniunt, præceptis Evangelicis eos ad lacrymas provocetis. Voti nostri esse, & illos, & alios errores corrigere pœnitentiâ, & digne suo nomine conversantes, *b* ut qui vocantur Monachi, si tamen hoc esse cupiunt, quod dicuntur, silentium diligant, & fidem Catholicam, quibus nihil omnino est * præferendum. Sed ut audio, imitantes Zabulum, huc illucque discurrunt, & quærunt quos suis impietatibus devorent. Putant enim insaniam, fidem, audaciam, fortitudinem; & idcirco erecti in superbiam, Ecclesiasticæ * prædicationi Origenis doctrinam, quæ Idololatriæ mixta est, præferunt. Sicubi ergo fratres, & plebem, quæ vobis credita est, turbare tentaverint, custodite gregem Domini, & insanos impetus eorum reprimite. Nihil eis nocuimus, nihil *i* tulimus: una caussa in nos odiorum est, quod usque ad mortem parati sumus fidem defendere.

* Ms. *&*. — * Ms. *illuc*. — * Ms. *perferendum*. — *1. Pet. 5. 8.* — * Ms. *prædicationis*.

6. Cætera prætermitto, quomodo nobis necem inferre tentaverint, & quibus insidiis id machinati sunt, quando & Ecclesiam, quæ est in monasterio Nitriæ, postquam damnati sunt, occupaverunt; ut & nos, & * plurimi nobiscum Episcopi, ac Monachorum patres, & vita, & ætate venerabiles, ingressu ejus * prohiberentur, conductis libertinis & servis, qui propter gulam & ventrem ad omne facinus armati sunt. Cumque opportuniora Ecclesiæ *k* quasi in obsidione urbis, tenerent loca, palmarum ramis fustes, & bacillos protegebant, ut sub pacis insignibus paratos ad cædem animos dissimularent. Et ut firmior esset factio, & promptior cuneus ad audaciam, multis ingenuorum pecunias divisere, qui acceperunt non ut sceleri consentirent, sed ut nobis *l* providerent conatus eorum, & parátas insidias panderent ad cavendum. Quod cum cerneret innumerabilis frequentia Monachorum, cœperunt omnes vociferari, & paucorum furorem consono clamore terrere, ut saltem metu Collectam fieri * sinerent, & Ecclesiæ jura servari. Et nisi gratia Dei multitudinis impetum refrenasset, *m* evenisset aliquid, quod solet in seditionibus fieri; in tantum enim nefarii homines temeritatem, immo insaniam præruperant, ut sanctæ quoque conversationis Monachi, & semper mansuetissimi eorum furorem sustinere non * possent. Quæ nos omnia *n* Dei auribus patienter, & humiliter tulimus, providentes saluti eorum, qui contra nos hostiliter pugnabant: itaduntaxat ut ecclesiasticas regulas & fidem rectam nullius amicitiis donaremus: quod potens est Dominus & nobis, & omnibus servis suis in commune concedere, ut necessitudini hominum præferamus fidei unitatem. Simulque & vos petimus, ut singuli cum populis qui vobis crediti sunt, oretis attentius, & Deum misericordiam deprecemini, quo possimus hæreticorum insidiis resistentes, habere pacem cum his, qui semper pro veritate pugnaverunt, omnesque simul coronam justitiæ præstolemur. Fratres qui vobiscum sunt, *o* plebs quæ mecum est, in Domino salutat.

* Ms. *plurimis & Episcopis*. — * Ms. *prohibentur*. — * Ms. *fineret*. — * Ms. *possint*.

V. CL. DOMINICI VALLARSII NOTÆ.

a Antiquarius ad libri eram *Origenis libros, qui scripsit*. Neque cum de apographo prædem offet cum præpositione *in hæresim*, quod librarii eſt mendum, ille exulcerat contra ut, ac ſi diceret, *in hæreſim adſtruendam*. Porro qui Nitriam montem incolebant, Monachos, quique etiam ex Sceti regiuncula Scetini dicti ſunt, primus Origenismi veneno ſuffe imbutos notum ex Niceta Theſaur. Orthodox. ſect. I. 4. Hæreſ. 31. e quibus præciſque Dioſcorum, Ammonium, Euſebium, Euthymium, germanos fratres, heic ſub quorumdam nomine a Theophilo innui, non dubito.

b Iterum marginali antiqua nota additur, *tranſfer vel pergere*. Sed forte *compulimus* legendum eſt pro *compuſſi ſumus*, hoc eſt: illud *pertinacientes* loco movendum eſſe, ac vocis *manuſſeritis* poſponendum, quo ſenſus perfpicuus fit.

c Haud aliter Hieronymus inde contra Helvidium non longe a fine: *Nobiliſ ex fratre in ſervitutem*.

d Malim *potent ſe*. Sed hujuſmodi paragraphum, quæ ſcribarum vitio irrepſiſſe non dubium eſt, ſtudii religioſi a nobis repræſentantur, ſupſe per ſe Lector nullo negotio emendabit.

e Hujuſmodi fuerunt exempla paſſim occurrunt in Donatiſtarum hiſtoria. De Origeniſtis vero præter illud Theophili teſtimonium, unus, quod ſciamus, Socrates Scholaſticus ſecuſi deſcripſit, ubi quarti inſuntis ſcriptor Summa de Hæreſibus in Origenistas, ubi hæc ipſa recitat verba, quod *propriis ferme membris concinnaſſe, ſe dum ſe ſolumnies habeantur, & religioſi*. Videtur quidem ille locutus quodam errore ex aliis Theophili verbis non expreſſis, quibus nempe in Epiſtola Epiphanium heic ſo. Origenis colubros ſe *concinnaſſe* ente truncatis teſtat. Portaſſe tamen, ut ea ferebant tempora, luculentiſſimum teſtimonium levitate illi exigit, ut ex ingenio libertas exaggeraret. Certum probe notum eſt illi fuiſſe Symmachum, tam modo recitata verba facile perſuadent, tum etiam quod ſubſequentem Paleſtinorum Antiſtitum refponſionem, ut vera, adeo adſentiat, aliquot locis exſcripſit. Hoc autem quælecumque eſt momentum, ad hujus epiſtolæ germanitatem, atque hiſtoriam conſtabiliendam conſtat, accedit.

f Lege *monſtrare*, quod eſt *demonſtrare ampoſuit*.

g Si vero Conſtantinopolitani contendebant, & fecum quæ habebant perperam ſcripta, quinquaginta Palladios numerant. In ſuperiori quoque Epiſtola ad Epiphanium, quæ huic eidem Synodicæ junctæ eſt, *Didimi* inquit, *quod calumniabantur vero Sexti Ammonius, Euſebius, & Eutychius meus pro hæreſi ſuorum habuerunt, Conſtantinopolitani navigarunt, ut ne nunc, ſi quos volue rint, ſcripſerunt, & recentibus ſua empiricatis ſtudia confeſſionem*. Tradunt autem Palladius, ac Sozomenus illuc præciſos Origeniſtas, poſquam, eodem miſſus a Theophilo legatus acceſſerat, quod Baronius negat ad an. 400. cap. 60. rectus Chryſoſtomi ingreſſus, qui eos nunquam peregrina communione excepiſſet, ut Theophilenſes legati Synodi Alexandrinæ literas illas ad ſe prius deliberent. Qua in re nihil pro certo videtur poſſe confirmi: nihil minus hæreticis quam Orientalium auctoritate præponderari; certe cum hæc Theophilus ſcriberet, quo hæreticis, tenderet, ignorabat, Mox pro *habuerunt* facile reſcribendum eſt *habituerunt*.

h Virtute erat in epographo *emendatum*, quod emendare non dubitavimus ex Græco ἐπιφανίσαι. a quod eſt veterum Interpretum, & Chryſoſtomi ipſius, imino ipſe etiam Hieronymus latine vertit: Tum alterum & particulare, quod ſenſum turbabat, expunximus.

i Librarii *ſæpe* ſæpe obvio lapſu, pro

k Ex mſ. notis haud facile conſtituitur *propriæ* ne ſit legendum, an *prope*. Utcumque ſit, antecedis pleniorem fuiſſe hanc Synodicæ notat, & quæ proprie numerum Epiſcoporum impleret; quod Supitius Severus narrat Dialog. I. num. 3. *Alexandria ſacta inter Epiſcopos, atque Monachos certamina gerebantur, ex eo acceſſone, quia congregati in unum ÆGYPIUS Sacerdotes, FREQUENTIBUS decretiſſe Synodis videbantur, ne quis Origenis libros legeret, aut haberet*. E contra hanc unam, proprie Synodum, memorat Proſper in Chronico Imperiali ad annum Honorii Septimum, poſt Theodoſium Magnum imperantis: *Contentio de Doctrina Origenis Synodum apud Alexandriam mota, cujus cauſſiſſi ſententia, ut ea res ecclaſiam ſineret, quinquaginta ſupradicti viri apere probaviſſe*. Paulo poſt *perseverim* maluimus in textu pro eo quod in mſ. videtur eſſe *perseverat*.

l Præjqua illiusc Origenianæ hæreſeos blaſphemia depravatiſſime in Auſtrobrano archetypo ſic legitur, *quod Eſtrios nobis comparavit Dei Veritate, pati conſtat mendacium*. Emendavimus ex Hieron. epiſt. 2d Avitum cap. 1. ubi illud impugnat dicitur, *Quod Origenes, Veritate promittente, non eſſe corruptum, quæcumque ad nos, eſſe complorianum ſervitutem*. Plenillimo vero ex Auguſtino de Hæreſ. ad Quodvultdeum Hæreſ. 43. *Dicit præterea Origenes, quod Eſtrios Dei ſanctos humiliter compungit, & mortuos, Patrisſalutor a mendacium*. Patia ſunt, quæ ex Paleſtinorum Antiſtitum frequenti epiſtola (quod & ſupra inquimus,) ſtylus imprimis Hieronymum in ſe ſummis de Hæreſibus exſcribit contra Origenistas Guido Perpitianus: *Quod Eſtrios nobis comparaſſet, & Veritate, quod corruptum non eſſet, quæ ſibi Veritas dixerit, Epiſtolæ Paulus ad Salvatorem, hoc eſt Iunioribus ſuis Filiis, & Deus Verbum comparatus Patri*. Hæc porro Origenis verba ex Hieron. l. c. 2. diſcerit, quæ Rufinus ſcrupuloſo interpretatione ita. obduxit: *Imago autem Dei Veritis Salvatoris noſtri, quantum ad ipſum quidem Patrem, veritas, quantum autem ad nos, quibus recidit Patrem, imago eſt, quam quidem ſimilitudinem Patrem*. Eſt autem e re noſtra, quæ hinc ſubinde notantur Origenis placita, ex Theophilo iterum, Hieronymo, aliisque ſuis Scriptoribus ſua quærere, quo & clarius edoceantur, & de monimenti hunis ſinceritate, facta locorum comparatione, certi fiamus. Quæ cum ita ſint, annotandum, illud in archetypi alio lemma notari: *In quibus ſibi ipſi vel predicationibus Origenis Patrem condemnatur*.

m Compendiaria Scriptione erat in mſ. *obis*; ex qua *Scholiaſtes* non male extudendum eſt. Sæpe autem Hieronymus, Theophilus, Epiphanius hoc de Duabili reſpicientia errorem Origeni exprobrant; quo ſenſu *Scholiaſtes* ſcripſiſſe non oportet. Item quod ſubiendum Chriſti regnum poſt rerum omnium ἀποκατάστασιν ſenſerit, paſſim illi criminat dicti idem Patres, & Auſtinus contra Priſcillianitas, & Juſtinianus epiſt. ad quatum Synodum, quam Cedronius refert, ut alibi omittamus. Nam *Adoſſi* Auctoris mens aut in iis qui nunc exſtant Origenis libris, nullus ſuppoſiti locus, unde tam diræ criminationi fides accedat.

n *Mendoſe* erat in archetypo uno verbo *decreatione*, tum *ſeriſſet*. Noſtrum porro eſt *ſcripſit* Adamantii liber ad Ambroſium & Tatianum. Accuſationem vero illam *Non eſſe mendum Filium, neque cum Filio Patrem*, alibi urget Theophili. Paſch. 7. ex eoque Hieronymus, & Auguſtinus ad Quodvultdeum Hæreſ. 43.

o Veterum ille Chriſtianorum mos erat, ſi quando impium aliquid, & a fide Catholica alienum audirent, ſubito aures obturare. Clariſſimum hujus exemplum lib. 22. Recognit. Clementis. Sed præ-

præcipue ad rem noſtram Hier. contra Ruffinum L. 1. *Lectis*, inquit, *nuper Papæ Theophili epiſtolis, in quibus Origenis expoſiti errores, dicitur obturaſſe aures ſuas, & auſtorem tanti mali tetera eorum omnibus vere damnaſſe*: quibus verbis haud dubium eſt, hanc ipſum Synodicæ locum indicari.

p Hieronymus quoque epiſt. ad Avitum cap. 1. ab Origene pronuntiatum tradit, *Corporales ſubſtantiæ penitus diſſolvendas, aut certe in ſex animum hoc eſſe futuras corporum, quod nunc eſt aëtheri, & calum, & ſi quod aliud corpus ſuperius, & purius intelligi poſſit*. Quæ ſic addit: *Quod cum ita ſit, quod de reſurrectione ſentiat, perſpicuum eſt*. Tum ipſe Theophilus Paſchali 1. *Inter cætera etiam reſurrectionem a mortuis, qua ſpes ſalutis noſtræ eſt, ita corruptibi, & mortui, ut audeat dicere, corpora noſtra rurſum corruptioni, & mortis ſubjacentia ſuſcitanda*: *Dicit enim*: *Corpora, qua reſurgent, poſt multos ſæculos in nihilum diſſolvenda, non futura aliquid, nihil cum deſtructum, annihilatum animæ ad inferiora diſcaſſionem diguerint nobis* (lego *movis*) *qua alia ruſſum ſunt, prioribus omnino diſſimilia: tum infra: Quod ſi, ut falſi ſunt Origenes, non ſolum corruptibile, ſed & mortale corpus eſt ſuſcitandum, ergo nemo utique illum corruptibile, & mortale corpus eſt reſurrecturum*.

q In proœmio vero ἀρχῶν hæc de Angelis conſtituerat, licet ex Ruffini interpretatione ſubinde emolliantur. Meminit autem Origenis dogma prodit Leontius Byzantius in ſcholiis Ad. 10. ubi a Diabolo ſapta, σωματίσεως, inquit, quæ τῆς φύσεως ἀλλότριον ἐστὶ τοῦ ἀσωμάτου καὶ ἀοράτου, διάφορον ὑπάρχοντος. οὐ δὲ ἴσε ἔλαττον θεμένων. οὐ δὲ ἴσε ἔλαττον ἀνθρώπων. καὶ ἔτως ἔφασαν ἐκεῖνοι τὸν τῆς κακίας ἀνηρῆσθαι διάβολον. *Deſcriverunt autem eum illo tempore ab a Virtutes, & qua plus, quæ corpus. Dominus creaſſerunt, qua ſit, quod eſt, qui aliter Verbum Dei, changeli; & ita ſunſquenter anoſquiſque pro ſuo eaſu ſui meriti erigit*.

r Libera Cotta Ciſſum, ubi *Damaſcena*, dixit ἡ τοῦ τὰς ὑστέρας, καὶ τὰ ἄμωτα, καὶ τὰς ἄκρα τῶν ἀκρωτηρίων ἀποῤῥοῦσα. *ne Rubbitas. Damaſcena vero circa hæſitat Hieronymus, & circa ſua quæ ſuimis hæſitas pulcrumque cuntiens verſari*; tum *Sed. 7. ſimo ſtyrannemia, & ſanguinem atque hoc ſuccuſſionem ſuam ſuſtinuit*. Ubi ſcribendum L. & latius in Protreptico ad Martyrium. At de bonis Angelis eadem ſentiebat Origenes, nihil in τῶν ἀρχῶν libro dixerit, quæ Ruffinus calide diſſimulaverit.

s Videndus Auguſtin. lib. 5. de Civit. Dei cap. 11. ubi Origenis conſtant dogma; & Ruffini, qui Præpatat. Evang. lib. 6. ejuſdem Axiomatici ſententiam interpretatur. In Genelin ſum 5. exhibet, ubi aëris futurorum inelle ſogiſticationem affernat. Sed hæc jamdiu invaluerat in Oriente ſententia, ut Theophilus, effectricem generationum rerum athronomiam, ut ex anonymo Apologiæ ejus auctore apud Photium, conſtat.

t Sequus Theophilo illatæ vis eſt, ut quam propria hoc delenit, ex qua hiſtoria affirmare, non ex expeditum. Omnium eſt illa notiſſima, quam Caſſian. collat. 10. c. 2. narrat, Ægyptios nempe Monachos cum Deum corporeum opinione, qua Deum incorporeum eſſe certis argumentis adſtruebat in Paſchali quotanis epiſtola, ſeſe manu advolaſſe Alexandriam, ut eum interficerent, quos ille ambiguo hoc dicto compeſcuit: *Sic ego vos video, quaſi faciem Dei*. Veritas tamen illud manu quæritur, quod Georgius Alex. in Vit. Chryſoſtom. & Symeon Metaphraſt. in ejuſdem vita tradunt, exortos ex Ægypto Monachos tot, tantiſque Theophili perfecutionibus, Alexandriam, proſectos, ita miſerabili ſuo habitu plebem commoviſſe, ut hæc Epiſcopum latitantem ad necem deposſerent, vixque Præfidis adhortationibus fedixi tandem potuerit.

u Erat kic Presbyter Alexandrinus ac Monachus priſcum Theophilo carus, ſed poſtea ſuſpidum de cauſſis, quas infra ſuppedamus, mire odio habitus. Hunc ſtudio partium, ut aſſuevimus ſulet, alii cum Palladio in Lauſiaco impenſe laudant, alii ſuggillant, atque inſectantur. Hieron. contra Joan. Jeroſolym. ad Pammach. *Iſidorus, inquit, qui in calum tuæ laudibus tollitur, falſiſſum inſamatur Alexandria, quod ta ſeruſolyma, ex quo non legatus ultroneſſe videtur, ad ſcias*. Hieronymitur vero anonymus vitæ Chryſoſtomi ſcriptor, tum Symeon Metaphraſtes, qui hunc cum Iſidoro Peluſiota confundunt, nihil forte ipſe quoque ex Palladio, cui Alexandrinus tamen vulgo audiit. Et Iſidorus quidem Peluſiota Theophilum graviter coarguit, epiſt. 152. quod Joannem non fruſtraneum iniquo ſit periculo, *cum Sanctitudine*, inquit, *& odium ad Sanctos ſcribamus mihi regnantium propria perverſitatis ſuſcipere*.

v Cauſſe, ob quas exulavit ab Eccleſia Iſidorus, eique ſimilitudo fuerit Theophilum, apud eius quoque ævi ſcriptores incertæ ac leves perſtitetur. Refert Sozomenus narratum a multis, quod admiſum a Petro Alexandrinæ Eccleſiæ Antiſtite obytetro quædam gratia ad myſteriorum commonionem mulierem quamdam Manichæiſmo infectam, priuſquam hæreſim ejuraret, Iſidorum Helmonio ſuo confirmabat, id ex Theophili ſententia Petrum feciſſe, quam utromque ex Eccleſia expulerit Theophilus. Sed aliter a viro cum Nitrienſibus Monachis converſari ſolito accepiſſe ſe dicit Socr. Quas omnes ſuſpiciones Theophilum, cur Iſidorum inſectaretur, alterum ille & Petro communem, quod teſtificari recuſaſſent Theophili fautores Alexandrini, ſuſpicatur; alteram Iſidoro peculiarem, quod cum pauperum curam procuraſſet, ædes in earum uſum proemiſſa, Theophilo in extruendis templis abſumere volenti ſuperſtes remaſiſſet. Similie quid habet Palladius in Vita Chryſoſtomi. Verum quæ hæc Alexandrinus Epiſcopus ingerit de muliere, & puero adoleſcente, quæ ſibi contra Iſidorum libellos, & inſidias vulnere, ſpectem longe aliam præſtruunt. Revera Palladius in Dialogo interlatum dixit Iſidorum ab Theophilo acculationem longe graviſſimam; ut, ipſe qui accuſabat, enormia ſcelera, quæ ille admiſerat, verbis experimers non auderet.

w Hæc interpretem ſapiunt magis quam auctorem; haud enim ſcio an ſatis ſit dixiſſe Theophilus dubitanter loqui. Eſt autem, ut videtur, ſtylus, *Xenion* locus, ubi hoſpites conveniunt. Ita Ariſtophanes apud Athenæum Deipnoſophiſtarum Deipnidis erat Alexandriæ, quod Dionyſius Sylviſ Sinopitæ vocat, & magnifice deſcribit, Ἐνθα δὲ ξένια κεῖται, μεγάλων ἀνδρῶν ἐπίσημα χρυσῆ τριπόδων κεκαυμένων. ὡς δὲ ἐνθεν ἀνὴρ ἐκ ἀνδρῶν ἐπὶ ξένια ἐλθὼν ἐκάστοτε θύεται ἐν ἄλλῳ τόπῳ. Vide Euſtathium in hunc locum. Sed hoc quod Auſtorem noſtrum turbatus eſt ſenſus verbis *qui in fugum*, quorum loco ſcribendum facile videretur *qui in Xenion ſervarent*, vel *qui non ſunt ſervarent*, aut *coramque fuge*, ſcilicet *Iſidorum*, aut tandem, *ſuſque in fugum admoneret*.

x Perperam in archetypo erat *metre*, quod facile compendiaria notis pro *muliere* ſcriptum eſt: nos ex ſuperiori atque inferiori contexta emendavimus.

y Impenſe enim Iſidorum antea amaverat Epiſcopus Alexandrinus, & benefactis devinxerat. Ebi, ut etiam poſt Neſtarii obitum ad Conſtantinopolitanam ſedem illum evehere modis omnibus ſtuduiſſet.

z Intelligo *de Reſurrectione dialogus duos*, quorum meminit Euſebius Vit. 24. & a duobus illis ab eodem argumento libris optime diſtinguis Hieronymus in fragmento epiſt. nunc 33. ad Pauliam. Bene vero eſt quod hinc diſcimus, Ambroſio, celeberrimo nempe hypothyrono ſuo facile ab Origenismo impio, jamdia enim interciderunt. Mox in archetypo erat *fuſitatum* pro *fuſitavit*, quod ex ingenio nos, cogente orationis ſenſu, feciimus.

ANNO CHRISTI 399.

d Iidem verbis in Paschal. c. 11. p. 1. Theophilus, sive alius interpres Hieronymus ; *magicis quoque artibus patrocinium tribuere*, Origenes, *in tractatibus suis ex tribus illi verbis ; Ars magica non nihil videtur alicujus rei subsistentia habere, sed ejus est, non ejus operis mali, ne quis eam habere posse contendat.* Sic anonymus supra laudatus apud Photium inter Origenianos crimmationes hanc quoque recenset, quod dixerit Servatorem Magum ; de quo in eumdem Origenem multa insigniter videntur Epiphanius Antiochenus filius, de Engastrimytho.

e Vitiose erat in mſ. *contemplatores* ex, minori numero, tum plurimis, *maniei*. Utrumque exemplum ad factum textum, & præcipue Græcum ex *βρόντες* &c.

f Ex Græc. *λόγος* quod est *Verbum*. Rarc porro de anima Christi doctrinam longe absonam, iterum exercetur Theophilus in c. Paſch. quod nempe illud Pauli Philipp. c. 7. *Non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens*, ad Christi animam retulerit, quam Deo æqualem crediderit, & non ipſum Verbum, sed solum ejus animam ad terrena venisse. Vide Justinianum epiſc. ad Menam in fine, ubi delirium illud exagitat ex libris περὶ ἀρχῶν, nam in Ruffini verſione diſſimulatur.

g Hæc rursum devoventur Paſchal. 1. quod *Christum*, dixerit Origenes *pro Damonibus*, *ac spiritalibus nequitiis apud Supera adſpendum erant*. Et Rier. Apologet. in Ruffinum lib. 1. cap. 5. *Origenes ait*, inquit, *licet Christum dicere sape. posse, & sapius passurum, ut quod semel profuit, semper possit assumium* : quæ exaggerens Epiph. ad Avitum cap. 4. inde conſequi offendit, licet ill. Tr. Origenes, *non dixerit : sicut pro hominibus saluti ab, ut homines liberaret, sic & pro salute Damonum, Deum futurum quod sunt ii, ad quos mentem ſit liberandis*. Conſer, ne longiores ſimus teſtimoniis adducendis, Orobium in Commonitorio, & Severum Sulpitium Dialog. 1. c. 3. Juſtinianum ſcripſit laudatus ad Menam epiſtola &c.

h Suppic *eſt*, aut verius leg. *connerſari*, & vid. Paſchal. lib. 11. c. 11. ſub finem, ubi eadem eſt ſententia de Monachis.

i Suppleri locum jubemus, ac legi *nihil inquinata contulimus*. Conſeribentis noſtri ipſe confirmat Theophilus in Paſchali altera n. 13. *Nihil ex inutilibus inquinat, nihil mendacio &c.*

k Sic ex ingenio locum emendamus, legendum que omnino conſtituimus, *quasi pro qui, & tenerent pro tenuerunt*, quæ duo erant in archetypo librarii ſphalmata, quæ ſenſum everterant. Porro ſimillimum huic locum de baculis ad diſſimulandum exdum, arborum ſobrio conſectile, habet Hier. in Ezechiel. capitulis, qui tamen mendi non occurrit.

l Malim ſcribi *proderent*, conſentiunt ſenſus & Mendæ erat in mſ. duobus verbis ſequentibus.

m Facile ſcripſerat Hieron. *turdis auribus*, quemadmodum iuſtorius legi pro *Dei auribus*, quod mendum eſt antiquarii, tanctis in textu non imputandus.

n Jam igitur ſoluto Epiſcoporum conventu, poſt aliquod tempus epiſtola data eſt.

ANNO 399.

Synodicum ſolum in qua de damnatis a Se. Origenistis certiores Epiſcopos Catholicos faciebat Theophilus Alexandrinus ad epiſcopos Hierosolyma coactos eucæniis celebrii ritus temple agendis direxit. Qui ſtatim in concilium cocuntes ſynodicum aſtorum dederunt ad Theophilum, eodemque ſe tenere profeſſi, quæ ipſe in ſynodica ſua deſcripſerat. Hos literas perinde ac priores ſynodicas diligenter ex obſcuione vindicavit Cl. Vallarſius in noviſſima operum S. Hieronymi editione Veronenſi. I. epiſtola 93. ex quo aliaa hic damus.

RESPONSUM IEROSOLYMITANÆ SYNODI

a Ad Theophilum.

b S. Hieronymo, ut ydetur, Interprete.

Domno & Honorabiliſſimo Epiſcopo Theophilo, Eulogius, Joannes, & cæteri Epiſcopi, qui Jeroſolymis in c ſanctæ Encæniorum die reſperſi ſunt.

NOſti, Domine, cunctis laudabiliter *d* penitragi & ante noſtras literas, quod omnis propemodum Paleſtina ſpurcitiis Chriſti abhæreticorum aliena ſit ſcandalo, præter paucos, qui Apollinaris erroribus adquieſcentes, E noxia præceptoris ſui ſcripta meditantur. Atque utinam, *e* Sanctorum orationibus, non nos inquierarent *f* Judaici ſerpentes, & Samaritanorum incredibilis ſtultitia, atque Gentilium aperti ſſime impletates, quorum turba quamplurima & ad ſtantem prædicationis omnino auribus obturantes in ſimilitudinem ſuorum gregem Chriſti circuientes,

ANNO CHRISTI 399.

mendaclum : & quod eſt, inquiunt, Petrus & Paulus & ad Salvatorem, hoc eſt unigenitus Filius, & Dei Verbum, comparatus Patri : & ut breviter noſtram ſententiam declaremus (neque neceſſe eſt eadem rurſus tractare) quiquumque hoc prædicat, quæ Beatitudo tua damnanda ſignificat, & quæ diſcordant ab ea fide, quam pio ſenſu Patres noſtri in urbe Nicæna ſcripſerunt, & ipſi, & dogmata eorum ſint eccleſiæ anathema, cum Apollinare, qui contra ſanctas Scripturas vanum, imperfectum hominem dicit *g* Domino ſeu Chriſto noſtro eſſe ſuſceptum, & non *i* plenam aſſumptionem ejus & animæ

g Prodit nunc primum ex eodem Ambroſiano exemplari, in quo poſt alteram Teophili Paſchalem epiſtolam exhibetur.

h Satis probabili teſtimonio id collegiſſe nobis viſi ſumus ex ipſius Hieronymi verbis lib. 1. Apologet. adverſus Ruffinum ſub initium, ubi, *Et inquit, quidquid contra Origenem & ſuſtatores ejus dixisse, in eo dilhum putat, ergo & epiſtolæ Papæ Theophili, & Epiphanii, ET ALIORUM EPISCOPORUM, QUAS NUPER, ipſi imbecillus, TRANSTULI, ea putant, te intorrent.* Qui enumerat alii Epiſcopi in Origenem, ejuſque ſectatores Epiſtolas ſcripſiſſe intelligendi ſunt, quas per id tempuris Hieronymus Latine explicarit, & huiuſce in primis Jeroſolymitanæ Synodi Patres non ſunt, quorum hæ literæ proſtruntur? Accedit perſtium ex indole Ambroſiani libri argumentum, qui non alias ferme continet a Hieronymianis elaborationibus, tametſi alias propert. ingeret, aliis a Græcis Latine conuertas.

i Primum Encæniorum tempſi Jeroſolymitani diem fuiſſe XIV. Septembris ſupra etiam adnotavimus ex Nicephori teſtimonio lib. 8. Hiſtor. c. 10.

k In mſ. erat *pari*, quod compendiarie ſcripionis vitium arbitrati ſumus.

l Facile in Græco fuerit, *ἄλλα*, *διὰ τῶν διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος*, *ob ſanctorum preces*, ſenſu magis perſpicuo.

m Id ipſum Hieronym. notat ſupra Epiſtol. 82. num. 10. *Sunt hæc falsa, ſunt rursum dogmata hæretici, & maxime impiiſſimi Manichæi &c.* Porro de Samaritanorum ſtultitia incredibili, ut Synodi Patres vocant, indagnia argumenta repetes ex Epiphanio hæres. IX. Philaſtrio, Leontio Byzantin. de Sectis Ad. 11. Gregorio Magno pluribus locis, quibus adde Baronium Annal. XXXV.

n Vitioſe, ut plerique alia, erat in Ambroſiano libro, *nobis ſi comparatus ſuerimus*. Quod emendavimus, ut in ſuperiori Synodica num. 5. ex his Augu ſtini de Hæreſibus ad Quodvultdeum, *Dixit præterea Origenes, quod Filius Dei ſanctis hominibus comparatus, ſit veritas, Patri contrarius, mendacium.* Immo vero ex Guidone Perpinano in ſumma de Hæreſibus, ubi in Origeniana hanc ipſam locum exſcribens, emendatori ſuus apographo, legit, *quod Filius nobis comparatus ſit veritas &c.* Quod boni Scriptoris teſtimonium multi ea etiam de cauſa facientium eſt, quod hanc Patrefinorum *Antithium* Decretalem de nomine appellet, tamque ante annos ſupra quadringentos noverit.

o Iterum ex Perpinhai Carmelitæ teſtimonio *Eccleſiaſtes* : ex Ambroſiano enim archetypo vitioſe erat *a Salvatore*. Vereſime autem ille in fuo legerat, *& quod eſt Patrem & Paulus ad Salvatorem, hoc eſt Unigenitus Filius, & Dei Verbum* (non *Dei Verbum*) *comparatus Patri*.

p Ut ſenſus conſtet, ſitque perſpicuus, E iterum in hac vocula *plenam aſſumptionem*, dele, quam literam ſ-xto caſui tam ſæpe in uſu. veteri vitioſa pronuntiatione addi. Is facile norunt, qui vetuſtos membranas aliquando conſulerunt. Nobis aliud exemplum ſuppeditat literarius lapis demchiet Muſæoli noſtri, qui Ethoicum ex una parte, Chriſtianum ex alia inſcriptionem refert : & in antiquiori Ethnico legitur :

SINE ALTERITRUM. ANIMI. LESIONEM.

ANNO CHRISTI 402.

AD CONCILIUM CYPRIUM

Anni 401.

ANNOTATIO CHRONOLOGICA.

Ex Anno 401. ad annum 399.

CONcilium istud Venetus Labbei editor non silet, accepitque ex Baluzii nova conciliorum collectione. In anno recedit a Baluzio, qui celebratum affignat anno 399. ille vero anno 401. Cum enim Alexandrinum concilium Cypriam hanc synodum præ-

cesserit; nec ante annum 401. Alexandrinum haberi potuisse censeat, hinc anno illi, & Cypriam affignat. Nos verò quibus Alexandrini epocha anno 399. statuitur, eidem pariter & Cypriam conjungimus.

AD TOLETANAM SYNODUM I.

Æra CCCCXXXVIII. ut est in editis, celebratam

ADDITIO, ET ANNOTATIO.

Anno 400. vel 401.

VEtus nostra collectio MS. ad Toletanam hanc synodum adnotationis occasionem præbet, & canonem singularem addit. Adnotatio est in anno, quo synodus est habita, non enim æram CCCCXXXVIII. ut est in editis, præfert codex noster, sed æram. potius CCCCXXXIX. Utra tamen lectio præferenda sit ignoro. Plus aliquid momenti præfert canon additus, quem codex idem noster sufficit, quem canonem frustra ex editis quæras. En illum.

XXXIII. Si quis minora peccata habet, si cessaverit, communicet.

AD IDEM CONCILIUM TOLETANUM I.

Anno 401. celebratum

ADDITIO ALIA.

COLLECTORIS PRÆMONITIO.

CUm opportuno satis consilio in Conciliorum collectione Toletano I. Concilio adleverint editores illos omnes Canones quos sub titulo Toletanorum Conciliorum Gratianus in suo Decreto sparsim dedit, nec ingulorum actis leguntur; eorum ego pariter exempla sequutus profero Canonem quemdam Concilio cuidam Toletano adscriptum, quem offendi in MS. Codice, in quo Burchardi decretum continetur; idemque nullibi in Actis Conciliorum Toletanorum legitur. Est autem ille hujusmodi.

EX TOLETANO CONCILIO

Cap. XII. (vel forte XIV.)

QUoniam quidem in Sacrosancto Patrum Conventu triste quoddam percrebuit de quibusdam ftatribus noftris epifcopis, qui temerario atque præpoftero ordine in Ecclefiis fibi commiffis difponere atque dispensare folent fidelium decimas nec non oblationes, ut iis, qui majores vel perfona vel rerum abundantia eminent, majora concedant; iis autem qui obfcuriores perfonæ, & minoris qualitatis videntur aut minima aut nulla omnino accommodent, arrendentes contra Evangelica præceptum quid habeant, non quid fint; placuit Spiritui Sancto per nos difponere atque omnibus Ecclefiis intimare, ne amplius Domino prohibente fiat. Cenfemus quippe, & in poflerum fancitum effe volumus, ut nullus Epifcopus perfonam aut qualiumlibet Presbyteri attendat. Sed potius vitæ meritum & utilitatem, quam tibi Dominus conferre dignatus eft, quia non eft perfonarum acceptor Dominus; & ita omnia omnibus difponat, ut nullus in fua parœcia inveniatur, qui vere murmurare vel debeat vel poffit contra Epifcopum fuum. Perpendere namque Epifcopus debet ut nullum Presbyterorum caufa avaritiæ aut cupiditatis humanæ contriftet, fed potius hoc agere, ut omnia Eccleſiæ fuæ membra fint in pace.

Altare namque & decimas per pecuniam dare, & Spiritum Sanctum vendere, Simoniacam hæreſim effe nullus fidelium ignorat. Quapropter Spiritu Sancto authorante ſtatuimus, ut nullus Epiſcoporum pro Altaris ſtatu pecunias accipere præſumat, vel decimas ab Altare auferre ſecundum priora ſtatuta tempter; ſed ita majoribus in majori Eccleſia concedantur, ut non minores in minoribus Eccleſiis pauperrate opprimantur. Et ut inconvulſa hæc atque intemerata obſerventur, ſub anathematis vinculo pariter omnes obligamus.

Reſp. Omnes: Volumus, ſtatuimus, fiat, fiat.

ANNO CHRISTI 402.

INNOCENTIUS PAPA I.

Sedit ab anno 402. usque ad annum 417.

AD EPISTOLAS INNOCENTII I. PAPÆ

APPENDIX.

IN vetuſta collectione illa Lucenſi, de qua non ſemel in priori hoc conciliorum tomo ſermo recurrit, in epitome plurimorum conciliorum & decretalium quarundam epiſtolarum occurrit excerptum *de epiſtola Innocentii Papæ ex concilio Nicæno*, quam epiſtolam Innocentii I. papæ eſſe nemo prudens dubitaverit. Cum omnem alium Innocentium pontificem ſuperet codicis hujus ætas annorum ſaltem nongentorum. Quamnam verò ſit epiſtola hæc Innocentii, quo ex codice deſcripta, an ſingularem epiſtolam de Nicænis canonibus Innocentius dederit, vel illos data occaſione in variis epiſtolis ſatis adduxerit & inculcaverit, quos dein epitomis hujus author in unam canonum ſeriem continuaverit, plane ignoro. Quamquam verò nihil novi his exhibetur, juvat tamen qualecumque eſt hoc dare, cum vetuſtiſſima hæc ſit canonum Nicænorum Latina editio. Quæ enim Dionyſium exiguum authorem præfert, utique poſterior eſt Innocentio I. Quæ verò in collectione Iſidori mercatoris proferitur, an veraſſer ſit frequentior, nondum eſt exploratum.

DE EPISTOLA INNOCENTII PAPÆ I.

Ex concilio Nicæno.

I. QUI ſe abſciderit non ingrediatur in clero.

II. Gentilis qui converſus fuerit & baptizatus non tacito promoveatur in clero.

III. Epiſcopus vel reliqui clerici cum extraneis mulieribus non habitent.

IV. Epiſcopus, ab omnibus Epiſcopis ordinetur, vel a tribus cum Metropoliſani conſenſu.

V. Epiſcopus alterius epiſcopi clericum non accipiat, vel excommunicatum. Duas vices in annum concilia fiant propter diverſorum querimonia.

VI. Alexandrinus & Romanus Papæ primarum habeant.

VII. Plurimorum epiſcoporum conſenſu, maxime Metropoliſani conſenſu elegatur Presbyteri (forte tamen ſcribtum eſt *epiſcopi*.)

VIII. Jeroſolymitanus epiſcopus primatum habeat, ſalvo privilegio Metropoliſani.

IX. Chataro ideſt Novatiani converſi clerici recipiantur in clero. Epiſcopus verò in presbyterii locum recipiatur.

X. In una civitate duo epiſcopi non ſint.

XI. Si poſt ordinatione ſacerdotii detectus fuerit deponatur, ſimili modo eſt de lapſis.

XII. Lapſos ſine tormentis ſeptem annos pœnitentiam agant.

XIII. Poſt militiam ſi converſus fuerit, & iterum militaverit XIII. annos pœniteat.

XIV. Si in neceſſitatem acceperit communionem, ſupervixerit, teneat pœnitentiam.

XV. Cathecumeni ſi lapſi fuerint tres annos pœnitentiam agant.

XVI. Epiſcopus, vel reliqui ordines de civitate in civitatem non ambiat.

XVII. Vagus clericus non recipiatur ab alio in communionem.

XVIII. Alienum clericum nullus promoveat in honore.

XIX. Clerici nec uſura, nec renovodent. (*&c.*)

XX. Diaconi presbiteris non præferantur, vel ſedeant, nec illi presbiteris Eucariſtiam tradant, abſentibus verò illis dividar.

XXI. Pauſlanenſe baptizentur.

XXII. Diaconeſſas inter laicæ habeantur.

XXIII. Uno die teneatur paſcha ab epiſcopis.

DISSERTATIO

In ſequentem epitomen epiſtolæ Innocentii.

NOvas Innocentii I. epiſtolas, quamvis nullas habeo promendas, non abſtinebo tamen puto cum lectioribus meis communicari oportere ea quæ breviarium noſtrum canonum in MS. codice Lucenſi annorum nongentorum exhibet. Extant in eo canones a nonnullis Innocentii epiſtolis expreſſi, & in epitomen redacti. In ea verò quæ ex epiſtola ad Exuperium exprimitur epitome deeſt canon III. de iis, qui poſt baptiſmum magiſtratum agentes, in cauſa fanguinis ſententiam tulerunt. Cujus omiſſionis nullam aliam rationem excogitare poſſum, nifi quod ſtatuiſſet ea in re nihil judicat decernendum. Qui ſuccedit canon IV. qui in noſtra epitome eſt III. male expreſſus eſt; neque enim communione privantur uxorati, ſi adulteraverint, ſed innocenti ab adulitero ſegregatur. Cætera cum epiſtola congruunt. Non eſt negligendam additamentum illud de *Lamentationibus Jeremiæ*, quod ab uno noſtro manuſcripto ſuppeditatur, nec in editis legitur.

Poſt hanc epitomen altera ſuccedit epiſtola Innocentii ad epiſcopos Tolentanos. Nonnulla plane in ea digna ſunt animadverſione. Primo enim in noſtro breviario perinde ac in omnibus antiquis codicibus, teſte Harduino, legitur *Tolofanos*, non *Tolentanos*, quod tamen epiſtolæ illius contextui repugnare plane videtur, cum ad Hiſpanos diſerta ſit.

ANNO CHRISTI 401.

Sequitur epistolæ Innocentii ad Victricium (*Victricium* habet codex noster) synopsis, in qua omnia plana sunt, & cum editis conferantur, unam si excipias canonis III. partem secundam, in qua edita quidem epistola audiendas statuit causas ecclesiasticorum in suis singulas provinciis, *sine* præjudicio tamen appellationis *ad Romanum* ecclesiam, vel nisi causæ gravitas *ad sedem apostolicam* judicium referat. Hæc edita. Codex verò MS. *non ita*, sed: *Romani clerici ad alios episcopos non ita*, sed: *Romani clerici ad alios episcopos non audeant dicere causas suas*. Longe profectò hæc duo inter se distant, ut ex altero & altero codice petita videantur. Verum ea *quæ in editis* leguntur Innocentii I. papæ esse nemo jure ambiget, cum a Nicolao I. in gemina epistola in concilio Romano VII. apud Labbeum tom. X. legenda, tanquam ex Innocentio laudentur. Cùm verò nec ex epistola ad Victricium acceptis se illa scribat Nicolaus, nec breviator noster usque adeo semper in sensu canonum reddendo sit felix, alterarum conjecturâ necesse est; vel canon iste, prout in editis, ex alia quadam epistola Innocentii cum hac ejus ad Victricium male assutus est, aliis veterum, Pontificum epistolis accidisse constat; vel anonymus noster Pontificis mentem minimè est assecutus.

In epitome canonis VIII. edicitur de Monachis in clero non admittendis; id verò non mandat Innocentius, sed monet, ne ad altiorem gradum promoti modestiam, & virtutes reliquas quas in monasterio coluerant, abhiciant. Quare breviatoris nostri oscitantia castiganda est.

Epistolæ Innocentii ad Decentium synopsis plane barbara est, sed ejus primum caput veterem quendam liturgicum ritum exprimit, quem editus non tangunt, quamvis in sensu cum editis congruit. Verat pontifex canonē I. ne pax ante fiendum detur. Id verò anonymus noster ita expressit. *Ordo missæ ad pacem dare post quartam orationem*. Quartæ orationis nomine designari hic censeo illam quam ordo Romanus vetus apud Mabillonium Musæi Ital. to. II. *orationem ad complendum* appellat. In missa enim oratio prior ea erat, quæ nota *ejusdem*, idest ante epistolam legebatur. Succedebat altera *super oblata*. Dein oratio Dominica tertia loco erat; quarta eandem *orationi ad complendum* habebatur. En ergo breviator noster cum Innocentio concilitatus.

Canon hujus epistolæ quintus cur in duos fectus sit; cùm præsertim ambo illi in unum & idem redeant; non aliam assignarem rationem, nisi breviatoris nostri oscitantiam. Reliqua plana sunt.

Poltrema omnium legitur epitome literarum Innocentii *ad Aurelium* (utique Carthaginiensem) episcopum. Extat in collectione Labbeana num. XII. Innocentii ad Aurelium epistola, ad quam ea referri possunt, quæ in hac synopsi habentur.

A

I.

EX EPISTOLA INNOCENTII

Ad Exuperium.

I. PResbyter, diaconus incontinentes deponantur.

II. Qui continentes sint omni tempore viaticum accipiant, & communionem per misericordiam.

III. Uxorati si adulteraverint excommunicentur.

IV. Licet accusare homicidam.

V. Qui dimiserit uxorem, & aliam duxerit excommunicentur; similiter & mulier.

VI. *Libri* qui recipiendi sunt.

Moysi lib. V. Geneseis, Exodus, Leviticus, Deuteronomium. Jesu Nave I. Judicum I. Regum IV. Rhut I. Prophetarum XVI. Salomonis V. Psalterium I. Job. I. Tobiæ I. Esther I. Judith. I. Machabæorum II. Esdræ II. Chronic idest Lamentationes Hieremiæ. Paralipomenon II. Novi Testamenti: Evangelia IV. Pauli Apostoli XIV. Joannis IV. Petri II. Jacobi I. Actus Apostolorum, Apocalypsi Joannis.

B

C

II.

EX EPISTOLA INNOCENTII

Ad universos episcopos in Tolosa.

EPiscopus in aliena ecclesia episcopus non maneat. Hispanos detrahet de militia seculari celeri ad sacerdotium non ordinantes, nec curiales qui non debent esse clerici. Hispanos vituperant ii, qui in forensi exercitatione versati sunt, vel ex militia aliqua, sive ex curialibus, ut ad sacerdotium vel ad minora officia veniant.

D

III.

INNOCENTII AD VICTORIUM

Episcopum.

I. SIne Metropolitani consensu episcopus non ordinetur.

II. Qui cingulum militiæ secularis habuit ad clericatus officium non veniat.

III. Inter clericos episcopus audiat. Romani clerici ad alios episcopos non audeant dicere causas suas.

IV. Mulierem viduam clericus non ducat uxorem.

V. Alienum clericum nullus suscipiat.

VI. Novatiani vel Montenses per manus impositionem suscipiantur. Qui de nostris ad illos fuerant, & revocantur, longe poeniteant.

VII. Diaconi non misceantur cum uxore.

VIII. Monachus in clero non veniat, nec uxorem accipiat.

IX. Curiales clerici non ordinentur.

X. Velata si erraverit non accipiat poenitentiam.

XI. Con-

ANNO CHRISTI 401.

XI. Confectæ Domino non velatæ si nupserint poeniteant.

INNOCENTII

Ad episcopum. (sic)

I. Nullus bigamus clericus ordinetur.

II. Qui ante baptismum uxorem habuit, & post baptismum aliam duxerit, bigamus est.

IV.

INNOCENTII

Ad Decentium.

I. ORdo Missæ ad pacem dare post quartam orationem.

II. Nomina recitentur post commendationem offerentium.

III. Non consignent infantes presbiteri nisi episcopi.

IV. Omne sabbato jejunetur.

A Teneant presbyteri Missam in urbem præsente episcopo.

VI. Sine justu episcopi presbyter Missæ teneat, in urbe præsente episcopo.

VII. Sine justu Episcopi, vel alii manum ponant Inergumeno.

VIII. Omnes pœnitentes V. feria de pascha reconcilientur.

IX. Presbytero liceat visitare infirmum, & ungere chrisma, pœnitentem ægrotum, non liceat ungere de chrisma.

ANNO CHRISTI 401.

V.

INNOCENTII

B

Ad Aurelium episcopum.

FAcile non imponatur manus, Episcopo ex laico non ordinetur.

ADMONITIO EDITORIS

In sequentes variantes epistolæ ad Victricium.

COllectio nostra Lucensis canonum duplex est in eodem codice nongentorum annorum. Alia quidem integros canones conciliorum, & epistolas canonicas summorum pontificum continet; alia pauca contumnodo canonum conciliorum, & qui in epistolis Pontificum Romanorum continentur canonum synopsim exhibet. Synopsim jam dedimus, nunc ex integris epistolis alterius collectionis variantes majoris momenti promendæ. Ex Innocentii epistolis unica occurrit ad Victricium, ex qua hæc accipiant Lectores.

Edita	MS.
Ad Victricium.	*Ad Victorium.*
De sacris lectionibus tibi minus collectum esse videatur.	Tibi videatur innorum.
Coepiscopatus (a Petro) cœpit exordium.	Episcopatus cœpit exordium.
Cap. I.	Cap. I.
Nec unus episcopus ordinare præsumat episcopum, ne furtivum beneficium præstitum videatur.	*Deest.*
D	
Cap. III.	Cap. III.
Secundum Synodum Nicænam.	*Deest.*
Synodus statuit.	Vetus consuetudo exigit.
Cap. VI.	Cap. VI.
Sacerdotes mei semel nubant: & alibi: *Sacerdotes mei non nubent amplius.*	*Deest utrumque.*
Cap. XI.	Cap. XI.
Publicis functionibus occupatis.	Publicis functionibus aut honoribus occupatos.

IN

ANNO CHRISTI 404.

IN SUPERIORES VARIANTES ADNOTATIO.

PRiorem varietatem non morar, praetereuntem magni ullius momenti. Pro Canonicis lectionem praefert, nihil addit. Altera primatui Romani pontifici plus favet, quam lectio vulgata. Si canon episcopatum capiti a Petro discrimen, jam omnes episcopatum capiti a Petro discrimen, jam omnes episcopatum primum Romanum Pontificem, quem episcopatum supremus sportet. Id verò Petri successorem, agnoscimus, si non episcopatum non ita commode intulerimus, si episcopatum quidem, sed coepiscopatus, idest communis episcopatus a Petro coeptus dicitur.

Tertia lectio quamquam in editis non est mendosa, cum Sardicensis concilii canones, quos hic commemorat Innocentius, perfaepe apud antiquos sub Nicaeni nomine veniant; adhuc tamen aequior censenda est lectio, quae Nicaeni nomen B filet.

Quinta lectio (nam de quarta nihil est quod admonem) testimonia duo supprimit, quae tanquam ex Scriptura laudantur; cum reapse in Scriptura minime reperiantur. Notat quidem Labbeus ex his alterum asserri a Tertulliano de exhortat. ad castitatem, tanquam ex Levitico desumptum. An tamen idem testimonium adduxerit Innocentius contra codicis nostri auctoritatem jure meritoque ambigi potest.

ANNO CHRISTI 404.

CONCILIABULUM CONSTANTINOPOLITANUM

In quo S. Joannes Chrysostomus iterum deponitur

Anno 404. habitum.

Anno 404. CConstantinopolitani hujus concilii mentio a Veneto conciliorum Labbeanorum, editore facta est, ex Pagio accepta. Sed cum Pagius suo more non acta quidem, at ipsam potius aetatem synopsim exhibuerit; hinc factum est, ut uberior aetatum concilii Constantinopolitani tractatio in Collectionibus adhuc desideraretur. Id ergo totum repetendum nunc est ex Palladii Dialogo, cujus verba statim recitabo, postquam de causis fuit habendi concilii aliquid attigero. Iniqua synodi ad Quercum sententia deposituS. Joannes Chrysostomus exterris actus est ex urbe regia; inanitque exul aliquandiu, donec tandem ab Arcadio revocatus, sedem. suam reperiit. Grave id visum est Theophilo Alexandrino, adversariorum suis infensissimo, quare ejus opera coacta synodus est Constantinopoli Honorio VC. & Aritmetro Coll. idest anno 404. tertio Socratis lib. 6. cap. 18. Dilcoparatum est ibi utrum Joannes prius pristinam sedem repetisset, vetante canone Antiocheni concilii, ne episcopus, vel etiam inquite, in synodo deponitus sedem suam, nili ex sententia majoris synodi, repeteret. De hoc Antiocheno canone consulendus est Pagius in Collectione Veneto - Labbeana, to. III. pag. 98. Quae concilii sententia fuerit, ex Palladio audiendum.

Convocatis e Syria, Cappadocia, Ponto, & Phrygia universis Metropolitanis & episcopis, Constantinopoli eos congregant. Illi cum venissent, juxta canonum ordinem communicarunt cum Joanne, ne eadem quae prius committerent. Quod ubi refcivere Principes, aegre tulerunt eorum cum Joanne communionem. Et Theodorus quidem Tyanorum E episcopus, vir ornatus, intellecta conspiratione ex his quae ad ejus aures venerant, ne Theophili temeritatem fequeretur, infalutatis relictis omnibus ecclesiam fuam repetit, longum vale dicens Comitatui, fuamque, & provinciam pietatis manu communiens, ad finem usque in communione Sedis Romanorum perseverans; de quibus Paulus teftatur: *Fides vestra in universo mundo annunciatur*. Pharetrius autem episcopus Cesarae, quae est ad Argeum, supra modum formidans, ut larvati pueruli, fua civitate neglectus quidem, per literas cum adversariis Joannis contendit, quamvis non vocatus in concilium, incepte in cpiscopatu fefe gerens, melioremque inficiata. Denique Leontius Ancyrae Galatiae episcopus, conjunctus eft cum Ammonio episcopo Laodicae adultae, & combustum reddidit ecclesiam. Hi non folum vitii Principum minis, fed & contrario Imperatrium donorum spe decepti, in fecunda fynodo improoam fententiam Acacio & Antiocho fuggerunt, ut valeret Theophili non veridicum judicium, & nullo modo locus daretur Joanni defenfionis, allegatione canonum a Theophilo mifforum, quos compofierant quadraginta de Arii communione, qui fic habent: *Si quis episcopus aut presbyter pure, aut injuste depositus, per se redeat ad ecclesiam aut ipse synodo, vobis non habeat amplius locus adsentiendi, sed abjiciatur penitus*. Et hic quidem canon ut impius ab impiis editus, in Sardicenfi concilio a Romanis, Italis, Illyriis, Macedonibus atque Graecis abrogatus eft &c. Ammonius autem & Leontius, per admirabile quoniam Acacio, Antiocho, Cyrino Chalcedonenfi, ac Severiano, ingreffi funt ad imperatorem, monituri evocandos effe ex parte Joannis decem episcopos (erant autem plures quadraginta) ad conciliandam canonibus authoritatem; aliis quidem contendentibus orthodoxorum eos effe, aliis autem Arianorum effe demonftrantibus. Ingreffi autem Elpidius epifcopus Laodicae Syriae fenex & mitis & canitie, atque Tranquillus fuadebant imperatori, non oportere indicta causa ejici Joannem. Neque enim prius depofitus fuerat, fed ejectus a Comite; neque per fe redierat, fed juffu tuae pietatis, miffo ad id Notario. Ee quos nunc proferunt canones, haereticorum eos effe oftendimus. Cum autem Joannis adverfarii inordinate altercari perfifterent, alii quidem contentiori voce, alii tamultuofo pectoris motu impudenter agi-

ANNO CHRISTI 405. 410.

agitati coram imperatore: canonum (scilicet) illimus, atque obfervantiffimus. Elpidius, modica facta quiete, veluti malacia, leniter imperatori dixit: Imperator, ne diutius manfuetudinem tuam vexemus, fed unum id fiat. Subfcribant fratres noftri Acacius & Antiochus, ejufdem effe fe fidei ac nos qui canones ediderunt, quos tanquam ab orthodoxis editos proponant: & folata controverfia eft. Imperator annuefcenfa propofitionis fimplicitate, fubridens dixit Antiocho: Nihil ifto mihi videtur ueftius. Erat autem omnium quae acta funt infons imperator, aliis mutantibus quae bene conftituta erant. Vertigine igitur acti, atque in fe converfi qui cum Severiano erant, inftar aquae inftabilis, ob id quod fuerat pruderter ab Elpidio dictum & imperatoris judicio comprobatum, obticuerunt facie liveícente. Anguftus tamen loci conftricti, etiam nolentes promittunt fubfcribere: Sic egreffi, promiffum quidem non implent, utpote involuntarium, mententes ne vincerentur: machinabantur autem quo pacto expellerentus Joannes &c.

ANNO CHRISTI 405. 410.

CONCILIUM ITALICUM forte ROMANUM

In causa S. Joannis Chrysostomi restituendi,

Ab Innocentio papa I. anno 405. habitum.

Anno 405. *Dplicis conciliabuli, ad Quercum, & Constantinopolitani sententia damnatus S. Joannes Chrysostomus, post primum ab exilio restitutionem solum iterum verterat, nec reftitutionis illius fpes reftabat alia, nifi fequefter pacis vor aliquis patere Arcadium imperatorem pacaret. Id ut tentaret Innocentius papa I. ex Italis epifcopis concilium coegit, ut de re tota in commune deliberaret. Quid decreverint Patres narrat Palladius in dialogo de vita S. Joannis Chrysostomi hic verbis:* Epifcopi Italiae congregati tam imperatorem (Honorium) fcribat fratri fuo & conforti imperii Arcadio, ut jubeat Theffalonicae fynodum fieri, quo facilius utraque pars Orientis & Occidentis in unum accurrere poffit &c. Quibus accenfa ejus pietas Epifcopo qui dem Romanae eccleſiae ſcribit, nititat quinque epifcopos, presbyteros Romanae eccleſiae duos, & diaconos unum, qui ferant fuam ad fratrem fuum epiſtolam, cujus haec fententia erat.

» Tertio jam fcribo ad manfuetudinem tu» am, rogans, ut quae ex compacto contra » Joannem epifcopum geſta funt, emenden» tur. Et ut videtur nondum perfectum eſt. » Quare denuo ſcripſi per hobre epiſcopos & » presbyteros, multum ſollicitus de pace ec» cleſiaſtica, per quam & noſtrum imperium » pacem obtinet, ut jubere dignetis Orientis » epiſcopos Theſſalonicae convenire. Etenim » Occidentis noſtri epiſcopi, lectis viris ad» verſus malum ac mendacium ſimiſſimis, » nuſquam epiſcopos quinque, presbyteros » verò duos, & diaconum unum magnae Ec» cleſiae Romanae. Quos vellim omni honore » dignetis: ut ſi perſuaſi fuerint quod jure » expulſus ſit Joannes, doceant me ab ejus » communione recedere: aut ſi coarguerint » ſponte malignos eſſe Orientis epiſcopos, ab » eorum te communione avertant. Quoniam » enim ſit Occidentalium de Joanne epiſcopo » ſententia, ex omnibus epiſtolis, quae ad me » ſcripſit fratres, duas ſubjexui, eaſdem cum » caeteris ſententiae, unam Romani, alteram » Aquileienſis epiſcopi. Porro hoc ante om» nia obſecro clementiam tuam, Theophi» lum Alexandriae epiſcopum, etiam nolen» tem, ſiſtere jubeas, qui omnium malorum » machinae auctor eſſe dicitur; ut epiſcopo» rum qui adfuerint ſynodus minime impedi» ta, convenientem temporibus noſtris pa» cem ſanciat.

Deſtinati ſunt a Synodo Aemilius Beneventanus epiſcopus, & Cyrhegius, & Gaudentius, una cum Valentiniano & Bonifacio presbyteris, qui literas Honorii, Innocentii, & Italorum epiſcoporum, Chrematii Aquileienſis, & Venerii Mediolanenſis, atque aliorum, nec non communitorium ſynodi totius Occidentis accipientes, publica eveſtione Conſtantinopolim profecti ſunt cum Cyriaco, Demetrio, Palladio & Eulyſio epiſcopis. Commonitorium autem continebat, Joannem judicium ingredi non debere, niſi ipſi prius reſtituta fuiſſet & eccleſia & communio; ut ſubſtata cauſſa detractandi judicii ſua ſponte conſeſſum iniret.

SELEUCIENSIS IN PERSIDE SYNODUS,

In qua canones pro diſciplina in Perſide & Meſopotamiae reſtituendo conditi, anno Iſdegerdis XI. Chriſti 410. celebrata.

Anno 410. DE hac ſynodo primò ea referam, quae Renaudotus to. 2. Liturgiar. Oriental. in notis ad Liturgiam S. Maruthae pag. 272. in Florentino Ms codice Syriaco legit, in hanc ſententiam: *Canones & regulae conſtitutae a Synodo epiſcoporum Perſarum, habita in civitatibus Seleucia & Ctesiphontis eivitatum regni Perſidis in regnante D. Maruthae epiſcopi Miaſarekirin (in Meſopotamia) ad Iſdegerdem regem filium Saporis anno XI. regni ejus.* Legationis, hujus cujus occaſione ſynodus habita fuit Maruthas, hiſtoriam ita deſcribit author vitae Iſaaci archiepiſcopi Seleucienſis apud Aſſemanum Biblioth. oriental. tomi III. part. I. pag. 306. his verbis Latine ex Arabico ab eodem Aſſemano redditis: *Accidit ut Iſdeger-*

ANNO CHRISTI 410.

gerdes Perfarum Rex in morbum incideret, quem quum Perſæ medici curare non poſſent, A ſed (nam medici Chriſtiani plerique ſub Saſſur (nam medici Chriſtiani plerique ſub Saſſur regno interfecti fuerant, reliqui in aporis latebras profugerant) Rex Imperatorem Romanorum, ut peritum medicum ad ſe mitteret, etiam atque etiam rogavit. Miſſus eſt Marutha Epiſcopus Mayaphacheniſis, vir doctrina & pietate clariſſimus ac peritiſſimus medicus. Venerat jampridem ad aures Arcadii imperatoris Romanorum, quæ mala in Perſa degerdis autem annus undecimus in Chriſti annum 410. incidit. Non igitur ſub Arcadio, ſed ſub Theodoſio Arcadii filio ea ſynodus celebrata. Preterea quod de Maruta ab Arcadio ad Perſarum regem miſſo referitur, de prima Maruthæ in Perſidem profectione intelligendum eſt, quando reſidet urbe regia, in qua conciliabulum adverſus ſanctos Dei Antiq. Italiæ med. ævi to. III. pag. 976. ex quo hic illos damus, præfixa ejuſdem Muratorii præfatione.

Porro Maccarorius ibidem annum ſynodi B ſtatuit 405. in quem Idegerdis annum XI. incidiſſe cum reliquis vulgo chronologis cenſet; ego verò hic chronologiam ab Aſſemanio ex Arcadio ſuperſtite reformatam ſequendum duxi, adſignandum maluimus.

ANNO CHRISTI 410.

neceſſaria judicavit: quot cum legiſſet Maruthæ, mirifice probavit: deinde quæſtionum Patrum occidentalium canones ejuſdem ſynodi patribus obtulit, & illi rurſus canones & expoſitiones apud Orientales patres reperias exhibuere, quæ nimirum apud Græcos nuſquam extare conſtabat.

Hæc ille. Sed cum ſynodus Iſaaci habita dicatur anno Jezdegerdis undecimo, ſtare nequit quod de Arcadio imperatore narratur: hic enim obiit an. Chriſti 408. ſequenti autem annus undecimus in Chriſti annum 410. incidit. Non igitur ſub Arcadio, ſed ſub Theodoſio Arcadii filio ea ſynodus celebrata. Preterea quod de Maruta ab Arcadio ad Perſarum regem miſſo referitur, de prima Maruthæ in Perſidem profectione intelligendum eſt, quando reſidet urbe regia, in qua conciliabulum adverſus ſanctos Dei Antiq. Italiæ med. ævi to. III. pag. 976. ex quo hic illos damus, præfixa ejuſdem Muratorii præfatione.

Porro Maccarorius ibidem annum ſynodi C ſtatuit 405. in quem Idegerdis annum XI. incidiſſe cum reliquis vulgo chronologis cenſet; ego verò hic chronologiam ab Aſſemanio ex Arcadio ſuperſtite reformatam ſequendum duxi, adſignandum maluimus.

V. CL. LUDOVICI ANTONII MURATORI

PRÆFATIO.

PEto veniam ſi ſtigmentis hiſce (de *quibus in eadem diſſertatione egerat*) ſubnecto, non ſtigmentum quidem, ſed dubium monumentum, videlicet Symbolum Syriacum, D neminî, ut reor, hactenus viſam, quam immortalis memoriæ Fridericus Cardinalis Bonromeus Archiepiſcopus Mediolanenſis & Syrorum Linguæ in Latinum ſermonem convertendam curavit, atque in Ambroſianam Bibliothecam a ſe inſtitutam intulit, unde illam ego hauſi. Atque utinam Synodus illa, ubi venerandam primæ facie antiquitatem præſert, ita germanas, & revera vetuſtiſſimus foetus dicenda foret. Verum hoc præſtare nequeo, meorum, ne Cardinali doctiſſimo ſalem lubrîſve ſyrus aliquis ſpe lucri ex hujuſmodi merce concepta. Habita hæc dicitur *Anno Undecimo Jeſdarged filii Saporis Regis*, videlicet Perſarum, qui Meſopotamiæ, aliſve Syriæ partibus tunc dominabatur. Auctor eſt Theophanes in Chronico, eodem anno, quo Arcadius Theodoſii Magni filius patri in Imperio ſucceſſit, hoc eſt anno Chriſti CCCXCV. defatum quoque fuiſſe *Idegards* Regnum Perſarum. Quum ergo Annus ejus undecimus in annum Chriſti CCCCV. incidat, ea ipſo celebrata fuerit hæc Synodus, dum tamen ab illa abierit omnis fraudis ſuſpicio. Et ſane ſub eodem Idegarde Rege floruit *Maruthas Epiſcopus Meſopotamiæ, vir extrema pietate præditus*. Illum euſmodi elogio ornat Socrates Hiſtor. Eccleſias. Lib. 7. cap. 8. qui & narrat ejus ſanctis moribus & hortamentis Regem adeo fuiſſe commotum, *ut Maruthæ permiſerit ubicunque velit, Eccleſias ædificare. Exſtat apud Parſas Chriſtiana Religio latius propagata eſt*. Parum etiam abſuiſſe tradit, quin Chriſto ſuum nomen Idegardes dederit, quod & Theophanes confirmat. Hæc ergo reſte colligenti in Regem & tempus, quo coacta dicitur Synodus iſta. Ad iſta accedant, quæ Illuſtriſſimus, & Clariſſimus vir Joſeph Simonius Aſſemanus ante paucos annos in Tomo primo *Bibliothecæ Orientalis* adnotavit, dum Sancti Maruthæ acta illuſtrare. Is nempe Chronicon Syriacum laudat a Dionyſio Patriarcha Jacobitarum compoſitum, in quo Sanctus iſte Epiſcopus floruiſſe traditur Anno Chriſtianæ Æræ CCCCXIV. dicitur que duobus Concilîis in Regno Perſarum celebratis præfuiſſe, e quibus primum habitum fuit imperante Arcadio Auguſto, alterum imperante Theodoſio juniore Auguſto. Quare conſtuere & ita ad ſuperſtendum nobis re vera celebratum fuiſſe Synodum ſub Idegarde Rege, ſeu Jezdegerde Saporis filio, qui ad annum Chriſti CCCCV. pertinet.

ANNO CHRISTI 410.

nodum a Sancto Marutha, cujus Acta forta- A ſis usque ad nos ſervata fuerint. Verùm dum ego, quæ ſe mihi obtulere, publici juris facio, primo perpendatur velim, an *Rex Jeſdarged* recte *Saporis Regis filius* appellatus fuerit. Deinde num euſmodi Conciliun facile putandum ſit in Symbolo pronuntiaſſe, ſe ampleſti *Sanctum Paracletum ipſum de Patre, & Filio*. Quum enim in fine adnotatum fuerit, Synodum iſtam fuiſſe habitam poſt *Synodum* CL. idcſt Epiſcoporum in Concilio Conſtantinopolitano Œcumenico Primo congregatorum Anno Chriſti CCCLXXXI. Symbolum tunc effornatum tantummodo habebat, Spiritum Sanctum a *Patre* procedere. B Num & a *Filio* proceſſerit, diu poſtea agitata fuit acriter queſtio inter Latinos, & Græcos. Quare hoc ſuſpicionem juſtam, aut conſiſti, aut interpolari Concilii ingerit hujuſmodi ſententia. Canone etiam octavo, ſi Cuchari appellatione Romanus Pontifex venit, uti interpres in poſtrema adnotatione contendit: perpendendum eſt an affectatione prorſus careat, quod ibi ſcriptum eſt. Quamquam forſaſſe referri hæc poſſint ad Antiochenum Patriarcham. Reliqua omitto, ut ſuus leſtori erudito ſit locus in exigendo ad lapidem Lydium Opuſculo iſto.

SYNODUS SYRIACA

In Latinam Linguam translata.

CAnones aliqui, & ordinationes, quæ poſitæ fuere a Synodo Epiſcoporum facta in Soloc & Cataiſphon civitatibus poteſtatis Regni Perſarum, in legatione *Sanctî Maruthæ Epiſcopi Mipharſkenſis* ad *Jeſdarged Regem, Anno Undecimo* ipſius Jeſdarged *filii* Saporis Regis.

Convenere Epiſcopi quadraginta in C Soloc & Cataiſphon, & erant ipſorum præcipui Iſaac Catholicus Patriarchus *Seleuciæ & Ctheſiphontis, & Seleuciæ ipſius Soloc & Cataiſphon, & Maruthæ ejus frater*. Et conſedere in Eccleſia magna ipſius Soloc & Cataiſphon Menſe Februarii, tertiâ ferîâ. Et quum legiſſent epiſtolam miſſam ad eos ab Occidente ab Epiſcopis in terra Romanorum, & conſcripti erant Canones, qui poſiti fuere in Occidente, poſuerunt ipſi Canones hos, qui ſcripti ſunt infra.

I. In omnibus Eccleſiis prius oratio & precatio & obſecratio & ſupplicatio D offeratur coram Deo vivo & Sancto pro Regibus & Principibus, ut habitationem tranquillam & quietam habitemus cum tota ſanctitate & juſtitia, & ipſi non excogitent cogitationem ſuperbam & aſperam adverſus populum Dei.

SYMBOLUM POSITUM AB IPSIS EPISCOPIS ISTIS PERSIS.

II. Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, qui per filium ſuum fecit cœlum & terram, & per ipſum conſtituta ſunt ſecula ſuperius, & inferius, & inſuper fecit reſurrectionem & gaudium toti creaturæ. Et per ipſum Filium ſuum Unigenitum, qui natus eſt de ipſo de ſubſtantia Patris ſui, Deus de Deo, Lumen de lumine, Deus verus de Deo vero, natus & non factus: qui eſt Filius naturæ Patris ſui; qui propter nos homines, qui per ipſum creati

ANNO CHRISTI 410.

ciatur a Metropolitano magno Catholico Soloc & Catasphon, ferens secum epistolam ab Episcopis illis, qui cum ordinarunt. Qui vero ausus fuerit & nobis & episcopis aliis fecerit aut in vita aut in morte juxta definitionem istam positam a Synodo magna ac Sancta, factus & factor a toto Clero Ecclesiæ sine misericordia rejiciatur.

IV. Circa Eunuchos verò secundùm quod ordinatum est in Synodo, ita & nos servamus, quia omnis vir, qui voluntate propria abscindit se, & naturam suæ conditionis lædit, hic in Ecclesia non admittitur. Quòd si in fua puritia a domino suis violenter, aut a barbaris abscissus fuerit, aut in infirmitate decisus est a medicis, admittitur in Clerum Ecclesiæ, id quod permittit ei Canon Ecclesiæ.

V. Circa habitatrices, sicut justum est a Synodo, omnes nos facimus, quia deinceps omnis vir episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut subdiaconus, aut Clericus, cujus habitatio cum feminis fuerit, & honestè & Sanctè fœrum, ut decet ordinem ministerii Ecclesiæ, non fuerit monastice viri cum viris fœrsum, & feminæ cum feminis fœrsim, hic in ministerio Ecclesiæ nobiscum non recipitur.

VI. Circa lucra obscœna, & conventiones, & usuræ, de quibus mandatum est in Synodo ne fiant, omnes nos alacriter fervamus, quia deinceps omnis vir, qui in ministerio Ecclesiæ nostræ est in aliquo graduum Clericatum, & usuris & conventionibus utatur, alienus Ecclesiæ nostræ, ministeriique nostro est, & commixtionem nobiscum non habet.

VII. Circa auguria, & incantamentum, & opera aliena iniquitatis & peccati, hæc, quæ competunt Paganismo, & ligationes, & veneficium, & totus cultus Dæmonum, hæc omnia anathemate, & maledictionibus ab omnibus Ecclesiis, & filiis fidei nostræ negentur; & qui inventus fuerit in aliquo istorum, sine misericordia ejiciatur a tota Ecclesia Christi, & usque in æternum misericordia non fit super eum.

VIII. Canon verò iste injunctus in Synodo, ut bis in anno quolibet congregentur Episcopi in Synodo ad invicem, ut per eorum congregationem omnis dissensio & calumniæ cessent; rogatu magno præcipuos Synodi rogamus & perluademus, ut in duos annos, idest secundo quoque anno semel congregentur, solente Rege in Soloc & Catasphon, & scribente ad nos Dominus Metropolitanus magnus, & Archiepiscopus, qui sedet super thronum *Cucharum*, alacriter congregamur, & ad adorationem, & honorem Paternitatis ejus convenimus, & quidquid jusserit nobis in verbo Dei fine mora exequimur, & legem, quam in Christo Domino nostro imposit nobis, recipimus, & cum tremore & amore ejus voluntati consentimus.

IX. Quoad domum verò, in qua sunt recipiendi hospites, & pauperes, ut in omnibus Ecclesiis nostris sit destinata, consentimus, ac perfusi sumus, ut oporteat per episcopum recipiuntur ab Episcopo ad Episcopum ejus focium, aut a Presbytero ad sibi similem.

X. Ac ne accedant Presbyteri & Diacones & Subdiacones ad refectorium, pauperum, sed sit notum cœnaculum Clericorum & portiones inde non sit licitum eis sumere, ne forte dedecus & injuria advertat libertatem Ecclesiæ contingant, omnes nos consensimus, & consentimus.

XI. In loco quoque discumbendi.... in cœnaculis non est in ..... lugentium neque in nuptiis. Quicumque est in Ecclesia & Presbyteris aut & Diaconibus aut & Subdiaconis, aut filiis fœtus, aut consecratis, aut custodibus januæ consentimus, ut nullo modo liceat eis discumbere.

XII. Utque in omni die Dominico legatur Evangelium cum aliis libris, & verbum edisserator usque ad tertiam horam, & ad quartam horam, & tunc Sacrificium offeratur, omnes nos convenire esse definimus.

XIII. Quoniam autem multa, quæ sunt fermone illo Canonum Synodi Sanctæ illius Nicænæ, recipimus, adjudicamus, ut quilibet vir aut Episcopus Metropolitanus, qui præest tribus aut quatuor aut quinque Episcopis, aut etiam pluribus forte, scribat ipsos Canones istos, & coram oculis fuis fint femper, & secundùm eos constituant Episcopi omne negotium, & secundùm eos statuant convenientia pro Potestatibus fuis; post verò pauca ipsorum adtuum Synodi Episcoporum Persarum.

XIV. Seditio quoque Chorepiscopi fuit abeft Episcopus. Quum verò Episcopus adeft, Episcopus habet auctoritatem jubendi, ut vult, Diaconi quoque ita. Omnis vir Diaconus, qui in Civitate eft, & ægrotans non ægrotat, & tempore orationis non repetitur in Ecclesia, & in ordine Diaconorum in

ANNO CHRISTI 410.

sapiens eft in fermone ac doctrina; fitque ei cura circa pauperes, & folicitus hofpitum, & verfatus in minifterio Ecclefiæ ad corrigendum & ordinandum omnia convenientia.

XVI. Et die Dominico fuper cathedram concionem Diaconi præfente Epifcopo, ipfe prædicet Evangelium, ipfe legat, & de omni opere requifito ad minifterium Eccleſiæ ipſe jubeat, & brachium & lingua & honorans Epiſcopo ipſe ſit, & voluntate occulta Epiſcopi per cum fiat palam, & Presbyteros ſuper ſedilia ipſa ſedere curet, & in capite Diaconorum ipſe ſedeat ſecundum ordinem, quo ſederit Epiſcopus ſuper thronum.

XVII. Item Miniſtros hos, qui vocantur Exorciſtæ, ſuper januas tempore miniſterii ipſe conſtituat, & Libros Ledoribus ipſe injungat & tradantur, & Presbyteris & Diaconis & Subdiaconis ipſe diſtribuat Hebdomadam, ut conferat Baptiſma, & inferviat altari, & caveant templo & ejus orationibus & rebus. In omnibus Eccleſiis, in quibus ſunt Epiſcopi, ita faciant.

XVIII. Qui hebdomadis recipiunt, & bonis Eccleſiæ cibentur, & corum, cubile ſit in domo illa denominata in omni loco nomine miniſtrorum, & omnis Eccleſia, & Civitas pro ſua magnitudine diſtribuantur in ea homines hebdomadis. Circa verò proventus & reditus, qui ſequeſtrantur, & dantur viro illi, qui factus eſt Major-domus fidelis Eccleſiæ, hæc lex ſit, ut claves diſpenſationis, & adminiſtrationis ſuper Altare ponantur, & qui futurus eſt Major-domus, ab Altari recipiat ea, & quum deponi adminiſtrationem, aut ipſe ejus Epiſcopus vult eum abſolvere ab hoc negotio, ſuper Altare ponat ipſas claves, & ut meretur retributionem ſuam a Domino Altaris, ſive bene ſive male recipiet.

XIX. Quicumque verò vir Presbyter, qui in Civitate eſt, & ægrorans non ægrotat, & ſuper ſedilia cum ſuis collegis tempore orationis non reſidet, & tempore concionis coram Altari non ſtat, deponatur a miniſterio.

XX. Archidiaconus autem dicito viro Presbytero: offerat Sacrificium quotries abeft Epiſcopus. Quum verò Epiſcopus adeſt, Epiſcopus habet auctoritatem jubendi, ut vult, Diaconi quoque ita. Omnis vir Diaconus, qui in Civitate eſt, & ægrotans non ægrotat, & tempore orationis non repetitur in Eccleſia, & in ordine Diaconorum in populo non ſtat etiam, quum ab Archidiacono jubetur accipere ſtolam, & aſcendere ad ſedile le . . . . . & accipere Librum, & legere, & ubi legerit, rurſus relinquere miniſterium ſuum, & vagari, ſubeat pœnitentiam ſibi convenientem; quin neque in Diaconio liceat eſt relinquere Populum tempore orationis, & ſedere intus, niſi forte ægrotans ægrotat: Sed cum ſociis ſuis in ordine ſtet, & tempore Sacrificii coram Altari ſtet, donec abſolvatur tempus. Adverſus Diaconem hæc convenientia ſpernentem, auctoritatem habet ipſe Archidiaconus, ut judicium ſecundùm jus ſuum ulciſcatur contra eum.

XXI. Subdiaconorum quoque eâdem ſimilitudine ſinguli, qui tempore miniſterii non reperiuntur in Eccleſia, niſi ægrotent, aut diſcedant aliquo, & in Choro Pſalmis non ſtant, & ad januas templi tempore miniſterii non cavent, reprehendat extra, ne indulgentia iſta ſeu mollities plurimos corrumpat.

XXII. Archidiaconi autem erit hæc omnia conventionaria rogare, ac inquirere ſingulos. Et, ſine ejus conſilio nemini Presbyterorum, aut Diaconorum, aut Subdiaconorum, aut Clericorum liceat adire rus, aut ad aliquem alium locum, ſed ut diligenter & ſplendide decet ipſum Archidiaconum miniſtrare in Eccleſia Chriſti, & eſſe exemplum bonum multis.

XXIII. Quoniam ipſe eſt lucerna Eccleſiæ, & lumen coram Epiſcopo, verbo ac doctrina ſua neque apprehendatur mos iſte vetus, neque ſit amplius præſente fcilicet Presbytero ſenior e non offert ſacrificium ille junior ipſo. Ob hanc cauſſam omnes ſeniores admittunt, & exeunt, quippe qui locum dantes illis junioribus; nam coram Epiſcopo, ſi ab eo jubeatur, licet illi juniori exteris in annis offerre. Quòd ſi coram Epiſcopo celebrat, & coram ſocius ſuis Senioribus ſe celebrat Epiſcopum ſolum abſente Epiſcopo, quicumque Presbyter celebrans majoris eſt honoris, ſive ſenior ſit, ſive junior. Ergo omnibus Presbyteris & Diaconis non licet eis deſerere Altare, & diſcedere, quamvis convenientes ſit exhibere honorem ſibi invicem ſecundum verbum ipſius Apoſtoli jubentis, ut honore quis ſocium ſuum velutiſi ſe dignum magis reputet.

XXIV. Circa morem quoque iſtum contemnendum, qui ſubintravit confuſe & non competenter, ut qui parvuli ſunt, doctrinamque Scripturæ non intelligunt, facile & leviter dextera Sacerdotis

ANNO CHRISTI 410.

dotis eis imponebatur sine discretione & examine, deinceps definitio ista sit juxta præceptum Synodi, quia super minorem, triginta annos natum, dexteram Presbyteratus non imponatur.

XXV. Item non liceat Episcopo ordinare Presbyteros, Diaconosque in locis simplicibus, nisi in Ecclesia ante Altare.

XXVI. Qui verò ignarus est in doctrina, *nisi* Davidi totum (*ideſt*, Psalterium) & ore suo recitet, neque subdiaconus fiat. Sed admoneatur, ne fiat, donec totum David & ore suo addiscens, recitet. Ob hanc enim licentiam erit obtenebratio in Ecclesia. Quod si contigerit, & acceperit quis, prius non eruditus, dexteram Presbyteratus aut Diaconatus, rursus colligat se, addiscat & consideret doctrinam, ne dormitent ministri Christi, & sint idiotæ in verbo ac doctrina sua.

Post verò alia, & ipsis gestis.

XXVII. Omnis verò Episcopus in sua Diœcesi & Civitate potestatem habet ipse ordinandi Presbyteros & Diaconos & Discipulos, & ædificandi Ecclesias, & augendi omnia bona, quæ voluerit, ut sit exemplum bonum. Episcopus verò ille Metropolitanus, qui præficitur ipsis Episcopis fratribus suis, non ut honorandus in ipsis Episcopis secundùm gradum suum, ita convenit, ut ad eum pertineat scribere cedulam, & monere Catholicum circa quodlibet negotium, quod contigerit inter ipsos Episcopos sibi proximos, & sub ejus manu sunt. Et ipse moneat fratres suos de eo, quod scribitur sibi a Catholico, & ab ipsomet scito Catholicus quodlibet negotium ortum inter illos; quod si contigerit, & sit querela aliqua inter Episcopum & Episcopum, aut inter Presbyterum aut Diaconum, & suum Episcopum, sive ob convenientiam mansionis, sive quod ipse Episcopus forte non se gerit secundùm caritatem benignè & humiliter, interest eis Episcopus Metropolitanus, qui præsit eis, juxta quod scriptum est in canone Synodi magnæ. Quod si fortius sit ipso Metropolitano negotium, quodcumque, & non valeat pacificè absolvere illud, scribens moneat Catholicum, & liberetur a contritione, [*ideſt* fastidio.] Et ipse Catholicus scribat, & secundùm sapientiam suam jubeat & absolvat negotia. Episcopo verò illi metropolitare non liceat, ut quasi vi dominanter aggrediatur negotia Diœcesis alterius Episcoporum, quibus præsit, & imponere ei res. Sed manens loco suo ipsemet Metropolitanus scribat ad ipsum Episcopum illius Diœcesis circa illud scandalum, quod audit, si obtemperat ei. Sin autem moneat Catholicum, uti supra scriptum est. Quod si voluerit ipse Episcopus Diœcesis in commemoratione Martyrum, postulet ab ipso Metropolitano, qui præsit sibi, & invitet eum in Diœcesim suam. Hoc ejus erit Episcopi, quicumque sit, ut si velit complacere quibus præsit, habet auctoritatem ipse Metropolitanus convocare ipsos ceteros Episcopos, & constituere Episcopum illum, quem voluerit ipsa Civitas. Postquam verò ordinavit eum, transmittat eum cum epistola ad Catholicum, & perficietur ab ipso. Extra verò ista non habet auctoritatem Episcopo Metropolitano supra Episcopos illos, qui sub ejus manu, neque hoc poterit, ut gula & magnitudine ventris inquirat eos accipiendi & dandi.

ANNO CHRISTI 410.

Explicunt Canones positi a Synodo Episcoporum Persarum, velut ex virtute Canonum illorum Synodi magnæ Nicænæ. Una & hac parte fluminis, & alia & illinc Catalſphon & Solec vocant eam, sed una est, Tempus horum Canonum, Persarum est tempus illud, quod est post Synodum CL.

ANONYMI INTERPRETIS ADNOTATIONES IN HANC SYNODUM.

Circa hanc Synodum nota primo, Lector, quod licèt tanta fuerit ac fit Latinorum industria, transferendo fcilicet in Latinam sermonem aliarum nationum doctrinas, ut ipsis ipsis inquietantem omnibus numeris absolutam meritò adscribere nobis liceat: eos tamen hactenus quamplurima (scitu dignissima apud nos Chaldæo-Syros & Arabes latent doctorum opera, quinimmò ferè omnia.

Nota secundò, Catholicum ipsum, cujus mentionem supræ numero hæc Synodus facit, esse Armenorum Patriarchum. Sic enim usque in præsentem diem eum vocant ipsi Armeni. Itaque hæc Synodus habita fuit inter Episcopos Armenos, Catholicos tamen, atque Ecclesiæ Romanæ tunc temporis obedientes, ut patet in procemio hujus Synodi.

Nota denique tertiò, Metropolitanum illum *Cuebarum*, cujus in Octavo Canone fit mentio, esse *Pontificem Romanum*, tunc sub illa præpositio Syriaca apud nos Syros eum significat, qui majorem se habet neminem. Qui quidem, si secularis esset, Imperatorem agnoscimus, sin autem ecclesiasticus, Pontificem Romanum intelligimus. Quamobrem quum in hoc Canone sat ejus mentio, non ut secularis, sed ut Ecclesiastici, non alius quam Pontifex Romanus esse potest: præsertim quum hoc ipsum colligatur ex ipsomet modo loquenti Canonis. Hoc autem notaverim, tenens, Authores hujus Synodi fuisse Catholicos ante Schismatis tempora.

ZO-

ANNO CHRISTI 414.

ANNO CHRISTI 414.

ZOSIMUS PAPA

Sedit ab anno 417. usque ad 418.

AD CONCILIUM ANTIOCHENUM vel SYRIACUM

Pro damnatione Pelagii

Anno 414. ut fertur, habitum

ADNOTATIO CHRONOLOGICA, ET ADDITIO.

Vacans obitu Joannis episcopi solium. Hierosolymitanum Praylus anno 417. vel forte citiùs ascenderat, ac primò quidem occupatum favore Pelagii animum gessit, pro quo & literas dedit ad Zosimum, ut in sua epistola ad Africanos idem Zosimus testatur. Dein verò causa maturius discussa in concilio, cui Theodotus Antiochenus episcopus præsedit, hæresim agnovit, Pelagium Hierosolyma abegit, ac novis ad Zosimum literis condemnavit, qua de re Marius Mercator in commonitorio. Concilium illud anno 414. in collectione Veneto-Labbeana confignatur. Mihi verò alia plane sedet opinio, in annum 418. referendum arbitranti, cujus opinionis meæ hæc præcipua documenta. Pelagius Hierosolymis non desistit, nec ante sedem illam deseruit, quam in concilio, cui Theodotus præsulе, damnatus a Praylo ex urbe illa pulsus exadhuc fuit, ut ex commonitorio Marii satis conflare arbitror. Anno 417. die XI. Kal. Octobris cum Zosimus literas suas dedit ad Africanos, Pelagium Hierosolymis adhuc egisse ex tota illa epistola satis apparet. Anno vero sequenti 418. die prid. Kal. mail, hæreticum illum non Hierosolymis, sed Romæ egisse non inani conjectura deduceremus ex lege Honorii imperatoris in hæreticos illos tunc data, ac in collectionem Venero-Labbeanam to. 2. col. 405. translata. Ea etenim lege imperator urbe Roma pelli Cœlestium & Pelagium mandat. *Pulsi ex urbe* (Roma scilicet, ut ex edicto Palladii præfecti prætorio conſtat) *primitus capitibus damnatæ sectæ suæ, Nestorianæ Pelagiæque &c.*

Quod verò ex Pagio notat Hardouinus, de exordio episcopatus Theodoti cum anno 420. componendo, id dubium, incertumque existimat Tillemontius in nota LXXIV. ad vitam S. Augustini, quin & anticipandum illud ad annum 417. rectius censet. Huic conjectura nostra suffragatur, eademque constituta. Theodori epocha, quominus concilium illud in annum 418. anno Majum mensem referatur, nihil prohibet.

His verò admissis facile est definire, quo demum anno Zosimus agnita tandem hæretica Pelagii & Cœlestii dogmata una cum *impiis* authoribus damnarit, quod cum vix aliter quam in concilio fieri soleret, hinc non immeritò novum quoddam concilium, Romanum, intactum collectoribus, commemorandum suscipimus. Igitur Zosimus Pelagium & Cœlestium tunc primum damnavit, cum Praylus de reprobato ac pulso Hierosolymis a se Pelagio literas ad pontificem dedit. Id verò non priùs Septembri mense anni 417. contigisse in superioribus demonstravimus. Sed neque die XII. Kal. Capitis anni 418. quidquam adhuc Romæ in illos pronunciarum fuisse probant literæ *Zosimi ad concilium Carthaginense* tunc datæ, *quibus pontifex* certiores facit Africanos *parum se nihil* adhuc de Cœlestio pronunciasse. Verum cum ejus anni majo ineunte Honorius lege sua in Pelagium & Cœlestium animadverterit, conjecturam inde capere licet, sententiam Romani pontificis in utrumque præcessisse; adeoque damnatio illa inter exitum martii, & maii exordium non ininter conſignaretur. Ad hoc porrò concilium, quo *Zosimus* authores novæ de gratia Dei hæreseos damnavit, referenda censeo verba illa, quæ ex epistola Zosimi *ad totius orbis episcopos* decerptit author ejus *acutis in authoritatem fidei expoſitis capitulis*, quæ epistolæ Cœlestini ad episcopos Galliæ subjiciuntur: *Nor autem ſufficiebat Dei [omnia enim bona ad authorem ſuum referenda ſunt unde noſcuntur] ad fratrem, & coepiſcoporum noſtrorum conſentientium univerſa retulimus.* Quæ pontificis verba ſic acceperunt Africani epiſcopi in epiſtola ſua ad eundem, in excerpto ab eodem authore deſcripta, ac ſi illos, qui contra Deiadjutorium extollunt humani arbitrii libertatem, diſtrictio gladio veritatis velut curſim tranſiens amputarit. Non ita profectò literas Zoſimi commendaſſent Africani patres, niſi poſtquam damnato ab eodem pontifice Cœleſtio, ac Pelagio ſua... cum illo diffidia compoſuiſſent. Hoc ergo Romanum concilium, in quo Cœleſtius & Pelagius damnationis ſententiam a Zoſimo tulerunt, in unum cum reliquis cenſum eſt referendum.

BONI-

ANNO CHRISTI 419.

BONIFACIUS PAPA I.

Sedit ab anno 418. usque ad 423.

AD EPISTOLAS BONIFACII I. APPENDIX.

AD JUSTUM DOROBERNENSEM EPISCOPUM,

Cui pallium transmittit.

DILECTISSIMO FRATRI JUSTO BONIFACIUS.

Ex Wilkins Conc. Britan. to. 1. pag.

PAllium per latorem præfentium fraternitati tuæ benignitatis ſtudiis invitati diximus, concedentes etiam tibi ordinationes epiſcoporum, exigente opportunitate, Domini præveniente miſericordia, celebrare; ita ut Chriſti evangelium plurimorum adnunciatione in omnibus gentibus, quæ nondum converſæ ſunt, dilatetur, &c.

EX DECRETIS BONIFACII I. PAPÆ

Ad Eleutherium comitem.

Extat in additionibus ad vetuſtam MS. codicem Gratiani Reinelii XII. ad cauſam XII. q. 2.

REquiſivit pia tua intentio qualiter oblationes & decimæ fidelium debeant dispertiri. Deceſſorum itaque noſtrorum ſtatuta ſequentes, pidemus de decimis & oblationibus quatuor fieri portiones, videlicet ut ſibi primam epiſcopus habeat, ſecundam eccleſiæ tribuat, tertiam verò pauperibus concedat, quartam autem clericis noverit erogandam; ita fcilicet ut pro perſona, & loco, & merito ſua illis diſtributio partium; inde in majoribus eccleſiis militent, ſive in civitatibus & villis miniſtrent, ſi enim unius eccleſiæ filii ſunt, & unam matrem habent eccleſiam, cur non omnes unius matris ſi pendia fortiantur? Una eſt mater eccleſia. licut unus Dominus & una fides & unum baptiſma, licet ubique ſit per orbem terrarum diffuſa, licet pro locorum diverſitatibus, & majorum conſtitutionibus diverſas ſit dignitates fortita, ut aliæ dicantur matrices eccleſiæ, aliæ matricibus quaſi matribus ſibi ſubdítæ. Quæ cum ita ſint, cur non omnes Clerici unius matris ſponſi communicent, quos conſtat unius matris filiabus utiliter miniſtrare?

CONCILIUM CORINTHIUM

In cauſa Perigenii ad epiſcopatum Corinthium transferendi,

Anno 419. circiter celebratum.

Anno 419. circiter.

PErigenes quidam eccleſiæ Corinthiæ præpoſuyer, Patrenſis epiſcopus renunciatus conſecratuſque fuerat a Metropolitano ſuo Cyprianorum epiſcopo. Rantem ad eccleſiam ſuam Patrenſem reiecerant; quare ille Corinthum regreſſus, quietus aliquantiſper manſit, donec ibi e vivis fubiato Metropolitano, de illo ſubſtituendo populus cogitavit, ejuſque rei gratia ſynodus habita eſt, conſuluri forſaſſe num liceret in eo ſingulari rei eventu alterius diœceſis epiſcopum ad alteram tranſferri. Synodus ſubſtitutionem hanc præſtavit, poſtulandumque cenſuit a Bonifacio I. Romano pontifice, ut eccleſiæ Corinthiorum epiſcopum darec Perigenem, virum optimum, & totius Eccleſiæ teſtimonio probatum. Bonifacius aſſenſum præbuit; ſed cum res illa iterum revocaretur in dubium, & provinciæ illius, Theſſaliæ nempe epiſcopi rem dignam judicarent, ut in concilio totius provinciæ tractaretur, Bonifacius datis ad Rufum Theſſalonicenſem Metropolitanum literis ſignatis XIII. Kal. octobris *Ordinatio caſſ.* anno ſcilicet 419. mandavit, ut ipſe apoſtolico nomine, nonnullis aliis adjunctis epiſcopis, de cauſa illa cognoſceret, veteratoque ne Theſſalorum concilium judicium illud uſurparet. Qui fuerit cauſæ illius exitus diſcimus ex epiſtola Bonifacii II. pontificis ad ſynodum nov apud Theſſalonicam congregandam, ſcribit enim in illa apoſtolicæ ſedis præſulum Perigeni profuiſſe. Hoc ergo concilium, Corinthi habitum, in quo Perigenius ſolertia diœceſis epiſcopum ad aliteſedem confirmandis fuit, laudat epiſtola Bonifacii ad Rufum, lecta in conciſio III. Romano ſub Bonifacio II. his verbis: *Certarbi Perigenem, ſicut fundatum a S. Synodo ſuper ejus nomine diœceſis tranſlatur, ſanctum, & inſtitutis optimi qualitate pollentem, civitatis ſuæ non tam accipere quam retinere debeamus, facerdotem.* Id etiam repetit in altera epiſtola ad eundem Rufum ſcripta ac ſignata XIII. Kal. Octobr. *Monasterio V. C. Coſ.* ideſt anno 419.

ANNO CHRISTI 419.

In cauſa appellationum ad Romanum pontificem

Anno 419. celebratum

ADDITIONES.

CArthaginenſe celebratum concilium Honorio XII. & Theodoſio VIII. AA. die VIII. Kal. Junii ſatis per ſe notum eſt, & a ſcriptoribus plane innumeris iiſque doctiſſimis ita vexatum, ut nihil ejus poſterorum diligentiæ excutiendum relinqui videatur. Illud ego tamen conferens cum veruſtiſſima nongentorum annorum collectione Latina canonum, quam in codice eccleſiæ cathedralis Lucanæ aſſervari plus vice ſimplici admonui, varianta quædam & additamenta ex illo reſultaſſe intellexi, quæ eruditorum cognitione digniſſima judicavi. Primò igitur ubi in editis col. 443. legitur *Vincentio Cuſtiniano, Fortunatiano Neapolitano provincie proconſulari, & cæteris epiſcopis ducentis decem & ſeptem*; in noſtro codice forte correctius legitur *Vincentio Cuſtirano, Fortunatiano Neapolitano, & cæteri epiſcopi provincie proconſularis CCXVIII.* Quanquam enim Neapolis & Cuſium urbes fuerint provinciæ proconſularis, adeoque illud *provincie proconſularis*, commode ad illos *ceteros* acta ejus concilii, forte tantem commodius legeretur Vincentius Cuſitanus & Fortunatianus Neapolitanus & cæteri epiſcopi provinciæ proconſularis; nam colleſtum Carthagine concilium ex legatis quidem aliarum Africæ provinciarum, ex epiſcopis verò potiſſimum proconſularis provinciæ, cujus caput erat Carthago, conſtiſſe probabile eſt. Hujus leſtionis noſtræ veritatem fere totam vindicat veruſtiſſimus canonum iſtorum Græcus interpres, legit enim *κὰι τῶν λοιπῶν τῶν ἁγίων καὶ δικαίων τῶν τῆς ἐπαρχίας Καρθαγένης*. Cuſtiſſe verò, quæ urbs erat in eadem provincia proconſulari Cuſitanum epiſcopum nuncuparet.

In canone hujus concilii VI. Aurelius Carthaginenſis epiſcopus cunonem XVII. Sardicenſis concilii, ſub expreſſo Sardicenſis concilii nomine, ſatis perfecerunt laudaverit. *Dictum eſt ex Sardicenſi concilio*. Illud *ex Sardicenſi concilio* deeſt in noſtro codice; ſicut etiam illud omittit veruſtiſſimus horum canonum Graecus interpres in codice canonum eccleſiæ Africanæ, quod forte cum iis, quæ in tota hac controverſia cum eccleſia Romana acta ſunt, melius quadrat. Canones enim Sardicenſes, quamvis non ignorarint Africani illi patres, noſſe tamen ſub expreſſo Sardicenſis concilii nomine vix credo; alioqui allatus a Bonifacio canon Sardicenſis concilii de appellationibus ad pontificem; allatus, inquam, ſub nomine Nicæni concilii nequaquam novus acciderit patribus illis. Sed agnoſcentes canonem hunc ad concilium Sardicenſe pertinere, Bonifacium de errore monuiſſent, reponentes Sardicenſem canonem ab illo veluti Nicænum obtrudi. Forte igitur collectionem habebant ex canonibus Orientalium conciliorum textam, in qua tamen *ſingulis* canonibus nomen concilii unde aſſumpti fuerant minimè adſcriptum legebatur. Hinc factum eſt ut ſcirent quidem canones Sardicenſes, nomen vero concilii ignorarent. Ex quo ulterius conſequebatur, noviſſe quidem illos canonem de appellationibus a Bonifacio prodactum, ſed ignoraſſe nam reipſa ad Nicænum concilium pertineret, quæ erat Bonifacii perſuaſio.

Sequitur in noſtro codice Synodica concilii ad Bonifacium, quæ & in codice canonum eccleſiæ Africanæ legitur, unde varianta quædam leviora tamen momenti reſultant. Illud præterire pigeret, quod ubi in editis, & in Græco patriarchales Orientis ſedes hoc ordine leguntur: Antiochenæ, Alexandrinæ, & Conſtantinopolitanæ; in noſtro codice eſt ordo *transpoſitus* ſic: *Conſtantinopolitanæ, Antiochenæ, & Alexandrinæ*. Porro Conſtantinopolitanos præſules per hæc tempora affectare cæpiſſe primatum ſupra cæteras Orientales nemo eſt. Reliqua varianta, utpote nullius momenti negligimus.

Secundum hoc exhibet idem codex epiſtolam Attici patriarchæ Conſtantinopolitani, quæ in editis apud Labbeum non apparet. Hanc verò epiſtolam ſubjiciſſe Atticum apographo Nicænorum canonum, quem diligenter ex authographo expreſſum ad Bonifacium requiſitus miſit, ex ipſis epiſtolæ verbis, tum & epiſtolæ inſcriptione intelligimus. Baronius ejuſdem epiſtolæ portionem in codice Mſ. collectionis Dionyſii Exigui nactus deidit, fed hæc portio titulo caret, & poſteriori parte mutila eſt. Vera tamen idem ſcriptor ſuſpicatus eſt, conjiciens ſubſcriptionem eſſe Attici, quam canonibus Nicænis ex genuino Conſtantinopolitano codice a ſe deſcriptis, ad majorem fidem aſſerendam, ſubjecit. Integram tamen, qualis in noſtro codice legitur, dedit Pithæus in codice canonum veteris eccleſiæ pag. 172. eamque extare dicit in editione Dionyſii Exigui. Ex his verò, quæ epiſtolæ huic præmittuntur, diſcimus Bonifacium pontificem & Carthaginienſes patres ſuum utroſque legarum. Conſtantinopolim ad petendos Nicænos canones miſiſſe. A Bonifacio Innocentius, a concilio mittitur Aſellus ſubdiaconus; niſi forte mendoſe Aſellus pro Marcello ſcribitur, cum in epiſtola Attici ad Aurelium, in codice canonum Africanorum legenda, Marcellus appelletur. Utcumque ſit, ita codex notter.

ANNO CHRISTI 419.

Incipit epistola Attici episcopi ecclesiæ Constantinopolitanæ ad Bonifacium urbem Romæ episcopum data, cum exemplaribus Nicænorum canonum Græco in Latinum translatorum a beatissimis Cyrillo & Attico episcopis Alexandrinæ & Cpolitanæ ecclesiæ, & directis per Innocentium presbyterum suum & Asellium subdiaconum ecclesiæ Carthaginensis, ut superius recitatum est. Fides Nicæni concilii cum... titulis XX. epistola verò ita constituitur.

Atticus episcopus ecclesiæ Constantinopolitanæ sancto fratri Bonifacio urbis Romæ episcopo salutem.

EDidi canonica Sanctorum patrum olographa manu, & subscriptos a me, amen. Græca elementa literarum numerus (*sic*) exprimere, nullus qui tenuiter vel grecæ dictionis notitiam habet, ignorarat. Negitur in faciendis epistulis canonicis, quas nos Latinus firmatas appellat, ausqua fraus falsitatis temere præsumeretur, hoc a patribus CCC. XVIII. Niciam congregatis faluberrime inventum & constitutum, ut formatæ epistulæ hunc calculationis, seu suppputationis haberent rationem; ideſt, ut annumatur in suppputationem prima græca elementa Patris & Filii & Spiritus Sancti, ideſt ΠΔC, quæ elementa octogenarium, septuagesimum, ducentesimum & primum significant, numerus quoque Petri Apostoli prima littera, ideſt Π, qui numerus octuagina significat, & qui scribit epistolæ prima littera, cui scribitur secunda, accipientis tertia littera, civitatis quoque de qua scribitur quarta, & indidionis quæcumque fuerit, idem temporis eorumdem qui fuerit numerus adsumatur, adqueita his omnibus græcis literis, quæ ut diximus numerus exprimunt, in unum duétis unam, quæ cum collecta fuerit summam epistolam tenet, qui accipit hanc omni cum cautela requirat, expreſſa addat, præterea separatim in epiſtola etiam nonagerarium & nonum numerum, qui secundum græca elementa ignificat amen.

ANNO CHRISTI 419.

AD IDEM CONCILIUM

Ex vetuſto Codice

EMENDATIONES.

CONcilium hoc Carthaginiense, quod variis sessionibus celeoratum est, Labbeus non uno in loco, & sub uno conspectu totum, sed varias in partes diſectum exhibuit, alia quidem & major inter [illegible] Ecclesiæ Africanæ contenta est tom. 2. pag. 1252. & seq. Neque ibi pariter una continuata serie canones ejus omnes legendi seſe offerunt, sed usque ad canonem XXXIII. perduci, intercurrentibus subito aliorum conciliorum canonibus interſecantur, nec niſi circa finem ejusdem codicis redeunt. Alia ejusdem sessionis pars est in Tomo III. pag. 443. Sessio alia ejusdem concilii succedit ibidem. pag. 459. Denique in concilio Africano hujus secundæ sessionis, & totius concilii conclusio exhibetur ibid. pag. 526. Hujus ergo concilii, vel saltem hujus primæ sessionis integriores, nec per partes diſectos canones & gesta nactus sum in vetuſtiſſimo Lucensi codice, quem circa ætatem Caroli magni vel ſilii ejus Ludovici scripsum judico; ex quo codice num integrum concilium ederem, diu multumque apud me anceps libravi. Omittendum tandem censui, ne lectorem onerarem lectione canonum, qui tandem omnes in collectionibus, licet per partes diſecti, legantur. Juvat tamen seriem & ordinem, quo singula recenſentur in nostro codice hic narrare, ut cum veluti duce quem Lectores in ea lectione sequantur. Adiiciam & varias quaſdam majoris momenti, quæ in collatione codicis hujus cum editis ſeſe mihi obtulerunt. Titulus igitur ſic conceptus eſt.

CONCILIUM CARTHAGINENSE

Gloriosiſſimorum imperatorum Honorii XIII. & Theodoſii VIII. AA. VIII. Kal. junii Chartagine in ſecretaria baſilicæ Fauſti.

IN editis eſt *poſt conſulatum gloriosiſſimorum*, quod tamen in codice mendoſe omiſſum non dubito. Succedunt nomina epiſcoporum qui convenerunt, in quibus variantia quædam occurrunt, ſed cum leviora ſint momenti, ea libens omitto. Secundum hæc ſequitur Aurelii allocutio ad concilium, lectio commonitorii a Zoſimo pontifice legatis ſuis tradiți, tum & cætera. omnia, quæ utrimque tam ſcilicet in codice canonum, quam in actis concilii VI. Carthaginiensis apud Labbeum recurrunt.

His omnibus recitatis Aurelius reſumpto ſermone convenit cum legatis apoſtolicis, ut ex Oriente acta sincera Niceni concilii reperterentur, *a nobis*, ait Aurelius, *hæc ipſa firmabuntur, aut ſi non inveniantur, collectaſynodo de hoc in ſequente tractabimus*; poſt quæ verba iterum in noſtro codice repetitur, *ut aut thedem reperta a nobis firmabuntur, aut ſi non inventa fuerint ſilebunt*. His abſolutis Acta Nicæna a Daniele notario recitata innuuntur, poſt quæ Aurelius epiſcopus ita partes alloquitur ac legitur in codice eccleſiæ Africanæ, ſtatimque succedunt canones prout in eodem codice habentur. Porrò ex his canonibus hæc majoris momenti varianria adnotavi.

ANNO CHRISTI 419.

Editi

Can. VIII. admitti, nec ne &c.

Can. XII. a fex epiſcopis,

Can. XIII. honore privabit.

Can. XIV. a proprio epiſcopo reſidente.

Can. XV. Hoc etiam placuit, ut a quibuſque judicibus eccleſiaſticis ad alios judices eccleſiaſticos fuerit provocatum; non eis obſit quorum fuerit ſoluta ſententia, ſi convinci non potuerit vel iniquo animo judicaſſe, vel aliqua cupiditate a gratia depravati.

Can. XV. Et ubi blaſphemiæ ſunt, non accedat.

Can. XVI. Item placuit ut Clericus ſi commodaverit pecuniam accipiat, ſi ſpeciem quantam dederit accipiat.

Can. XVI. Et ut ante XXV. annos ætatis nec diaconi ordinentur nec virgines.

Can. XVII. Placuit ut Mauritania Sitiphenſis, ut poſtulavit primatem Numidiæ, ex cujus cœtu ſeparantur, ut ſuum habeat primatem, quem conſentientibus omnibus primatibus provinciarum Africanarum vel omnibus epiſcopis propter longinquitatem habere permiſſa eſt.

Can. XX. In presbiteri nomine ſex, in diaconi tres ipſorum cauſam diſcutiant.

Can. XXI. Cum gentilibus, vel hæreticis matrimonio non jungantur.

Can. XXV. Cæteros clericos ad hoc non cogi niſi maturiore ætate.

Can. XXVIII. Vicini epiſcopi eos cum conſenſu ſui epiſcopi audiant.

Can. XXVIII. Intra Africam.

Can. XXXII. Nomine ſuo comparant.

Can. XXXIII. Ignorante concilio vel presbiteris ſuis; Non habente ergo neceſſitatem neque epiſcopo liceat matricis eccleſiæ rem tituli ſui uſurpare.

MS.

Admitti contra apoſtolicam regulam, nec ne.

A ſex vel ſeptem epiſcopis.

Ab hoc cœtu ſeparabit.

Deeſt.

Deeſt totum.

Ut ubi blaſphemiæ ſunt &c.

Quod vel quantum commodaverit recipiat, & Clericus ſi commodaverit pecuniam, pecuniam recipiat, eandem ſpeciem, quantum ei debetur, recipiet.

Hic ponitur pro novo canone & ſic concipitur. Ante XXV. annis nullum in ordine promovere; & ut ante XXV. annis ætate Diaconus, vel Presbiter nullus ordinetur, nec virgines &c.

Primatem vero proprium cum Mauritaniæ Sitifenſis epiſcopi poſtularent, omne concilium epiſcoporum Numidiæ conſenentibus (*conſentientibus*) omnibus primatibus vel univerſi epiſcopi (*ſic*) provinciarum Africanarum, propter longi itineris novitatem (*ſic*) habere permiſſa eſt; cum conſilio Cartaginienſi (*ſic*) eccleſiæ factum eſt.

In presbytero V. diacono II. epiſcopi cauſam diſcutiant.

Vel hæreticis vel ſchiſmaticis matrimonio &c.

Niſi maturiore ætate, ut ſuperius dictum eſt annorum XXX. (*congruit cum ſanctione Siricii epiſc. ad Himer.* cap. IX.

Deeſt cum conſenſu ſui epiſcopi.

Intra eandem provinciam.

Nomine ſuo vel per alium excuſandum comparant.

Vel cuncto presbiterio ſine ulla neceſſitate.

Dein alius eanon ſuccedit cum ſuo titulo ſic. De rebus tituli non inwadendis

Sed ut epiſcopo non liceat matrici eccleſiæ rem tituli presbyteri ſui uſurpare.

ANNO CHRISTI 420.

Tum sequitur in nostro codice: Aurelius episcopus juxta statuta totius concilii &c. *ut est in fine Codicis ecclesiæ Africanæ. Subscriptiones tas in nostro codice legantur; in quibus ea quæ variant ab editis alio charactere distinxi.*

ANNO CHRISTI 420.

SUBSCRIPTIONES.

Lupius episcopus ecclesiæ Tagasthensis legatus provinciæ Numidiæ, huic cartulæ pro me & concilio subscripsi.

Augustinus episcopus ecclesiæ *Ippone regio* legatus *concilii* Numidiæ *pro me & concilio* subscripsi.

Possidius episcopus ecclesiæ Calamensis legatus provinciæ Numidiæ *inferioris* ſs.

Vincentius episcopus Cussitanæ ecclesiæ ſs.

Rufinus episcopus ecclesiæ *Mazucnsis* ſs.

Prætextatus episcopus *Stectuhensis* ecclesiæ ſs.

Quodvultdeus episcopus Verensis ecclesiæ ſs.

Candidus episcopus *Abitinensis Germaniani* ecclesiæ ſs.

Gallonianus Episcopus *Ehemensis* ecclesiæ ſs.

Maximianus episcopus Aquensis *Regnorum* legatus provinciæ Bisacenæ ſs.

Jocundus episcopus Suſetulensis legatus provinciæ Bisacenæ ſs.

Maximinus episcopus *Sussetulanus* legatus provinciæ Bisacenæ ſs.

Ilarianus episcopus *Horreticelensis* legatus provinciæ Bisacenæ ſs.

Novatus episcopus Sitifensis ſs.

Ninellus episcopus *Sufurrensis* legatus provinciæ Mauritaniæ *Sitifensis* ſs.

B Laurentius episcopus Icositanus legatus prov. *Mauritaniæ* Cæſariensis ſubſcripſi.

Numerianus episcopus *Rauzarensis* legatus ejusdem provinciæ ſs.

Leo episcopus *Mopterisis* legatus ejusdem provinciæ ſs.

Alius Leo episcopus legatus prov. Sitifensis ſs. & cæteri epiſcopi &c. *ut in editis*.

Philippus presbiter legatus S. Ecclesiæ Romanæ his geſtis ſs.

Aſellus presbiter &c. *ut in editis*.

CTESIPHONTIS IN PERSIDE SYNODUS

In qua canonum codex antehac conditus, & probatus, iterum confirmatur,

Anno Iſdegerdis XXI. Chriſti 420. Jaballaha Seleuciæ archiepiſcopo præſide celebrata.

Anno 410.

Ex Aſſemani. Bibl. Orient. to. III. pag. 374.

IN collectione Arabica canonum Synodalium exiſtente in codice Mſto. Bibliothecæ Vaticanæ Synodi hujus acta ſummatim deſcribuntur his verbis: *Synodus a Jaballaha præſentibus Maruthæ Maiſperchenſis, & Acacio Amidenſi epiſcopis celebrata fuit anno Iezdegerdis vigeſimo primo, Chriſti* 420. de qua hæc Dionyſius Jacobitarum patriarcha in chronico ad annum Græcorum 732. *Per idem tempus* (non quidem anno Græcorum 725. ſed 732. ut ex infra dicendis apparebit) *celebrata fuit Synodus Perſica, quæ Edem Nestorianum ſtatuit. Præſuerunt illi Synodo Maruthas Maiſperacta & Jaballaha Catholicus Ctesiphontis. Habita verò fuit in ipſa urbe Ctesiphonte.* Epiſtem Synodi acta ſummatim deſcribuntur in collectione Arabica canonum Synodalium codice manuſcripto 36. tom. 2. Bibliothecæ Orientalis pag. 307. his verbis: *Synodus Jaballahæ catholici coacta fuit, quum Acacius Amidæ epiſcopus pro pace inter utrumque imperium conciliandâ adveniret.* Adſuere in ea plures Metropolitæ, & epiſcopi, quos inter Hoſee Niſibis Metropolita. Nullos autem canones condidit, ſed ſolum in ea unanimi conſenſu decretum fuit, obſervandos eſſe Occidentalium patrum canones, & quidquid ſanctus Iſaacus Catholicus & Maruthas Majapharchinenſis epiſcopus definierunt, ac curarè cuſtodiendum, nec ulla ratione violandum eſſe: præſtandam præterea patri magno ſuper Seleuciæ & Ctesiphontis thronum ſedenti obedientiam, ejuſque præceptis obſequendum.

Antea cauſam reddit cur nulli in ea Synodo canones conditi ſunt. Maane nimirum, qui poſt Jaballaham ſedem occupavit, id prohibente. *Fernot*, inquit, *ex partibus ad condendos canones cum Jaballaha congregatis Maanem Perſidis Metropolitam ſtiſſe virum, præſumptuoſum, & contumacem Jaballahæ ſuggeſſiſſe, ne canones conderet. Quum autem Jaballaha catholicus nullam ejus dicturum rationem habuerit, ubpolexia correptus interiit. Manet itaque in hunc ejus ſubrogatus fuit.*

Elias Damaſcenus ejuſdem Synodi geſta ſuis proſequitur, ejuſque celebrandæ occaſionem Acacii Amidenis adventum fuiſſe scribit, nulla Maruthæ mentione facta: *Siquis*, inquit, *catholico, cujus preces nos coſtodiunt, e vivis ſublato, eam dignitatem obtinuiſſe Jaballaha, qui anno Iezdegerdis undevigeſimo ab eodem ad imperatorem Romanorum pro pace legatus miſſus eſt. Quod & ille feliciter confecit, reſque utriuſque imperii ſuis precibus atque prudentia egregie compoſuit. Anno autem Iezdegerdis vigeſimo primo ad eundem venit legatus Acacius Amidæ epiſcopus, ab imperatore Romanorum deſtinatus. Per eam occaſionem accidit Jaballahæ cum Acacio in ipſa Iezdegerdi aula ita urbe Nabar-Sira conſpectus, & colloquium. Quumque ad ſalutandum catholicum, ſuſcendum, videndumque Acacium Orientis Metropolitæ & epiſcopi illuc convenirent, eo offerri perſuaſit, catholicumque ibi verbis allóquutus ſunt, Acacio præſente. Quandoquidem hic frater tuus Acacius hoc accepiſti, unſque ambo conjunxit Deus, & adſunt præterea Perſicorum urbium ſanctiſſimi doctores; juſſum & aquum videtur, ut leges & canones a Romanis patribus quereis temporibus, atque in variis ſynodis ſanctos vobis profectibus*

ANNO CHRISTI 423.

tibus examinemus, poſque accuratum diſcuſſionem eoſdem approbemus, noſtriſque chirographis ſubſignemus. Speramus enim fore, ut poſthac quam eos ſuſceperimus, & ad eorum normam mores noſtros exegerimus, Chriſtus eccleſiæ ſuæ res ſtatumque componat, atque perturbationes diſſidiaque populorum Dominis noſtris ſubjectæ, compeſcat: ita ut poſteri quoque noſtri præſidibus eorum obſervare teneamur, adjecto anathemate in perpetuum manſuro, ut quicumque eorundem tranſgreſſores aut contemptores. Eveniunt ergo reſponſales Jaballahæ; quæ poſtulata ſecuti, & præſcitos canones obſervandos amplectentes, atque tranſgreſſores anathemate fulminantes. Hæc dictis univerſis illos canones in diſtione Romanorum variis in locis atque tempo-

ANNO CHRISTI 423.

ribus examinemus, deſcripſerunt, communique ſuffragio approbatos ſibi in poſterum obſervandos ſuſceperunt, lata in tranſgreſſores excommunicationis ſententia. Codicemque proprio ſigillo & chirographo ſignarunt, ſingulis propriam exemplar unde deſcripſerunt ſecum auferentibus. Hucuſque Elias. Eo canonum codice qui primum in Synodo Iſaaci & Maruthæ, deinde in hac Jaballahæ deſcripſit, approbatuſque fuiſſe dicitur, utuntur hodieque Chaldæi, ejuſdemque authenticum exemplar Syrorum ſermone expreſſum, poſtea a Benarebo Abulpharagio, ab Amro, ab Ella Damaſceno, aliiſque in Arabicam linguam translatum, multis interpolationibus inſectum eſt.

CÆLESTINUS PAPA

Sedit ab anno 423. uſque ad 432.

AD DECRETA CÆLESTINI

APPENDIX.

Cæleſtinus Papa dixit.

Anno 423.

IDeo agnus benedicitur in Paſcha, quod more ſolito detur hominibus qui non unt digni accipiendi Corpus, & Sanguinem Domini. Qui autem in Paſcha agni carnes more Judaicorum edere preſumpſerint privati C conſentus a conſortio omnium Chriſtifidelium, quia inuſtum videtur, ut Fidelis populus hoc carnaliter exciplat, quod ſpiritum aliter ipſe conſtet, ac Redemptor Eccleſiæ Catholicæ conuulit, immolandos ſe in aram Crucis qui eſt Agnus vivus, & verus, qui tollit peccata mundi,

ADNOTATIO IN PRÆCEDENS DECRETUM.

DEcretum hoc Cæleſtini nomine inſcriptum repéri in manuſcripto codice Bibliothecæ Cancnicorum Cathedralis Lucenſis ſæculi ut aroitror XI. vel XII. ſaltem, ſi genuinum reputetur, datum arbitror in Concilio aliquo cui Cæleſtinus interfuerit, & illuſtre præbet pro aſſerendo Euchariſtiæ dogmate teſtimonium. Si enim agnus Paſchalis benedictus datur non communicantibus Corpus & Sanguinem Domini, ut ait Cæleſtinus, ſpes eſt aliquid profecto Euchariſtiæ, quam merus Chriſti typus eſt; nam Chriſti pariter typus eſt agnus Paſchalis. Si verò typum accipit Euchariſtia, profectò veritatem continet Corporis, & Sanguinis Domini.

SYNODUS NUMIDIÆ

In cauſſa Antonii Fuſſenſis epiſcopi anno 423. celebrata.

Anno 423.

CUm ad eccleſiæ ſinum non privati tantummodo plures, ſed & integræ interdum urbes & oppida rejecto ſchiſmate Donatiſtarum redirent; ex lege ab Africanis patribus in concilio conſtituta ſingulis epiſcopatibus ditiones veteres reſtituendæ erant. Si qui fortè populi ante ſchiſma uni alicui catholico epiſcopo paruiſſent, priſtino poſ- E teſſori, & ad eccleſiam conſuetudinem retinebant. Integrum tamen erat epiſcopis illis, conſentiente primate, populis recens converſis novum dare epiſcopum a quo regerentur. Eo jure uſus S. Auguſtinus Fuſſulenſibus, qui ex Donatiſtis reſipuerant, & ditionis ſuæ portio erant, aſſentiente Numidiæ primate, Antonium epiſcopum dederat; ſed cum novus hic præſul multis gravibuſque F crimibus reus habitus civium ſuorum invi-

diam incurriſſet, colleƈti in concilium Numidiæ patres ejus cauſam tractarunt. Ninil quidem in eo concilio probari de crimibus in illum objeƈis ad liquidum potuit; ſed cum ſuſpicio vehemens Antonii capiti adhuc hæreret, ita pronunciatum eſt a patribus: *ut ſalvo epiſcopatu, Fuſſenſium non præeſſet ulteriùs. Inſuper loca illa illi demiſſa atque permiſſa in quibus prius erat epiſcopus.* Ita damnatus Antonius Numidiæ primatem adiit, circumventumque fallacibus verbis perſuaſit, ut ad Romanum pontificem Bonifacium pro ſe adverſus concilium ſcriberet. Eo præſidio munitus Romam ſe contuſit labente Bonifacii pontificatu. Quo defuncto, Cæleſtinus cauſam illam tractandam ſuſcepit, ad quem quum ex Numidiæ concilio contra Antonium literas aƈtutum deſit S. Au-

ANNO CHRISTI 425. 429. 430.

gustinus vulgatas inter ejus epistolas n. 209. rogavitque pontificem, cui de nova dignitate adgratulatus est, ne crederet Antonio, sed actum in illum judicium ratum ac firmum haberet. Judicium hoc in concilio vicinorum episcoporum habitum fuisse nemo jure ambigeret, quem non lateat constituta in Africana ecclesia lex, ut reus episcopus a vicinorum episcoporum concilio judicaretur, cujus disciplinæ mentio occurrit in epistola concilii Africani ad Bonifacium pontificem. Annus vero, quo concilium istud celebratum est, pendet ex anno quo assumptus est Cælestinus; labente enim Bonifacii pontificatu Antonius in concilio Numidiæ damnatus Romam venit. Bonifacius verò anno 422. augusto forte mense decessit, ut Pagius in critica ad annum 423. demonstravit; eidemque forte anno Numidiæ concilium assignandum est.

AD CONCILIUM AFRICANUM

Cum anno 425. compositum

ADDITIO.

Anno 425. IN lemmate canonum hujus concilii in capite ejusdem expresso, canon centesimus ita indicatur: *Ut non temere quenquam communione privet episcopus*. Ipse verò canon sub eodem numero expressus longe aliter sonat ac in ipso lemmate indicatur. Ex quo liquet verba illa quæ canone centesimo obtrusa sunt, ibi extra suum locum jacere, & canonem ipsum periisse. Accidit ergo opportunum ut centesimum hunc genuinum canonem servarit nobis Abbo Floriacensis in sua canonum collectione, quam vulgavit Mabillonius Veter. Analect. pag. 135. edit. in fol. Ita ergo canon iste apud eundem cap. XXXVI.

Ex concilio Africano cap. C. Quandiu excommunicato communicaverit suus episcopus, eidem episcopo ab aliis non communicetur episcopis, ut magis caveat episcopus, ne dicat in quenquam quod aliis documentis convincere non potest.

Quadrant hæc lemmati, ait Mabillonius in notis ibidem.

SYNODUS TRICASSINA

Contra Pelagianos, quæ in collectionibus Synodus incerti loci in Galliis appellatur, anni 429.

Anno 429. SYnodum hanc Trecis in Campania celebratam fuisse his verbis demonstravi in notis ad Pagium ad hunc annum num. 2.

Hanc Synodum Gallicanam Trecis in Campania celebratam fuisse inde deduco, quod fidei formula in ea, ut non obscure deducitur, condita contra hanc hæresim pelagianam in Britannia paulo ante invectam, appelletur *Trecassina confessio* in vita S. Lupi antiqua apud Bollandist. ad diem XXIX. Julii. Porrò hæc genuina loci hujus lectio videtur, pro eo quod Surius temere substituit. *Ad finem suæ confessionis*. Vide Bollandist. ibid.

CONCILIUM IN COENOBIO ARCÆ IN MONTIBUS PERSIDIS

Pro asserendis archiepiscopo Seleuciensi juribus Metropolitanis

Sub Beheramo rege & Dadjesu archiepiscopo Seleuciensi, non diu post annum Christi 430. celebratum.

Anno 430. Ex Asseman. Bibliot. Or. to. III: par. 2. pag. CLXXV.

CAusa synodi hujus hæc a Mari & Barhebræo (Abulpharajo scilicet) adnotatur, quod scilicet, paulò post quam Dadjesus ordinatus fuit, Episcopi quidam ab ipso sedibus dejecti, & a fidelium communione segregati, gravissimum ei crimen apud Beheramum impegere: qui illum in carcerem detrudi, fustibusque subiici jussit. Pace tandem Beheramum inter & Theodosium Romanorum imperatorem facta, legato ejusdem Theodosii apud Beheramum agente, e carcere Dadjesus dimissus, in cœnobium Chiboræ, hoc est Arcæ se recepit, & dignitatem abdicare omnino constituit. Verum ab Episcopis in synodo congregatis, inter quos Agapetus Elamitarum, & Hosee Nisibis eminebant, exoratus, ne ecclesiæ regimen dimitteret, ægre tandem passus est ad suam sedem reduci, omnibus, qui ipsum vexaverant, data erroris venia, præterquam Episcopis olim ab Isaaco & Jaballaha dejectis, in quos sententiam anathematis confirmavit, quod illegitimè ordinati fuissent. Decrevit præterea, ut omnimoda Seleuciensi archiepiscopo obedientia ab episcopis præstaretur, atque omnes agnoscerent, se illius jurisdictioni subiectos esse, nec auderent illum judicare. Acta hujus synodi, quæ a Nestorianis scriptoribus referuntur, depravata sunt. Nam primum ea celebrata dicitur anno quarto regni Beherami filii Jezdegerdis sub Dadjesu Catholico, qui sedem catholicique dignitatem

ANNO CHRISTI 431.

tatem abdicaverat, propterea quod a nonnullis episcopis vexatus fuisset, quos Catholici ejus præcessores episcopatu dejecerant: idque, ut supra ex Mari & Barhebræo notavi, postquam idem Dadjesus, facta Theodosium inter & Beheramum pace, è carcere dimissus fuit. Atqui Beheramus post Jezdegerdem patrem regnum inchoavit anno Christi 420. Pax verò inter Romanum & Persicum Imperium firmata fuit anno 422. Dadjesus autem non ante annum Christi 430. Seleuciensem episcopatum tenuit. Falsi sunt igitur illi temporis characteres, quo ea synodus habita memoratur: quartus enim Beherami annus in annum Christi competit quadringentesimum vigesimum quartum, quo Dadjesus ad Seleuciensem thronum nondum evectus fuerat. Deinde commentitium plane est, quod in synodo Arabico & in Nomocanone Eliæ Damasceni definitum perhibetur in ea synodo, ut Seleuciensis scilicet archiepiscopus neque ab Orientalibus judicari possit, neque ad Occidentales ejus causa deferatur, sed judicium illius Christo duntaxat reservetur. Verba Synodici Arabici accipe: *Nos igitur definimus non licere episcopis Orientis accusare suum Metropolitam apud Patres Occidentis; sed judicia Orientis coram Patriarcha in Oriente decidantur; ipsius verò* (Patriarchæ) *judicium coram Christo: nec ulli hominum liceat synodum cogere ad eum accusandum, aut in domos subrepere ad habenda adversus eum colloquia; quotquot enim infra ipsum sunt, discipuli ejus subditosque se esse agnoscant.* Verba Eliæ in Nomocanone. *Anathema dixerunt omnibus, qui eum vel successores ejus catholicos calumniati fuerint, aut synodum adversus eum coëgerint, aut molestiam ei creaverint, vel ipsius causam ad aliquem Patriarcham detulerint, sive libellum accusationis adversus eum conscripserint, aut mandatis ejus non obtemperaverint. Hanc anathematis sententiam tulerunt in omnes, qui ei adversati fuerint, sive Metropolitæ sint, sive episcopi, aut laici, aut alii cujuscumque conditionis.* Hoc, inquam, quod ex synodico & Nomocanone Eliæ modò descripsi, planè commentitium est. Donec Chaldæi orthodoxam fidem coluere, ad Antiocheni patriarchæ jurisdictionem spectabant, illumque tanquam suum suorumque episcoporum judicem agnoscebant. Non igitur a catholicis episcopis, quales erant ejus synodi sub Dadjesu celebratæ Patres, definitum fuit, quod in synodico & Nomocanone memoratis asseritur; Seleuciensem nimirum archiepiscopum apud patriarchas Occidentis accusari nefas esse, aut ab ejus sententia ad illos provocare: sed lata lege firmatum, ne Orientales adversus proprium metropolitam seu catholicum conventus facerent, neve ipsum criminationibus impeterent. Cætera Nestoriani supposuere, qui quum ab ecclesia Catholica & a Patriarchæ Antiocheni obedientia defecissent, privilegium illud ecclesiæ Seleuciensis excogitarunt, quo defectionem suam cohonestarent.

SYNODUS ANTIOCHENA

A Joanne Antiocheno adversus S. Cyrillum Alexandrinum, cæterosque Ephesinos Patres celebrata anno 431. labente.

Anno 431. OBortæ in Concilio Ephesino inter episcopos dissensiones cùm Theodosii imperatoris authoritate sopiri minime potuissent, idem Imperator remittendos in suas sedes episcopos censuit. Remeans igitur Joannes Antiochenus ad propria, concilium primo quidem Tarsi celebravit, in quo episcopos quinque aversæ factionis deposuit; quod concilium in cæterorum seriem Baluzius omnium primus reposuit, quanquam in eo erravit, quod pro quinque episcopis, ut liquet ex cap. CXXXVI. synodici adversus tragœdiam Irenæi, septem exhibuit. Addit vir idem doctissimus concilium aliud Antiochenum ab eodem Joanne adversus Ephesinos Patres coactum. Concilium istud Pagius in critica ad annum 431. num. 45. expungit, contendens nullum aliud concilium Antiochiæ habitum, quam illud in quo de rebus cum Cyrillo componendis & de reddenda Ecclesiæ pace tractatum est. Sed reipsa concilium aliquod Antiochiæ coivisse plane ab eo diversum in quo de pace est actum, colligo ex cap. XXXIX. Synodici, ubi recitatur epistola Joannis Antiocheni ad Theodosium, in qua Joannes ipse cæterique qui cum eo episcopi profitentur *execrari se Cyrilli capitula, tanquam valde Sanctorum Apostolorum doctrinæ* repugnantia, ac principem rogant ne permittat *in ulla Ecclesiarum quæ sunt sub cœlo dogma illud impium prædicari.* Hæc profectò verba non sunt concilii æquiora de Cyrillo sentientis. Epistolam verò hanc a concilio quodam Antiocheno datam fuisse tradit ejusdem synodici auctor, qui eidem synodicæ ita præfatur: *Epistola Joannis Antiocheni Patriarchæ & omnium qui in eadem civitate* (nempe Antiochiæ) *pariter convenerunt Episcoporum ad imperatorem Theodosium post certamina, quæ hi habuerant in Epheso & Chalcedone.* Non ergo erravit Socrates lib. 7. cap. 34. cum Synodum aliquam Schismaticorum Antiochiæ habitam scribit. Licet in eo forte erroris sit arguendus, cùm a patribus illis Antiochenis depositum Cyrillum asseruit; id enim præstitum in Tarsensi concilio ex pluribus ejusdem synodici literis optimè Pagius deduxit. Ex his verò corrigendus est conciliorum collector nuperus Venetus, qui Pagium sequutus, concilium istud Antiochenum perperam omisit.

CON-

ANNO CHRISTI 432.

CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM

Pro componendis ecclesiarum dissidiis sub Maximiano CPtano Episcopo anno 432.

DUarum insignium ecclesiarum Antiochenæ & Alexandrinæ diffidia totius Christianæ Reipublicæ quietem & tranquillitatem turbaverant. His ergo imperii turbis compacandis Theodosius imperator concilium habet CP. mandavit. De quo episcoporum habeo CP. anno 532. latione cum Severianis habita CP. anno 532. *Componuit Deus Theodosium convocare virum reverendissimum episcopum CPtanæ civitatis Maximianum, & eos qui tunc forte in eadem gloriosa aderant civitate, hortatisque & filiis tuidenem habere, vel cogitare de pace Sanctarum ecclesiarum. Et post illam pacificam cogitationem destinavit pissimus imperator Aristolaum.* Hæc Synodus, vel si mavis, conventus eit CPtana sub Maximiano secunda, quam cùm statim consequuta sit legatio Aristoli, qui anno 432. Antiochiam venit, hinc annum habiti concilii hujus statim assequimur.

SIXTUS PAPA III.

Sedit ab anno 432. usque ad annum 440.

CONCILIUM ALTERUM ANTIOCHENUM

Et alia in Oriente

Occasione rei cum Cyrillo componendæ coacta anno 432.

Anno 432. CUm Theodosius imperator curam in se susceipiet tantum episcoporum diffidium conciliandi, Aristolaum Tribunum misit Antiochiam cum epistolis pacem illam fuadentibus, aut potius imperantibus. Collecti tunc ibi in concilium episcopi Joannes Antiochenus, Alexander Hierapolitanus, Macarius Laodicex, Andreas Samosatenus, Theodoretus Cyri & Acacius Berrhœæ propositionem quidam dederunt ad S. Cyrillum Alexandrinum per eundem Aristolaum transmittendas, ut in ipsis pacis limine illas admitteretur. Concilium ipsud perspicue exprimitur in Synodico cap. LIII. in quo & epiicoporum illorum nomina recenseuntur. Ex quibus habes concilium aliud Antiochenum, in quo ipsa pacis cum Cyrillo componendæ præliminaria decreta sunt. His oneratus mandatis Aristolaus, cui adjectus eit focius Maximus Magiitrianus, ut ex cap. LV. Synodici difci- mus, Alexandriam perrexit ad Cyrillum, a quo literæ datæ sunt ad Acacium Berrhoeenſem ſignificantes paratum ſe quidem eſſe ad omnia, id verò unum optare, ut ea quæ in Nicæno ſcripſerat retractaret, *Synod. cap. LV.* His acceptis Acacius de omnibus certiorem fecit Alexandrum Hierapolitanum, ad quem pariter eadem Cyrilli literas tranſmiſit, ſimulque eundem Alexandrum his verbis rogavit: *Si ſicut ſcripſiſti nunc uſque pervenit dolor, ſcribens ad nos acquieſce ad ea quæ ab imperatore ſunt conſtituta. Deo amatiſſimi atque Sanctiſſimi Joannis epiſcopi, & Pauli Emeſæ ac reliquorum qui Antiochiæ reperti ſunt virorum Domini epiſcopi. Ipſum verò deſcripſorum epiſtolæ cum eis literis deſtinavi Domino meo Deo amatiſſimo Theodoreto, rogans eum ut vermeat uſque ad nos.* Eædem S. Cyrilli literæ per averſæ factionis epiſcopos evulgatæ variis affecerunt. Alii enim literas illas orthodoxas agnoſcebant, contendebantque Cyrillum plane oppoſita in illis tractare iis dogmatibus, quibus ſua adverſus Neſtorium ſcripta inſerierat, cenſere proinde, ut Cyrillus in communionem ea conditione reciperetur, ſi ſua adverſum Neſtorium ſcripta damnaret. Ita in rebus hiſce turbidis agendum plures opinati ſunt; nec ſine iſta ab iis pacis conditionibus abhorrebant, quæ per concilium Antiochenum Ægyptiis epiſcopis, eidem in primis S. Cyrillo oblatæ ſunt. Mitiora conſilia alii approbabant, admittendam rati S. Cyrilli communionem, ſed Neſtorium inauditum, ut ipſi quidem ajebant, a communione repelli non juſtineabant. Ita judicatum eſt in eo concilio epiſcoporum, cui Theodoretus Cyri epiſcopus vel auſuit, vel præfuit, ejuſque meminit in ſuis ad Himerium literis his verbis: *Hæc verò non ego ſolus, ſed omnes ſanctiſſimi hujus regionis epiſcopi habito concilio deliberavimus.* Ita legit Synodicon, adverſus tragœdiam Irenæi cap. 71. pro eo quod in codicibus Marii mercatoris eſt: *habito conſilio deliberavimus*; quam lectionem improbandam eſſe tum ex ipſo textu, tum ex ſequentibus ſatis patet. *In præterea quod amplius expedit ſumus amplexi &c.* Ex his ergo conſtare arbitror concilium quoddam ſtatuendum eſſe de Syriæ epiſcopis collectum in quo hæc ſtabilita ſunt, quæ Theodoretus in eadem epiſtola commemorat. Locus quo epiſcopi convenirent non alius cenſeri poſſet ab Antiochia totius Syriæ metropoli, niſi id epiſtolæ illi Theodoreti repugnaret. Affirmat enim ille ſe olim Antiochiam ventitaſſe, jam verò tandem *a multo jam tempore in domo habitare, atque illis quietere elegiſſe.* Non ergo ſynodus iſta, cui Theodoretus interfuit, Antiochiæ haberi potuit. Quinnec de Berrhœenſi ſynodo hæc dicta accipi poſſunt, cùm ſynodum a ſuæ provinciæ epiſcopis habitam ſcribat

ANNO CHRISTI 432.

bat Theodoretus; conſtat autem nec Berrhœam, nec Antiochiam ejuſdem fuiſſe provinciæ cum Cyro, ſeu potius Cyrcho, quam urbem Theodoretus gubernabat. In locum igitur incertum provinciæ ſuæ Euphratenſis epiſcopi illi convenerunt, habueruntque concilium, quod a me primo nunc in lucem extrahitur.

Aliis denique epiſcopis Joanni Antiocheno faventibus, pacis, quocumque tandem honeſto pretio cum Cyrillo redimendæ, conſilium placebat. In tanta ergo ſententiarum varietate, quam maximè ſequeretur incertus Joannes Antiochenus, Berrhœam perrexit ad Acacium ejus urbis epiſcopum ætate grandævum, cum eo de re tota deliberaturus. Quid ibi actum ſit, verbis ipſis Joannis ad Alexandrum Hierapolitanum ſcribentis (Synod. cap. 76.) referre libet: *Fui in Berrhœa; & dum multa mihi hic exercitatio facta fuiſſet, & communis pater dominus meus Acacius ſanctiſſimus epiſcopus omne bonum moveret, ut eccleſiarum ſtatus in ſemetipſum redeat, placuit, ut rogarius a nobis dominus meus religioſiſſimus, & communis frater dominus meus epiſcopus Paulus, ad Ægyptum iter aſſumat pro pace univerſali, ut ubi conflictio habetur, per ipſum vocem quæ dicuntur ad majorem manifeſtationem clarioremque perveniant.* Miſſo hæc Pauli a concilio quodam Berrhœæ habito profectam ſcripſerores omnes merito cenſent, neque enim tanti molimiris res absque concilio perfici nos erat. Erratum eſt tamen hic a majtris, quod concilium hoc Berrhœenſe unum idemque cenſuerint cum Antiocheno, ita ut Patres Antiochiæ primum concilium coeperint, Berrhœæ abſolverint. Reverà tamen Antiochenum & Berrhœenſe concilium duo ſunt inter ſe plane diverſa. In Antiocheno concilio decem pacis cum Cyrillo componendæ conditiones decretæ ſunt, quas ad S. Cyrillum Ariſtolaus Tribunus detulit, ut ex epiſtolis 55. & 56. Synodici adverſus tragœdiam Irenæi docemur. Intra hanc miſſionem Ariſtoli definitum eſt concilium illud Antiochenum; ſtatimque dimiſſi ſunt epiſcopi & cœtus ſolutus. Hinc de hoc concilio veluti jam abſoluto meminit Alexander epiſcopus Hierapolitanus in epiſtola inſerta ſynodici cap. 58. *quando adventante miranda ſimo Ariſtolao . . . . . cuntes ad Antiochenum concilium fecimus.* Eo igitur Antiocheni concilio plane abſoluto, iterum poſt aliquot menſes Joannes Antiochenus concilium novum Berrhœæ coegit, in quo decreta eſt miſſio Pauli epiſcopi ad Ægyptum, datis illi pariter eadem pacis legibus, quas olim concilium Antiochenum propoſuit. Id plane docet epiſtola Joannis Antiocheni ad Alexandrum Synod. cap. 77. *propoſitiones meas illas decem quas communi conſpectui* (utique in Antiocheno concilio) *portant* (Paulus) *recepiſſe. Et verſimile eſt quod vir ille vultui majorem quandam ſatisfactionem perhibere, ſuper eas imperabit.* Nec ſpes fefellit Joannem; Paulus enim ille Emeſenus epiſcopus ita rem totam cum Cyrillo tractavit, ut pacem componeret. Totam pacis hujus hiſtoriam legas in epiſtola S. Cyrilli ad Theognoſtum, cæteroſque Aporiſtarios ſuos Conſtantinopoli degentes, quæ inſerta eſt in Synodico cap. 85. Porro concilium Berrhœæ revera habitum fuiſſe non obſcurè docet author Synodici adverſus tragœdiam Irenæi cap. 161. his verbis: *Sanctus Joannes Antiochenus præſul cum adunatis ſibi epiſcopis ſuis, itaſt magno illo ſene Acacio Berrhœenſi & Paulo Emeſeno & aliis ſanctis hos tractarunt tolerabat*, ita ponunt nempe pacis tolerabat, ut fidelioris ſuæ epiſcopi ita communioni cum S. Cyrillo conſentirent, ut damnare tamen Neſtorium ipſi ejus nomine exprello non ingererent. Id verò nonnili in Berrhœenſi concilio deliberatum credo: quamquam enim concilii Berrhœenſis patres Neſtorium vel ipſo expreſſo nomine damnarunt, forte tamen id ab epiſcopis, qui concilio non interfuerant, minime exegerunt.

ANNO CHRISTI 432.

CONCILIUM EPHESINUM

Inter annum 434. & 446. celebratum.

Inter Annum 434. & 446.

BAſſianus quidam Epheſinus preſbyter, ab epiſcopo ſuo Memnone invitus atque reluctans ordinatus fuerat epiſcopus Evazorum. Ille nec acceptavit epiſcopatum, nec dioceſim ſuam adivit; quare eidem Memnonii defunctio ſuccedens Baſilius, de illa Baſſiani cauſa cognoſcendum ſibi ratus, *concilium provinciæ* evocavit; a quo re plene diſcuſſa judicatum eſt, ut Evazinorum epiſcopatus alii daretur; Baſſiano verò *communio & locus epiſcopatus*, id eſt dignitas, nomen, & honor

CON-

CONCILIUM ANTIOCHENUM

Sub Joanne patriarcha in causa tomi a Proclo CPtano in Theodorum Mopsuestenum scripti

Anno 435. celebratum.

Si quid video in Liberati breviario non fe-
mel, sed bis Joannes Antiochenus cau-
sam Theodori Mopsuesteni in concilio tra-
ctavit. Semel quidem statim post acceptum
Procli libellum & doctrinam Theodori tomo
illo refutatam. Tunc verò ait Sidonius
cap. X. *Joannes & qui eum eo erant congre-*
gati episcopi legentes tomum & ejus laudantes
compositionem subscripserunt in eo, & Proclo
transmiserunt. En concilium Antiochenum
quod anno 435. confignari oportet, cum eo
ipso anno tomum Procli ad Armenos datum
ex ejus subscriptione constet. His narratis
ex ejus subscriptione constet. His narratis
Liberatus historiam suam prosequens addit,
Bassilum quemdam Diaconum Procli tomum
ad S. Cyrillum detulisse, a quo libros ad-
versus Diodorum Tarsensem & Theodorum
Mopsuestenum ex occasione scriptos obtinuis-
se. Hos libros eundem Basilium secum..
tulisse CPolim quo tempore Proclus tomum
suum destinaverat ad Armenos. *Post hæc,*
sequitur Liberatus, occasione accepta furrexe-
runt quidam Monachi ab Armenia portantes
excerpta capitula de libris Theodori Mopsue-
steni, & intrantes regiam crvitatem calumnia-
tate sua omnia perturbaverunt. Deinde cir-
cumeuntes totam orientis civitatem & univer-
sa monasteria damnanda esse eum autoribus
clamabant. Tunc Joannes Antiochenus synodo
congregata tres pro Theodoro Mopsuesteno di-
ctavit epistolas. Et unum quidem direxit Theo-
dosio imperatori, alterum autem Cyrillo Alexan-
drino, & tertium Proclo CPtano episcopo, lau-
dans in eis Theodorum, & ejus exponens fa-
pientiam. Alterum est hoc concilium Antio-
chenum a priori anni 433. longe diversum,
& forte etiam tempore aliquanto posterius.
Ad hoc verò concilium pertinent epistolæ
illæ a Liberato commemoratæ & a Baluzio
concilio anni 433. a nobis per errorem ad-
scriptæ. Quamquam enim in illis Joannes
fermonem habeat de tomo Procli ad se trans-
misso, nihil tamen affert ex quo arbitrari
cogamur tunc primò Antiochiæ visum illum
probatumque fuisse. Theophanes in Chrono-
graphia quidem rei & concilii meminit ad
annum Alexandrinum 5933. qui anno æræ
Christianæ 440. respondet. Huic ergo chro-
nologiæ, melioris defectu, standum esse censeo.

CONCILIUM ILLYRICUM

Anni 437.

Anno 437. Ad patres Illyricos in synodum collectos
epistolam illam suam dedit Sixtus III.
quam Stephanus Larissenus episcopus in con-
cilio Romano III. sub Bonifacio II. utpote
causæ suæ profuturam, recitandam exhibuit.
En verba Pontificis ad episcopos per Illyri-
cum consistentes: *In communæ fraternitatis*
vestræ datur nobis appellare concilium. Ille,
(Apostolus Paulus) *singulæ epistolis scri-*
bitat ecclesiæ; nec tot pariter credimus ec-
clesiæ nostris appellare nos literis; quos esse
qui ad sanctam Synodum conveniat. Signa-
tur epistola *XV. Kal. januarias Attio iterum*
& Sigefloudo Coss. anno nempe 437. Stet er-
go anni hujus in Illyrico & forte Thessalo-
nicæ concilium, reliquis huc usque collectio-
nibus ignotum.

LEO PAPA I.

Sedit ab anno 440. usque ad annum 461.

FRAGMENTUM VETUSTISSIMUM,

Quo Manichæorum hæresis damnatur.

Quandoquidem fragmentum istud ad atatem S. Leonis magni pertinere arbitretur Cl. Muratorius Anecdot. tom. II. pag. 112. qui primus illud ex MS. Ambrosiano codice vulgavit; ideo hic dandum censui. Hos verò anathematismos sive in concilio quodam cuius eidem Muratorius optime deducit, sive forte, ait, ipse dedit S. Leo: hanc præferebant formulam quibus exsecranda Manichæis illis, quos detexisse se Romæ, & ad errores suos damnandos cogisse in epistola ad episcopos per Italiam commemorat.

ANATHEMATISMI IN MANICHÆOS.

. . . . . quod Christus est, faciens Deum verum, anathema sit; homo enim per adoptionem & sanctificationem, fidei profitentem Dei Filium efficitur, Christus autem verus Deus veri Dei Patris est filius per naturam.

Si quis animam hominis non confitens creatorem, sed ex substantia eam asserat creatoris, vel dicat Dei portionem, anathema sit.

Si quis Patrem, & Filium animam, & sensum dicit esse, anathema sit.

Si quis Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum totam Dei in terrena humilitate, vel animalem evaquans Deitatem hominem vult intelligi, anathema sit.

Si quis doctrinam potestatem dans hoc vult intelligi Trinitatem, & non potius inseparabilem unam eandemque adfinet potestatem, anathema sit.

Si quis dixerit de Deo Patre omnipotente, ipse est Jesus, ipse est Christus, ipse Filius, ipse Pater, ipse Spiritus, homo, anathema sit.

Si quis animam cointemporalem asserat Deo, & non ei, posquam a Deo creata est, æternitatæ fuisse donatam, anathema sit.

Si quis duas animas in homine esse, unam de substantia Dei, & alteram carnis, anathema sit.

Si quis peccatum carnis non dicit pertinere ad animam, anathema sit.

Et si quis carnem hominis a Diabolo, vel Angelis factam esse dicit, & non a Deo, anathema sit.

Et si quis hujus mundi Principem, hoc est Diabolum, & tenebrarum globum asserit procreatum, & non a Deo bonum Angelum factum, & propria postremum perversitate mutatum, anathema sit.

Si quis dicit animam de sede cœlesti propriis desideriis ad terrena adductam, & non corpori, jubente Domino, copulatam, anathema sit.

Si quis dixerit pluvias, coruscationes, fulmina, nubes, grandines, non Dei nutu fieri, vel moveri, anathema sit.

CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM

Inter annum 440. & 444. celebratum.

Inter annum 440. & 444. Concili hujus fit mentio in literis S. Cyrilli ad Domnum Antiochenum episcopum in causa Athanasii Perræ episcopi, quem clerici sui multis plane criminibus reum onerarerant. Hæc igitur S. Cyrillus: *Tanta passium se dicit reverendissimus episcopus Athanasius, ut etiam congregata in regia civitate Synodus increpare deret.* Ab ea Synodo, sui Proclus præsidebat, impetratas credo literas Synodicas, quas sibi a Proclo datas unà cum literis S. Cyrilli eadem occasione fecipitis Athanasius proferebat. Ex his colligas concilium illud habitum fuisse ante obitum S. Cyrilli, qui cum anno 444. compenitur, ex post assumptionem Domni, ad quem S. Cyrilli, & Procsi literæ diriguntur, quæ sane assumptio anno 440. affignatur.

AD CONCILIUM ROMANUM II.

Sub S. Leone anno 445. Canon additus.

Anno 445. Concilii hujus canones nulli apud Labbeum extant, fed omifforum locum tenet epistola S. Leonis LXXXIX. in qua plura continentur ad providendum ecclesiasticæ pacis Galliam disciplinæ ab ejus concilii Patribus sanctæ. Mihi unicum hujus canonem excipere obvenit ex epistola S. Leonis ad metropolitanos Achaiæ, quæ occurrit inter epistolas summorum pontificum in concilio Romano III. sub Bonifacio II. recitatas. Ibi enim hæc legas: *Nec vestros movent dilectio defuisse, ut quisquis superbo animo cum.. nulla corporis, vel causæ furrit necessitate detentus, fraternum fœtus voluerit votare con-*

ANNO CHRISTI 445.

quatum, se fecisse iudicandum. Data est epistola die VIII. Id. Ianuarias Aetio III. & Symmacho, ideft anno 446. quare canon iste ad concilium praecedentis anni referri meri-

A toteft, cùm praefertim in eo concilio de concilii indicendi quidam conftituta fint, ut ex epistola 89. S. Leonis §. VI. difcimus.

ANNI CHRIST. 447.

CONCILIUM ROMANUM

Anni 447. sub S. Leone.

Anno 447.

EPiscopi quidam Siciliae nimis pro arbitrio agentes ecclesiarum fuarum latifundia, prodigis donationibus, ac venditione difperdebant. Malo huic occurrens S. Leo, querelis clericorum Taurominitanae & Panormitanae ecclesiae aures praebens benignas, ea decrevit quae in literis ad univerfos epifcopos Siciliae directis expreffit his verbis: *Panormitani clerici, quibus meper eft ordinatus Antiani clerici, quibus meper eft ordinatus Antianus, fimilem querimoniam detulerunt* (forte quemnopiam) *in fanctae fynodo cui praefidimus de, ufurpatione prioris epifcopi cauffam deculeverunt. Quamvis ergo ordinatum a nobis fit, quemadmodum utriufque ecclefiae* (Tauromitanae & Panormitanae) *utilitatibus confulatur, ne ita-* Panormitanae *utilitatibus confulatur, ne ita-nem hoc pernicioffimum sequiffimae deprecationi exemplum cuiquam poft hac fiat imitationis exemplum cuiquam poft hac fiat imitationis exemplum, hanc praecepti noftri formam apud dile-*

Etiamen noftram volumus effe perpetuam, qua fine exceptione decernimus, ut quae epifcopus de ecclefia fua rebus aufugit quid quam vel donare, vel commutare, vel vendere; nifi forte aliquid horum faciat ut meliora pro- B *fpiciat, & cum totius cleri tractatu, atque fine preffuturum. Nam prohyteri, vel diaconi, aut cujuflibet ordinis clerici, qui commenti, aut cujuflibet ordinis clerici, qui commentum in ecclefiae damna nofcuntur, fciant fe ordine & communione perventur. Data...* C. Conf. ideft anno 447. Acta haec in annua fynodo, quae haberi tunc folebat III. Kal. Octobris, ex die, & nemis quo fcripta eft epistola minime dubito; ex quo decreta fynodi anni 447. habemus.

CONCILIUM ANTIOCHENUM

SUB DOMNO anno 448.

Anno 448.

COncilium Antiochenum sub Domno cui comifum fit a collectoribus miror, cùm ejus actorum pars recitata prius fuerit in fynodo Berytenfi hujus anni, dein in concilio generali Chalcedonenfi actione X. cum de cauſa Ibae Edeffeni ageretur. Porro diebus paſchae anni 448. concilium iſtud habitum ex eo conſtat, quod in fynodo Berytenſi eodem die exeunte habita *pridem* celebrari afferatur. In eo vero acculatores Ibae tum afferatur. In eo vero acculatores Ibae epiſcopi Edeſſeni contra illum cauſam inſtituere tentarunt, ſed excommunicationem damnati, recederunt.

* *I. Ancyra vel Adpatima.*

AD BERYTENSE CONCILIUM

Seu potius ECCLESIASTICUM JUDICIUM

ADNOTATIO CHRONOLOGICA.

Anno 448.

DE anno quo Judicium iſtud inſtitutum eſt, gravis agitatur controverſia inter eruditos. Baronius tempotis notas conjicio huic adſcriptas in vetuſtis codicibus falſi argiems pro eo quod legatur in editis *Poſt conſulatum Flavii Zenonis & Poſtumiani ſub die Kalendarum Septembrii Indictione ſecunda*, quae annum indicant 449. corrigendum cenſet *ſub conſulatu Zenonis*, quae emendatio annum 448. praefert. Cardinalis Norifius cum Paglo in critica ad annum 448. num. 9. decipuum tenuit, in reſtricandum cenſent, *Poſt conſulatum*. Ego Baronio adſtipulans, conjecturam hanc meam hoc argumento fulcio. Eo tempore Beryti epiſcopum agendum erat, cum Stephanus in cathedram Hieropolitanam adjunctus fuit, ut Ibas in eodem Berytenſi concilio teſtatus eſt, narrante Domnum archiepiſcopum Hierapolitum peregiſſe ad *Stephanum inthronandum* [illegible] *epiſcopum*; ſe vero, eundem

ea occaſione Hierapolim ad eundem Domnum ſalutandum intellexiſſe, quia *Samuel & Cyrus* (accuſatores ejus) *jam huc* (Berytum) *venerant ad ſe accuſandum*. Stephanus verò hic Hieropolitanus, quem Joſepho, vel Joanni (variant enim codices) ſucceſſiſſe ex fragmento ſynodi Antiochenae, in actione XIV. concilii Chalcedonenſis recitato, colligo, cathedram fuam jam tenebat aequabo menſe anni 449. cùm eo tempore latrocinio Epheſino adfuerit. Si ergo tenemus Berytium, concilium ſeptembri anniſſe (ut fert ejus inſcriptio) habitum fuiſſe, profecto haec de menſe ſeptembri anni 448. non verò anni 449. accipi oportet. Quibus ſtantibus, concilii hujus inſcriptio ita legenda eſt. *Sub conſulatu Fl. Zenonis, & Poſtumiani Ser. Kalendis Septembris indictione ſecunda*, tunc ſcilicet mutata. Concilii hujus acta relata ſunt in actione X. concilii Chalcedonenſis.

CON-

ANNO CHRISTE 450.

CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM

Anni 450. in quo Anatolius Cpitanae ecclefiae praefficitur.

FAtis functo Flaviano, five anno 449. poft novembrium, five anno 450. Februario menfe, quo ſacra ejus memoria ab ecclefia recolitur, Conſtantinopolim epiſcopi in fynodum convenerunt, ut ſucceſſorem a Clero ex imperatoris Theodoſii permiſſu electum, confecrarent. Electionem hanc in Anatolium indiciſſe nemo ignorat. Novus autem archiepiſcopus ſuas ea de re literas ad Leonem Romanum pontificem dedit, quarum literarum fragmentum, in quo & de fynodo epiſcoporum ea de cauſa collecta fit mentio, Coteleriius in monumentis eccleſiae Graecae to. I. pag. 60. vulgavit, omiſſum non ſine incuria a collectoribus conciliorum. Ex eo verò nos hic damus.

ANNO CHRISTE 450.

EK THS EPISTOLHS Anatolíou Kwnstantinoupóleos, pròs tòn Rómhs Léonta.

B

EX EPISTOLA *Anatolii Conſtantinopolitani, ad Leonem Romanum.*

KAì ynôy h luphrôtatoy kài fsálcygxon ýpôs basiléa Qeodósion, h deúterga tòn lawòn tò Qeîon hgoúmenos, thi tòn Kwnstantinoupóleos ázwmatikòy lawkástaq toû swmatóntoq xrysbkósmoy, sfodrôqeiqa tò tygdòn toû tacíkou ýpsoûq fwnáskoy, ptoíeqe toútw pantwkrátoqi thn fqorthta, pnígmasi mèn ýpèrtrépwn tà kat' ánqrwpon ênlaqésteqon nóhma, tòn ptneymatikòtypon eic tèn qeognwsían, mè dunámeiai dè ýpoqrásbwn tòn lexqénta lógon toû tôntwn ktaítwr tapeinofrosúnhn, eîta dicgnwsías ákmtypon tò tôntwn ptoiótnta, ý pántwn ênnoûqen tepì pnáltoq mezpsúlwn tòn Qeógnwsta, pnáltoq dè thn ýpèrgwsin tò tỹ fqaytòlóbwy nûn èk trítwn pnálwn, lwsn kanwn, ptò sunpálwn, xgnóhy, klngnoûy kaqolnoûsa, tò pròq tò ptoiûsa ptoiûsa, ýbga tnáyq ptpoonpólnsac eic tòn lpsoûsòn tpoaxýkwn. oû tnq yrygnóstq, tôbtq lautòn tnq kpatoûq tûn lpan, lntatpnûsn nálgn tûn tntlogûn tnq tpntúntwtac ný tôbt fálsan ý fqqûq ètpèn tòn thkýkwn, oû nuctà tòn' ,pàn' bnàn kaxetûlan, ákk' lna pántwc tò lpan thkýkian Xpistòq lntnôq tòn pántwn pasxónta dúnai, pantòq dè ánsgnou. ódeu ýgtwoc ýgtwn tỹ thc kaqolkỹc ágýlac suódỹc, anuntýntwc sìq tòn bn' lpoû pqntotákou ýbgbn.

* *I. Ancyra vel Adpatima.*

* *Tim. I. 16.*

AD SYNODUM I. S. PATRICII

ADDITIO.

Anno 450.

Ex Will. Conc. Britan. to. I.

Mundiath poſt finem ſynodi S. Patricii ſequitur in MS. Benedictino libro cui ſuper canonum ſcriptorum, aliis canonibus et ſanctum patribus excerptorum, inter quos ſequentes cſſt S. Patricio attribuuntur, vid.

I. *De unitate ſubditorum.*

Quis ergo audet ſcindere unitatem, E *quam nemo hominum ſolvere vel reprehendere poteſt. Multitudinis autem credentium erat cor unum & anima una &c.* uſque ad inclufive *Anantas audiens haec verba cecidit & expiravit.*

II. *De furto in eccleſia peracto.*

Qui furtivus fuerit pecuniam ab eccleſia ſancta, ubi martyres & corpora Sanctorum dormiunt, illius manus vel pes circumcidatur, aut in carcerem mittatur, aut in peregrinationem ejiceatur, & reſtituat duplum. Si baptizatus quod non reverterit donec impleverit poenitentiam.

III. *De veris viduis.*

De veris viduis Paulus. *Vidua eligatur non minus annorum 60. unius viri uxor.* Nota. Si plures viros habuerit, vidua non fit.

I. De eo quod non repudianda ſit a ſi ſterilis, ſi deformis eſt, ſi ætate vetula, ſi fœtida, ſi temulenta, ſi iracunda, ſi jurgatrix, tenenda ſit, vela noſis; qualiſcunque accepta ſit, tenenda eſt.

II. Omnis adulter ſive a concelebratione, ſive a communicatione menſæ, ſive

ANNO CHRISTI 451.

five a conloquio, five a comitatu, usque dum pœniteat, excludendus est.

ET HI UTIQUE E GILDA DESUMPTI.

De excommunicatione dicit Gildas.

Non Noe Cham filium fuum magicæ artis fcribam, aut arca, aut menſæ communione voluit arcere. Non Abraham Aner & Ezcol in debellatione V. Regum exhorruit. Non Loth Sodomitarum conivia exercuit. Non Iſaac menſæ participationem Abimelech, & Ahuzzath & Phicol duci militum negat, ſed poſt cibum & potum juraverunt fibi mutuo. Non Jacob extimuit communicari filiis ſuis, quos novit venerari idola. Non Joſeph renuit Pharaonis menſæ & ſcipho participari. Non Aaron ſacerdotis idolorum Madian menſam repulit. Nec Moyſes ſimul cum Jethro hoſtias & convivium pacificum, init. Non Dominus noſter Jeſus Chriſtus publicanorum convivia devitabat, ut omnes peccatores & meretrices falvaret.

ANNO CHRISTI 451.

De abſtinentia ciborum.

Abſtinentia corporalium ciborum abſque charitate inutilis eſt; meliores ſunt ergo qui non magno opere jejunant, nec ſupra modum a creatura Dei ſe abſtinent, cor intrinſecus nitidum coram Deo ſollicitè ſervantes, a quo ſciunt exitum vitæ, quam illi qui carnem non edunt, nec cibis ſecularibus delectantur, neque vehiculis equiſque vehuntur, & pro his quaſi ſuperiores exteris ſe putantes quibus mors intrat per feneſtram elevationis.

AD CONCILIUM FORO-JULIENSE

Anni 451.

ADNOTATIO CRITICA.

Anno 451. IN fede anni 451. Venetus editor collocandum arbitratur concilium quoddam Foro-Julienſe, cujus fragmentum ex Ms. codice Morbacenſi Martenius in Anecdotis to. IV. pag. 17. vulgavit. Sed Martenius & cum illo Venetus colleſtor profecto falluntur, quod enim nomine concilii Foro-Julienſis vulgatum fragmentum, ipſa eſt epiſtola Valentini anni 374. ad clerum & plebem Foro-Julienſem (*ferjeus*) data, in qua rejectus ſcribitur a Patribus, quem ipſi in epiſcopum elegerant, acceptum eo nomine, quod ſcſe reum ſuminis chriſtianæ demiſſionis gratia conſtituerat. Quare concilium Foro-Julienſe nullum eſt.

CONCILIUM ROMANUM SUB S. LEONE

Anno 451. celebratum.

Anno 451. CONcilium hoc anno Romæ habitum dicit Labbeus ex ſynodico, a quo patrem accepit in ea ſynodo anathema dictum fuiſſe Eutycheti, Dioſcoro, & Timotheo, ſimulque ſanctam Chalcedonenſem ſynodum apoſtolicæ auctoritate confirmatam. Sed & ad idem concilium referendi erant canones bini, quorum alius eſt de baptizandis iis, qui e captivitate reſtituti, num baptiſmum unquam recepiſſent, ambigebatur; alter verò baptiſma ab hæreticis receptum minimè iterandum edicit. Utrumque canonem editum *nuper in ſynodo* teſtatur S. Leo in epiſtola XXXVII. ad Leonem Ravennatem apud Labbeum to. IV. col. 565. quæ data legitur *IX. Kal. novembris conſulatu Marciani Augusti*, eodem anno 451. ex qua temporis deſcriptione intelligimus, concilium illud definito tunc concilia Romæ habendi tempore, nempe III. Kal. Octobris celebratum fuiſſe.

CONCILIUM GALLICANUM (forte) ARELATENSE

Anni 451.

Anno 451. CUm S. Leo Romanus Pontifex celebrem illam *tomi ad Flavianum* epiſtolam adverſus ſevientem Eutychianam hæreſim ſcripſiſſet, & per legatos ſuos ad Concilium Chalcedonenſe tranſmittendam deſtinaſſet, opportunum tamen fore cenſuit, & probatam prius, confirmatamque aſſenſu occidentalium præſulum mitteret. Quare ad varias occidentis provincias legendam, approbandamque legavit. Ea occaſione Hilarum epiſcopum præſulem Ravennio Arelatenſi (ex quo Arelatum convenille patres ſilos decſſe ſcribit) in concilium, ſerius tamen quam res poſtularet, coacti, leſtam epiſtolam illam in coetu ſuo non probarunt tantum, ſed & ſummis laudibus commendarunt, qua de re ſynodicam ſcripſerunt ad S. Leonem, legendam inter ejus epiſtolas apud Labbeum IV. col. 578. Referipſit ſtatim S. Leo gratias agens pro laudibus impenſis, & partum illorum fidem commendans, quæ pariter epiſtola ibidem num. III. legitur, ſignatumque Kal. Februarii Herculano V. C. Conſ. ideſt anno Chriſti 452. ex quo inferre licet concilium illud vel exeunte anno 451. vel in ipſo ſuccedentis anni limitiu convenille.

CHAL-

ANNO CHRISTI 451.

CHALCEDONENSIS CONCILII OECUMENICI

ANNO CHRISTI 451.

Canones ex verſione quadam Latina antiquiſſima nondum edita.

ADMONITIO EDITORIS.

Anno 451. CAnonum Chalcedonenſium verſionem quandam antiquiſſimam nactus in codice illo antiquiſſimo *Lucenſi nongentorum annorum*, dandam hic cenſui. Multo quidem illa propius accedit ad verſionem illam, quæ in collectione *Iſidori Mercatoris* legitur, adhuc tamen eadem omninò non eſt, cùm in multis diſcrepet, eique in antiquitate minime concedit, niſi forte ſuperior eſt. Ad fidelitatem quod attinet, nulli ex reliquis antiquis verſionibus eo titulo poſtponenda. In ejus verò exordio ſtatim ſeſe offert mos ille vetus annorum ſupputandorum, quo non raro Veteres uſi, in gratiam numeri rotundi, diligentiorem annorum adnotationem negligebant. Cùm enim concilium illud anno 451. conveneric, numero rotundum exprimens Interpres noſter, anno quingenteſimo habitum Concilium, ſcribit.

INCIPIUNT CANONES CHALCEDONENSES

Tituli XXVII.

INCIPIUNT STATUTA.

I. QUingenteſimo anno ſub Imperatore piiſſimo Marciano. Conſtituta quæ per ſingulas Synodus a SS. Patribus conſtituta ſunt habenus habere firmitatem cenſuerunt, dicentes.

II. *De his qui præmio vel ambitu ſcandalizant.*

Si quis epiſcopus ordinationem pro pecunia fecerit, & venciderit rem, quæ niſi per gratiam De non acquiritur, & ſub pecunia ordinaverit epiſcopos, ut presbyteros vel diaconum aut eorum quemquam, qui in numero clericorum continentur, aut accepta pecunia fecerit œconomum, vel diſenſorem, aut oſtiarium, vel juamcumque hujuſcemodi pro turpitudinem lucri; qui hoc feciſſe probatur, ſui gradum periculum ſuſtineba. Sed & is qui ordinatur nihil ex ordinatione, quæ per negociationem proceſſit, utilitatis acquirat. Sed fiat dignitatis reus, qui ipſi pro pecunia commiſſa eſt alienus Si quis autem in iſtam turpibus & ſæcularis lucris medius interfuiſſe videatur, & is quidem, ſi clericus fuerit degradetur, ſi verò laicus, aut monachus anathematizetur.

III. *Ut clerici conducto non ſint.*

Pervenit ad S. Synodum quoniam, quidam clericorum propter lucri turpitudinem alienarum poſſeſſionum conductores efficiantur, cauſis ſæcularibus tractantibus, miniſteria Dei negligant, & ſæcularium domus diſcurrentes & patrimoniorum curas propter avaritiam ſuſcipientes. Igitur Sancta & magna Synodus conſtituit nullum deinceps, neque epiſcopum, neque clericum, neque monachum conducti titulo poſſeſſiones habere liceat, neque cauſarum ſæcularium poſſe ordinationibus commiſceri, niſi forte vocetur aliquis ſecundum leges ad minoris ætatis tutelam, quæ *excuſari non licet, aut civitatis epiſcopus eccleſiaſticarum rerum curam clerico voluerit* committere, aut orphanorum, vel viduarum propria providentia curent, vel perſonarum tantum, quæ auxilium eccleſiaſticum poſtulant propter timorem Dei. Si quis autem ea, quæ conſtituta ſunt, deinceps violare tentaverit, eccleſiaſticæ damnationi ſubjaceat.

IV. *Qui vitam ſolitariam ſectantur, & quo honore fungantur.*

Quoniam verò quidam ſub protextu habitu monachi eccleſiaſtes, & conventus, & res communes diſturpant, civitates circumeuntes indifcreté, necnon & monaſteria ſibi conſtituere ſtudentes, placuit, ut nullum eorum uſquam ædificare liceat, neque monaſterium conſtituere, neque oratorium abſque civitatis epiſcopi voluntate. Monachi verò qui ſunt per ſingulas civitates & provincias epiſcopi ſubditos eſſe cenſemus, & quietem diligere, & jejuniis eſſe contentos, & orationibus, & nullis locis obſervare in quibus renuntiaſſe videntur, neque quaquam eccleſiaſticis vel ſæcularibus rebus communicare, ne importunitatem, inferre propriis monaſteriis, niſi forte quæſiti fuerint propter cauſam neceſſariam ab epiſcopum civitatis. Sanè placuit ut nullum ſervum ſuſcipiant in ſuis monaſteriis ad monachum faciendum, ſine propria Domini voluntate. Qui verò hoc conſtitutum exceſſerit a communio-

ANNO CHRISTI 451.

nione eum suspendi decernimus, ne nomen Dei blasphemetur. Civitatis autem episcopus oportet competentem præstare providentiam cunctis monasteriis.

V. *De episcopis vel clericis qui se de civitate in aliam transferunt.*

Placuit ut canones qui a S. Patribus constituti sunt de his ipsis fuam habeant firmitatem.

VI. Nullum absolute liceat ordinari, neque presbyterum, neque diaconum, neque penitus quemquam de his qui sunt intra ecclesiastico ordine, nisi peculiariter ecclesiæ civitatis, aut possessionis, aut martirii, aut monasterii qui ordinatus est pronontietur. Qui verò absolutè ordinatur decrevit S. Synodus irritam esse hujusce modi manus impositionem, & munus quam posse ministrare ad ordinantis injuriam.

VII. *De professis clericis vel monachis.*

Qui semel funt in clero ordinati, aut monaci facti, constituimus, ut neque ad militiam, neque ad dignitatem saeculare remvenire. Si verò hoc adripuerint, & non pœnitentes ad hoc revertantur, quod ..... Deum prius elegerunt, anathematizentur.

VIII. *De asiferentatoribus.*

Clerici qui præsciuntur dispensationi pauperum, vel monasteriorum, & basilicis martyrum, sub episcopis, qui in unaquaque civitate sunt, secundum sanctorum Patrum traditiones permaneant, ne per fuam temeritatem episcopi fui moderatione declinent. Quia verò hujusmodi dispositionem quæ habet modo torrere auſi fuerint, & episcopo fuo non dederint confueta, fiquidem clerici fuerint canonicè damnationi fubjaceant; fi autem monachi, aut laici fuerint a communione ceſſent.

IX. Si clericus cum clerico cauſam habeat, placuit ut epiſcopum ſuum non deferant, & ad judicia ſecularia currant; ſed prius, ut dictum eſt, apud epiſcopum ſuam examinent cauſam, aut certè cum voluntate ipſius cauſa dicatur apud quos partes utraſque voluerint. Si quis autem contra hæc venire tentaverit, canonicis interdictis ſubjacebit. Si verò clericus quis habeat cauſam cum extraneo epiſcopo, vel cum fuo, apud Synodum provinciæ judicetur. Si autem epiſcopus aut clericus diferepationem habeat cum metropolitano epiſcopo, ad primam ſedem recurrant, aut ad ſedem CPtanam, & ibi cauſam definiant.

X. *Ut nullus clericus ſuam deferat ecclesiam,*

A Civitatum eccleſiis debeat militare in qua primùm ordinatus quis eſt, & non ad quam quaſi majorem pro vanæ gloriæ deſiderium confugiſſet. Eos verò qui hoc tentaverint, eccleſiæ propriæ reſtituendos eſſe in qua primò ordinati ſunt, & ibi tantum miniſtrare. Si qui tamen jam ex alia in alia eccleſia tranſlatus eſt, in nullis cauſis prioris eccleſiæ vel ad ipſam pertinentibus martiriis vel ſinodociis vel pauperum rebus habeat facilitatem tractandi. Et verò qui auſi fuerint poſt hoc conſtitutum magni & univerſalis B tius Synodi aliquid contrarium agere, in his quæ ruper ſancta Synodus interdixit, propriam amittant gradum.

XI. *Non temere dandis epiſtolis Synodicis.*

Omnes pauperes, & revera egentibus ſolacium opoſitet pacifica tantùm literis poſſeſſui, non ſynodicis, quorum ſynodocias literas his tantum dari convenit, qui benæ eſſe opinioni videantur.

XII. *In una provincia unum debere eſſe metropolitanum epiſcopum.*

Pervenit al nos quoniam quidam con- C tra eccleſiaſtica ſtatuta facientes, ſe potestatibus conferentes, per pragmaticum unam provinciam diviſerunt in duas, ac per hoc duo in una provincia ſunt metropolitani epiſcopi. Igitur nunc conſtituit magna ſynodus nihil tale deinceps tentari ab epiſcopis. Et qui aliquid hujuſmodi arripierint, proprium amittant gradum. Quisumque verò civitates per ſacras literas nomine metropolitano fungentes, ipſæ ſolæ honorem conſequantur. Et his qui huic eccleſiæ præeſt epiſcopus, ſalvo utique proprio jure, quod D revera convenit metropolitanæ civitati.

XIII. *Ut in alienis civitatibus clerici non miniſtrent.*

Peregrinos clericos & lectores in alienis civitate ine ſynodociis literis epiſcopi ſui penitus nuſquam miniſtrare debere.

XIV. *Ut nullus clericus hæreticum vel paganum ducat uxorem.*

Quoniam quibuſdam provinciis lectores, & pſalte nubere permittantur, conſtituit S. Synodus non licere que mquam ulterius hæreticam mulierem accipere; E eos verò qui jam ex tali matrimonio filios procrearunt, & ſi quidem filios ſuos apud hæreticos baptizarunt, poſtmodum verò poſſe eos in catholica communione percipere. Si autem non ſunt baptizati, jam non debere eos apud hæreticos baptizari, nec ad conjugium cum hæreticis conjungi, neque cum Judæo, neque cum pagano; nisi

ANNO CHRISTI 451.

fortè ſe transferre ad fidem orthodoxam promiſerint perſonæ quæ conjungendæ ſunt cum orthodoxis. Si quis autem hujus S. Synodi conſtitutum violare tentaverit, canonum damnationi ſubjaceat.

XV. *Quod annorum volari debeant ancillæ Dei.*

Placuit non eas ordinari ante annum XL mum, & hoc cum diligenti provatione. Si verò accepta relatione, & certo tempore miniſterio obſervans nupſiſe tradiderint ad injuriam Dei gratiæ, hujuſmodi mulier anathematizetur, cum B eo qui illi conjungitur.

XVI. *De Virginibus & Monachis.*

Nec eam quæ ſe Domino Deo virginem vovit, eodem modo nec monachis nubere licebit. Si verò hoc facere voluerint a communione ſuſpendantur. Conſitentibus autem decrevimus ut habeat authoritatem ejuſdem loci epiſcopus miſericordiam humanitatemque largiri.

XVII. De ruſticas parrocias, quæ ſunt in ſingulis provinciis, inconvulſas manere conſtituimus apud epiſcopos, qui detinere eas videntur, maximè eas anni XXX. detinentes ſinodalis diſpoſitatores runt. Si verò intra XXX. annis facta. aut ſtat quæſſio, his licere quæſtionem movere apud Synodum ſuæ provinciæ qui vim pertuliſſe aſſerunt. Si quis autem a metropolitano ſuo epiſcopo malè tractetur, apud primam ſedem provinciæ ſuæ, vel apud CPtanum cauſam dicat, ſicut ſuperius comprehenſum eſt. Si qua verò poteſtate imperiali civitas nova conſtituta eſt, aut certe conſtituatur, civilibus & publicis formulis etiam eccle- D faſticarum parrochiarum ordo celebretur.

XVIII. *De conjuratis.*

Conjurationis, vel conſpirationis crimen apud extrinſecus leges amputari ſolere; multo magis in eccleſia Dei hoc ne fas prohiberi oportet. Igitur ſi clerici, aut monachi inventi fuerint conjurati, & per conjurationem calumniam facientes epiſcopis vel quibuſlibet & clericis, proprium amittat gradum.

XIX. *Ut ſecundo in anno concilia fiant.*

Pervenit ad aures noſtras quoniam in quibuſdam provinciis non fiunt epiſcoporum ſynodus ſecundum canonem conſtitutum, & hoc multarum eccleſiaſticarum quæ corripienda funt vel corrigenda negligi ſcriptura. (*ſic*) Igitur Synodus conſtituit ut ſecundum canones patrum, quæ apud Nicium Bytinie conſtituti ſunt, bis in anno idipſum epiſcopos ex ſingulas provincias convenire, A ubi metropolitanus epiſcopus conſtituerit, & omnia quæcumque emenferint corrigere. Epiſcopi verò qui non convenerint & in propriis poſiti civitatibus, & non profecti, ſed abſentes, maxime ſuppeditante ſalute, feceſſerint, excuſabilibus occupationibus liberi, fraternitatis intuitu corripiantur.

XX. *De non ſuſcipiendos alterius eccleſiæ clericos, & de ſuſceptoribus eorum.*

Clericos in eccleſia militantes, ſicuti jam conſtitutum eſt, non licere in alterius civitatis eccleſia militare; ſed illa eſſe contentum in qua principio miniſtrare meruit, extra eos qui amiſſa patria ad alia eccleſia præ neceſſitate venerunt. Qui verò epiſcoporum poſt hoc conſtitutum alterius eccleſiæ clericum ſuſceperit, placuit a communione ſuſpendi, & eum qui ſuſcepit, & qui ſuſceptus eſt, quoque clericum qui translatus eſt fecerit ad ſuam reverti eccleſiam.

XXI. *De atenſatoribus epiſcoporum.*

Clerici vel laici qui epiſcopos accuſarint, ſive quoslibet clericos, omnino ſine judicio eos non ſuſcipiet, niſi prius eorum ætimatio fuerit diligentius examinata.

XXII. *Ut nullus clericus aliena diripiat.*

Clericis non licere poſt mortem epiſcopi ſui diripere ea, quæ illi competere non poſſunt, ſicut & adnterioribus canonibus cautum eſt, alioquin eos de gradibus ſuis poſſe periclitari.

XXIII. *De clericis & monachis excommunicatis.*

Pervenit ad aures S. Synodus quoniam quidam clerici & monachi, quibus nec aliquid ab epiſcopo ſuo commiſſum eſt, & interdum enim ab ipſius communionem ſuſpenſi ad CPtanam civitatem pergunt, & ibidem ſibi remorantes eccleſiaſticam diſciplinam diſturbant, quotrumdam autem etiam domos ſubvertunt; ſanctam conſtituit ſynodus prius quidem hujuſmodi homines per ſanctæ eccleſiæ CPtanæ defenſorem hos admonere, ut a civitate diſcedant. Verùm ſi inter negotia & impudentiam fuerint remorati, eos etiam invitos per eundem defenſorem jactari, & ad loca propria revocari.

XXIV. *De ſacrata monaſteria.*

Quæ Deo ſemel ſacrata ſunt monaſteria ſecundum epiſcoporum conſtitutum, oportet in perpetuum monaſteria nuncupari, & eorum res monaſteriis reſervari, & non deberé ulterius cœnacula ſæcu-

ANNO CHRISTI 451. 453.

fœcularia fieri. Si quis hoc fieri præter- A miserit, canonicis interdictis subjaceat.

XXV. *De ordinandis episcopis, & de rediens ecclesiarum.*

Quoniam metropolitanorum quidam, sicut cognovimus, commissas sibi negligunt greges, & ordinationes episcoporum fieri differunt, placuit S. Synodo intra tres menses episcoporum ordinationes fieri. Nisi fortè necessitas coëvsubilis diltationis tempus protrahi coecusabilis dilationis tempus protrahi coegerit; aliquin eos pœnæ ecclesiæ subjacere: ecclesiæ verò reditus viduatæ apud œconomum ipsius ecclesiæ integros conservari convenit.

XXVI. *De dispensatores ecclesiarum.*

Quoniam in quibusdam ecclesiis reperimus sine œconomis res ecclesiasticas tractante episcopo, placuit omnino ut omnis ecclesia habens episcopum, etiam œconomum habere de proprio clero,

ANNO CHRISTI 451.

qui res ecclesiasticas dispenset cum consensu episcopi sui; ne cum dispensatio sine testimonio fuerit, res ecclesiasticæ di- 451. sperfæ sint ad contumeliam Pontificis irrogandam. Si verò hoc non fecerit, reos esse sanctis subjacere canonibus.

XXVII. *De corruptores mulierum.*

Eos verò qui mulieres diripiunt hospitali solatio egentes, & illos qui cohibere, aut consensum rapientibus præbere videntur, sancta constituit Synodus, ut si quidem clerici fuerint proprium amittant gradum; si verò laici anathematizentur.

Et subscripserunt. Paschasinus episcopus Italiæ & subscripsi. Lucullentius episcopus Italiæ & subscripsi. Bonifacius presbyter legatus S. Ecclesiæ Romanæ Italiæ & subscripsi. Et cæteri episcopi infrascripti.

A D I D E M C O N C I L I U M

ADDITIO.

PRæter antiquam canonum concilii hujus versionem est aliud de rebus ejusdem, quod hic præterire non debuimus. Prior omnium fere essent codex Græcus MS. in Catalogo excusso manuscriptorum Graecorum Veneta S. Marci bibliothecæ, num. CLXIV. in quo hæc ab editis discrepare notavit eruditissimus eius Catalogi Scriptor. *Secundo concilio actio in editis est tertia; tertia in editis est secunda. In quarta actione, desunt acta de Carosio & Dorotheo & Photio & Eusthatio*, quæ in fine actionis XVII. compaciunt. In septima actione dantur canones XXVII. priores, in editis actione XV. legendi. Octava actio in editis est septima, & hic deinceps in cæteris actionibus usque post XV. cui succedit XVI. quæ in editis non habetur, monetque catalogi B scriptor sessionem Hilari habitam fuisse, ut apparet *prideie idus Novembris* ex eo quod

Καλανδῶν Νοεμβρίων, & in ea recitari tantum jussum fuisse epistolam Leonis, quæ in Veneta Latini editione legitur pag. 841. quæ ibi in eodem codice habetur, semel ad concilium Nicææ coactum; dein ad idem concilium Chalcedonem translatum. Actio XVII. in editis est XVI. Reliqua cum editis cohærent.

Additamentum aliud præbet MS. bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis, in quo, teste du Nieffel in Catalogo MSS. Græcorum ejusdem bibliothecæ par. V. cod. CXXVI. extant acta Chalcedonensis concilii, & inter documenta ad illud spectantia occurrit epistola quædam, adhuc inedita, S. Leonis papæ cum hoc titulo *ἐντολὴ τοῦ ἁγιωτάτου Λέοντος τάπα Ῥώμης πρὸς Λέοντα βασιλέα.* Ἐπιστολὴ ὑποτιθέμ. ὡς γαλιναίτατῳ υἱῷ Ἀνθεμίῳ Λέοντι, Λεων επισκοπ@.

CONCILIUM INCERTI LOCI IN ORIENTE

Forte Constantinopolitanum anno 453. celebratum.

Anno 453. CUm S. Leo Papa catholicæ adversum Eutychetem fidei stabilientæ sollicitus, quas ante bienium scripserat ad Synodum Chalcedonensem literas, ad orientales episcopos, vel, ut mea fert conjectura, Constantinopolim mist. Ibi in cœtu episcoporum lectas atque probatas fuisse scripsit ad eundem S. Leonem Julianus Cœnsis episcopus. Cui hæc rescripsit S. Leo epist. LXVIII. *Epistolam sane meam* ad Chalcedonenſem synodum *datam præsentibus episcopis et clericis lectam fuisse tuis epistolis retulisti, sed usque ad illum capitulum quo ea quæ de fide alta sunt, nunc videtur firmasse confessus.* Et infra: *ultimum presbyterum, quem asseris fuisse de-*

functum (in eodem concilio, ut arbitror) *gratulamur, cognitione habita in omnibus fuisse purgatum.* Data est epistola *V. id. Junii Actio et Studio V. C. Coss.* nempe anno 454. ex quo concilium illud superiori anno 453. habitum conjicio. Quod vero pontificalium literarum pars quædam inter legendum omitteretur, in causa fuisse censeo Anatolium CPtanum patriarcham, quem de prorogata latius quam par erat auctoritate sua reum hic a pontifice habitum fuspicor. Eo nomine illum pariter castigat in epistola ad ipsum data legenda inter actas concilii Chalcedon. par. 3. num. 5.

AD

ANNO CHRISTI 450.

AD SYNODUM AURELIANENSEM III.

Nota Chronologica.

Anno fortè 450. CErtum annus quo synodus ista convenerit, ignoratur. Habitam constat post annum 449. quo Ravennius Arelatensis, qui illi præfuit, cœpit, & ante annum 461. quo desiit. Nos annum 450. præferimus, cum anno illo dies III. Kal. januarias, qua concilium cœpit, Dominicalis fuerit. Indici verò concilia ad diem Dominicam vetusta ejus ætatis consuetudo ferebat.

CANONES S. PATRICIO ADSCRIPTI

Ex opusc. S. Patricii per Jacobum Varæum pag. 39.

I. *De judicio clericorum, ut non sit apud iniquos, aut apud infideles.*

Omnis mundialis sapiens, si sapiens sit, non judicet judicia ecclesiæ.

II. *De subjectione populi principi.*

Ministri vos estis, & unusquisque vestrum principem suum, cui adstitit, & ministrat, timeat.

III. *De pœnitentia blasphemantis principem bonum.*

Qui murmurat verba blasphemiæ contra principem bonum per odium, aut invidiam, cum aqua & pane pœniteat septem diebus, exempio Mariæ contra Moysem murmurantis.

IV. *De eo quod incertum sit unrumprovem gradum episcopus post lapsum recipiat.*

Patricius episcopus dicit: qui sub gradu peccat, debet eccam municari, quia magna est dignitas hujus nominis; tamen potest redimere animam suam post pœnitentiam; ad priorem gradum venire difficile. Noscio annon; Deus scit.

V. *De recipienda adultera post pœnitentiam & de quantitate pœnitentiæ.*

Si alicujus uxor fornicata fuerit cum alio viro, non adducet aliam uxorem quanduiu viva fuerit uxor prima. Si forte conversa fuerit, & agat pœnitentiam, fuscipiet eam, & serviet ei in vicem anacillæ, & annum integrum in pane & aqua per mensuram pœniteat, nec in uno lecto permaneant.

VI. *De alienis adeundis ad judicandum.*

Si quæ quæstiones in hac insula oriantur, ad eadem apostolicam referantur.

VII. *De pœnitentia agenda in ultimo spiritu.*

Si quis infirmatur, agat pœnitentiam, etiam ex necessitate, quia misericors est Deus.

VIII. *De eo quod insipienter præsse non doleat.*

Synodus totius mundi, & Patricius decrevit: qui insipiens est, nullo modo præsse liceat, sed sub manu abbatis catholici opus ejus exerceat.

IX. *De collectura pecuniæ non vituperanda, necessitate cogente.*

Patricius ait: si quis acceperit permissionem Pontificis, & collectum sit pretium captivi, non plus exegerit quam necessitas popoſcit. Si quid supra remanserit, ponat super altare, & indigentibus detur & captivis.

Item si quis colligit pecuniam sub nomine misericordiæ, non audeat spoliare ecclesiam Dei, sed reges & plebiles, quibus melius est dare, quam recondere.

HILARUS PAPA

Sedit ab anno 461. usque ad annum 467.

AD CONCILIUM ROMANUM

Ab Hilaro papa anno 465. celebratum.

GORRETIO

Anno 465. COncilii Romani sub Hilaro papa actapassim in editis & MSS. codicibus eadem paucis variatis, occurrunt. Sed eorum qui concilio interfuerunt episcoporum catalogus, nec ubique idem, nec alicubi integer fatrem in editis, legitur. Probus enim episcopus, cujus nomen a patre in actis, in serie

ANNO CHRISTI 465.

codice Lucensi, seculi, ut arbitror, XI. cata-
loguin deprompserim, quem in multis ab edi-
tis discrepantem reperi, &, ne minus foret in
aliis, in eo saltem illis integrior est, quod Pro-
bum Canutinum in seriem referat. Praetercа
quid est illud *Ingenio Ebredunensi provinciae suprascriptae. Mediolanensis provinciae supra-
scriptae*, & illud, *Saturnino Arelatensis pro-
vinciae suprascriptae*, quod in editis legitur?
Quantas ambages, Deus bone. Deesse hic no-
men archiepiscopi Mediolanensis post Ebre-
dunensem inferendi, censent quidam. Sed
tunc qui confequitur episcopus Avenionensis

A provinciae Mediolanensi accensendus esset. Quod inter absurda est absurdissimum. Melius igitur in nostro codice haec omnia desunt. Lu-
xatio tandem, quae est in editis, in nostro tol-
litur. Hoc ergo codicum ut melius sentiatur dicrimen, Lucensis editum catalogum e re-
giene adjungo.

Denique Christiani Lupi catalogum alte-
rum ex codicibus Vaticanis eruttum in mea hac editione integrum appono, ut e tribus mendosis unus emaculatior ab eruditis Le-
ctoribus conficiatur.

MS. Lucense.	Editi.	MS. Vaticanum *ex Lupo oper. to. VII. pag. 386.*
Fl. Basilisco & Ermerico VV. CII. Coss. sub die XVI. Kal. Decembris. Praesidente viro venerabili Hilaro papa in basilica S. Martiae.	Fl. Basilisco & Hermineri-
co viris clarissimis consulibus, sub die decimo quinto Kalendarum Decembrium. Residente viro venerabili Hi-
laro papa in basilica S. Ma-
riae.	Flavio Basilisco & Her-
menerico Viris Clarissimis sub die XVI. Kal. Decem-
bris. Residente viro vene-
rabili papa Hilaro in basili-
ca S. Martiae.
Et Maximo Tauritanorum-
civitatum provinciae Gallia-
rum.	Et Maximo Taurini civi-
tate provinciae Galliarum.	Et Maximo Taurinium ci-
vitatum provinciae Gallia-
rum.
Ingenio Ebridonensi.	Ingenio Ebredunensi pro-
vinciae suprascriptae.	Ingenio Ebredunensi pro-
vinciae Sti.
Hic spatium vacuum unius versus in codice cernitur.	Mediolanensi provinciae su-
prascriptae.	Modionensi provinciae Sti.
Saturnino Aollionensi.	Saturnino Avenionensi pro-
vinciae suprascriptae.	Saturnino Avenionensi pro-
vinciae Sti.
Petro Portuensi,	Petro Portuensi,	Petro Portuensi,
Paulino Aquebiensi,	Paulino Aquevivensi,	Paulino Aquebiensi,
Primo Atesiano,	Primo Ateliano,	Primo Ateliano,
Palladio Salpinati,	Palladio Salpinati,	*Desi.*
Gaudentio Abicienfi,	Gaudentio Albiginensi,	Gennadio Albiginensi,
Sothere Neapolitano,	Sothere Neapolitano,	Sothere Neapolitano,
Tiburtio Capuano,	Tiburtio Capuano,	Tiburtio Capuano,
Probo Canulino,	*Desi.*	*Desi.*
Gaudentio Sillateno,	Gaudentio Scyllaceno,	Cademio Scillateno,
Felice Lunenfi,	Felice Lunenfi,	Felice Cumienfi,
Eubodio Trifennenfi,	Eubodio Trifennenfi,	Eubodio Trifamenfi,
Eufebio Senienfi,	Eufebio Senienfi,	Eufebio Genuenfi,
Majoriano Altenfi,	Majoriano Altenfi,	Majorano Altenfi,
Justo Faventino,	Justo Faventino,	Justo Faberino,
Felice Sipontino,	Felice Sipontino,	Felice Sipontino,
Concordio Barino,	Concordio Barino,	Concordio Barino,
Verano,	Verano,	Uranio,
Capratio Caffitano,	Capratio Caffitano,	Capratio Caffitano,
Januario Praenestino,	Januario Praenestino,	Januario Praenestino,
Desi.	*Desi.*	*Desi.*
Desi.	*Desi.*	*Desi.*
Constantino Aquinati,	Constantino Aquinati,	Constantio Aquinate,
Adeodato Cumano,	Adeodato Cumano,	Adeodato Cumano,
Protellato Interamnieni,	Praetellato Interamnino,	Praetextato Interamnano,
Tiberio Curiumbinorum,	Tiberio Curium Sabinorum,	Tiberio Curium Sabinorū,
Claudio Paufulano,	Claudio Puteolano,	Claudio Paufojano,
Gerontio Camerino,	Gerontio Camerino,	Geruntio Camefino,
Adeodato Belliterno,	Adeodato Velliterno,	Adeodato Velliterno,
Lucifero Tiferni Metauri,	Lucifero Trium Tabernarum	Lucifero Tifernis Metauri,
Chrifpiano Subaugeftano,	Crifpiano Subaugufano,	Crifpiano Sub Auguftano,
Romano Albonenfi,	Romano Albanenfi,	*Desi.*
Servodei Numentano,	Servodei Nogentano,	*Desi.*
Florentio Taleino,	Florentio Galefino,	Florentio Galefino,
Hilario Amerino,	Hilario Amerino,	Hilario Amerino,
Candido Tiburtino,	Candido Tiburtino,	Candido Tiburtino,
Paulo Fornovano,	Paulo Fornovano,	Paulo Foro-Novano,
Eufebio Sutrino,	Eufebio Sutrino,	Eufebio Sutrino,
Epulcogo Tarquinenfi,	Apulejo Tarquinienfi,	Apulcgio Tarquinienfi,

MS.

ANNO CHRISTI 461.

MS. Lucense.	Editi.	MS. Vaticanum *ex Lupo.*
Gaudentio Antezatino,	Gaudentio Antiatino,	Gaudentio Antezatino,
Proveftitio Davinati,	Aftario Gabinate,	Aftetio Cabinate,
Aftetio Nepefino,	Projectitio Nepefino,	Projectitio Nepefino,
Philippo Forocludienfi,	Aftetio Forojulienfi,	Aftetio Foro-Aodienfi,
Gaudentio Numanati,	Philippo Numanate,	Philippo Numanate,
Reftituto Veconenfi,	Gaudentio Veconenfi,	Gaudentio Veronenfi,
Octavio Afris,	Reftituto & Octavio Afris,	Reftituto & Octavio Afris,

Codicis Lucenfis ab editis variantia.

Editi.	MS.
Can. IV. fententias cauſas &c.	Omnes fententias, fubſcriptiones (f. fub-
ſcriptione) proprias commodate.
Ibid. Auditus	Aditus.
Ibid. Ut ſerventur rogamus: dictum eſt quindecies.	Dictum eſt quinquies.

AD CONCILIUM TURONICUM

Anno 461. habitum

CANONES ADDITI EX BURCHARDO

Ex Concilio Turonico Can. II.

Anno 461.

PErlatum eſt cum Sanctam Synodum, quod quidam Presbyteri in Eccleſiis ſibi commiſſis tabernas (quod nefas eſt) conſtituant, ibique per caupones vinum vendebant, aut vendere permittant, & ubi tantummodo orationes, & verbum divinum Deique laus debuerat reſonare, ibi commeſſationes, & verba turpia, ibi rixæ & contentiones reſultent. Quem quantum ſit Deo contrarium Dominus Jeſus demonſtrat, qui cum invenifſet in templo vendentes, & ementes, & nummularios ſedentes, facto funiculo de reſticulis, omnes dejecit de Templo. Si enim ea, quæ licitè vendi videbantur in Templo, & cum hoc emebantur, ut in Domo Templo offerentur Domino, ipſe foras ejecit; quid putas de tam peſtifera præſumptione & Dei contemptu fiat? Etſi non ſolum Sacerdotibus, ſed omnibus Clericis præcipitur ne tabernas ingrediantur; qui audire poteſt, ut Eccleſiæ Dei tabernæ fiant? Itaque interdicit per omnia ſynodus ne hoc in poſterum nullatenus fiat, quod ſi factum fuerit, Presbyter deponatur; Laici communione privati ab Eccleſia, quam dehoneſtaverunt, expellantur.

Ex Eodem Can. III.

Si enim Domus Dei, Domus orationis vocatur, hoc debet eſſe, quod dicitur, nec ibi debet aliud geri, aut recondi: ubi enim corpus Domini conſecratur, ibi Angelorum præſentia non dubitatur adeſſe: ubi Sanctorum reliquiæ reconditæ venerantur, ne quid inhoneſtum appareat, quod oculos ad oraculum venientium offendat, ne quid videatur ibi, quod ad lucrum temporale pertineat; ſed omnia ſancta, omnia munda fiant, & tantummodo ad eccleſiaſticum miniſterium pertinentia.

Ex Turonenſi Can. III.

Burchardus Lib. VI. Cap. IX.

Nuntium eſt nobis quod aliqui, qui olim dixerunt ſe fuiſſe Sacerdotes, & poſtea degradati pro ſuis peccatis pœnitentiam agenda ſuffragia SS. per diverſa loca tranſeuntes quæsierunt, trucidati ſunt. Hujuſmodi interfectoribus omnem dignitatem Eccleſiaſticam denegamus, donec dignam pœnitentiam pro reatu ſuo ſecundum judicium Epiſcoporum exolvant, *quia gravius alios homicidis penitere debent.*

Eſt canon XXV. Moguntini 847.

deeſt in Moguntino.

Ex Turonenſi Can. 4. Burch. lib. V. cap. 9.

Ut omnis Presbyter habeat pixidem, aut vas tanto Sacramento dignum, ubi corpus Dominicum diligenter recondatur ad viaticum recedentibus a ſeculo. Quæ tantum facta debitio intinctæ debet eſſe in ſanguine Chriſti, ut veraciter Presbyter poſſit dicere infirmo: Corpus, & ſanguis Domini proficiat tibi &c. Semperque sit ſuper Altare obſerata propter mures, & nefarios homines, & de ſeptem in ſeptem dies ſemper permutetur, id eſt a Presbytero illa ſumatur.

ANNO CHRISTE 77.

Ex Turonenſi Can. IX. Burch. lib. XVI. Cap. 80.

Præterea & illud omnimodis obſervandum eſt, ut ſacrum Chriſma & oleum conſecrandum ſemper ſub fera ſit, ne illud unde Chriſto incorporamur, & unde omnes Fideles ſanctificantur, unde Reges, & Sacerdotes inunguntur, aliquis infidelis, aut immundus tangat, aut aliquis perfidus ad Dei judicium ſubverten-

ANNO CHRISTE 477.

dum furripiat, quod experimento didicimus.

Ex Conc. Turonenſi Can. LVII. Burch. lib. XIII. cap. 20.

Si quis præter publicam pœnitentiam a Sacerdote acceptam aut pro aliqua neceſſitate die dominica, velut pro quadam religione, jejunaverit, sicut & Manichæi; anathema ſit.

SIMPLICIUS PAPA

Sedit ab anno 467. uſque ad 483.

AD PSEUDO-SYNODUM EPHESINAM

Anni 477.

ADDITIO.

SYnodus iſta Venetum colleſtorem non fugit; ſed cum Papiſti criticam Baronii ad hanc annum exſcripſerint, nonnulla omiſit, quæ hauſta ex ipſis fontibus hiſtoria dediſſet. Evagrius Scholaſticus lib. 3. cap. V. author eſt, poſt evulgatas a Baſiliſco imperatore encyclicas literas, quibus Chalcedonenſe Concilium plane evertebatur, Aſiaticos epiſcopos *Epheſi in unum convenisse*, libellumque precum a ſe tunc digeſtum eidem imperatori obtuliſſe; quem ſane libellum ab eodem ſcriptore paſſim excerptum, & in colleſtione Veneta omiſſum, ex eodem hic damus Græce & Latinè ex verſione Valeſii.

ANNO 477.

Τοῦτ μὴ πάλαι ἀνεβεβαίωτος, ἡ φιλαρχίαις ἐναπόθετος ἡμῖν, βασιλέων τὸ μάθημ, ἀκούσιος μηχανὴ, ἀναγνοὺς.

ΠΕρπετοῦ νῦν ἐστὶν, Imperatores piſſimi omnino, Chriſtique amantiſſimi, unà cum fide quæ odio habebatur & oppugnabatur, diverſis modis oppugnari. Et aliquanto poſt: Terribilis quidam expoſtatio judicii, & divini ignis ardor, & Sacerdotalis veſtræ juſtæ indignatio, adverſarios brevi corripiet, qui præponentem Deum, & imperium veſtrum, rectæ fidei roboratum, ſuperba quadam dementia; quaſi jaculis impetere conantur, nec tenuitati noſtræ ullo modo parcunt: ſed calumniis ac mendaciis ſuis nos inſectantur, quaſi ex quadam ac neceſſitate compulſi, ſacris veſtris & Apoſtolicis encyclicis literis ſubſcripſerimus: quibus tamen cum omni gaudio & alacritate animi ſubſcripſimus. Et poſt alia: Nihil igitur aliud præter ſacras veſtras Encyclicas literas proponi, nos ſitis: pro-certo habentes id quod jam dixi univerſum orbem turſus everſum iri, & quod mala, quæ a Chalcedonenſi ſynodo importata ſunt, lævia eſſe videbuntur; quæ tamen innumerabilibus hominum cædes pepererunt, & orthodoxorum ſtrepitum injuſte & illegitimè effuderunt, Ut-iterum paucis interjectis: Proteſtamur coram Salvatore noſtro Jeſu Chriſto, liberam eſſe pietatem veſtram togamus, ab ea quæ illis irrogata eſt, juſta & canonica & eccleſiaſtica condemnatione, ac depoſitione: præſertim verò ab ea quæ irrogata eſt ei, qui per nullas factiones deprehenſus eſt, regiæ urbis epiſcopatum non rejecte adminiſtrare. Cæterum idem Zacharias hæc etiam ſcribit ad verbum. Simul atque ediræ ſunt Encyclicæ, atque imperiales literæ, eos qui Eutychis phantaſiam in urbe regia

Δεῖται δὲ τοῦ ἐπιτεθέντος τοιούτου βιβλίου κατὰ λέξιν τοῦ βασιλέως, μεταμίγνυ καὶ τολεμιωτέρ τῶν εἰωθότων τυμβόθου, καὶ τοὺς ἐγκωλίους τὰ ἴδια ἐγκάτια ἐκτίνοντας, ἀφοσιῶσι τοῦ ἀσεβοῦντος. καὶ ὡς ἐκλεγόμενος τῶν τοιούτων τὸν τυμβόθον ἐμοὶ εἶναι καλὸς ἐάσκα τὸν τοῦ θεοῦ λόγου, καὶ τῷ παρὸ ἐμοὶ ὁμοίους κατὰ τὴν διάκτασιν, ἐς τὰ εἰκεῖα ἀντέχον.

ANNO CHRISTE 485.

καὶ τὸν μισθὸν διδοὺς βέν, ὅσπερ ἐρκαλῶ τὸν πειρατὴν ἀνθρώπους τυμβόθου, καὶ τοὺς ἐγκωλίους τὰ ἴδια ἐγκάτια ἐκτίνοντας, ἀφοσιῶσι τοῦ ἀσεβοῦντος. καὶ ὡς ἐκλεγόμενος τῶν τοιούτων τὸν τυμβόθον ἐμοὶ εἶναι καλὸς ἐάσκα τὸν τοῦ θεοῦ λόγου, καὶ τῷ παρὸ ἐμοὶ ὁμοίους κατὰ τὴν διάκτασιν, ἐς τὰ εἰκεῖα ἀντέχον.

regia ſectatoantur, & Monaſticum vitæ genus profiteantur, cùm inſperatum quoddam lucrum noſ ouvenifle in Timotheo, & per Encyclicas literas maximam ſe utilitatem percepturos eſſe ſperarent, celeri curſu ad Timotheum ſe contuliſſe. Cumque a Timotheo convicti eſſent, Verbum Dei nobis quidem conſubſtantiale eſſe ſecundum carnem: Patri verò conſubſtantiale quod divinitatem, eos ad ſua rediiſſe.

ANNO CHRISTE 485.

Emendandum eſt etiam Veneti Colleſtoris erratum opinantis hanc ſynodum ex Eutychianis epiſcopis colleſtam. Cùm enim Timotheus Ælurus Pſeudo-Epiſcopus Alexandrinus ſynodo huic præſeduiſſe non immerito reputari poſſit, ex epiſcopis communionis ſuæ coadunatis ſynodum exiſtimandus eſt. Porro Timotheo ſententiam Eutychianis planè oppoſitam fediſſe, ex ſubjecta ab Evagrio ibidem hiſtoria plane demonſtratur. Narrat enim Eutychianos quoſdam monachos ex encyclicis Baſiliſci literis in ſpem meliorem erectos, Timotheum Conſtantinopoli agentem conveniſſe, a quo tamen dogma catholicum adverſus Eutychianis hæreſim aperte conſentente conſulſos, ac de rebus ſuis iterum deſperantes ſe ſe recepiſſe. Epiſtoli ergo concilii Illius Patres non quidem Eutychianis favebant, ſed unum Chalcedonenſe concilium rejeciebant. Quin nec illud nîs conſtat, cùm plane in corde diverſa ſentirent ipſimet epiſcopi, ut non diu poſt in libello pœnitentiæ ſuæ Acacio CPtano porrecto, de quo Evagrius lib. 3. cap. 9. aſſeruerunt.

FELIX PAPA III.

Sedit ab anno 483. uſque ad annum 492.

AD CONCILIUM ROMANUM

Anni 485. *ſub Felice III. Papa.*

EXEGETICA CRITICA.

ANNO 485.

SYnodum hanc novit Paglius in critica ad hunc annum, & ex Pagio in colleſtionem Veneto-Labbeanam translit; ſed illius cogendæ ſiſtam ſaltem ex parte cauſam pretendit. Non enim ſententiam adverſus Acacium iterum hoc in concilio patres illi tulerunt, cùm ſemel tantummodo damnatus exprimatur in epiſtola ad orientales, quam in ſupplemento Acaciano vulgavit Cl. Scipio Maffeius, inferendumque tradidit in Colleſtionem Venero-Labbeanam tom. V. col. 780. & ſeqq. Conſtat autem ex epiſtola Felicis ad Leonem data *Venantio Coſ.* ideſt anno 484. in ejus anni concilio damnationem illam profuiſſe. Colverunt ergo anno 485. Patres ut Tutum S. R. E. defenſorem damnarent. Cùm enim vir ille ad deferendam CPtanam ſententiam in Acacium latam abiegnus faiſſet, & nutus ſuum cire obſiſtere, dein præſidia eccleſiæ cauſa cum eodem Acacio communicavit. Digna viſa res eſt ut in *conventu* fratrum, ideſt in concilio diſcuteretur, & convictus, atque condemnatus Tutus dignitate defenſoris excideret, condignamque delictis poenam ſubiret. Ita legitur in epiſtola XI. Felicis ad Archimandritas & cæteros monachos in CP. & Bithynia conſtitutos, quæ temporis quidem adſcriptione caret, ſed data videtur altero anno poſt, quam Tutus latam in Acacium ſententiam detulit Conſtantinopolim, quam anno 484. attuliſſe compertum eſt.

Hæc olim ex mente clariſſimorum virorum ſcripſeram, dein verò diligentius veteres cauſæ hujus documenta retractans, plura mihi comperiſſe viſus ſum, quæ hucuſque ſcriptores latuerunt. Primo igitur negari haudquaquam poteſt, Acacium duplici ſententia Romæ damnatum fuiſſe, id enim diſertè affirmat Felix in epiſtola ad Vetranionem epiſcopum his perſpicuis verbis: *Merito Acacius apoſtolicæ ſedis ſteratæ excommunicationi ſe deprahſe fcit.* Priorem adverſus illum ſententiam editam in ſynodo anni 484. nemo prudens negaverit. Alteram latam opinor in ſynodo anni ſequentis 485. cujus ſynodi Pæ, ad clericos & monachos orientales (nam ſæpe ſæpius ad eos epiſtolas dare ſolebat, quanquam in priori anni 484. apud Labbeum recitatur, demonſtrat Paglius ad annum 485. 4.) deſcribens Claudius Tiburtinus epiſcopus nomen ſuum exprimit, ſimulque addit *Petro Alexandrinæ eccleſiæ pervaſori, et Acacio quondam eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, necnon etiam Petro Antiochenæ ab epiſcopatur, et chorſtianorum numero olim ſegregatis ſequens anthoritatem ſibi apoſtolicæ ſecundum nobiſque* (forte noſtram ſententiam) *exacte eccleſiæ ſtatutum catholicæ acceleriatione proſtatam anathema decreto ſubſcripſi.* En igitur novum in Acacium anathema.

At enim cur in epiſtola Felicis Supplementi Acaciani ſimul damnatus Acacius aſſeritur? Ideo fortè quod Epiſtola illa ſcripta ſit intermedio illo tempore, quod inter concilium Romanum anni 484. & alterum anni 485. effluxit. Ita falva ſint omnia: Supereſt nunc diſquirenda, utrum concilium illud Romanum, quod Tutum damnavit, cuius ſynodi, & damnationis in epiſtola Felicis ad Archimandritas & monachos in CP. & Bithynia conſtitutos ſit mentio, idem

ANNO CHRISTI 485.

Idem ſit cum ſynodo anni 485. quo Acacius iterum dejectus eſt. Si recte epiſtolam utramque Felicis expendas, ſtatim intelliges alteram ab altera diſtingui. Quo enim tempore concilium anni 485. Odobri menſe agebatur, nulla adhuc damnationis ſententia dicta erat in Tutum, ut ex ſynodica ejus concilii ad presbyteros & Archimandritas inteſligimus. Ibi enim eccleſiæ defenſor appellatur, qua dignitate exutus eſt in ſynodo, in qua damnationis ſententiam tulit. Quin & inter nova crimina Acacii, quæ in eadem epiſtola commemorantur, de corrupto per pecuniam Tuto nihil legitur. Tutus ergo in novo allo concilio Romæ vel hoc ipſo anno 485. exeunte, vel ſequenti 486. celebrato damnatus eſt; ex quo novum aliud Romanum concilium ſtatui oportet.

ANNO CHRISTI 485.

SELEUCIENSES SYNODI DUÆ,

Quarum altera a Babnæo Catholico Aſſyriæ orthodoxo ex orthodoxis collecta ad ſacrorum hominum conjugia repellenda,

Altera a Barſuma Niſibis metropolita Neſtoriano adverſus priorem illam, ſub Pheroze Perſarum rege celebrata;

Sub Babnæo Catholico et Pheroze Perſarum rege anno 485. celebrata.

Anno 485.

Ex Aſſemani Bibl. Orient. to. 3. part II. pag. CIXXVII.

SEleucie ſub Babuzio Catholico, & Pheroze Perſarum rege ſynodus habetur anno Chriſti 485. adverſus Barſumam Niſibenum, qui cum Neſtoriana hæreſi corruptelam diſciplinæ eccleſiaſticæ in Orientem. ſynodo coacta invexerat. Mares propenderi in Barſumam calamo, utramque ſynodum, a Babuzio nimirum & Barſuma habitam, deſcribit in hæc verba. *Fideles admoniebantur eccleſiæ, et oblationem in adibus ſuis faciebant, et baptizabantur extra eccleſiam: mulieres autem, permiſſu epiſcoporum, baptiſterium introgrediebantur, videndi baptiſmi cauſa. Hinc multiplicata eſt fornicatio, et ubiquisque nequitia. Quamobrem congregati ſunt patres, ut Babæum reprehenderent, decreverunt, nefas eſſe ducere uxorem patres et fratres, aut duas ſimul feminas: convaleſcentibusque aliis canones. Reſtitit autem eis Babuenus unà cum epiſcopi ſui; et alter in alterum anathema intorſit. Barſumas verò Neſtorianæ metropolitæ ſynodicum ſcripſit, in quo ſacerdotibus manchſque, qui ſeipſos continere nequirent, poteſtatem. Unde dicebat, dictum Pauli iuſorpant etc.* Hæc ſunt vera cauſa diſſidii inter Babuæum & Barſumam, quod ſcilicet Barſumas in ſuo conciliabulo porcſtatem faciebat clericis, & monachis uxores ducendi, Babuæus in ſua ſynodo id fas eſſe negabat: alter in alterum ob hanc cauſam anathema intorſit.

AD ROMANUM CONCILIUM III.

Seu potius IV. ſub Felice

ADNOTATIO CHRONOLOGICA.

Anno 488.

ROmanum hoc concilium, tertium eſt Labbeo, mihi verò concilium aliud Romanum, quo Tutus damnatur, in cenſum ducendi, quartum eſt ordine. *Anno 487. Bortio Coſ. die III. id. martiarum* habitum fertur, quotquot legi, codices omnes exculi. Sed quid eſt quod Felicis III. epiſtola VII. *ad omnes per epiſcopos*, quam ſynodicam eſſe hujus concilii, & argumentum ipſum epiſtolæ demonſtrat, & eruditi omnes conveniunt, ſignatur idibus martii *Dynamio et Simplicio V. Cl. Coſſ.* ideſt anno 488? Nunquid forte integro anno epiſtolæ hujus miſſio ſuſpenſa eſt? Ego igitur corrigendas conciliis notas ſic arbitror *P. C. Bortii V. C. Coſ.* quæ ſane correctio annum fert 488. & ſynodicam cum ſynodo ſua concordat. Id verò præterea quam probabile eſt, tum etiam probabilius hanc diem III. idum martii, qua concilium cœpit, cum anno 488. non verò anno 487. in dominicam incidere.

SELEUCIENSIS SYNODUS NESTORIANORUM

Qua Neſtorianum dogma aſſertum, Catholicum damnatum eſt.

Acacio Catholico Neſtorianorum præſide, anno ſecundo Balaſcis regis, Chriſti 489. celebrata.

Anno 489.

Ex Aſſemani. Bibl. Orient. to. 3. part. II. pag. CLXXX.

IN hac ſynodo Acacius Neſtorianorum patriarcha de impiato ſibi a Barſuma (Niſibieni metropolita) crimine ſeſe purgavit; Barſumas verò excommunicatus fuit. Mares in vita Acacii: *Barſumas Acacium forſicatione, nempe et ſtupri accuſavit. Quod quum Acacius tolerare non, poſſet, epiſcoporum et fidelium coactu conventu, in concluave quoddam intrare cogit univerſos, ubi nudato corpore virilibus membris carere ſe demonſtravit, adjumentaque in ipſum conjectas palam convicit. Id quum Barſumas reſtiviſſet, fuſtibus pauſ-*

ANNO CHRISTI 492.

pantibus, paululque. In Adnotationibus concilialibus, ut ex ſynodico Arabico conſtat, Bachumas aſſenſus fuerat, *ac in concilio epiſcoporum Modanæ, hoc eſt Seleucia, cogendo ſua præſtitit voluntateſque acta refirmaverunt, promiſeratque ſe ſuſcepturum quidquid ea ſynodus decreviſſet.* Verbis hominem fecelle, tradunt Mares, & Amrus, qui in concilio Seleucie feribunt Acacium Barſumæ reconciliarum faiſſe. Verùm res aliter ſe habuit, ut ex eodem Amro colligitur, qui in vita Babaei patriarchæ, Acacii ſucceſſoris, hæc ait: *poſquam ordinatus eſt, convocatis in ſynodo patribus, excommunicationes ſuſtulit, quæ inter Babuæum, Barſumam, et Acacium latæ fuerant.* Barſumas igitur his excommunicatus fuerat, ſemel a Babuzio propter aſſertum ſacrorum miniſterorum conjugium, picopagnatramque Neſtorianam hæreſim; & iterum ab Acacio propter illatam Babuzio necem, impaſſimque Acacio ipſi fornicationis crimen. Acta ejus ſynodi deſcribit Elias Danaſcenus in Nomocanone; ſed quæ ad Barſumæ excommunicationem ſpectant recitens, ſacrilegos canones ab ipſo Barſuma conditos ad eam perperam refert. *Anno*, inquit, *ſecundo Balaſcis regis, quum Acacius Catholicus eſſet, convenere ad eum metropolitæ et epiſcopi, qui Mares priorem poſteriorumque ſe tenere profeſſi ſunt, eorumque ſtatuta et canones obſervare, quos in oriente, ſive in occidente condiderunt: communque ſuffragio decreverunt, ut ſibi in poſterum accurato obſervandum eſſet, nec ulla ratione violandum. Præterea ſententiam excommunicationis in eos omnes tulerunt, qui Chriſti Domini divinitatem paſſionibus et mutabilem affirmant, nec confitentur, Chriſtum, peraſta Dei Verbi cum corpore unione, perfectam habere Dei ſubſtantiam, perfectamque hominis ſubſtantiam.*

GELASIUS PAPA I.

Sedit ab anno 492. uſque ad 496.

AD EPISTOLAS GELASII PAPÆ I.

APPENDIX.

GELASIUS PAPA.

Anno 492.

Ex Baluzii Miſcellan. to. 1. pag. 479. cum ſeq.

QUid novæ adjectionis veſtrum poterit præſtantiæ divulgo, cum in ea non futura, ſed quæ erant præſentia ſinirenur? Nunc autem ad hanc oblicam, quæ deſcenda eſt, illud debet ſanna intentione diſquiri, quis, id eſt, cujus civitatis, ex eadem re, ante quam baſilica, quæ nuper fabricata eſt, ſundaretur, poſtquerit incolas, aut ad cujus conſignationem ſub annua devotione conveneriut. Non enim terminis aut locis aliquibus convenit diſſinire, ſed illud facere diuciem quod ſuperius continetur, ut conſtet commanentes a quo fuerint lavacri regenerarione purgati. Et ideo, fratres cariſſimi, amoris ambagibus, & omni circuitione ſubmota, hoc vos modis omnibus convenit inveſtigare, ut ſile maxime ad conſecrationem vocetur, cui per hunc modum, quem præſcripſimus debere, permitti noverint. In ceteris etiam eccleſiis, quas poſt conſtitutum quod geſtis ſanctæ memoriæ Leonis Papæ in ſynodo nuper celebſis in his locis quæ diſtincta ſunt per ſubreptionem ab virtuntis * epiſcopo conſtiterit confecratas, hæc eadem & requirenda, & ſunt modis omnibus ordinanda; ita tamen ut documentum, quod ſuperius diximus, in omni conſtitutione ſerveiur: quia quicquid ſuppoſis petitionibus clarueric poſtulatum, id in iritum merito tanti præſtabilis exit contemplatione deducendum.

* Locus corruptus.

GELASIUS IN DECRETIS

Dulcio deſenſori.

EXperientia tua preſenti admonitione ſuſcepta filiis noſtris viris magnificis Æmiliano magiſtro militum, & Conſtantino judici, & Ampelio ex noſtra exhortatione decere non dubitat. Eoce, ſicut magnitudinis veſtræ deideriam poſtulavit, ſine mora aliqua, & ſine ullo diſpendio, ita ut nec ipſas dare eccleſiaſticis officiis conſuetudines lineremus, Anaſtaſium diaconum Lucerinæ civitati ordinavimus ſacerdotem. Proprereea nunc magnificentia veſtra ejuſdem epiſcopi vel eccleſiæ Lucerinæ utilitatibus in univerſis quæ ſunt neceſſaria libenter impendat, & competentia vigilantiæ ſuæ tribuat Chriſtiana devotione ſolatia.

STEPHANO EPISCOPO, GELASIUS.

OPortuerat Antiliam, quæ ditexit petitorium, in deſideraia ſibi pudicitia permanere; quia non facile contemnere debuit, quod facile prius credidit poſtulandum. Pertractato enim & maturato conſilio juventutem ſuam, vel ea quæ pertinebit debuit aeſtimare, nec contra electionem viduitatis fidiſtæ ſuſſragia poſtmodum & occaſiones rumpendi queremper calliratis. Sed quia mutabilitate mentis errorem ſecendæ culpæ cupiditate temerarit, & mactum potius incontinentiæ ſuæ, quod nullis prohiberur legibus, exquiſivit, ſupradictum proceſſiſſe noveris eſſe reddendam, & ut acceſſus eccleſiæ & miniſterium facta communione poſtulatur.

..Ad tertiam hanc epiſtolam adnotatio.

Nec contra electionem viduitatis etc.

VIduæ nullam ſolemnem caſtitatis profeſſionem emittebant. Quæ ſi obligatam Deo primati vori religione caſtitatem aſſumpto conjugio violabant, nonnili Deo irritandam. Vide de epiſtolam Gelaſii ad epiſcopos Lucaniæ c. XXI.

GELASIUS PAPA MAXIMO ET EUSEBIO EPISCOPIS.

Iterum ex Balux. ubi sup. cum seq.

LIcet regulis continetur antiquis, parochias unicuique ecclesiæ pristina disposition obtinere, ubique unipli mali temeritate recidente, ubique unipli mali temeritate recidente, ubique unipli confusio nasceretur, jam in decreviensis nostris ante non multum temporis definitionem legem sibi putat posse generari, si scelleri suo pertinacium retentionis adjungat, ea quæ inter fratrem & episcopum nostrum Constantinum Camiscanæ ecclesiæ sacerdotem, & diœcesis ab Anconitano pontifice decrevimus, per vos impleri cupimus. Tunc formam in certeis cognitionibus quæ fit sequenda perfrigidimus. Nulla igitur præsumptione statum parochiarum, qui perpetuæ aratis firmitate duravit, patimur immutari, quia neque negligentia pontificis, neque temporalis aliquibus, quæ per incursum forte generatur, nec ignavia facientes consensus, nec surripiente supplicatione præceptio divellere potest, quæ diœcesim constituta, ex qua semper ad regenerationem atque confirmationem plebs devota consistit.

IDEM JUSTINO ARCHIDIACONO ET FAUSTO.

De rebus ecclesiæ in quatuor partes dividendis.

VObis & famæ vestræ consultum duximus, ut pontificis vestri loco vobiscum ab eodem aliquis subrogetur, qui ejus nomine pariter universa disponat, quatenus oblata prædia ad vestrum revocetis studium, ne cuiquam clerico pro portione sua solum aliquod ecclesiæ paretis esse deputandum, neve per incuriam negligentiamque minuatur, sed omnem pensionis summam ex omnibus prædiis ruris urbanique collectam ad Antifidem deferatis. Ex qua tamen collectione habeatur ratio, quod ad causas vel expensas accidentium necessitatum opus esse perspicitur, ut de medio fequestretur, & quartæ portiones vel fidelium oblationes de hac sint modis omnibus penobæ, ita ut unam sibi tollat antistes, aliam clericus pro suo judicio & electione dispertiat, tertiam pauperibus sub omnium conscientia faciat erogari. Fabricis verò quod competit ad ordinationem pontificis erogatione vetita decernimus pendendum. Si quid forte ab annua remanebit expensa, electo idoneo ab utraque parte custode condatur in thecis, ut si major emerserit fabrica, sint subsidio, quæ & diversis temporibus poterunt cuilibet dari, aut certè ematur possessio, quæ utilitates respiciat communes.

INCIPIUNT DICTA GELASII PAPÆ

CAtechumeni, latinè dicuntur instructi, vel audientes, ii sunt qui fidem Christi instruëti, audiunt Christi præcepta, & rectè credunt, & etiam a sacerdote consignati sunt, & per exorcismum purgati, & respuierunt. Sed necdum sacro baptismate sunt abluti. Pœnitentes hi dicuntur in canone qui de criminibus, de majoribus culpis agunt publicæ pœnitentiam. Et fciendum est quia secundum præceptum canonis non licet fidelibus, ideſt jam baptizatis, mixas in ecclesia cum audientibus, ideſt catechumenis ſtare tempore orationis & canonicæ laudis, & ſimul cum eis orare, & pſallere. Neque clericis aut aliis laicis licet cum pœnitentibus ſimul mixti orare, aut pſallere..... antiquitus proprius ſtatutus locus, aut extra eccleſiam, aut in initio introitus eccleſiæ, ubi ad orandum & audiendum divinum officium ſtabant catechumeni, ideſt inſtructi vel audientes, & infra eccleſiam. Super illos erat ſimiliter proprie locus ſtatutus ubi ſtabant pœnitentes, ut omnes in eccleſiæ introeuntes ſcirent eos de criminibus culpis pœnitere, & orarent pro eis, & illi per hoc humiliati magis reciperent veniam deliſtorum ſuorum. Et ſuper hos in aſilo eccleſiæ ſtatio ſtabant cuſtori fideles laici, ſeggregati tamen a clericis. Cumque autem in aliquibus capitulis canonis dicatur ut pro quacumque criminali, ideſt graviori culpa ejiciatur ab eccleſia quicumque, non eſt intelligendum ut fundirus prohibeatur ab omni conventu & auditione divinæ laudis, & præceptorum Domini; quod nimis abſurdum eſt, & contra præceptum divinæ clementiæ, ut ægret a divina eccleſia datur medicina Dei, qui pro ſalute peccatorum eſt incarnatus, & paſſus; & abſeſſo ab omni conventu & conſolatione fidelium Diabolo tradatur. Sed prædicta ratione ſubtiliter intelligendum eſt, ut ejiciatur a communione, ideſt conſortio aſtorum fidelium, qui intra eccleſiam ſtant tempore orationis & laudis Dei, & ſtet per ſtantia annos ad orandum & laudes Dei audiendum extra eccleſiam inter audientes, ideſt catecumenis; & expletis his omnibus fecundum judicium committe culpæ intrat in eccleſiam in communionem, ideſt conſortio orationis cum pœnitentibus, inter quos, expletis iterum annis ſecundum judicium culpæ ſuæ, redeat plenas a communione, ideſt conſortio aſtorum fidelium, & perceptionis ſacri corporis & Sanguinis Chriſti.

NESTORIANORUM SYNODI TRES

Pro hæreſi in Perſide, tum & ſacerdotum conjugio confirmandis,

Priori quidem Lapeta, altera Seleucia, tertia in Adri Pago Nubadræ

A Barſuma Niſibeni Archiepiſcopo anno Pherozis regis XXVII. celebratæ.

HOrum concilliorum trium meminit Simeon Beth-Arſamenſis in epiſtola de Neſtorianis his verbis. *Quam Huzaita de Perſa tradidam filii ab Iba Neſtorii atque Theodori diſcipulis confirmare voluit, plures in regione Perſarum ſynodos collegerunt; ac primum quidem in Beth-Lapeta Huzaitarum metropoli anno Pherozis regis regum vigeſimo ſeptimo, deinde in Seleucia & Ctesiphonte urbibus Aſſyriorum, item in Beth-Adri oppido ditionis Nubadhenſis.* Annus Pherozis vigeſimus ſeptimus in Chriſti annum 488. incidit. Anno autem Chriſti 488. Acacius Seleucienſem eccleſiam regebat, cui propterea Neſtoriani ſynodos illas, quæ Barſumæ fant, perquam adſcribant, ut latè oſtenſum eſt Tom. citat. a pag. 391. Quid in his ſynodis actum ſit, indicat Liber Synodicus e Syriaco Arabicè redditus, qui hiſce ſynodis hunc titulum inſcribit: *Synodus Acacii* (Seleucienſis patriarchæ, quem tamen hiſce ſynodis nequaquam ſe immiſcuiſſe inferius ex Aſſemano demonſtrabimus) *cui Barſumæ Niſibis archiepiſcopus interfuit, & aliique Patres*. Tres verò hon unicam tunc diverſis in locis conveniſſe ſynodos affirmat Simeon Beth-Arſamenſis in epiſtola de Neſtorianis apud Aſſemanum Biblioth. Orient. to. III. par. II. pag. CLXXVIII. his verbis: Quam Auctire ac Perſis traditam ſibi ab Iba Neſtorii atque Theodori diſcipulis confirmare voluit, plures in regione Perſarum ſynodos collegerunt: ac primùm quidem in Beth-Lapeta Huzitarum metropoli, anno Pherozis regis regum vigeſimo ſeptimo: deinde in Seleucia & Ctesiphonte urbibus Aſſyriorum: item in Beth-Adri eppido ditionis Nubadhenſis. Annus Pherozis vigeſimus ſeptimus in Chriſti annum 488. incidit ex dictis tom. 3. pag. 397. Anno autem Chriſti 488. Acacius Seleucienſem eccleſiam regebat, cui propterea Neſtoriani ſynodos illas, quæ Barſumæ ſunt, perquam adſcribant, ut late oſtenſum eſt Tom. cit. a pag. 391. His verò ſynodis præſuiſſe Barſumam Acacium Seleucienſem archiepiſcopum Neſtorianum, quamvis id legitur in Libro Synodico ex Arabicorum ſcriptorum teſtimonio, demonſtrat idem Aſſemanus to. III. par. I. pag. 391.

Utut res habeat ſefe, canones in hiſce ſynodis evulgatos ex libello ſynodico mox laudato hoc recenſet Aſſemanus ibid. pag. 390.

Primus canon eſt adverſus quoſdam monachos qui conjugium ciboſque nonnullos damnabant, unum autem in Chriſto ſubſtantiam profitebantur. Alter in eoſdem, ut per vicos & civitates ne diſcurrerent, neque munia epiſcoporum aut Parochorum in ſacramentis adminiſtrandis exercerent, ſed ſubditi epiſcopis eſſent, & in conventibus ſuis manerent. Tertius de conjugio laicis, & clericis omnibus permittendo, cujus hæc ſunt verba: Neque epiſcopus in poſterum nubere prohibeat: ſatis enim ſint mala calamitateſque, B quæ Chriſtianis contigere, adulteria, inquam, & ſcortationes, quæ ad externorum etiam aures pervenerunt: ſed id fas eſto clericis aque ac laicis, quemadmodum ratio poſtulat. Nam Chriſtus ait: *non omnes capere poſſunt hoc verbum*: & Apoſtolus: *Bonum eſt, inquit, homini ad mulierem non accedere; ſed propter fornicationem uxorem ſuam teneat: & volo homines ſimiles mei eſſe: ſin autem ſe minime continentat, nubant.* Temuſquiſque itaque debet vel a ſeculo ſe omnino ſeparare, vel ei cum pietate adhærere; ſacerdos autem in eſſe, qui unam uxorem habet, ut in epiſtola Apoſtoli ad Timotheum dicitur. Nunc itaque epiſcopus non amplius culpam diacono manus impo- C nat, aſt poſtquam diligenter de illo inquiſierit, conſtiterit que eum uxorem legitimam habere; eum vero qui conjugio abſtinere, decreverit, jubeat ſemotum ab hominum conſuetudine domicilium habere. Quod ſi ad fiſcularia poſthac converſus fuerit, ut ad nuptias aut alia id genus, pœnis fubjaceat, & ſi quidem ſacerdos ſit, a gradu ſuo amotus eſto, donec reſipiſcat. Qui autem nubit, ſiam uxorem habeat. Quiſquis verò id tranſgreſſus fuerit, ab eccleſia ſegregetur, & ab ordine ſacerdotii. Sacerdos autem conjugii expers, aut ejus uxor vita deſuncta eſt, ſi legitimas nuptias optaverit, ne prohibeatur ab Epiſcopo, dve ante, five poſt ſacerdotium nubere voluerit. Qui his contradixerit, D ſi laicus fuerit, anathematizatus eſto; ſi ſacerdos, a gradu Sacerdotii deponatur.

Poſtremo de concordia Acacium inter & Barſumam inita hæc ſubjunguntur. Hujus Patris diebus Barſuma Niſibeni metropolitæ cauſa feliciter confecta eſt. Convenere ſiquidem in ſynodo epiſcoporum in Adri pago Maalteæ, ibique Barſumæ pœnitentiam, quod ipſe cum tuis epiſcopis in Gandiſapor urbe perpetraverat, confeſſus eſt, abſenſuſque fuit, ut in concilio epiſcoporum Modaïne cogendo, ſua præſentia voluntiſque adta reſciinderentur. Hoc pacto exortum inter eos E (Acacium & Barſumam) diſſidium ſublatum eſt, ſacraque ſimul myſteria peregerunt. Scripto itaque quidquid in urbe Gandiſapor attentaverat Barſumas damnavit, iſtrumque declaravit, illudque eccleſiæ judicio contrarium, perverſumque ſe opinione ad id perextrandum adſum fuiſſe confeſſus eſt, & in ſanctum Baburum Catholicum iniquè ſe geſſiſſe. Quibus de rebus ad Gandiſaporenſes epiſtolam quoque ſcripſit, teſtatus, quæcum-

ANNO CHRISTI 496.

que antea donec ea fa-cta sunt; seque insuper susceperum quidquid synodus Modaine cogenda decreverisset, promisit.

Elias Metropolita Nisibenus in epistola Bagadenses adversus illegitimam Jesuja-

ANNO CHRISTI 496.

A bi Patriarchæ ordinationem citat canonem XIII. synodi Lapetensis adversus simoniacos: Hic tamen canon, cùm in concilio Barsumæ (de quo in præsenti) non legatur, ad aliud Lapetæ celebratum concilium spectare videtur. Verba sunt Assemani to. III. par. II. pag. CLXXIX.

CONCILIUM ROMANUM

De Libris recipiendis et non recipiendis a Gelasio Papa cum LXXII. episcopis anno circiter 496. habitum.

ANNO 496.

CElebre illud de libris probandis improbandisque decretum, in Romano quodam B concilio editum diu multumque eruditos exercuit. Postlimium est de Auctore disceptatum. Concilii Romani Collectores omnes Gelasio Papæ tribuerunt, quibus & fidem adstruit Burchardus Wormatiensis, Gratianus & MSS. codices plerique. Verum in codice vetustissimo Collectionis Dionysii Exigui, quem Duchesnius communicavit Baluzio, hoc ipsum decretum Damasi Papæ nomen præfert. Denique in vetustissimo Ingelheimi codice Balusius Hormisdæ Papæ nomen præfixum reperit. Chiffletius in Jurensi nongentorum annorum codice hoc decretum offendit; cumque emendatissimum omnium quæ ad id usque prodierant judicaret, exscribendum illud C edendumque in suis ad opera Vigilii Tapsensis notis assumpsit. Hormisdæ papæ in eo codice inscribitur; ex quo sententiæ de Hormisda decreti illius conditore authoritas summa accessit. Ita rebus constiturit, factum est ut non ante imaltos annos Cl. Tonanimus in codicem Vaticanum annorum nongentorum incideret, qui hoc ipsum decretum profert, idemque cum multa resecet, quæ in editis legantur, hoc præ cæteris argumento sinceritatem suam vindicare judicavit. Id enim solemne est hujusmodi lucubrationibus, ut quæ brevissimæ sunt, hæ genuinæ censeantur; sit enim ut novis subinde & novis additionibus crudiri in temporis D reformentur, ut succedentium temporum. disciplinæ accommodentur. Hoc ergo decretum, prout in eo Vaticano codice legitur, prodiuit in fuo de Antiquitatibus Horæ Commentario; censuitque hac vel sola authoritate controversiam de authore opusculi decidi, cum Gelaiano nomine inscribatur. Huic Viri clarissimi sententiæ accessuros sanioris criticæ peritos omnes censeo, tum quoad operis authorem, tum etiam quoad latum de eius sinceritate judicium, in iis præsertim quæ resecta & plane innovata exhibent. Si enim agatur de iis quæ communia habet cum cæteris, in multis profecto Chiffletiano Jurensi cedit, in quo E lectio probatior est, ut conferenti patebit. Desiderandum proinde superestet ut tertius aliquis paris antiquitatis codex proferretur, in quo & detractiones Vaticanæ comparent, & probatæ illæ Chiffletianæ lectiones offerrentur; idque si unquam fors tulerit, prolatis ultro manibus Eruditos excepturos non dubito. Sed bonum fadum! id tandem mihi vetustum Lucensem codicem annorum nongentorum evolventi obtigit. En tibi ex eo, Lector, decretum de libris probandis reprobandisque, in quo ea omnia recisa sunt, quæ desunt in Vaticano. In cæteris ad Chiffletianam lectionem potius quam ad Vaticanam accedit. Gelasiano nomine inscribitur, ac tandem, tale est, quale desideraveris. Neque eo tantum nomine præstat cæteris huc usque excusis; sed & ex eo commendabitur magis, quod præfatione ornetur, nusquam in editis legenda; quanquam doleo incuria exferiptoris lusiatam esse, nec facile sanandam. Tota Gelasiana est, quantum ex stili similitudine judicare licet. Hoc est meum de nova hac Gelatiani decreti editione judicium, ut id approbem eruditis, ejusdem decreti triplex schema profero, Vaticanum, Jurense seu Chiffletianum, & Lucense.

Post hæc scripta incidi in decretum Gelasianum ex vetustissimo Florentino codice editum a P. Joseepho Blanchinio Oratorii Romani S. Philippi Nerii presbytero V. Cl. in prolegomenis ad IV. volumen Anastasii Bibliothecarii editionis Romanæ. Ex eo codice repræsentare se genuinum decretum Gelasii Vir ille doctus censuit. Nec sane negaverim melioremesse ejus lectionem præ Vaticano. Cum vero ait idem vir doctissimus, catalogum illum Sacrorum Liborum qui in Vaticano Fontanini non extat, legiturque in suo Florentino, e Vaticano sive scriptoris incuria, sive alicujus fraude subtractum esse, futile est. & inane, cum & a meo pariter Lucensi abest, quem sane Lucensem ex Vaticano ille expressum, sive ambos ex tertio alio derivatos esse, nemo sibi persuaserit, cum discrepent non raro. Hunc ti omittas Sacrorum Liborum catalogum, in cæteris Florentinus ille fere cum nostro convenit, paucis exceptis quæ ad extremum pagellæ oraro diligenter adnotavi. Et vero Florentinus Blanchinii in fine mutilus, nam post illud: *Faustis Regiensis &c.* cætera desunt, quæ tamen in reliquis omnibus MSS. codicibus leguntur.

Inci-

ANNO CHRISTI 496.

Lucense.

Incipit decretale ab urbe Roma editum de recipiendis, sive non recipiendis libris factum.

Synodum sub Gelasio Papa Urbis Romæ cum LXX. Episcopis.

INCIPIT PROLOGUS.

Ad distinendas, vel intelligendas scripturas, quæ (sic) in novo, vel in veteri testamento a pluribus editas, illud Apostolicum nobis convenit servare eloquium: prophetias, inquit, nolite (pernere; omnia autem probate, ut plenior Dei operatione credamus illud esse conditas, quas de adventu Domini, ac nativitate, vel passione ipsius, et resurrectione verissimo fuisse locutæ, per quas eum (i. etiam) non credimus esse salvator; sic intelligimus illud, ubi dixit: quod bonum est tenere; ad repellendas, vel a catholicis renuendas scripturas esse cognovimus, quas tum vor trudentissimi Hieronymus repudiavit, esse damnatas, sufficit nobis dicere, ut ab omni specie mala abstineamus.

Vaticanum Fontanini.

Incipit decretale Sancti Gelasii Papæ urbis Romæ.

Jurense Chiffletii.

Incipit decretale in urbe Roma ab Hormisda Papa editum.

ANNO CHRISTI 496.

De scripturis Divinis quid universaliter catholica recipiat Ecclesia, vel post hæc quid vitare debeat. I.

Ordo de veteri Testamento, quem Sancta, & Catholica Romana suscipit, & honorat Ecclesia, ipse est.

Genesis liber I.
Exodi liber I.
Levitici liber I.
Numeri liber I.
Deuteronomii liber I.
Jesu Nave liber I.
Judicum liber I.
Ruth liber I.
Regum libri IV.
Paralipomenon libri II.
Psalmorum CL. liber I.
Salomonis libri III.
Proverbia, Ecclesiastes & Cantica Canticorum.
Item *Sapientiæ liber I.*

ANNO CHRISTI 496.

Lucense.

Vaticanum.

Jurense Chiffletii.

Ecclesiastici liber. I.
Item ordo Prophetarum.
Esaiæ liber I.
Hieremiæ liber I. cum Cinoth, ac lamentationibus suis.
Ezechielis liber I.
Danielis liber I.
Osee liber I.
Amos liber I.
Michææ liber I.
Joelis liber I.
Abdiæ liber I.
Jonæ liber I.
Nauum liber I.
Abacuc liber I.
Sophoniæ liber I.
Aggæi liber I.
Zachariæ liber I.
Malachiæ liber I.
Item ordo Historiarum.
Job liber I.
Tobiæ liber I.
Esdræ liber II.
Esther liber I.
Judith liber I.
Machabæorum libri II.
Item ordo Scripturarum noui & ueteri Testamenti.
Euangeliorum libri IV.
Secundum Matthæum liber I.
Secundum Marcum liber I.
Secundum Lucam liber I.
Secundum Johannem liber I.
Item *Actuum Apostolorum liber I.*
Epistolæ Pauli Apostoli numero XIV.
Ad Romanos Epistola I.
Ad Corinthios Epistolæ II.
Ad Ephesios Epistola I.
Ad Thessalonicenses Epistolæ II.
Ad Galatas Epistola I.
Ad Philippenses Epistola I.
Ad Colossenses Epistola I.
Ad Timotheum Epistolæ II.
Ad Titum Epistola I.
Ad Philemonem Epistola I.
Ad Hebræos Epistola I.
Item *Apocalypsis Johannis liber I.*
Item Canonicæ Epistolæ numero septem.
Petri Apostoli Epistolæ II.
Jacobi Apostoli Epistola I.
Johannis Apostoli Epistolæ III.
Judæ Zelotis Apostoli Epistola una.

ANNO CHRISTI 496.

Post

ANNO CHRISTI 496.

Lucense.

a Fl. ad. *hæc omnes.*

Post *a* propheticas (*manu antiqua additur* & Euangelicas) atque Apostolicas scripturas, *b* quibus Ecclesia Catholica per gratiam Dei fundata est, etiam illud intimandum putavimus quod quamvis universæ per orbem Catholicæ diffusæ Ecclesiæ unus thalamus Christi sit; sancta tamen Romana Ecclesia nullis synodicis constitutis cæteris Ecclesiis præfata est, sed Evangelica

b Fl. ad. *quæ superius deprompsimus.*

c Fl. ad. *& Salvatoris.*

voce Domini *c* nostri prima tum obtinuit: *Tu es Petrus*, inquiens, *& super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ Inferi non prævalebunt adversus eam; & tibi dabo claves regni Cælorum; & quæcunque ligaveris super terram, erunt ligata & in Cælo; & quæcunque solveris super terram, erunt soluta & in Cælo.*

Vaticanum.

I.

Post propheticas, & evangelicas, atque Apostolicas scripturas, quibus Ecclesia Catholica per gratiam Dei fundata est, etiam illud intimandum putavimus, quod quamvis universæ per orbem Catholicæ diffusæ Ecclesiæ unus thalamus Christi sit; Sancta tamen Romana Ecclesia nullis synodicis constitutis cæteris Ecclesiis præfata est, sed evangelica voce Domini & Salvatoris nostri primatum obtinuit: *Tu es Petrus*, inquiens, *super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam; & portæ inferi non prævalebunt adversus eam; & tibi dabo Claves regni Cælorum; & quæcunque ligaveris super terram, erunt ligata & in Cælo; & quæcunque solveris super terram, erunt soluta & in Cælo.*

Jurense Chiffletii.

II.

Post *hæc omnes* propheticas, & Euangelicas, atque Apostolicas, *quæ superius deprompsimus*, scripturas, quibus Ecclesia Catholica per gratiam Dei fundata est, etiam illud intimandum putavimus, quod quamvis universæ per orbem diffusæ Catholicæ Ecclesiæ unus thalamus Christi sit; sancta tamen Romana Ecclesia nullis synodicis constitutis cæteris Ecclesiis præfata est, sed evangelica voce Domini, & Salvatoris nostri primatum obtinuit: *Tu es Petrus*, inquientis, *& super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & portæ inferi non prævalebunt adversus eam; & tibi dabo claves regni Cælorum; & quæcunque ligaveris super terram, erunt ligata & in Cælo; & quæcunque solveris super terram, erunt soluta & in Cælo.*

ANNO CHRISTI 496.

Post

ANNO CHRISTI 496.

Lucense.

Tertia verò fedes apud Antiochiam *ejusdem* beatiſſimi Petri Apoſtoli habetur honorabilis, eo quod *ibidem* prius quod *Romæ* veniſſet habitavit & ibidem primum nomen chriſtianorum novelle gentis exortum eſt.

Et quamvis aliud fundamentum nullus poſſit ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Jeſus, tamen ad ædificationem ſanctam, *id eſt (manu autoquè* eandem) Romanam eccleſiam poſt illas veteris vel novi teſtamenti, quas regulariter ſuſcipimus etiam ſuſcipi non prohibet ſcripturas. Idcirco ſanctam ſynodum Nicenam *ſecundum* trecentorum decem & octo *epiſcoporum* (*manu autoquè poſitor* Patrum) nec-diante Maximo Conſtantino Auguſto.

Vaticanum.

Tertia verò Sedis apud Antiochiam item beatiſſimi Petri Apoſtoli habetur honorabilis, eo quod illic prius quam Romam veniſſet, habitavit, & illic primum nomen Chriſtianorum novellæ gentis exortus eſt.

II.

Et quamvis aliud fundamentum nullus poſſit ponere præter id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Jeſus; tamen ad ædificationem ſanctam eccleſiam Romanam eccleſiam, poſt illas veteris vel novi Teſtamenti, quas regulariter ſuſcipimus, etiam ſuſcipi non prohibet ſcripturas. Id eſt ſanctam ſynodum Nicenam CCCXVIII. Patrum, mediante Maximo Conſtantino Auguſto.

Jurenſe.

Tertia verò ſedes apud Antiochiam item beatiſſimi Apoſtoli Petri habetur honorabilis, eoquod, illic priuſquam Romam veniſſet, habitavit: Et illic primum nomen Chriſtianorum novellæ gentis exortum eſt.

III.

Et quamvis aliud fundamentum nullus potuit ponere præter id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Jeſus; tamen ad ædificationem noſtram eadem Romana eccleſia, poſt illas veteris vel novi Teſtamenti, quas regulariter ſuperius enumeravimus, etiam has ſuſcipi non prohibet ſcripturas. Id eſt ſanctam ſynodum Nicenam ſecundum trecentos decem & octo Patres, mediante Maximo Conſtantino Auguſto, *in qua Arrius hæreticus condemnatus eſt.*

Sanctam ſynodum Conſtantinopolitanam, mediante Nectario ſenore Angoſto, in qua Macedonius hæreticus devitam damnationem excepit.

ANNO CHRISTI 496.

Sanctam Synodum Ephe-
ſinam, (manu abrigna Ephe-
ſinam) in qua Neſtorius damnatus eſt, *b cum conſenſu beatiſſimi* Cœleſtini papæ, mediante *Cherrillo* Alexandriæ ſedis antiſtite, & Arcadio *epiſcopo* ab Italia deſtinato.

Sanctam ſynodum Chalcedonenſem, mediante Marciano Auguſto, & Anatholio Conſtantinopolitano epiſcopo, in qua Neſtoriana & Eutychiana hæreſis ſimul cum Dioſcoro, ejuſque complicibus *damnatus eſt.* k

Sanctam Synodum Ephe-
ſinam, in qua Neſtorius damnatus eſt, conſenſu beatiſſimi Cœleſtini Papæ, mediante Cyrillo Alexandriæ Sedis Antiſtite, & Arcadio *epiſcopo* ab Italia deſtinato.

Sanctam Synodum Calcedonenſem, mediante Marciano Auguſto & Anatholio Conſtantinopolitano Epiſcopo, in qua Neſtoriana, Eutychiana, & Eutrichiciana, hereſes ſimul cum Dioſcoro, ejuſque complicibus damnatæ ſunt.

Sanctam ſynodum Calcedonenſem, mediante Marciano Auguſto, & Anatolio Conſtantinopolitano epiſcopo, in qua Neſtoriana, & Eutychiana hæreſis, ſimul cum Dioſcoro ejuſque complicibus damnatæ ſunt. *Sed & ſi qua ſunt concilia a ſanctis Patribus hactenus inſtituta, poſt iſtorum quatuor auctoritatem & conſtitutionis & recipienda decreximus.*

III.

Incipiunt opuſcula recipienda.

Item opuſcula beati Cicilli Cipriani martiris, & Cartaginenſis epiſc.

Opuſcula beati Gregorii Nazzenſis epi.

IV.

Jamnunc ſubjicimdum de opuſculis beatorum Patrum, quæ in Eccleſia catholica recipiuntur.

Opuſcula beati Cæcilii Cipriani, Martyris, Carthaginenſis epiſcopi *in omnibus recipienda.*

Item opuſcula Beati Gregorii Nazianzeni epiſcopi.

Opuſcula

ANNO CHRISTI 496.

Lucense.

Opuſcula B. Athanaſi *Alexandrini* epiſcopi.
Opuſcula Theophili *Alexandrini* epiſcopi.
Opuſcula B. Cyrilli Alexandrini epiſcopi.

Opuſcula B. Helari *Pictaviensis* a epiſcopi.

b In Florentino libro ponitur post S. Athanaſium.

b Opuſcula B. Johannis Conſtantinopolitani epiſcopi.
Opuſcula B. Ambroſii *Mediolanenſis* epiſcopi.
Opuſcula B. Auguſtini Ippone Regienſis epiſcopi.
Opuſcula B. Hieronimi presbyteri.
Opuſcula *Beati* Proſperi viri religioſiſſimi.

c Ypponegiencnſis.

d epiſcopus.

Opuſcula *d* B. Leonis papæ ad Flavianum Conſtantinopolitanum epiſcopum deſtinata, cujus textum quiſpiam *ſi uſque ad unum* jota diſputaverit, & non *eam* in omnibus venerabiliter receperit, anathema ſit.

e Atque tractatus.

Opuſcula, *e* tractatus omnium Patrum orthodoxorum, qui in nullo a ſanctæ eccleſiæ Romanæ conſortio deviarunt, nec ab ejus fide vel prædicatione ſejuncti ſunt, ſed ipſius communicatione per gratiam Dei uſque in ultimum *diem* vitæ ſuæ fuere participes, *legendos* decernimus.

Item decretales Epiſtolas, quas beatiſſimi Papæ diverſe temporibus ab urbe Roma pro diverſorum Patrum conſolatione dederunt, venerabiliter ſuſcipienda. *f*

f ſuſcipimus eas eſſe.

Item geſta Sanctorum Martirum, qui multiplicis (*manu autoquè* multiplicibus) tormentorum cruciatibus, & mirabilibus confeſſionum triumphis inradiant. Quis iſta Catholicorum dubitet (*manu autoquè* &) majora eos in agonibus fuiſſe perpeſſos, nec fuis viribus ſed Dei gratia, & adjutorio? Singulari cautela in ſancta Romana eccleſia non leguntur, quia & corum, qui conſcribere, nomina penitus ignoratur; & ab indidelibus & idiotis ſuperflua, aut minus apta, quam rei ordo fuerit, eſſe putantur. Sicut cujuſdam Clrici & Juitæ, ſicut Giorgi, aliorumque hujuſmodi paſſiones,

Vaticanum.

Item opuſcula beati Baſili Capadociæ epi.
Item opuſcula beati Athanaſi Alexandriæ epi.
Item op. beati Johannis Conſtantinopolitanæ epi.

Item op. beati Theophili Alexandriæ epi.

Item op. beati Helari Pictavinis epi.
Item op. beati Ambroſi Mediolanenſis epiſc.
Item op. B. Auguſtini Ippone regienſis epi.
Item op. beati Hieronimi preſbi.
Item op. Proſperi viri religioſiſſimi.

Item opiſtola bi. Leonis Pap. ad Flavianum Conſtantinopolitanum epiſcopum deſtinata, cujus textum quiſpiam ſuis, quæ ad unum jota diſputaverit, & non eam in omnibus venerabiliter receperit anat. ſit.

Item opuſcula *atque* tractatus omnium Patrum orthodoxorum, qui in nullo a ſcæ eccleſiæ Romanæ conſortio deviarunt, nec ab ejus fide vel prædicatione ſejuncti ſunt; ſed ipſius communicationi per gratiam Dei uſque in ultimum vitæ ſuæ fuere participes, legende decreximus.

Item decretales epiſtolas, quas beatiſſimi Papæ, diverſis temporibus ab urbe Roma, pro diverſorum Patrum conſolatione, dederunt, venerabiliter ſuſcipiendas.

Item geſta ſanctorum Martyrum, quæ multiplicibus tormentorum cruciatibus, & mirabilibus confeſſionum triumphis inradiant. Quis iſta Catholicorum dubitet, majora eos in agonibus fuiſſe perpeſſos? Nec ſuis viribus, ſed Dei gratia & adjutorio *univerſa tolerasſe? Sed ideo ſecundum antiquam conſuetudinem*, ſingulari cautela in ſancta Romana, eccleſia non leguntur, quia & corum, qui conſcribere, nomina penitus ignorantur; & ab indidelibus & idiotis ſuperflua, aut minus apta, quam rei ordo fuerit, eſſe putantur. Sicut Quirici curei

Jurenſe.

Item opuſcula beati Baſilii Cappadocie epiſcopi.
Item opuſcula beati Athanaſi Alexandrini epiſcopi.
Item opuſcula beati Johannis Conſtantinopolitani epiſcopi.
Item opuſcula beati Theophili Alexandrini epiſcopi.
Item opuſcula beati Cyrilli Alexandrini epiſcopi.
Item opuſcula beati Hilarii Pictaviensis epiſcopi.
Item opuſcula Beati Ambroſii Mediolanenſis epiſc.
Item opuſcula Beati Auguſtini Hipponeregienſis ep.
Item opuſcula Beati Hieronymi presbyteri.
Item opuſcula *Beati* Proſperi viri religioſiſſimi.
Item epiſtolam Beati Papæ Leonis ad Flavianum, Conſtantinopolitanum epiſcopum deſtinatam: de cujus textu quiſpiam *ſi* uſque ad unum jota diſputaverit, & non eam in omnibus venerabiliter receperit anat. ſit.
Item opuſcula *atque* tractatus omnium Patrum orthodoxorum, qui in nullo a ſcæ eccleſiæ Romanæ conſortio deviarunt, nec ab ejus fide vel prædicatione ſejuncti ſunt; ſed ipſius communicationi per gratiam Dei uſque in ultimum vitæ ſuæ fuere participes, legendos decernimus.

Item decretales epiſtolas, quas beatiſſimi Papæ, diverſis temporibus ab urbe Roma pro diverſorum Patrum conſultatione dederunt, venerabiliter ſuſcipiendas.

Item geſta ſanctorum Martyrum, quæ multiplicibus tormentorum cruciatibus, & mirabilibus confeſſionum triumphis inradiant. Quis iſta Catholicorum dubitet, majora eos in agonibus fuiſſe perpeſſos? Nec ſuis viribus, ſed Dei gratia & adjutorio *univerſa tolerasſe? Sed ideo ſecundum antiquam conſuetudinem*, ſingulari cautela in ſancta Romana eccleſia non leguntur, quia & corum qui conſcribere, nomina penitus ignorantur: & ab *indidelibus* & idiotis ſuperflua, aut minus apta, quam rei ordo fuerit, eſſe putantur. Sicut Quirici curei

ANNO CHRISTI 496.

a Antiochia beatiſſimi.

b illic.

c Deeſt quod eſt.

d ſancta.

e ſuperius enumeravimus. f Deeſt Id eſt.

Patres.

b Deeſt Cum. Beatiſſimi.

k Damnatus eſt.

l Item & ſic deinceps.

l Opuſcula B. Cicili Cipriani martyris & *Carthaginenſis* epiſcopi.
Opuſcula beati Gregorii Nazanzenſi epi.
Opuſcula B. Baſili Cappadocie epiſcopi.

ANNO CHRISTE 496.

Lucense.

rel ordo fuerit esse putatur. Sicut cujusdam *Quirici* & Julitæ, sicut *Georgii*, aliorumque ejusmodi passiones, quæ ab hæreticis perhibentur compositæ. Propter quod, ut dictum est, ne vel levis fubfannandi orreretur occasio in sancta Romana Ecclesia non leguntur. Nos tamen cum prædicta Ecclesia omnes martires & eorum gloriosos agones, qui Domino magis, quam hominibus noti sunt, omni devotione veneramur.

Item vitas Patrum, Pauli, Antonii, Hilarionis, & omnium hereniitarum, quas tamen vir beatissimus descripsit Hieronymus, cum & omni honore suscipimus.

Item actus beati Sylvestri Apostolicæ sedis præsulis, licet ejus, qui conscripsit nomen ignoretur; a multis tamen in Urbe Roma a Catholicis legi cognovimus, & pro antiquo usu multæ hoc imitantur Ecclesiæ.

Item scriptura de inventione *c crucis* Crucis Dominicæ, & alia scriptura de inventione capitis Johannis Baptistæ, novelle quidem relationis & nonnullis ex Catholici legunt, sed cum hæc ad Catholicorum manus pervenerint, beati Apostoli præcedet sententia -- *Omnia probate, quod bonum est tenete.*

Item Rufinus vir *religiosissimus*, squi & plurios (*manu antiquo* plurimos) Ecclesiasticis Operis edidit libros, non nullas etiam scripturas interpretatus est. Sed quoniam *h* beatissimus Hieronimus eum in aliquibus de *arbitrii* libertate notavit, illa sentientes, que prædictum Hieronimum sentire cognoscimus, & non solum de Rufino, sed etiam de universis, quos vir S. sepius memoratus, zelo Dei, & fidei religione reprehendit.

Item Origenis nonnulla opuscula, que vir beatissimus Hieronymus non repudiat, legenda suscipimus: reliqua autem omnia cum auctore suo dicimus renuenda.

Vaticanum.

q. ad hæreticis perhibentur compositæ. Propter quod, ut dictum est, ne vel levis subfannandi orreretur occasio, in sancta Romana ecclesia non leguntur. Nos tamen cum prædicta ecclesia omnes Martires, & eorum gloriosos agones, qui Domino magis, quam hominibus noti sunt, omni devotione veneramur.

Item vitas Patrum, Pauli, Antonii, Hilarionis, & omnibus heremitarum, quas tamen vir beatissimus descripsit Hieronimus, cum omni honore suscipimus.

Item actus beati Silvestri Apostolicæ Sedis Præsulis, licet ejus, qui conscripsit, nomine ignoretur: a multis tamen in urbe Roma Catholicis legi cognovimus, & pro antiquo usu multæ hæc imitantur ecclesiæ.

Item scriptura de Inventione Crucis dominicæ, & aliam scripturam de inventione capitis Johannis Baptistæ, novelle quidem relationis *funt*, & nonnulli *ex* Catholici legunt. Sed cum hæc ad Catholicorum manus pervenerint, beati Pauli Apostoli præcedet sententia -- *Omnia probate, quod bonum est retinete.*

Item Rufinus vir religiosissimus plurimos ecclesiasticæ operis edidit libros, nonnullas etiam Scripturas interpretatus est. Sed quoniam venerabilis Hieronymus eum in aliquibus de arbitrii libertate notavit; illa sentim. q. prædictum beatum Hieronimum sentire cognoscimus, non solum de Rufino, sed etiam de universis, quos vir Sanctus plurimos zelo Dei, & fidei religione reprehendit.

Item Origenis nonnulla opuscula, que vir beatissimus Hieronimus non repudiat, legenda suscipimus: reliqua autem omnia cum auctore suo dicimus renuendam.

Item

Jurense.

jusdam & Julitæ; sicut Georgii, aliorumque ejusmodi Passiones, quæ ab hæreticis perhibentur compositæ. Propter quod, ut dictum est, ne vel levis subfannandi oriretur occasio, in sancta Romana Ecclesia non leguntur. Nos tamen, cum prædicta *Romana* ecclesia, omnes Martyres, & eorum gloriosos agones, qui Deo magis, quam hominibus noti sunt, omni devotione veneramur.

Item Vitas Patrum, Pauli, Antonii, Hilarionis, & omnium Eremitarum, quas tamen vir beatissimus Hieronymus descripsit, cum omni honore suscipimus.

Item actus beatissimi Silvestri Apostolicæ Sedis Præsulis, licet ejus qui conscripsit nomen ignoretur: a multis tamen in urbe Roma Catholicis legi cognovimus & pro antiquo usu multæ hoc imitantur Ecclesiæ.

Item scriptura de Inventione Dominicæ Crucis, & aliam scripturam de inventione capitis beati Johannis Baptistæ, novelle quidem relationis *sunt*, & nonnulli *ex* Catholici legunt. Sed cum hæc ad Catholicorum manus pervenerint, beati Pauli Apostoli præcedet sententia; *Omnia probate, & quod bonum est retinete.*

Item Rufinus vir *religiosissimus* plurimos ecclesiasticæ operis edidit libros: nonnullas etiam Scripturas interpretatus est. Sed quoniam venerabilis Hieronymus eum in aliquibus de arbitrii libertate notavit; illa sentimus, quæ prædictum beatum Hieronymum sentire cognoscimus: non solum de Rufino, sed etiam de universis, quos vir Sanctus plurimos zelo Dei, & fidei religione reprehendit.

Item Origenis nonnulla opuscula, quæ vir beatissimus Hieronymus non repudiat, legenda suscipimus: reliqua autem omnia cum auctore suo dicimus renuenda.

Item

ANNO CHRISTI 496.

a Decst *epi.*

b *infra fiximus.*

c *qui;*

d Decst *epiſcopi.*

e *præferimus.*

f *prædicata sunt nullatenus recipias catholica & apoſtolica eccleſia Romana.*

g Decst *qui non recipiuntur.*

h Decst *augſt.*

i IX.

ANNO CHRISTE 496.

Lucense.

Item Cronica Eusebii Cesariensis *epi.* atque ejusdem historiæ Ecclesiasticæ libros, quamvis in primo narratiosis suæ libro reputerit, & post in laudibus, atque exclusatione Origenis *unum firmatur* conscripserit librum; propter rerum tamen singularum notitiam, quæ ab *b* scrutationem, (*manu antiqua* Inſtructionem) pertinent, ufquequaque non dicimus *renuenda.*

Orosium virum eruditissimum collaudamus *c quia* valde nobis necessariam adversus Paganorum calumnias ordinavit Historiam, miraque brevitate contexuit.

Venerabilis *viri* Sedulii *Episcopi d* Paschale opus, quod *heroicis* descripsit versibus, insigni laude proferimus. *e*

Juvenci nihilominus laboriosum opus non spernimus, sed miramus. Cætera *autem quæ* ab hæreticis, *sfine* fcsitmaticis conscripta, vel prædicta *f* sunt (*manu antiqua addetur* nullatenus recipit Catholica, & Apostolica, Romana Ecclesia) E quibus pauca, quæ ad memoriam *g* & a Catholicis vitanda sunt, credimus esse subdenda.

Itemnotitia *de* libroram (*manu antiqua* libros) apocriforum, *g* qui non recipiuntur.

Arimineníum synodum a Constantio Cesare Constantini *h* Auguſti filio congregatam mediante Tauro præfecto ex tunc, & nunc, & in æternum confitemur esse damnatam.

Itinerarium nomine Petri Apostoli, quod appellatur Sancti Clementis (*manu antiqua* libr. X. *i*) apocrifum.

Actus *nomine* Andreæ Apoſt. apog.

Actus *nomine* Thomæ Apoſt. apog.

Libri numero decem apog. (sed hoc deletum est manu antiqua.)

Actus nomine Petri Apoſt. alius apoc.

Conſilor.-Supplem. Tom. I.

Vaticanum.

Chronica Eusebii Cæsariensis, atque ejusdem Historiæ ecclesiasticæ libros, quamvis in primo narrationis suæ libro reputerit, & post in laudibus atque excusatione Origenis scientifici unum conscripserit librum: propter rerum tamen singularum notitiam, q. ad instructionem pertinent, ufquequaque non dicimus renuendos.

Item Orosium virum eruditissimum conlaudamus, qui valde necessariam adversus paganorum calumnias ordinavit Historiam, miraque brevitate contexuit.

Item venerabilis Sedulii Paschale opus, quod eruditis descripsit versibus, insigni laude præferimus.

Item Juvenci nihilominus laboriosum opus non spernimus, sed miramus. Cætera, quæ ab hæreticis, fcshimaticis conscripta, vel prædicata sunt, nullatenus recipiet Catholica & Apostolica Romana ecclesia: e quibus pauca, quæ ad memoriam venerunt, & a Catholicis vitanda sunt, credidimus esse subdenda.

IV.

Notitiam librorum apocriforum, qui non recipiuntur.

Arimenensium Sinodum, a Constantio Cæsare Constantini Auguſti filium congregatam, mediante Tauro Præfecto, ex tunc & nunc & in æternum confitemur esse damnata.

Itinerarium nomine Petri Apoſtoli, quod appellatur Sci Clementis, apocrifum.

Actus nomen Andreæ Apl. apog.

Actus nomen Thomæ Apl. libros X. apg.

Actus nomen Petri Apl. alios, apg.

Jurense.

Item Chronica Eusebii Cæsariensis, atque ejusdem Historiæ Ecclesiasticæ libros, quamvis in primo narratiosis libro reputerit, & post in laudibus atque excusatione Origenis scientifici unum conscripserit librum: propter rerum tamen singularum notitiam, quæ ad instructionem pertinent, ufquequaque non dicimus renuendos.

Item Orosium virum eruditissimum conlaudamus, qui valde necessariam nobis adversus paganorum calumnias ordinavit Historiam, miraque brevitate contexuit.

Item venerabilis viri Sedulii Opus paschale, quod heroicis descripsit versibus, inigni laude præferimus.

Juvenci quoque nihilominus laboriosum opus non spernimus, sed miramus. Cætera quæ ab hæreticis, sive fcshimaticis conscripta vel prædicta sunt, nullatenus recipit catholica & Apostolica Romana ecclesia: e quibus pauca, quæ ad memoriam venerunt, & a Catholicis vitanda sunt, credidimus esse subdenda.

V.

In primis Arimenensem Synodum a Constantio Cæsare Constantini filio congregatam, mediante Tauro Præfecto, ex tunc & nunc, in æternum confitemur esse damnatam.

Itinerarium *quoque in* nomine Petri Apostoli, quod appellatur Sancti Clementis *libri numero novem*, apocryphum *esse fcimus*.

Actus nomine Andreæ Apostoli, apocryphum.

Actus nomine Thomæ Apostoli, libri X. apocryphi.

Actus nomine Petri Apostoli, apocryphi.

ANNO CHRISTE 496.

Lucense.

Actus nomine Philippi Apoſt. apoc.
Evangelia nomine Matthiæ apog.
Evangelia nomine Barnabæ *apoſt. a* apog.
Evangelia nomine Jacobi *minoris* apog.
Evangelia nomine *Petri* Apoſt. *b* apoc.
Evangelia nomine Thomæ, quibus Manichæi utuntur apoc.
Evangelia nomine Andreæ apoſt. apoc. (*manu antiqua deleto* Andreæ , *& ponitur* Bartholomei.)
Evangelia, quæ falſavit Lucianus apoc.
Evangelia, quæ falſavit *Tyicius* apoc.
Liber de Infantia Salvatoris apoc.
Liber de Nativitate Salvatoris, & de Maria (*manu antiqua poſt Mariam eſt* vel) obſtetrice *c* apoc.
Liber, qui appellatur Paſtoris apoc.
Libri omnes, quos fecit *Lucius* (*manu antiquæ* Leucius) diſcipulus Diaboli apg.
Liber, qui appellatur Fundamentum apoc.
Liber, qui appellatur Theſaurum apoc.
Liber de filiabus Adæ *Licto negneſioe . d*
Liber, *e* qui appellatur a Thecla, *& Pauli* apoſ. *f* apog.
Liber qui appellatur Nepheteſ *g* apog.
Liber proverbiorum ab hæreticis conſcriptus, & Sancti Xiſti *nomine præſignatus* apoc.
Revelatio, quæ appellatur Thomæ *apoſ. b* apog.
Revelatio, quæ appellatur Pauli apog.
Revelatio, quæ appellatur Stephani apoc.
Liber, qui appellatur tranſitus, *i* ideſt aſſumptio Sanctæ Mariæ apoc.
Liber, qui appellatur (*manu antiqua* de) Pœnitentia Adæ apoc.
Liber de *Eugenia k* (*manu antiqua* Vegenia) nomine, gigantis, qui cum dracone poſt diluvium ab hæreticis pugnaſſe perhibetur apoc.
Liber, qui appellatur Teſtamentum Job apog.

c ejus.

d *geneſeos.* e *Cretæ de Cherſa Virgilianis compoſitum verſibus, atque.*

f Decſt *apoſt.*

g *Nepete.*

b Decſt *apoſt.*

i Decſt *aſſūpt.*

k *Ogia.*

Vaticanum.

Actus nom. Philippi Apl. apg.
Evangelium nom. Matthiæ apg.
Evangelium nom. Petri Ap. apg.
Evangelium nom. Jacobi minoris, apg.
Evangelium nom. Barnabæ apg.
Evangelium nom. Thomæ, quibus Manichæi utuntur, apg.
Evangelium nomen Bartholomei Ap. apg.

Evangelium, quem falſavit Lucianus, apg.
Evangelium, quem falſavit Eunicius, & Lucius, apg.
Lib. de *infantia* Salvatoris, apg.
Lib. de nativitate Salvatoris, & de Maria vel obſtetrice, apg.

Liber, qui appellatur Paſtoris, apg.
Lib. omnes, quos fecit Leucius diſcipulus Diaboli, apg.
Lib. qui appellatur Fundamentum, apg.
Lib. qui appellatur Theſaurum, apg.
Lib. de filiabus Adæ *lectum* geneſeos, apg.
Lib. qui appellatur hadus Theclæ, vel Thollius, & Pauli Ap. apg.
Lib. qui appellatur Nepotis, apg.
Lib. Proverbiorum ab Hereticis conſcriptus, & ſancti Xiſti nomen prænotatus, apg.
Revelatio, qui appellatur Pauli, apg.
Revelatio, qui appellatur Thomæ apg.
Revelatio, qui appellatur Stephani, apg.
Liber, qui appellatur Tranſitus, ideſt Aſſumptio ſcæ Mariæ, apg.
Lib. qui appellatur Penetentia Adæ, apg.

Lib. Eugenii a nom. gigante, qui cum dracone poſt diluvium ab hæreticis pugnaſſe perhibetur, apg.

Liber, qui appellatur Teſtamentum Job, apg. Non hiſtoria beati Job, ſed alius ab hæreticis conſcribtus.

Jurenſe.

Actus nomine Philippi Apoſtoli apocryphi.
Evangelia nomine Matthiæ Apoſtoli, apocrypha.
Evangelia nomine Barnabæ, apocrypha.
Evangelia nomine Jacobi Minoris, apocrypha.
Evangelia nomine Petri Apoſtoli apocrypha.
Evangelia nomine Thomæ Apoſtoli, quibus Manichæi utuntur, apocrypha.
Evangelia nomine Bartholomæi Apoſtoli, apocrypha.
Evangelia nomine Andreæ Apoſtoli, apocrypha.
Evangelia quæ falſavit Lucianus, apocrypha.
Evangelia quæ falſavit Iſicius, apocrypha.
Liber de infantia Salvatoris, apocryphus.
Liber de nativitate Salvatoris, & de Maria vel obſtetrice, apocryphus.

Liber, qui appellatur Paſtoris, apocryphus.
Libri omnes quos fecit Lucius diſcipulus diaboli, apocryphi.
Liber, qui appellatur Fundamentum, apocryphus.
Liber, qui appellatur Theſaurum, apocryphus.
Liber de filiabus Adæ, *hoc eſt*, Leptogenelis, apocryp.
Liber, qui appellatur Actus Teclæ & Pauli, apocryphus.
Liber qui appellatur Nepotis, apocryphus.
Liber Proverbiorum, qui eſt ab hæreticis conſcriptus, & ſub nomine ſancti Sixti præfignatus, apocryphus.
Revelatio, quæ appellatur Pauli Apoſtoli, apocrypha.
Revelatio, quæ appellatur Thomæ Apoſtoli, apocr.
Revelatio, qui appellatur Stephani, apocr.
Liber, qui appellatur Tranſitus, ideſt, Aſſumptio ſanctæ Mariæ, apocryphus.
Liber, qui appellatur Pœnitentia Adæ, apocryphus.

Liber de Eugenia nomine gigante, quæ cum dracone poſt diluvium ab hæreticis pugnaſſe fingitur, apocryp.

Liber,

ANNO CHRISTE 496.

Lucenſe.

Liber, qui appellatur Pœnitentia Origenis apog.

Liber, qui appellatur Pœnitentia Sancti Cipriani apoc.
Liber, qui appellatur Pœnitentia Jamne, & Membre apoc.
Liber, qui appellatur *ſors* a Apoſtolorum (*manu antiqua ſcribitur* laus) apoc.

Liber Filologus, qui ab hæreticis conſcriptus, & beati Ambroſii nomine præſignatus apoc.
Storia Euſebii Pampeli apog.
Opuſcula Tertulliani apoc.

b Ad. *ſive Africani, ſive Victmiani.*

Op. Lactanti *b* apoc.
Op. Africani apoc. *c*

c Deeſt. d Poſtumiani.

Op. *Poſtulliani*, *d* & Galli apoc.
Op. Montani, Priſcillæ, & Maximillæ apoc.

e Fauſti.

Op. omnia *Fauſtini e* Manichæi apoc.
Op. Commodiani ap.
Op. alterius Clementis Alexandrini apoc.
Op. *Taſſi* Cypriani ap.

f Arnovi-ani.

Op. Arnobi *f* ap.
Op. Ticoni apoc.
Opuſcula Caſſiani Presbyteri Galliarum ap.
Opuſ. Victorini *Pictabienſis* g ap.

g Petta-chioneaſis.

Manu antiqua inſeritur hic, Op. Fauſti Regenſis Gallearum ap. *h* Op. Frumenti Cœci ap.
Centonem de Chriſto Virgilianis compaginatum verſibus ap.
Epiſtola Jeſu *Abagufo* ap.
Epiſtola Abagujo ad Jeſum ap.
Paſſio *Quyrici*, & Julitæ ap.
Paſſio Georgi ap.
Scriptura, quæ appellatur contradictio Salomonis apoc.

h Nic de-finit Cod. Florent.

Vaticanum.

Lib. qui appellatur Pœnitentiæ Origenis, apg.

Lib. qui appellatur Pœnitentia ſci Cipriani, apg.
Lib. qui appellatur Pœnitentia Jamnæ & Mambræ, apg.
Lib. qui appellatur Sors Apoſtolorum, apg.

Lib. qui appellatur Luſa Apoſtolorum apg.

Lib. filologus, qui ab Hereticis conſcriptus eſt, & beati Ambroſii nom. præſignatus, apg.
Hiſtoria Euſebii Pamphili, apg.
Opuſcula Tertulliani, apg.

Op. Lactanti, apg.
Op. Africani, apg.
Op. Poſtumiani & Galli, apg.
Op. Montani, Priſcillæ & Maximillæ, apg.
Op. omnia Fauſti Manichei, apg.
Op. Commodiani, apg.
Op. alterius Clementis Alexandrinæ, apg.
Opuſc. Tarſi Cipriani, apg.
Op. Arnobi, apg.
Op. Tigoni, apg.
Opuſcula Caſſiani Fbri Gallearum, apg.
Opuſ. Victorini Petabionenſis, apg.
Op. Fauſti Regenſis Gallearum, apg.
Op. Frumentini Cœci; apg.
Centonem de Xpo Virgilianis convaginatum verſibus, apg.
Epiſtola Ihu ad Abgiarum, apg.
Epla Abgari ad Ihm, apg.
Paſſio Cirici & Julitæ, apg.
Paſſ. Giorgi, apg.
Scriptura, quæ appellatur contradictio Salomonis, apg.

Jurenſe.

Liber, qui appellatur Pœnitentia Origenis, apocryphus.

Liber, qui appellatur Pœnitentia Jamne & Mambre, apocryphus.
Liber, qui appellatur Sortes Sanctorum, apocryphus.

Liber, qui appellatur Luſa Apoſtolorum, apocryphus.
Liber, qui appellatur Canones Apoſtolorum, apocryphus.
Liber philologus, ab hæreticis conſcriptus, & beati Ambroſii nomine præfignatus, apocryphus.
Hiſtoria Euſebii Pamphili, apocrypha.
Opuſcula Tertulliani, apocrypha.
Opuſcula Lactantii, apocrypha.
Opuſcula Africani, apocrypha.
Opuſcula Poſtuminiani, apocrypha.
Opuſcula Montani, Priſcillæ & Maximillæ, apocrypha.
Opuſcula Fauſti Manichæi, apocrypha.
Opuſcula Commodiani, apocrypha.
Opuſcula alterius Clementis Alexandrini, apocrypha.
Opuſcula Tafcii Cypriani, apocrypha.
Opuſcula Arnobii, apocrypha.
Opuſcula Ticonii, apocrypha.
Opuſcula Caſſiani Presbyteri Galienſis, apocrypha.
Opuſcula Victorini Pictabiencnſis, apocrypha.
Opuſcula Fauſti Regienſis Galliarum, apocrypha.
Opuſcula Frumenti Cœci, apocrypha.
Centones de Chriſto, Virgilianis compaginati, apocrypha.
Epiſtola Jeſu ad Agarum, apocrypha.
Epiſtola Agari ad Jeſum, apocrypha.
Paſſio Quirici, & Julitæ, apocrypha.
Paſſio Georgii, apocrypha.
Scriptura, quæ appellatur Salomonis interdictio, apocrypha.

ANNO CHRISTE 496.

ANNO CHRISTI 496.

Lucense.

Filaſteria omnia, quæ non Angelorum, ut illi confingunt, ſed Dæmonum magis conſcripta ſunt, ap.

Hæc & his ſimilia, quæ Simon magus, Nicolaus, Cerinthus, Marcion, *Baſilides*, Ebion, Paulus etiam *Samoſatenus*, Fotinus, & Bonoſus (*mann antiqua* &) qui ſimili errore defecerunt, Montanus quoque cum ſuis obſceniſſimis ſequacibus, Apollinaris, Valentiniani, ſive Manichæus, Faustus, Africanus, Sabellius, Arius, Macedonius, Eunomius, Novatus, *Sabatius*, *Calliſtus*, Donatus, Eustacius, Jovianus, Pelagius, Julianus Elanæ, Celeſtius, Maximianus, Priſcillianus ab Hiſpania, Neſtorius Conſtantinopolitanus, Maximus Cynicus, Lampetius, Dioſcorus, *Eutyches*, Petrus, & alius Petrus, e quibus unus Alexandrinam, alius Antiochiam maculavit. Acacius Conſtantinopolitanus cum conſortibus ſuis, necnon & omnes *hæreſeos*, *hæreſeoſ-rumque* diſcipuli, five ſciſmatici docuerunt, vel conſcripſerunt, quorum nomina minime retinentur, non ſolum repudiata, verum ab omni Romana, vel Catholica & Apoſtolica eccleſia eliminata, atque cum ſuis auctoribus, auctorumque ſequacibus ſub *anathematis* inſolubili vinculo in æternum conſitemur eſſe *damnanda*.

Varicanum.

Filaſteria omnia, que non Angelorum ſed Dæmonum magis ſunt conſcripta ſunt, apg.

Hæc & his ſimilia, quæ Simon Magus, Nigolaus, Cirinthus, Marcion, Baſelides, Ebion, Paulus etiam & Samoſatenus, Futinus & Bonoſus, & qui ſimili errore defecerunt, Montanus quoque cum ſuis obſcenitſimis ſequacibus, Apollinaris, Valentinus, ſive Manichæus, Faustus, Africanus, Sabellius, Arius, Macedonius, Eunomius, Novatus, Sabatius, Celeſtius, Donatus, Euſtacius, Jovianus, Pelegius, Julianus Elanc, Celeſtius, Maximianus, Priſcillianus ab Hiſpania, Neſtorius Conſtantinopolitanus, Maximus Unicus, Lampecius, Dioſcorus, Eutichius, Petrus, & alius Petrus: e quibus unus Alexandrian, alius Antiochiam maculavit: Acacius Conſtantinopolitanus cum conſortibus ſuis: nec non & omnes hereſes, hereſeorum diſcipuli, ſive ſciſmatici qui docuerunt, vel conſcripſerunt, quorum nomina minime retinentur, non ſolum repudiata, verum ab omni Romana, vel Catholica & Apoſtolica eccleſia eliminata, atque cum ſuis auctoribus, auctorumque ſequacibus ſub anathematis infolubili vinculo in æternum confitemur eſſe damnata.

Expliciunt Decretalis.

Jurenſe.

Philaſteria omnia, quæ non Angelorum, ut illi confingunt, ſed Dæmonum magis conſcripta ſunt nominibus, apocrypha.

Hæc & his ſimilia, quæ Simon Magus, Nicolaus, Cerinthus, Marcion, Baſelides, Ebion, Paulus etiam Samoſatenus, Photinus & Bonoſus, qui ſimili errore defecerunt, Montanus quoque cum ſuis obſcenitſimis ſequacibus, Apollinaris, Valentinus, ſive Manichæus, Faustus, Africanus, Sabellius, Arius, Macedonius, Eunomius, Conomius, Novatius, Sabbatius, Callibus, Donatus, Euſtacius, Jovinianus, Pelagius, Julianus Eclanenſis, Cæleſtius, Maximianus, Priſcillianus ab Spania, Neſtorius Conſtantinopolitanus, Maximus Cinicus, Lampetius, Dioſcorus, Eutyches, Petrus, & alius Petrus: e quibus unus Alexandriam, alius Antiochiam maculavit: Acacius Conſtantinopolitanus cum conſortibus ſuis: necnon & omnes hereſiarches, & eorum diſcipulos qui ſchiſmatica docuerunt, vel conſcripſerunt, quorum nomina minime retinuimus; non ſolum repudiata, verum etiam ab omni Romana, catholica & Apoſtolica eccleſia eliminata, atque cum ſuis auctoribus, auctorumque ſequacibus ſub anathematis, & indiſſolubili vinculo in æternum confitemur eſſe damnata.

Explicit Decretale edi-tum ab Horſinida Papa Urbis Romanæ.

ANNO CHRISTI 496.

ANNO CHRISTI 498.

ANASTASIUS PAPA I.

Sedit ab anno 496. uſque ad annum 498.

ANNO CHRISTI 498.

SYMMACHUS PAPA

Sedit ab anno 498. uſque ad annum 514.

AD CONSTANTINOPOLITANUM CONCILIUM

Anni 498.

ADNOTATIO CRITICA.

MEmoriæ lapſu Pagius in Critica, & ex eo Collector Venetus diſcrimen aliquod in hiſtoria concilii CPtani hujus anni inter Theophanem & Victorem Tununenſem invexit, cum reipſa mirus ſit utrinque conſenſus. Victor ad conciliarum Anaſtaſii Auguſti, ideſt ad A. 497. hæc notat: *Macedonius CPtanus epiſcopus ſynodo facta condemnat eos qui Chalcedonenſis decreta ſynodi ſuſcipiunt, & ea qui Neſtorii & Eutyches defendunt*. Hæc ſynodus ea ipſa eſt ac illa quam deſcribit Theophanes ad annum Alexandrinum 491. qui a Kal. Septembris anni 498. inchoabat. *Macedonius de convocandis in unum per urbem peregrinantibus epiſcopis, atque ſcripto formandæ quæ Chalcedonenſis ſynodus recte decreverat, Imperatori, auctor fuit, quod per actiones ſcripturæ contingnatum poſſet factum eſt*. Quæ hic ait Theophanes de confirmandis iis, quæ Chalcedonenſis ſynodus recte decreverat, hæc Victor clarius exponens ab ea ſynodo rejecta Chalcedonenſis decreta, ſed admiſſum quæ in ea abſurda eſt Eutychetis damnationem affirmat.

Denique Victor anno 499. Gibbo Conſule novum aliud CPtanum concilium, Theophani ignotum, memorat his verbis: *Anaſtaſius imperator, Elyſæum Antiochenum & Phi-loxeno Hieropolitano Præſulibus, Conſtantinopoli ſynodum congregat, & contra Diodorum Tarſenſem, Theodorum Mopſueſtenum cum-ſcriptis, Theodoritum Cyri, Ibam Edeſſenum, Andream, Eucherium, Quirum & Johannem epiſcopos, cæteroſque alios, qui in Chriſto duas prædicabant naturas, duasque formas, & qui non confitebatur unum de Trinitate crucifixum, unu cum Leone epiſcopo Romæ & ejus Toma, atque Chalcedonenſi ſynodo inferre anathema perſuaſit*. Hæc Victor, qui concilia CPtana duo, illud anni 497. alterum verò anni 499. in unum huc uſque confuſa ſedulo diſtinguenda docet. Synodi hujus ſubſcriptæ meminit Evagrius lib. 3. cap. XXXII. narrans Philoxenum Hierapolitanum epiſcopum monachos plures incitaſſe, ut in urbem venientes Flavianum compellerent, qui ſynodum Chalcedonenſem & Leonis epiſtolam damnaret. *Id verò Flavianum agere tuliſſe* affirmat; ex quo tumultus ingens exortus eſt. Quam cauſam prætendit imperator ut Flavianum in exilium relegaret. Si vera in his tradit Evagrius, Tununenſis narratio in nonnullis peccat; licet enim forte tunc ſynodus, de qua Tununenſis, celebrari potuerit; ea Antiochiæ potius quam Conſtantinopoli coacta ex narratione Evagrii colligitur. Inſuper vix apparet, cur Flavianus in ea damnari Philoxeni poſtulatis in damnanda ſynodo atque Leone Papa aſſenſum præbuerit, cum potius odium Philoxeni & fautorum ejus in ſe concitaturi, Dut proinde damnationem & exilium in caput ſuum attraxerit. Non abs re igitur opinaremur Tununenſem ex fraſi vulgi rumore captatam hiſtoriæ ſcripſiſſe tradidiſſe; quanquam forte, quam indicat, ſynodus haberi tunc potuerit, in qua Philoxenus cæterique Flaviano vim, fruſtra intulerint.

SYNODUS PERSICA NESTORIANORUM

Pro Conjugio Monachis & ſæcris hominibus permittendis,

Babæo Neſtorianorum Patriarcha præſidente, anno Zamaſchis regis II. Chriſti 499. celebrata.

Anno 499. *Synodi hujus acta ex libro Synodico Syriaco Arabice verſo & ex Elia Damaſceno, Neſtoriano in ſuo Nomacrone Arabico Aſſemanus Biblioth. Orient. tom. III. part. I. pag. 430. deſcripſit. En verba Synodi*: Synodus Mar-Babæi in qua plures epiſcopi interfuere, & Hoſee Nilibis metropolita. Decrevit hæc ſynodus matrimonia cum una duntaxat femina ad procreationem prolis celebranda; omniaque inter Barſumam *a* & Acacium *b* intercederant, & mutuas epiſtolas adhuc cætera caſſavit, pacemque inſtaurare volens interdixit ne quis quam antea remoraſſet tentiam in hac parte, in poſterum tueretur. *c* Præcepit itidem, ut omnes Theono Seleucienſi, qui in Cocche-eſt, & Mar-Babæo Catholico parerent; hujus verò canonis tranſgreſſorem redarguendum eſſe dixit. Sin verò in ſua contumacia perſtiteret,

a Niſibenſium epiſcopum. *b* Seleucienſium archiepiſcopum & Patriarcham. *c* Barſumæ Niſibenus conjugia Clericorum defendebat, cui ſe ſtrictis Acacium credibile eſt. Vide Aſſeman. ibid. pag. 394.

ANNO CHRISTI 499.

rit, noverit nullam fe inter fratres partem in poſterum habiturum. Præterea ſtatuit, ut epiſcoporum apud ſuos metropolitas conventus non bis, ut antea fiebat, ſed ſemel duntaxat quolibet anno haberetur. Similiter & altera, quæ apud patriarcham fieri conſueverat ſynodus ſemel quolibet biennio, ad quadrienniũm protrahereture ad menſem octobrem, niſi aliqua neceſſitas patriarcham cogeret epiſcoporum cœtum. Quod ſi eo tempore contingat aliquem epiſcopum aegritudine, aut quavis alia cauſa impediri, clericum ceneatur mittere, qui in ſynodo ejus vices gerat, habeatque fuæ miſſionis ſyngrapham. Qui verò ſchiſmatis tempore inter ſedes epiſcopales orti epiſcopus ordinatus eſt, ſi ei quidem diœceſani conſentiB dum vero a metropolitis apud Catholicum habendam, quam veteres quovis bienio ſolebant cogendam ſtatuerant, ad quadriennium prorogarunt & menſi Octobri affixerunt, &c. Hæc & alia decreta communi ſuffragio recepta, & in unum volumen redacta, ſuis ſinguli ſubſcriptionibus & ſigillis firmarunt.

ANNO CHRISTI 499.

tis, Babæum anno Zonaſphæ quarto patriarchalem dignitatem inijſſe.

Singulis annis hic habenda. Deeſt aliquid apud Eliam. Nam in Babæi concilioabiſolvo ; ut ex ſynodici ſupra relatis verbis apparet)) decretum fuit, ut epiſcoporum conventus, qui apud metropolitanum quolibet anno bis antea fiebat, deinceps duntaxat in poſterum haberetur.

ANNO CHRISTI 499. 502.

ſynodum habuit, facultate accepta a Rege illos convocandi ; iiſque perfuaſit, ut univerſis ſub ſua ditione degentibus monachis legittimas nuptias permitterent, libereſque procreare ſinerent. Conſtituerunt itaque ut Catholico & Inferioribus faceredotibus atque monachis unicam uxorem ducere, & liberis operam dare ſecundum ſcripturas & legem in poſterum concederetur. Ruríus confirmarunt ſanctorum Patrum decreta ſtatuentia debitam Catholico in eccleſia Cochenſi præſidenti obedientiam & honorem &c. Confirmarunt pariterea quæ antiqui Patres decreverunt de ſynodo ab epiſcopis omnium locorum apud propriam metropolitam ſingulis annis bis habunda. Synodum verò a metropolitis apud Catholicum habendam, quam veteres quovis bienio ſolebant cogendam ſtatuerant, ad quadriennium prorogarunt & menſi Octobri affixerunt, &c. Hæc & alia decreta communi ſuffragio recepta, & in unum volumen redacta, ſuis ſingulis ſubſcriptionibus & ſigillis firmarunt.

IN HANC SYNODUM CL. ASSEMANI NOTÆ.

Rufe Nicſhir metropolita. Qui Barſumæ nimirum ſucceſſit, ut diximus to. 2. pag. 407. Alter Barſumæ præceſſor in *eadem ſede fuit*, qui una cum *Dadiſcio* concilium celebraſſe dicitur *in ſynodico*.

Anno ſecundo Giamaſpha regis. Ita Zamaſphon vocat filius. Ex quo loco colligitur Concilium Babæi anno Chriſti 499. habitum : Zamaſphes enim ex ſupradictis anno 498. rex inauguratus fuit. Anni præterea mendum corrigitur, ſcribendo

AD SYNODOS ROMANAS

In cauſa Symmachi Pontificis

ADNOTATIO CHRONOLOGICA.

In meis ad Pagii criticam Baronii animadverſionibus hæc olim in rem præſentem adnotavi.

ANNO 499. & 502.

QUæ hic Paglus erudite diſcutit, Viris doctis minus probantur, ea præſertim quæ de tranſponendis ſynodis hic ab eo operoſe diſputantur. Quare nos hic reſtiorem ordinem chronologicum hiſtoræ ſynodorum in cauſa ſchiſmatis hujus conſtituere adnitemur, non quidem ad monitum noſtrum, ſed ex ſententia PP. Bollandianorum ad vitam S. Symmachi, die 19. Julii pag.639. facem etiam præferente veteri fragmento vitæ S. Symmachi, vulgato a Cl. Joſepho Blanchinio ante IV. tomum Analectorum noviſſimæ editionis Romanæ pag. LXIX. Igitur primo diſpiliceT PP. Bollandiſtis, & ſyndis cum illis, quod Paglus pag. 500. Synodum quamdam a Symmacho coactam fatuerit pro demandando Laurentio olim Antiſſiodorenſi epiſcopatu Nucerino. Nihil enim de hoc concilio apud Anaſtaſium, apud quem legitur tantummodo coacta ſynodus, (ſcilicet anno 499.) & Laurentius in Nucerinum epiſcopum renunciatus, non quidem in eadem ſynodo, cui archipresbyteri nomine ſubſcripſit, ſed paulo poſt. Diſplicet etiam, quod ſynodum ſub Fauſto Aviteno e ſede ſua anno 501. removenda, in anno 503. perperam rejecerit. Porro illa in vulgatis actis coacta legitur ſub conſulatu *Rufi Magni Fauſti Aviteni die X. Kalendas Novembris* ; nempe anno 501. idque non ſemel in iiſdem actis legitur, ſed & repetitur perſæpe & in aliis documentis, ut in præcepto Theodorici regis dato *VIdus Auguſti Rufo Magno Fauſto Aviteno V.* EC. *Conſ.* in quo mandaſſe ſe dicit epiſcopis, ut iterùm ad Kalendas Septembris convenirent. Tum & eodem Conſule refert alia regis præcepto miſſa ad PP. qui ad ſynodum convenerant die VI. Kalendas Septembris. Difficile autem quis crederet has omnes Conſulares notas ſuppoſititias & intrufas eſſe. Ita ergo chronologiam hanc reſtituo. Petrus Alexandrinus miſſus fuit ſub anno 501. circa feſtum Paſchæ ; De feſto

ANNO CHRISTI 499. 502.

381 AD SYNODOS ROMANAS SUB SYMMACHO ADNOT. 382

ANNO CHRISTI 499. 502.

feſto Paſchæ ita in fragmento : *Pro diebus paſchalibus ab omnibus pene Urbe venerabi-lis Petrus Alexandriæ epiſcopus* (ita ſcribit Author Schiſmari Laurentiano favens) *a Rege Viſitator eccleſiæ Romanæ deputatur.* Statimque coacta eſt Romæ ſynodus, ut idem Author ſubdit . *Et poſt ſanctam feſtivitatem ſynodus cum Romani Senatus, tum populi Senatus & Cleri, jubente rege, convenit.* Prior hæc epiſcoporum convocatio inſuitur etiam in illa regia præceptione miſſa ad epiſcopos Romæ agentes die VI. idus Auguſti verbis illis. *Ad bunc ſe tranſitum conſiliſ (noſtri) cura convertit, ut rurſum ad Kalendas Septembres diem eadem convocaretur Sacerdotum ſanctorum conventus, qui Anduum fuerat convocatus.* Et inferius, ſynodum hanc futuram *ſecundum conventum* rex appellat, ſecundum nempe poſt primum, eodem anno poſt Paſcha habitum. Quod autem ſynodus hæc prior fub Paſcha anni 501. celebrata fuerit, diſcimus ex variis Theodorici reſcriptis, ex quibus colligitur, videmur eodem anno duos conventus epiſcoporum habitos fuiſſe ; conſtat autem ſecundum conventum ad annum 501. notatum conſulatu Rufi Fauſti Aviteni pertinere. Adhuc fuit in priori concilio de accuſationibus in Symmachum ab adverſariis ejus objectis, ſed illo cauſarum earum eadem ſynodo ſe fillere, quanquam id vehementer urgebant adverſarii, tandem Patres illi rebus quarum valuerunt *pro Symmacho, perſona conſtituti*, ait Fragmenti Author. *Ubicirn enſumma confuſione derelinquunt.* Hæc ſumma eſt rerum in priori concilio geſtarum. Iterum verò apud illi eodem anno a Rege ſuſſi ſunt convenire ; & hanc ſynodum tertiam eſt inter ſynodus ſub Symmacho habitas ; ſecunda verò inter conventus anni 501. Hanc verò Author fragmenti, vel prorſus fiſet, quod Laurentio, cujus partibus favebat, inijuſa fuit, vel cum priori illa eodem anno habita confundit & continuat. Ad hanc ſecundam ſynodum pertinent periodus annorum quatuor incompletorum, qui ab Anaſtaſio in vita Symmachi ante ſynodum ejuſdem pontificis cauſæ propitiam enumerantur. Cœperunt illi ab exordio ſchiſmatis anno ſcilicet 498. Poſt hæc, ſi Authori Fragmenti credimus, eccleſia licet univerſa Symmacho adhæreret, adhuc tamen Laurentius a Schiſmaticorum factione in Urbem revocatus fuit, in qua annis quatuor manſit, non ceſſantibus ſubinde ſchiſmaticis turbas ciere, & regis animum pervertere, donec per Dioſcorum diaconum Alexandrinum, (quem aliunt credimus a Dioſcoro Junior ſchiſmatico, qui non diu poſt, anno ſcilicet 517. in folium Alexandrinum conſcendit) requiſitus Theodoricus, titulos omnes Romanæ Urbis Symmacho adjudicavit, & *omnem Romanæ Urbis ſtatuit eſſe pontificem.* His ſpoliatus Laurentius ex Urbe facedens in prædia Patricii Feſti conceſſit, ubi *ſub ingenti abſtinentia terminum vitæ fortitus fuit*, anno nempe 505. vel 504. Hæc fragmenti Author, qui ſilentio involvit præter ea quæ ſupra innuimus, aliam etiam ſynodum a Symmacho coactam anno 502. VIII. idum Novembris *Flavio Aviteno V. Cl. Junore Conſ.* Hanc ſynodum rede Paglus collocat, ut patet legenti ejus criticam ad annum 502. 4. Sed id eo peccat, quod inverſo ordine hanc præpoſuerit ſynodo habitæ anno 502. quam proinde ad annum 503. refert, retrice Conſulatus Symmacho in ſynodo anni 502. vel in altera anni 502. prodierit, definite nemini noteſt. PP. Bollandiſtæ cenſent editum illum fuiſſe poſt ſynodum anni 502. quæ quarta & palmaris dici & haberi debet, in qua abſolutio Symmachi iterum confirmata, adverſarios iterum exaſperavit ; qui propterea libellum adverſus eundem pontificem edidere, unde Ennodius reſpondit.

Hæc ſcripſeram de cauſa Symmachi & Laurentii, quæ Vir non ſcientia minus quam dignitate ſummus, cui adnotationes haſce meas libens ſubjeci, ita præſtare ſe fignificavit, ut duo tamen majori expoſitione indigere arbitrarentur . Si enim, ajebat, Symmachus, qui anno 498. exortus cœpit, anno tandem 501. menſe Septembri abſolutus fuit, ſpatio annorum quatuor, quos ab ejus aſſumptione ad novum ufque Schiſmaticorum molimen exacteſſe novit Author Pontificalis, locus nullus ſupereſt, cum ne integrum quidem triennium intercedeſit. Inſuper geminus ille ſynodi anno 501. unica potius longius prorogata, quam duæ plane diſcrevæ habeti poſſe videntur.

His viri doctiſſimi animadverſionibus hæc ego omnino . Pontificalis liber in iis quæ ad notas numerales pertinent, corruptiſſimus eſt, ut nedum ex variis lectionibus , quæ ex variis ejus MSS. codicibus reſultant, intelligimus ; ſed & conſtat ex correctionibus quas Chronologi magni nominis in ejus textum ſæpe inſerre coguntur . Id plane ad fenium patet ex collatione Catalogi Blanchiniani , quem nos in nota ad Pagium 557. a coævo conſectum demonſtravimus . Si vero illum cum libro Pontificalis , quoad tempus ſedis aliquorum, pontificum conferas , intelliges profecto, quam ſæpe librum hunc frequentes aberrarenus . Agapetus ex catalogo ſedit *menſes duodecim, dies octo*, cum in Pontificali fuet quenſes XI. dies XVIII. Silverius ex Pontificali ſedit anno uno , menſibus V. diebus XI. ex catalogo verò anno menſibus X. tantummodo. Quibus ita ſe habentibus, facilius mendum in Pontificalem libro , quoad numeralem notam , irrepiſſe reputaremus , quam, falſi argueretur Conſulis nomen in Synodalibus actibus toties repetitum . Si quis tamen contendere quatuor hos annos retinendos eſſe ; hic ne aſſeptientem facile habebit, ſi annos utrimque incompletos , pro more apud veteres nonnullos Chronologos receptos, fupputaret . Id enim ſi admiſeris, anno 501. quadriennium de quo in libro Pontificali, habebis.

Id verò quod ait vir doctiſſimus de unica ſynodo ad plures annos menſes prorogata , minus habet indaginis . Cum enim primo hujus anni ſynodus poſt Paſcha habita fuerit ; ac dein Theodoricus die VI. idus Auguſti conventum epiſcoporum ad menſem Septembris indixerit ; habitam hanc menſe Septembri ſynodum, nova convocatione accitam, a pafchali illa eodem anno coacta, plane diverſam conſtituamus oportet.

ANNO CHRISTI 499. 502.

AD DUO SUB SYMMACHO PAPA CONCILIA

ANNO CHRISTI 499. 502.

Anno 499. & 502. celebrata

ADNOTATIO CRITICA.

QUamquam iis, quæ Cl. Baluzius animadvertit in correctione subscriptionum synodalium Concilii Romani sub Symmacho habiti P. C. Paulini, anno scilicet 499. parum aliquid addendum foreuit, cum subscriptorum Episcoporum ordo, rit, cum subscriptorum Episcoporum ordo, & nomina ad manuscriptos codices summa fide expressa plerumque agnoverim; est tamen aliquid, in quo ex manuscripto codice nostro Lucensi fecuti, ut arbitror, XI. emendari ulteriùs possit. Primo igitur qui apud Baluzium est *Martinus Terratanensis*, in Codice nostro est *Martyrius*, idque verosimile cum Concilio Anni 501., cui subscribit *Martyrius Terracinensis*, ut est in editis, & in manuscriptis omnibus. Qui in Baluzio est *Molosius Centumcellensis*, in nostro est *Soloxius Centumcellensis*. In Baluzio Gaudentius *Tadinatis*. Quæ hæc sedes Episcopalis? Melius igitur in nostro legitur *Gaudentius Gabinatis*. Baluzius legit *Florentius Plesfanus*, codex noster *Florentius Plesfanus*; ita & codex Labbei.

Concilium alterum sub Symmacho, cujus subscriptiones expendendas fuscepi, illud est Romanum quod Flavio Avieno juniore cos. ideſt anno 502. convenit. Qui huic affecerunt Patres, bis recenſentur, in exordio ſcilicet actorum, in quo ſola epiſcoporum nalis adjectis urbium quibus præſidebant, nomibus comparent; iterum vero in fine additi ſedium epiſcopalium deſignatione. Utriuſque catalogi collatione inſtituta, ſubſcriptiones illas emendandas reſtituendaſque ſuſcepi, adhibita in ſubſidium ope vetuſti MS. codicis Lucenſis ſeculo ſaltem XI. exarati, quem hic exſcribendum cenſui, cum ordinem exhibeat ab edito plane diverſum. Adjeci huic nomina epiſcoporum, quæ in fronte quidem adſorum, non vero in ſubſcriptionibus occurrunt. Adjungere his niſus ſum epiſcoporum, quos forte gerebant, nomina, ex aliis conciliis ſub Symmacho peritæ. Diligentiam hanc meam probandam ſperabo Lectoribus, quibus geographia & genealogia Italorum epiſcoporum noſſe, ſive placet, ſive conducit.

SUBSCRIPTIONES.

Celius Symmachus epiſcopus eccleſiæ Romanæ &c. *ut in editis*.

Petrus epiſcopus eccleſiæ Ravennatis &c. *ut in editis*.

Eulalius epiſcopus eccleſiæ Syracuſanæ &c. *ut in editis*.

Felix Interamnenſis.

Creſconius Tudertinus.

Amilianus Bellerenſis. *In editis* Vercellenſis.

Jocundus Augultanus. *In editis* Subaugustanus.

Virginius Taurinas.

Vitalis Fundanus.

Baſſus Mutinenſis. *In exordio actorum, concilio nomen Baſſi non extat, ſed Baſſianus; in noſtro Codice nec Baſſi, nec Baſſiani, ſed Caſſianus. Porro Synodo Romanæ III. ſub Symmacho anni 501. ſubſcribit Caſſianus Mutinenſis, Synodo V. anni 503. Eodem Mutinenſis, & Petro Synodi VI. quæ illis omnibus poſterior eſt, Caſſianus Mutinenſis adeſt. Hæc nominum alternatio unum eundemque epiſcopum deſignare demonſtrat. Forte ex Caſſiano literulæ tranſpoſitione factum eſt Baſſianus, ex quo per ſyncopen Baſſus.*

Acapianus (*bene in exordio Actorum* Pacatianus, *ut pariter eſt in editis*) Cornelienſis. *In editis* Comelienſis.

Maximus Biſeranus.

Martyrius Terraconenſis. *In editis & in aliis conciliis* Terracinenſis.

Rufenius Ignatinus.

Baſilius (*in exordio MS. eſt* Barſalius) Tullentinus.

Martinianus Oſtenſis. *In editis* Oſtenſis, *ad oram pagellæ corrigitur* Octonenſis.

Benignus Aquæviventis.

Fortunatus Beſſanenſis. *In editis* Sueſſanenſis.

Severinus Tondarinenſis. *In edit.* Tyndarenſis.

Eucarpus Meſſanenſis.

Joannes Spolitinus.

Stephanus Benuſinus.

Felix Nepeſinus. *In editis* Nepeſinus.

Concordius Neſtanus. *In editis* Meienas.

Amandus Portanus.

Aſellus Popultinenſis.

Colonicus *Ita & in exordio. In editis* Colonius. Foroclodienſis.

Elpidius Volterranenſis. *Edita* Volterranus.

Projectus. *In exordio actorum* Projectitius, *In MS.* Projectus Forinovi.

Venerius Pellenſis. *Edit.* Polenſis.

Valentinus Amiterninus.

Romulus Peneſtrinus.

Probus Cormelanenſis. *Edit.* Carnelanenſis.

Vindemius Antearinus.

Candidus Tiburtinus.

Fortunatus Fulginatis.

Proculejanus Sepinatis.

Fortunatus. *In editis & in aliis Synodis eſt* Paſchalius Vulturnenſis.

Marcianus Ficanienſis. *In editis* Aſſinas, *qui inter ſubſcriptos Patres in MS. non legitur. In ſynodo anni 503. legitur* Aſſinus, *ſed alius codex ad oram notatur legiſſe* Ecanienſis.

Maximianus Peruſinus.

Griſogonus Albanenſis.

Euticius Tranenſis.

Laurentius Bobianenſis. *In editis* Bojanenſis. *MS. codex Dionyſii notante Harduino Bobianenſis.*

Marcus Samninus.

Aprilis Nuceninus.

Menor Canuſinus.

Innocentius Foroiimponienſis.

Bonifacius Foroplaminienſis.

Sebaſtianus Siranus. *In edit.* Soranus.

Euſticus (*In editis in exordio, & in aliis conciliis* Ruſticus) Baſſenenſis.

Victor Iuunenſis. *Ed.* Lunenſis; *ita & in aliis conciliis.*

Innocentius Tifernatis Tiberino. *Ita & Dionyſii codex notante Harduino. Edit.* Tifernino.

Silvinus Beliterninus.

Juſtus Signienſis.

Areſton Oſtienſis.

Auguſtus Liparitanus.

Felix Nepeſinus pro Urſo.

Aſterius Aquinas.

Propinquus Treviatis.

Euſepius. *Ed.* Euſebius Feneſtis, & Romanus Numentanus.

Adeodatus (Formianus *ex Conc. VI.*)

Caſtus (Portuenſis *ex eodem*)

Hæc nomina ſunt in exordio adſorum.

Dulcitius (S. Antimi *in MS. codice* Sanctianus *ex ſyn. III.*)

Gerontius (Eidenas *ex III.*)

Euſtacius (Cremoncnſis *ex Syn. VI.*

Gerontius (Fidenas *ex III.*)

Hilarius (*in MS.* Hilarus) (Tempſanus *ex III.*)

Hilarius (*in MS.* Hilarus) (Capenſanenſis *in MS.* Tempranenſis *ex III.*)

Laurentius (Bergomas *ex VI.*)

Aſellus alter.

Vindemius alter.

Innocentius alter. A

Animadverſione etiam dignum cenſeo epiſcoporum ſynodi hujus ſubſcriptores manere eoſdem, cum Agobardus Lugdunenſis, ſeculi IX. ſcriptor, Cyprianum Burdegalenſem cum XXXVI. *concilio illi interſuiſſe ſcribat in Opuſculo de Judaicis Superſt. in quo causam hujus* XL. *recitat. Gratianus in ca. XI. Diſt. XVI. interſuiſſe notat patres* XXXIX. *ſed in epiſtola Gratiani noviſſe MS. codice apud me ſunt patres* XXXIV. *ut etiam in aliis ejus MSS. codicibus legi, ex editione Decretis ejusdem Pithoeana deſcimus.*

A Ex MS. Cod. Lugdunenſi ſæculi.

AD CONCILIUM AGATHENSE

Anno 506. habitum

ADDITIO.

CANON AGATHENSIS.

Anno 506. Ex Egberto in Excerpt. c. 68.

SI quis monachus adulterium aut furtum fecerit, quod potius facilegium dici poteſt, id cenſuimus ordinando ut virgis cæſus, tanti criminis reus nunquam officium clericatus exerciat. Si vero jam clericus in id facinus fuerit deprehenſus, nominis ipſius dignitate privetur.

AD CONCILIUM AURELIANENSE I.

Anno 511. coactum

COLLECTORIS ADMONITIO.

Anno 511.

QUanquam fieri potuiſſe non ambigo, ut aliqui, & forte etiam plerique eorum, quos hic ex Gratiano, Burchardo aliiſque profero canones, ad alia pæter primum Aurelianenſia concilia pertineant, hic tamen dandos omnes conſtitui; cum non ſatis conſtet cuinam potiſſimum aſſignandi ſint. Id enim ſæpe alias ſervatum in variis Conciliorum collectionibus, nobis, qui præcedentium veſtigia relegimus, veluti ex lege ſervandum imponitur. Moniti tamen ſint lectores, nos Aurelianenſes canones hic a nobis nullo ſervato ordine, præt ſe iterum iterumque legentibus offerebant, tradi.

CANONES ADDITI.

Can. Si fur. XIII. q. 2.

Can. I. *Ex Burch. l. b. XI. cap. 60.*

Si fur aut prædo captus in præda abſque occiſione poteſt comprehendi, & tamen interficitur qu a ad imaginem Dei creati, & in nomine ejus baptizati ſunt, interfectores eorum 40. diebus non intrent Eccleſiam, lunca veſte induti ab eſcis, & potibus qui interdicti ſunt azthoro, & gladio, & zquitatui ſe abſtineant in 3. & 5. feria & ſabatho aliquo genere leguminum, vel olerum, & pomis, parvisque piſciculis cum mediocri cerviſia viciſſim utantur, & temperate. Sin autem a veridicis comprobatur reſibus quod ſine odii meditatione ſe, ſuaque liberando diaboli membra interfecifent, & capi non poterant, pœnitentiam pro homicidio eis non injungimus, niſi

ANNO CHRISTI 511.

nisi ipsi voluerint aliquid quod humanitatis est facere ; & si presbiter est non deponatur ; cunctis tamen vitæ suæ diebus pœnitentiam agat.

Can. VI. *Burch. 19. 93.*

Siquis Clericus vexatus fuerit a Dæmonio decem annos pœniteat ; & inter audientes sit, & ad sacros ordines non adducatur. Si bene egerit, & per Dei gratiam liberatus fuerit, sit in reliquis officiis Ecclesiasticis.

Can. X. *Burch. lib. XII. Cap.* 12.

Et hoc sancta Synodus decrevit ; nisi pro pace faciendæ ut omnes fideles jejunii ad sacramenta accedant.

Burch. lib. XII. Cap. 26.

Juramentum filii aut filiæ nesciente patre, & vota monachi nesciente abbate & juramenta pueri, irrita sunt.

Can. XIII. *Burch. lib. XIII. cap.* 3.

Ut presbyteri plebibus annuntient quod in quadragesimæ jejunio quatuor temporum tantummodo ad missarum solemnia genua flectere debeant. In dominicis è contra diebus vel exteris festis a vespere usque ad vesperum non flectent genua, sed stantes incurvati orent ; nec quisque uno genu fo. latenus orare præsumat, sicuti Judæi iriidentes Dominum in passione ejus fecisse leguntur. Sed utraque genua in terram ponant, ait enim Apostolus: *Flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Jesu Xpri.*

Can. XVI. *Burch. lib.* 1.

Ut Episcopus accusatores fratrum excommunicet, nisi emendaverint vitium, recipiat eos ad Communionem, non ad Clerum.

Can. X. *Burch. lib. XVII.* 55.

Si quis infantem oppresserit tres annos pœniteat, unum ex his in pane & aqua ; si Clericus fecerit quatuor annos, unum ex his in pane, & aqua.

Can. VI. *Bur. lib. XIII. cap.* 7.

Cum exigentibus peccatis Galliarum populo Luporum rabie interimatur nec illius flagelli aliquid remedium inveniri posset congregati traduntur Galliarum Episcopi apud Viennam urbem, atque in commune statuerunt ut triduatum jejunium facerent. Cumque Dominus pectem misericordiæ abstulisset, hi dies in consuetudinem annuæ celebritatis venerunt. Cumque Galliarum Provinciæ ante afcensionem Domini diem celebrent, agamus & nos hos dies cum summa reverentia & devotione, jum abstinentia carnis, & humilitate mentis & cordis, ut non visibilium lucrorum habiem evadamus, sed ut invisibilium, ideft spirituum immundorum, tentamenta vincere valeamus. Nullus autem his diebus vestimentis pretiosis induatur quia in sacco, & cinere lugere debemus. Prohibeantur ebrietates & commessationes, quæ fiunt in vulgari plebe. Nemo ibi æquitare præsumat, sed discalciatis pedibus omnes incedant. Nequàquam mulieraciæ choros ducant, sed omnes in commune *Kirie eleison* decantent, & cum contritione cordis Domini misericordiam exorent pro peccatis, pro pace, pro pefte, pro conservatione frugum, & pro exteris necessitatibus. Dies enim sint abstinentiæ, non letitiæ.

Can. IV. *Burch. lib. XV. cap.* 3.

Ut judices aut potestates, qui pauperes opprimunt, si commonuiti a Pontifice suo non emendaverint, excommunicentur.

Burch. lib. XVI. cap. 21.

Falsos testes a communione ecclesiastica submovendos, nisi pœnitentiæ satisfactione crimina admissa diluerint.

Can. VIII. *Burch. lib. VIII.*

Abbates pro humilitate religionis in episcoporum potestate consistunt, & extra regulam fecerint, ab episcopis corriganntur. Qui femel in anno in loco ubi episcopus elegerit, ad concilium ejus vocatione conveniant.

Can. V. *Burch. lib. VIII. cap.* 42.

De feminis quæ viros amittunt placet, ne se, sicut hactenus indicrete velent ; sed XXX. dies post discessum viri sui expectent. Et post trigesimum diem per consilium episcopi sui ; vel si episcopus fuerit absens consilio aliorum religiosorum sacerdotum, fuorumque amicorum, id quod eligere debent, eligant. Et ut rogetur princeps a sacro conventu, ut si qui publicam egerint pœnitentiam, & feminæ, quæ viros amittunt, sua authoritate, donec deliberent quid agunt, tueantur, & specialiter pro his capitula fieri & legis mundanæ capitulis inferendo decrevimus.

Can. XXIV. *Burch. lib. VIII. cap.* 38.

Si quis sacro velamine consecratam in conjugio duxerit, & post dicatum Domino propositum incæsta fœdera sacrilegusque miscuerit ut in constitutis Gelasii papæ cap. XX. legitur ; protinus æquum est a sacra communione detrudi ; & nisi per publicam probatamque pœnitentiam omnino non recipi. Si tamen pœnituerint transeuntibus de sæculo viaticum non negetur. In Calcidonensi concilio cap. XVI. hoc perpetrantes excommunicantur. Confitentibus autem

ANNO CHRISTI 511.

ctoritate Episcopi misericordia largiatur. In Epistola Siricii Papæ cap. 6. velatæ & Deo consecratæ si abiecto proposito sanctitatis clanculum sacrilega contagione se miscuerint, & inlicitis complexibus publice & liberè filios procreaverint, has personas detestabiles à mo nasteriorum cœtu, & Ecclesiarum conventibus eliminandas esse judicatum est, quatènus detrusæ ergastulis tantum facinus continua lamentatione defleant ; unde & verbo Domini, & canonica auctoritate in hac S. synodo recepimus, ut omninò reparentur & juramento cogantur ulterius sub uno non cohabitare tecto.

Ex Aurelianensi can. III.

Cap. Unicaique de Consec. dist. I.

Unicuique fidelium in domo sua oratorium habere licet, & ibi orare ; missas autem ibi celebrare non licet.

Canon Aurelianenses.

Ex Eberto in Exception.

Si quis autem abbas cautus in regimine & humilis, castus fobriusque, misericors & discretus non fuerit, ac divina præcepta verbis & exemplis non ostenderit, ab episcopo, in cujus consistit territorio, & a vicinis abbatibus & cæteris Dominis tinentibus a suo arceatur honore, etiamsi omnis congregatio, vitiis suis consentiens, abbatem eum habere voluerit.

Can. VI. *Burch. lib. I. Cap.* 13.

Decrevit S. Synodus domesticam & interiorem episcopi conversationem totius reprehensionis atque suspitionis impenetrabilem fieri debere, ut juxta Apostolum, *provideamus bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus*. Oportet igitur in cubiculo episcopi & secretioribus quibuslibet obsequiis sinceræ opinionis sacerdotes, & clerici adsitant, qui vigilantem, orantem, sacra eloquia scrutantem episcopum suum vigilanter attendant, ejusque sanctæ conversationis testes imitatores, & ad Dei gloriam prædicatores exsitant.

ANNO CHRISTI 511.

Can. II. *lib. II. Cap.* 78.

Item intimandum est, ut ad sacerdotales salutationes congruæ responsiones dicsantur, ubi non solum clerici & Deo dicatæ sacerdoti responsiones aferant, sed omnis plebs devote consona voce refpondere debeant.

Can. V. *lib. II. Cap.* 205.

Omnes episcopi in tertia sessione aclamaverunt : sane dignum est, ut sicut sacerdotes vel clericos fua in accusatione vel secularibus judiciis laici non recipiunt ; ita ipsi sacerdotum vel clericorum accusationibus vel Ecclesiasticis negociis, nisi sponte colludatur, non recipiantur, quomodo inconveniens est, ut hi qui hos respuunt, ab his recipiantur.

Can. IX. *lib. II. Cap.* 225.

Omnimodis dicendum est presbiteris, & diaconis ut arma non portent, fed magis confidant in defensione Dei, quam in armis.

Can. VII. *lib. II. Cap.* 220.

Prater in fratrem si aufus fuerit manum immittere, legitimam disciplinam accipiat.

Can. XII. *lib. I. Cap.* 9.

Ut episcopi judicio metropolitanorum, & eorum episcoporum, qui circumcirca sunt, promoveantur ad Ecclesiasticam potestatem ; hi videlicet, qui plurimo tempore probantur, tam verbo fidei, quam rectæ conversationis exemplo.

Can. I. *lib. I. Cap.* 60.

Si quis ordinatus, per contentionem populi, aut pro aliqua ratione, & non pro fua culpa, in parochia, quæ ei fuerit data, receptus non fuerit, hunc oportet honorem Sacerdotis tantummodo contingere, ita ut de rebus Ecclesiæ, in qua convenit, sibi nihil præsumat. Sufficiat autem quidquid de eo S. Concilium judicaverit.

SYNODUS BRITANNICA

Qua S. Dubricius ad Legionensem cathedram translatus est, & Theliaus Landaviæ episcopus substituitur,

Circa annum 512. celebrata.

B*alæus Cent. 1. in Theliao* 58. Contingit ut Dubricius, Landavensis protopræsul sedis, auctoritate synodi archiepiscopus urbi Legionum ad Isce fluenta, anno *Dom.* 512. designaretur. Non diu caruit suo gubernatore Landavia, ut *Lelandus* etiam narrat; nam Theliaus, ut eo munere dignus, a patribus continuo surrogatus est. Ille quippe huic functioni sollicite invigilans egregium se pastorem exhibuit, ac bonis artibus ecclesiæ suæ ministros erudiendos, anxie curavit.

DAN. WILKINS IN SUPERIOREM SYNODUM

ADNOTATIO.

CErtum licet annum synodo huic Britannicæ assignaverim, haud dubie tamen lis mihi moveri posset ex *Balæo* & Goduvino de anno, quo S. Dubricius archiepiscopus urbis Legionum & Theliaus Landaviæ episcopus constituitur. Chronologia nostra multo tamen verisimilior videtur, quam aliorum, qui tradunt Dubricium a S. Germano & Lupo episcopis Gallicanis in archiepiscopum hujus provinciæ consecratum esse circa ann. Dom. 446. dum ad conterendam Pelagianam hæresim, in Britannia versarentur. Ego in Ægyptiaca hac caligine non luctabor. Capgravii verba referam: *Exorta tandem, ut præmittitur, hæresi Pelagiana, mittitur de Gallia S. Germanus cum Lupo episcopo, ad compescendam eam. Corrupta namque fuit christianitas Britonum, tum propter paganos Saxones, tum propter Pelagianam hæresim, cujus venenum in ipsis pluribus serpserat diebus. Itaque sancti episcopi prædicti, consentiente rege Ambrosio Aurelio, nec non & omni clero, Dubricium Archiepiscopum consecrarunt. Idem autem rex, ut memoriale procerum Britanniæ, quos Hengistus Saxonesque sui complices nefanda proditione in monte Ambrosii* (qui nunc vulgo Hanhenges dicitur) *trucidaverat: vid. quadringentorum octoginta consulum atque Baronum, æternum fieret, pergrandes lapides, qui ibidem in horum memoriam usque in præsens positi sunt, ab Hibernia cum magna manu, germano suo Uther illuc transmisso, deportari fecit. Qui cum allati fuissent, congregati sunt in monte Ambrosii, edicto regis, magnates cum clero, ut cum magno honore dictorum nobilium sepulturam præpararent. Die autem præfinita impositum est diadema capiti regis Aurelii Ambrosii, & de communi consensu sedem Eboracensem contulit Sampsoni viro sancto, urbis verò Legionum archiepiscopatum inclyto Dubricio dedit* &c. Hæc ille; sed achronice: asciscendus est Florilegus. *Anno* (inquit) *gratiæ 507. floruerunt in Britannia Sanctus Samson Eboracensis archiepiscopus, & Sanctus Dubricius urbis Legionum archiepiscopus.*

AD SYNODUM ANTIOCHENAM EUTYCHIANISTARUM

Pro eligendo Severo in locum Flaviani ejecti,

Anno 512. celebratam

ADDITIO.

Anno 512. HAnc synodum norunt habentque in pretio Jacobitæ, eidemque præfuisse Xenajam Maburgensem (ita enim illi appellant, quem Græci scriptores Philoxenum Hierapolitanum vocant) Episcopum affirmant. Ejusdem meminit idem Xenajas in epistola ad monachos Senunenses, cujus excerpta è MS. codice dedit Cl. Assemanus Biblioth. Oriental. to. II. pag. 18. indictamque tradit ab Anastasio imperatore, ut alter in locum Flaviani ordinaretur, & Severum monachum ex monasterio Theodori assumptum scribit.

HORMISDAS PAPA

Sedit ab anno 514. usque ad 523.

AD EPISTOLAS HORMISDÆ

APPENDIX.

ADMONITIO COLLECTORIS.

CUm laudabili consilio ad genuinas Pontificum epistolas, spurias etiam illis affictas V. Cl. Labbeus in sua collectione adjiciendas censuerit; ego pariter ejus exemplo spurias, si quas forte offendi, Pontificum literas dandas proposui. Æqui igitur bonique facient lectores, si hoc loco epistolam Hormisdæ papæ legerint, quam suppositionis suæ expressos characteres præferre constat, cum Joannem papam laudet, qui sane pontifex Hormisdæ posterior fuit. Desumpta est ex pœnitentiali Halitgarii episcopi Cameracensis ante annos 900. collecto, vulgatoque a Canisio Veter. Lect. to. II. par. II. pag. 143. edit. Basnag.

INCIPIT EPISTOLA

Hormisdæ Papæ per universas provincias.

ECce manifestissime constat, quia secundum titulos antiquorum patrum, a sancto Joanne papa transmissos, & trecentorum decem & octo episcoporum sententias, sed & canones Gallicani concilii continere videntur.

Clerici in adulterio deprehensi, & aut ipsi confessi, aut ab iis convicti, ad honorem redire non possunt. Et quia forte non desunt, quibus vel pro nimia pietate suprascripta sanctorum Patrum severitas minimè placet, sciant se trecentorum decem & octo episcoporum, & qui reliquos canones statuerunt, sententias reprehendere, vel damnare. Sed forte major est in illis pietas, quam in supradictis CCC. XVIII. episcopis, major in illis misericordia, quam in sancto Joanne Apostolico papa, major caritas, quam in reliquis sacerdotibus, qui hoc per exempla, vel remedia ecclesiarum suis diffinitionibus deliberaverunt. Et ideo aut per promptam voluntatem præceptis illorum consentiant; aut si non fecerint, omnibus contrarios se, & inimicos esse cognoscant. Quæ est ista inimica benignitas? palpare criminosos, & vulnera eorum usque ad diem judicii incurata servare? Quod si etiam eos durissima pœnitentia per plures annos agere viderint: sic idipsum & saluti eorum consulere, & canonum debemus statuta servare. Cùm verò in aliquibus nec compunctio humilitatis, nec instantia orandi, vel plangendi appareat: nec beatum David imitentur, qui dixit: *a Lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrimis stratum meum rigabo*; & illud *b cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebo*. Nec eos jejuniis, vel lectioni vacare videmus; possimus agnoscere si ad honorem pristinum redirent, cum quanta negligentia, & cum quanto tepore, & inimica animæ securitate permaneant, credentes quod sic eis non acta pœnitentia digna dimiserit Deus, quomodo sacerdotes indulsisse vident. Vere dico, quia illi ipsi, quibus cum periculosa & falsa misericordia indulgere videmur, cum ante tribunal Christi pro tantis peccatis damnandi advenerint, contra nos ipsos causas dicturi sunt, dicentes: quod dum aut asperitatem linguæ eorum expavimus, aut falsa blandimenta & periculosas adulationes ipsorum libenter accepimus: nos eos, dum illis inutilitatem indulgemus in peccatis permanere, aut ipsa peccata etiam augere permiserimus: nec recordantes illud quod in veteri Testamento scriptum est: quia per unum peccantem contra omnes ira Dei desæviit. O pietas! O misericordia! Uni parcere, & omnes per exemplum malum in discrimen adducere! Non ita suadet sanctus & beatissimus Cyprianus martyr dicens: Qui peccantem verbis adulantibus palpat, peccandi fomitem subministrat. Nec perimit delicta illi, sed fovet iterum, imperitus medicus, qui tumentes vulnerum sinus manu parcente contrectat; & absconditum in profundis secessibus virus, dum servat, exaggerat. Unde & Sanctus Joannes Constantinopolitanus episcopus arguit dicens: *Imperitus medicus est, qui indigesta putredine superducit vulneri cicatricem.*

Et ideo diligenter perpendite, si aut potest, aut debet fieri, aut tantorum, aut talium, quod supra memoravimus, Sacerdotum, canones contemnentes, aliter quod illa statuerunt observare, vel agere præsumamus: præcipue cum illorum trecentorum decem & octo episcoporum, qui per omnes ecclesias concilia fieri præceperunt, tam sancta decreta neglegimus; non illos solos despicimus, sed &, sicut supra dictum est, & Africanos, & omnes reliquos qui ipsis ordinantibus per totum mundum, per ecclesiasticam disciplinam aliquid statuerunt, cum peccato animæ nostræ contemnimus. Ego me in hoc periculo immittere non audeo: quia nec talia sunt merita mea, ut aliorum peccata in me excipere præsumam. Nec tantam eloquentiam habeo, ut ante tribunal Christi contra tantos, ac tales sanctos sacerdotes, qui canones statuerunt, causas dicere possim. Videat unusquisque, qualiter sentire, vel observare disponit, qualiter possit in die judicii reddere rationem. Ego in quantum vires Deus dignatur dare, studere volo eorum præceptionibus, & obaudire: quia cum talibus non rixas, sed pacem ex qualicumque parte habere desidero. Et hoc diligenter adten-

a Ps. 6. 7.
b Ps. 110. 10.

ANNO CHRISTI 514.

dendum est. Quod si secundum quod scriptum est, illi clerici qui ad uxores proprias redeunt, ab integro ab officio suspendantur. Quod si etiam dictam & internpetiarum martiri, qui utique rem licitam facerunt, clerici tamen ordinari non possunt: aut si ordinati fuerint, dejiciantur. De quibus sanctus Faustus episcopus in epistola sua dixit. *Perdit gratiam conferendi, qui ad officium vult exercitare martii*. Cum hæc ita sint, qua conscientia quisque dicere potest, quod ille qui adulterum committit, iterum ad honorem venire poterit? Hoc loco, si aliquis fuerit, qui dicat; Ergo negas misericordiam Dei, qui dixit: *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat?* Et illud: *Nunquid qui cadit, non adjicit ut resurgat?* Et illud: *Peccator in quacumque die conversus fuerit, omnes iniquitates ejus oblivioni tradentur?* Sed ad hæc voce libera respondere, & possumus, & debemus. Abit a nobis ut de illis sententiis videamur vel leviter dubitare. Diffinitione enim credimus quod quisque ad finem vitæ fuæ pœnitentiam egerit, non solum indulgentiam accipiet, sed etiam ad præmia æterna perveniet. Propter regulam tamen ecclesiasticam & propter antiquorum Patrum instituta, quod abhit a nobis, aut reprehendere, aut discutere audeamus. Cumque credimus ad vitam æternam post beatam pœnitentiam venire; ad honorem clericatus secundum tantorum Patrum præcepta novimus non debere reverti, *in tantum*, ut in canonibus scriptum est; nec ullus unquam pœnitens clericus ordinetur. Et si ille qui ultro petit pœnitentiam, quamvis eam perfecte egit, non potest episcopus, aut presbyter ordinari: itaut etiamsi per ignorantiam ordinatus fuerit, & postea convincitur pœnitentiam accepisse, dejicia-

tur ille; qui invitus ad pœnitentiam agendam in monasterium mittitur, & utique quid aliud quam pœnitens dicendus est, qua conscientia ad sacerdotium pervenire permittitur? Nemo mihi alia quamlibet contra auctoritatem sedis Apostolicæ, vel contra trecentorum decem & octo episcoporum præcepta, vel reliquorum canonum statuta objiciat: quia quidquid contra illorum diffinitionem in quibus Spiritum Sanctum locutum esse credimus, dictum fuerit, recipere, non solum temerarium, sed etiam periculosum esse non dubito. Valde enim metuo & contremisco illam damnationem, quam ille sacerdos propter fallam indulgentiam, quæ pœnitere meruit, qui pro eo, quod filios suos negligenter caligavit, & eos nec cedere, nec excommunicare voluerit, ipli filii una die occisi sunt, & XXX. millia de populo interfecti sunt, & Arca Testamenti capta est, & ipse retro cadens fractis cervicibus mortuus est, & nomen ipsius de libro vitæ deletum est, &c. » Contra Phinees, qui pro eo, quod, a 1. Pa. zelo Dei commotus, duos adulteros pariter interfecit, totum populum de Dei iracundia liberavit. Nec hoc ideo dico, ut fiat ille fecit, etiam *nunc* per mortem crimporum Sacerdotes Domini debeant vindicare; sed quia melius est unufquifque parvo tempore, donec vivit in hoc mundo, verecundiam, vel confusionem fuffinere, quam postea ad fupplicia æterna perveniat. Et multum ei utilius est propter aliorum exemplum, quandiu vivit, remotus ab honore pœnitentiam agat, & remedium fibi in die necessitatis adquirat. Quicumque parvitati meæ in hac causa videret onerolus existere, aliud responsum dare non delibero, nisi quod fupradicti canones continere videntur.

AD HORMISDÆ PAPÆ DECRETA

ADDITIO.

Ex doctrina Hormisdæ Papæ
Cap. 4.
Burch. lib. 4. cap. 57.

SI quis baptizat, aut aliquod Divinum officium exercuerit per temeritatem non ordinatus, abliciatur ab Ecclesia, & nunquam ordinetur.

CONCILIUM CENOMANICUM

In causa donationis piæ confirmandæ

Anno 516. vel 517. habitum.

Anno 516. vel 517. HAbigarius quidam cum conjuge & filia sua, sanctimonialis, monasterio cuidam in diœcesi Cenomanica edificando in honorem S. Mariæ & SS. Martyrum Gervasii & Protasii res suas contulerunt. Donatio ista quo firma esset & rata stabilita est Innocentio Cenomanenli episcopo, una cum sancta congregatione in ipsa urbe consistente. Quibus verbis designari episcoporum concilium collectum, ex eo conjicio, quod charta ille donationis episcopi quamplures subscripserunt. Cum verò data ea sit anno II. Childeberti regis Francorum, coepisque ille anno DXV. vel DXIV. hinc concilium anno 516. vel 517. convenisse constat. Ex verò chartam quam damus ex authore gestorum episcoporum Cenomanensium vulgato a Mabillono Analector. pag. 249. nov. edit.

Dum fragilitatis humani generis pertimescit ultimum vitæ tempore, fabricatus typo-

ANNO CHRISTI 516. 517.

fpositione ventura, oportet ut non inveniat unumquemque hominem imparatum, ne fine aliquo boni operis respectum migrat de sæculo, *nisi* dum fuo jure & potestate, confistit, præparet sibi viam falutis, per quam ad æternam valeat beatitudinem pervenire. Ideoque ego in Dei nomine Hasgarius & conjux mea Truda, & filia nostra Tenesfina, Deo sacrata, unanimiter consentientes, perractatis mutuo de Dei misericordia pro remedium animæ noltræ & remissionem peccatorum noltrorum, ut æternam mercedem in futurum apud Dominum consequi mereamur, ut aliqua cellula ac monasterium in terratrium Sanctæ Mariæ Dei genitricis & Domini nostri Jesu Christi, vel sanctorum Apostolorum Petri & Pauli construere ac ædificare deberemus. Quod ita & fecimus: quem apud Dominum ac venerabile fede Apostolica Innocentii, Cenomannicæ Ecclesiæ præsule depreca-vimus una cum sancta congregatione, in-ipsa urbe consistente, ut per beneficium, nobis concederet de rebus Sanctæ Mariæ, vel sanctorum martyrum Gervasii & Protasii, per licentiam jam dicti pontificis construere debeamus. Et nos noltras, atque mancipia, quem ex legitima fuccessione nobis obvenerint, totum & ad integrum ad jam dictum monasterium, per hoc testamentum conditionis tradidimus, atque confirmavimus: & poli noltrum difcessum, jam dicta ecclesia Sanctæ Mariæ & Sancti Gervasii & Protasii Cenomannis civitate, conltructa, vel ejusdem pontificis successores instituimus, & eos appellare voluimus. Cujus pontificis liberanter animo fuscepimus, & concedimus eis per noltrum beneficium ipsum aream ad ipsum monasterium faciendum, & de rebus Sanctæ Mariæ & Sancti Gervasii & Protasii duas in augmentum ad ipsum monasterium construendum, ut melius valeant hanc cellulam construere ac ædificare. Et dedimus inter nos & dejectos Berbardum episcopum, & Landolenum abbatem, & Gunduinum comitem per libras quingentas de auro pendante: & fi aliquis de nos de hac convenientia fe mutaverit, vel retraxerit, parsi suo *solvere* faciat, ea scilicet conditione, ut cum omni re emeliorata vel supra posita ad partibus Sanctæ Mariæ & sanctorum Martyrum Gervasii & Protasii Cenomannis civitate, vel ejusdem Pontificis ipsum monasteriolum cum omnes res ad se pertinentes vel aspicientes, tam illas quem nos ad ipsum locum sanctum traditimus atque confirmavimus, quam & illas quæ de rebus noltris per veltrum beneficium a vobis acceptum, absque ullius judicis contignatione, aut hæredum noltrorum contradictione, cum omni integritate in veltram faciatis revocare potestatem vel dominationem. Et censivimus annis singulis ad festivitatem sancti Gervasii & Protasii, quod est XIII. Kal. julias, de argento libras transsolvere faciamus & poli noltrum, Deo jubente, de hac luce discessum, ficut superius infertum eli, vos aut Rectores præsules successoresque veltros in veltram faciatis revocare potestatem vel dominationem, ea-

ANNO CHRISTI 516. 517.

scilicet ratione atque pretexto, ut rem dapro pontificis simulque ecclesiasticorum omnium pontificalium seu publicorum omnium potestare privandas nullas functiones vel exationes, vel exquisita & lauda convivia, neque gratiosa vel indicta munuscula, neque etiam caballorum pabus, atque paraverda vel angaria, aut in quodcumque functionis titulum judiciaria potestate dici poteli, de ipsa facultate penitus non requiratur. Sed sub integra emunitate facultacula, ficut a nobis hucusque possessa est, in jure reatorio sanctæ Mariæ & perdilectorum sanctorum Apostolorum sub Nitre & potestate & dominatione sanctæ Mariæ matris Domini noltri Jesu Christi, vel sanctorum Martyrum Gervasii & Protasii, & eorum. B rectoribus atque pontificis debeat, Deo protegente & opitulante, consistere. Licet in cessionibus præmam adnecti non sit necesse, sed nobis pro omni firmitate placuit inferendum. Si quis verò, quod futurum esse non credimus, fi nos ipli, quod abit, aut aliquis de hæredibus vel proheredibus noltris, feu quælibet persona, calliditate commorus, aut cupiditate præventus ulle unquam tempore comprehenlam epitolam cessionis noltræ, quam propter nomen Domini & venerazione ipsius sancti loci spontaneo voluntate fieri decrevimus, venire aut aliquid agere voluerit, aut tergiversator existerit, anathema sit; & tam qui fecerit, quam qui faciendo consenserit, anathema sit, & cum suprascriptos sanctos ante tribunal Christi deducat rationes, insuper inferat pœnas fæculi, quas in unum cogeste fico, partibus ipsius ecclesiæ, vel eorum rectoribus auri libras quingentas, argentum pondere mille tranlsolvere faciat, & quod repetit, nullatenus valeat vindicare, fed præsens cessio, atque voluntas noltra omni tempore inviolata permaneat cum ltipulatione subnixa. Et ut hæc cessio firmior habeatur, & inviolabiliter conservetur, manus noltras subter firmavimus & aliorum bonorum virorum decrevimus roborari. Actum Cenomannis civitate publica. Data V. nonas Maji anno II. regnante Childeberto rege. Signum Haregario. Signum Trudane uxore ipsius. Signum Tenesfina filia ejus Deo sacrata, unanimiter consentientes qui hanc cessionem vel donationem a nobis facta fieri vel roborari decrevimus. Ego Innocens, acsi indignus peccator, episcopus a me facta subscripsi. In Christi nomine Landolenus indignus episcopus subl. Ego Magnolenus, acsi peccator, episcopus subl. Vinimundus, licet indignus episcopus, subl. Odolmarus, quamvis indignus episcopus subl. Abbo miserieordia Christi episcopus, subl. in nomine Domini. Hildemannus indignus episcopus subl. C Gotfridus indignus episcopus subl. Signum Gondolini Comite. Signum Oltremundi comite. Signum Wintimarel comite. Signum Gunduini comite. In Christi nomine Berardus indignus episcopus subl. Ego Landolenus abbas subl. Signum Adalvini viceco-mite. Signum Ostrum. Signum Hilderici. Signum Bicardi. Signum Emmoni. Heriard. subl. Signum Inghilgarii. Signum Vinitmarii. Winitmundus scripsi & subscripsi.

AD

ANNO CHRISTI 517.

AD CONCILIUM LUGDUNENSE

Anni 517.

ADDITIO

Ad hoc concilium ea transferre huc juvat quæ olim dedi in adnotationibus meis ad Pagium ad A. 517. n. 10.

OScitanti profecto Pagio exciderunt ea, quæ de concilio Lugdunensi a Sirmondo primum vulgato commentatus est. Non enim ex mera futilique conjectura sua Lugduni celebratum illud fuisse Sirmondus asseruit; sed in ipso concilii textu id rotundis verbis exprimitur: *In Lugdunensi urbe degentes decrevimus*. Quod & confirmat concilii hujus inscriptio in codicibus Remensi a Sirmondo, & Parisiensi ab Harduino consultis, in hanc sententiam: *Incipit epistola tempore Sigismundi regis ab episcopis in urbe Lugduno facta*. Recte tamen notat Pagius concilium hoc non primum, ut est in omnibus Collectionibus etiam postrema Veneto-Labbeana, at secundum appellari debere; ac deinceps reliqua Lugdunensia concilia hoc ordine dinumeranda esse. Quis autem fuerit Stephanus iste, de cujus damnatione in hoc concilio agitur, nunc tandem innotuit, ex quo beneficio Cll. VV. PP. Martene & Durand vita Sancti Apollinaris Valentiæ ad Rhodanum episcopi, a coevo descripta, lucem vidit Vet. Monum. to. 6. col. 779. &c. ita enim ibi: *Accidit ut quidam ex officio regis Sigismundi, nomine Stephanus, qui super omnem dominationem Fisci principatum gerebat, defuncta ejus conjuge, sororem uxoris suæ* (quam Palladiam appellatam colligo ex canone sexto concilii Lugdunensis, de quo hic) *sibi illicite jure conjugii cumularet*; (*lege copularet*) *qua de re sancti ac beatissimi Apostolici viri Avitus* (Lugdunensis) *& Apollinaris secundum carnem germani, synodalem institutionem servantes, cum reliquis pontificibus in unum congregati, ipsum Stephanum sacra communione privari sanxerunt .... Tunc rex diræ insaniæ permotus furore beatissimos pontifices eis insidias prætendendo, injuriare non desinebat. Sed apostolici atque mirabiles viri terrenas res minime formidantes &c. Visum est illis ut in oppido civitatis Lugdunensium, quod nominatur Sardinia, pariter tanquam exilio deputati auxiliante Deo commorarentur*. Concilium istud, cujus vitæ Author meminit, diversum esse a Lugdunensi, de quo nunc, colligo, primo, quod in subscriptione Lugdunensis, Aviti nomen non legitur; huic autem adfuit, quin & præfuisse Avitus videtur. Secundo, quod Sigismundus rex ante Lugdunense illud concilium damnationem Stephani, quam pronunciatam in concilio asserit Author vitæ S. Apollinaris, temperavit, ut colligere licet ex capite sexto ejusdem concilii; in concilio autem, de quo vitæ Author, ista damnatio primum lata fuit. Quare concilium istud, de quo in vita S. Apollinaris, Lugdunense præcessit. Porro hujus prioris concilii nulla huc usque mentio in Collectionibus conciliorum facta est.

Si quis tamen contenderit synodum hanc incerti loci, in qua Stephanus primo damnatus fuit, ipsam fuisse Epaonensem, cui Avitus & Apollinaris adfuerunt, ille certe nos assentientes habebit. Nam in can. 30. Epaonensis incesti damnatur vir prioris uxoris suæ sororem ducens; quamvis Stephani nomen ibidem, forte ad invidiam minuendam, expressum non legitur. Hæc si admittantur, Epaonense concilium Lugdunensi præmittendum esse constabit.

AD CONCILIUM EPAONENSE

Anni 517.

ADDITIO.

CAnon iste concilio Epaonensi tribuitur ab Egberto Eboracensi archiepiscopo in suo Libello Excerptionum Excerpt. LII. apud Labbe to. VIII. Eadem post Egbertum iisdem verbis decernit Conc. Aquisgranense anni 816. can. 84. res autem ipsa petita est ex canone 58. concilii Laodiceni, in quo lex eadem, verbis tamen parum diversis, sancitur.

CANON EPAONENSIS.

Non oportet in domibus non dedicatis oblationes celebrari ab episcopis vel presbyteris.

AD

ANNO CHRISTI 518.

AD SYNODUM HIEROSOLYMITANAM

In Libello synodico relatam,

Anno 518. habitam

ADNOTATIO CRITICA.

SYnodus quam Hierosolymitanam appellat author Libelli synodici, nec synodus reipsa fuit, cùm ex monachis tantummodo constiterit, nec ejus colligendæ illa extitit causa, quam anonymus ille scriptor designat. Joannes patriarcha Hierosolymitanus jussu Anastasii detrusus fuerat in carcerem, ut qui cum Severo Antiochiæ patriarcha Acephalorum principe communicare negaverat sponte, vi & minis cogeretur. Quibus ex angustiis ut eriperetur, hanc excogitavit artem; prætendit enim velle se principis jussionibus parere, idque ut præstaret solemnius, in ipso templo ex ambone fidem suam se palam denunciaturum spopondit. Continuo liberatus, monachorum turbam ingentem, quam ad decem millia ascendere fama erat, collegit, mediusque inter Sabam & Theodosium, monachorum illorum duces & principes, ambonem conscendit, & è sublimi loco, una secum consentiente utroque socio, anathema Nestorio, Eutycheti, Severo, Soterícho Cæsareæ Cappadociæ, cæterisque synodi Chalcedonensis impugnatoribus pronunciavit. Re comperta Anastasius Joannem patriarcham, & archimandritam utrumque in exilium agere meditabatur; quod ut rescíverunt monachi, in unum coacti literas ad imperatorem dare statuerunt. Has literas integras recitat Cyrillus Scythopolitanus author coævus in vita S. Sabæ, ex quo tota hæc historia desumpta est, qui & scribit eas ipsas literas non ad principem tantummodo directas fuisse, sed & *ad Joannem qui eo tempore episcopus Constantinopoleos, mortuo Timotheo, ordinatus fuerat*. Ex quibus de anno, quo monachorum iste coetus convenit, docemur. Cum enim Joannes in paschate anni 518. sedem CPtanam ascenderit, non ante annum illum Monachi literas pro concilio suo dederunt.

AD CONCILIUM ALIUD HIEROSOLYMITANUM

Anni 518.

ADDITIO.

Anno eodem.

COncilium istud anno illo 518. coactum fuisse in dubium revocare nemo jure posset, nam Cyrillus Scythopolitanus, author coævus, in vita S. Sabæ abbatis scribit Justinum vix adscitum ad imperium leges tulisse, *ut omnes ab Anastasio in exilium pulsi revocarentur, itemque synodus Chalcedonensis sacris diptychis insereretur*. Quibus jussionibus Hierosolymam delatis, addit ille, infinita multitudo monachorum & laicorum congregata est; concurrit quoque S. Sabas, *& episcoporum concilium, celebratoque festo* (idest die dominica, quæ cum die 5. augusti concurrebat) *sexta augusti mensis promulgatæ sunt divinæ jussiones, & quatuor synodi in sacris diptychis repositæ sunt*. Ex his Cyrilli verbis de mense & die habiti concilii erudimur.

IN CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM

Sub Joanne patriarcha anno 518. habitum, & de conciliis contra Severianos latis & in collectionibus omissis

DISCUSSIO.

Anno eodem.

IN hoc concilio, quod fere integrum legitur in actis concilii Constantinopolitani sub Menna, anno 536. celebrati, damnatum fuisse Severum Antiochiæ patriarcham, Eutychianum, nemo plane ignorat. Sicut & constat Synodi illius Patres scriptas de damnatione illa epistolas ad metropolitas Orientis misisse. Ea occasione concilia quædam per Orientem habita sunt, ut Hierosolymitanum & Tyrium, de quibus in Collectione Veneto Labbeana to. V. col. 727. Omissum verò ibi supplendum est concilium incerti loci ab episcopis Syriæ secundæ habitum, cujus synodica inter acta synodi Constantinopolitanæ sub Menna occurrit. Vide Collect. Veneto-Labbeanam to. V. col. 1183. &c. Hanc enim epistolam synodi esse cum plura demonstrant, cum illud in primis, quod his verbis absolvatur. *Synodali epistolæ nostrorum minimorum &c.* Porro Patres illi epistolæ suæ adjunxerunt capita accusationis, in sua illa synodo institutæ, adversus Petrum, quem Severus Apamiensibus episcopum dederat. Hunc hominem a se damnatum

ANNO CHRISTI 518, 519.

damnandum pariter Joanni Archiepiscopo CPtano proponunt, damnationis ejusdem suæ documentis & testium depositionibus illi transmissis. Cum verò inter depositiones istas quædam occurrat Joannis presbyteri asserentis se *post pascha undecima indictione præterita*, audivisse Petrum blasphemas quasdam in voces prorumpentem, eo indicio collector conciliorum censuit accusationes istas transmissas Constantinopolim fuisse anno 533. indict. illa notato. Ex quo illud consequeretur, concilium hoc Patrum Syriæ Secundæ non ante annum illum convenisse. Verùm collectorem errasse planum est, cùm Patres illi synodicam suam, cui testium depositiones adversus Petrum Apamiensem adjunxerunt, ad Joannem CPtanum patriarcham direxerint, qui sane vir anno 520. decessit. Indictio igitur illa undecima annum designat 518. quo & synodus Constantinopolitana sub Joanne & altera a Patribus Syriæ Secundæ celebrata est. Cum tamen synodica illa & documenta damnationis Petri Constantinopolim pervenerint absoluto jam concilio anni 518. & Joannes qui tunc sacris præerat brevi post, anno scilicet 520. vitam absolverit, quo forte temporis spatio nullum aliud concilium Constantinopoli habitum est, in quo Petri damnatio confirmaretur; ideo Joannis successor Epiphanius in synodo quadam sua, nec forte alia, quam quæ occasione ordinationis suæ anno 520. convenit, sententiam in eundem Petrum dixit, quæ sententia legitur in synodo CPtana sub Menna hunc titulum referens: *Sententia Epiphanii patriarchæ & synodi congregatæ contra Severum & Petrum*. Diligenter hæc animadvertenda sunt, ne deinceps confundantur concilia duo Constantinopolitana in causa Severi, quæ ambo in actis synodi sub Menna commemorantur.

ANNO CHRISTI 518. 519.

AD SYNODUM BRITANNICAM

Contra Pelagianos

Anno 519. celebratam

ADDITIO.

Ex Wilkins Conc. Britan. to.1.pag.8.

GIraldus Cambrensis *in vita S. Davidis lect. 8. mentionem facit synodi totius VValliæ apud Brevi, contra Pelagianam hæresim convocatæ, ex episcopis, abbatibus, viris religiosis & laicis; in qua S. David electus & consecratus fuit archiepiscopus totius VVallia*. Non longis autem post hæc temporibus Pelagiana labes & hæresis detestanda per B. Germanum Antisiodorensem, & Lupum Trecensem in insulam transmissos, olim extincta, redivivo morbo redivivaque malitia in fidei catholicæ perniciem jam resuscitata, universalis totius Kambriæ synodo colligendæ occasionem dedit. Unde & collectis in Keretica regione apud Brevi episcopis, & abbatibus, virisque religiosis diversorum ordinum multis, necnon & laicis principibus, ac populis de universa regione collectis, cum a pluribus in publica audientia sermo factus, populum hæretica pravitate pene irrevocabiliter infectum ad fidei reducere tramitem non prævaluisset, tandem Paulinus episcopus, cum quo David olim liberalibus disciplinis in pueritia studuerat, ut propter episcopum nuper a patriarcha consecratum, virum sanctum, discretum pariter & disertum, qui nondum advenerat, communiter ab omnibus ad tantum ecclesiæ discrimen mitteretur, verbis quidem suasoriis peroravit. Mittuntur itaque nuncii semel & secundo, nil proficientes. Erat enim vir sanctus contemplationi deditus, de temporalibus rebus, aut sæcularibus, nisi necessitate urgentiore compulsus, aut nihil, aut parum curans. Tandem vero duo mittuntur viri sanctissimi ac fidelissimi, Daniel videlicet, & Dubricius. David autem eorum adventum in spiritu prævidens, magnos ad se viros in crastino venturos fratribus prædixit. Advenerunt itaque mane viri prædicti, sicut & vir sanctus præviderat, hospitio pro facultate honorifice suscepti & exhibiti. Quorum ob sanctitatem & synodi pariter auctoritatem demum monitis obtemperans, una cum ipsis die sequente versus synodum iter arripuit. Quo facto, congregationem adeunt cum gaudio suscepti maximo & gratulatione. Prædicationis igitur officium patri David ab omnibus injungitur. Qui stans in terræ planitie, cum alii tamen ante prædicantes ibidem congestarum cumulum vestium ascendere consueverint, tam clara voce & gratiosa cunctorum pariter tam remotissimorum, quam prope positorum auribus intonuit, ut omnes eum communiter in tanta concione & salubriter audirent. Juxta illud. *Aperi os tuum & ego adimplebo illud*. Et alibi. *Cum steteritis ante reges & præsides, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini; dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini*. Et subsequenter. *Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis*. Quibus ita patratis, sermone completo, tota, cooperante gratia, hæresis evanuit, discussa penitus & deleta. Pater autem David communi omnium, tam cleri scilicet, quam populi electione pariter & acclamatione, cui & honorem antea destinatione Dubricius cesserat, in Kambriæ totius archiepiscopum est sublimatus.

ANNO CHRISTI 523. 524.

SYNODUS VICTORIÆ IN VVALLIA

Anno incerto habita.

ANNO CHRISTI 523. 524.

Anno incerto.

Ex Wilkins Conc. Britan. to.1.pag.8.

IN *hac synodo acta præcedentis synodi Menevensis confirmantur, & nonnulla in emolumentum ecclesiæ consultabantur*. Processu verò temporis & alia synodus collecta est, cui nomen Victoriæ; in qua convocato denuo totius Kambriæ clero, ea quæ in priori synodo firmata fuerant, adjectis quoque quibusdam super ecclesiæ commoditatibus, firmo rigoris examine sunt renovata. Ex his itaque duabus synodis omnes Kambriæ totius ecclesiæ modum & regulam, ecclesia quoque Romana auctoritatem adhibente & confirmante, susceperunt. Quarum decreta, quæ ore promulgaverat præsul David, sua quoque sancta manu literis mandavit; suæque ecclesiæ aliisque per Kambriam pluribus reservanda commendavit. Quæ quidem sicut & alii quamplurimi nobilis bibliothecæ thesauri egregii, tam vetustate, quam incuria, piratarum quoque crebris insultibus, qui de Orcadum insulis æstivo tempore longis navibus advecti maritimas Kambriæ provincias vastare consueverant, evanuerunt.

JOANNES PAPA I.

Sedit ab anno 523. usque ad annum 526.

AD JUNCENSE CONCILIUM

ADNOTATIO CHRONOLOGICA.

Ex Anno 524. ad Ann. 523.

JUncense in Africa concilium in annum 524. Labbeus retulit. Verum ad annum præcedentem 523. reiiciendum suadet epistola Bonifacii Carthaginiensis episcopi inscripta *Liberato & cæteris qui in concilio Juncensi adfuerunt*. Signatur enim illa die XVII. Kal. Januarii *anno primo*, nempe Childerici regis, ut ego interpretor, ac denunciat sequentis anni Pascha die *VII. Idus Aprilis* celebrandum esse. Character iste paschalis indicat annum 524. Anno ergo superiori scripta est epistola ad Juncense concilium.

AD CONCILIUM ILERDENSE

Octo episcoporum

Anno DXXIV. celebratum

ADDITIO.

Anno 524.

COncilii Ilerdensis canones in epitomen redactos exhibet vetustissima collectio nostra Lucensis, & quamvis nullum referat canonem supra sexdecim illos, qui in Collectionibus repræsentantur, ex iis tamen qui utrinque se offerunt legendi intelligimus, anonymo collectionis nostræ authori alium fuisse codicem, quam qui ab editoribus consultus est. Quin & in nonnullis emendatior erat codex ille, quam qui exhibetur in editis. Id profecto liquet ex canone IX. qui quamquam exscriptoris culpa in nostro luxatus est, adhuc tamen genuinum sensum refert; cum vicissim canon editus mendosus appareat. Ita enim editus: *De his qui in prævaricatione rebaptizati &c. delapsi sunt, placuit ut circa eos illa Nicænæ synodi statuta serventur*, idest ut *septem annis inter cathecumenos orent, & duobus inter catholicos & postea .... fidelibus in oblatione & eucharistia communicent*. Tangitur his Nicænus canon XI. sed cum ibi pœnitentia annorum XII. injungatur, sive errasse Ilerdenses Patres, sive mendum in codice unde editio expressa est cubare constat. Mendosum fuisse codicem demonstrat epitome nostra, quæ sic reddit. *can. IX: Qui rebaptizati fuerint XII. annis pœnitentiæ omnis culpa*, forte omnem culpam redimant. Reliquos canones in quibus codicem, unde epitome deducta est, ab editis discrepasse suspicandi locus est, statim subjungo, integros editos canones cum epitome nostra è regione posita exhibendo.

ANNO CHRISTI 526.

CANONES.

ANNO CHRISTI 526.

Canon. III. editus.

De Monachis id observari placuit, quod synodus Agathensis vel Arelatensis noscitur decrevisse: hoc tantummodo adjiciendum &c.

Ea vero quæ in jure monasterii de facultatibus offeruntur in nullo diœcesfacultabus offeruntur in nullo diœcesfana lege ab episcopis continguntur. Si autem ex laicis quispiam a se factam basilicam conferari desiderat, nequaquam sub monasterii specie, ubi congregatio non colligitur, vel regula ab episcopo non constituitur, eam a diœcesana lege audeat forgregare.

Canon. XIII. edit.

Catholicus qui filios suos in hæresi baptizandos obtulerit, oblatio illius in ecclesia nullatenus recipiatur.

Canonis III. MS. epitome ex nostro codice.

Monachus absque conscientia abbatis nusquam ambulet, & quos episcopus probaverit, in clericatus officio cum voluntate abbatis ordinet. Episcopus de altario monasterii quod ponitur non tollat. Diœcesanam ecclesiam monasterius (*sic*) non teneat.

Canon XIII. MS.

Catholicus qui filium suum in hæresi baptizaverit, excommunicetur.

FELIX PAPA IV.

Sedit ab anno 526. usque ad 530.

AD EPISTOLAS FELICIS IV.

APPENDIX.

Anno 526.

A *Gaudium Ravennatense, omni sæculi fervore, ita suo Pontificali Ravennatensium episcoporum vulgato a Cl. Bacchino, & recuso ac ad Mss. cod. recenso, Muratorio Rer. Ital. tom. II. par. I. ad ortum S. Ecclesiæ Ravennatensis spectat Constitutum quoddam Felicis Papæ fervorosi, datum occasione difficilis cujusdam in Ecclesiam, & clericos ditionis suæ. En illud.*

a IV. Mur. *Felix a episcopus urbis Romæ.*

Laudanda est Decessorum nostrorum solicitudo de pace & quiete ecclesiastica, & quia pastor qui advigilans continere debet contentiones, aut damnat, aut corrigit. Oportet in hunc ipsum studentem nobis ambulantibus similis cum eis conspici; quia quorum per Dei misericordiam locum gerimus, ipsorum sequi nos decet exempla. Ex invidia facedotibus ecclesiæ Ravennatis tanta contingerunt, *quæ* e omnium Catholicorum animos contristasse noscuntur, altercationes, seditiones, prauitates, quæ omnem disciplinam ecclesiasticam diffumpere niterentur. Ita nos iterum . . . . verum Dei timorem ante oculos habentes, ut nec illicitis audaciam demus excessibus, & non abdicamus . . . . per constitutum nostrum ordinare, quod justum est secundum Salomonem dicentem; *non dures a tranſitum aquæ.* Ergo recentesates capitulis a Fratre *nostro* e Ecclesio, & a presbyteris, & diaconibus, & *clericis* f & Notariis ecclesiæ Ravennatis nostris obtutibus, præsentibus fratre & consacerdote nostro Ecclesio, & ejus clericis infe-

b *confistent.* Mur.

c *quod*, Mur.

d *Rarer.* Mur. e *Archi.* Mur. f *Clero* Mur.

rius designatis, quod rationi vidimus convenire, censemus eos clericatus officium debere suscipere, quorum vitam & conversationem facrorum canonum non posse impugnare auctoritas. Clericos verò secundum sanctorum Patrum regulas volentes duntaxat & denunciatos; quantum ad presbyteros & diaconos pertinet, staturis jubemus temporibus solennitèr promoveri. De verò Ravennatem & Classicanorum ecclesia, antiqua consuetudo servetur. Clerici verò vel Monachi ad indebitum obtinendum ordinem, vel locum, Potentium patrocinia non requirantur per quæ, aut non faciendo ingratus, aut faciendo injustus videatur episcopus. Quarta parrimonii Ravennatensis ecclesiæ, hoc est tria millia solidorum, solitis erogationibus clericis omnibus, vel quibus erogari est solitum, compleatur. Si quid tamen ex pensionibus vel hæreditatibus crescere, Domino nostro volente contigerit, eodem Domino mediante, etiam quartæ portioni *adjicientur* : g Sic tamen ut brevibus ordinatis, quod singulis distribuitur ecclesiis, ... secundum merita, latere non possit. . . . . secundum loca, quia omnia Deus secundum justitiam & mensuram constituit, ... ita. ut unusquisque extra necessitatem infirmitatis aut causam idoneam altaris omnia in suo officio vigilanter observet. *Redditur* h verò à Exegist. præclorum five accessiones propter rei familiaris expensas, vel exenia, quæ diversis offeruntur, & convivia, quæ ex exhibere, vel pro loci sui, vel merito, vel pro advenientium susceptione, necesse est, episco-

ANNO CHRISTI 526.

po constitutus debere proficere. Nullam conjunctionem, nullum conventiculum, quod vel apud laicos esse non potest impunitum in ecclesia Dei, ullus facere rentet ex clero. Nam sicut nos optamus ne superna misericordia patiatur admitti, sic, si quis tentaverit, sentiat auctoritatem canonum, & ecclesiasticam disciplinam secundum Apostolum dicentem: *exacerbates eo conspectu omnium corrige, ut reliqui timorem habeant.* Meretur boni laudem, qui in operibus Dei vigilant, sentiant affectum proprii facerdotis, qui per obedientiam suam videtur ornare propositum, glorientur de sui amore pontificis, qui in his officiis ab operibus Deo placitis, cum ejus obsequiis non desistunt; sicut divina loquuntur eloquia; *dignus est operarius mercede sua.* Ad patrimonium vero ecclesiæ ex eorum episcopi judicio . . . . . ex clero personæ electæ cum solatiis, quæ pro notitia deputaverit episcopus sub idoneis fidejussione mittantur, quorum fides fuerit, & industria comprobata, ut & alimonia pauperum fraudem non patiatur, & quantitas patrimonii ecclesiæ latere non possit, & unusquisque clericus sub timore Dei, & proprii facerdotis debis que sibi commissa fuerint exponat fideliter rationes. Illud verò quod omnino, ac religioso debet exercari propositio, nos nec oportebat loqui, nec verbis exponere. Pervenit ad nos aliquos de clero spectaculo interesse, quæ res ita crudelis est, ut animas Catholicorum pro sui execratione conturbet, ut quos in domo Dei divina eloquia recitantes audivit, eosdem contra mandata in spectaculis aspiciat convenire. In his disciplina confunditur, divina præcepta calcantur. Unde oporret episcopum, & de hac parte solicitudinem gerere, ut si non faciunt, non faciant in futuro, & si faciunt, juxta disciplinam ecclesiasticam corrigantur. Si qui verò de clero prædia urbana, vel rustica ad ecclesiam pertinentia detinent, eisdem libellis sub justa pensionis æstimatione factis ftatuimus collocanda, hac *ratione* a quod in quo modio fuis solent accipere, ipsi retinent, quod superest ecclesiasticis inferant compendiis profuturum. Circa prædia urbana, vel rustica exteraque mobilia pro anime sue mercede a fidelibus nominatim diversis Basilicis derelicta, vetus consuetudo servetur. Notarii verò juxta ordinem matricule, Primicerii, feconcicerii, tertius, quartus, quintus, sextus, septimus, suo periculo in conspectu presbyterorum, & diaconorum documenta ecclesiastica, sub fidelium, brevium descriptione fabrigant, ut quotiens exegerit cauſa, fideliter profertantur, contradant, atque recipiant. Omnia tamen cum justione & ordinatione episcopi sui eosdem jubemus exercere. Ideo enim universa descriptenda sunt ecclesiastica documenta, ne ullo modo, aut suscepta pereant, aut tempore, quo sine necessaria utilitatibus ecclesiasticis, exhiberi non possint. Qui tamen Notarii in officio suo observantes, strenui, consequantur sine imminutione commoda sibi, vel prioribus suis antiquitas deputata. Ipsi etiam, licut exigit ratio, & antiquitas ordinavit libellos, & scripturates totius patrimonii ec-

ANNO CHRISTI 526.

clesiastici, quorum interest subscriptores episcopi manu, contradant. Quibus verò cum secularis conversationis hominibus, nullam necessitatem rei familiaris tolerantibus, ecclesiastici juris prædia, vel urbana, vel rustica data sunt, episcopi sollicitudine per eos, quibus justerit, clericos ad dominium revocet ecclesiæ, nec deinceps, præter cautam superius comprehensam, dare præsumat. Massaio verò Archidiaconus ecclesiæ Ravennatis commoda *epistolæ* b loco juxta, & antiquam consuetudinem deputata, sine imminutione percipiat, sicut eos, qui antecum fuerunt, cfaruerit consequutos. Monasteria verò virorum sive ancillarum Dei ab episcopo ordinentur, ut omnibus ratio, justitia, pax, & disciplina ferveatur. A nobis hæc loci nostri exigit ratio non *tacere*, e sacerdotis nostro Ecclesio ea imminet cuftodire, quia pacem generat cum canonibus servata justitia. De justitia caritas procedit, per quam Deum videmus, & per cujus gratiam hæc possumus præcepta servare. In nullo ergo esse convenit negligentes, sed vigilantes ad omnia, ut talentum, quod nobis est creditum, cum bonis operis *augmento*, d ipsi omnium bonorum datori reddamus. Recognovimus. Cætius.

Felix Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Urbis Romæ huic constitutio inter partes subscripsi.

C *Nomina presbyterorum, diaconorum, vel clericorum Ravennatensis ecclesiæ, qui Romam venerunt cum episcopo.*

Patritius presbyter.
Stephanus presbyter.
Constantinus presbyter.
Servandus presbyter.
e
Exuperantius presbyter.
Clemens diaconus.
Ursus diaconus.
Felicissimus diaconus.
Vigilius diaconus.
Neon diaconus.
Johannes diaconus.
Stephanus diaconus.
Gerontius subdiaconus.
Honorius subdiaconus.
Petrus subdiaconus.
Vitalis subdiaconus.
Julianus Acolytus.
Faustinus Acolytus.
Romanus Acolytus.
Severinus Acolytus.
f
Petrus lector.
Marcus lector.
Alterius lector.
Petrus alter lector.
Andreas lector.
Marinus defensor.
Majoranus notarius defensor.
Hermolaus primicerius defensor.
Honorius cantor.
Tranquillus cantor.
Antonius cantor.
Melitus cantor.

a *Vel exinde.* Mur.

b *Epistolæ.* Mur.

c *Sacerdotis.* Mur.

d *augmento.* Mur.

e *Honorius Presbyter.* Mur.

f *Andreas Acolytus.* Mur.

No-

ANNO CHRISTI 526.

Nomina Presbyterorum, Diaconorum qui Romam venerunt cum Victore presbytero & Masalone diacono.

Laurentius presbyter.
Rusticus presbyter.
Victor presbyter.
Thomas presbyter.
Masalus diaconus.
Magnus diaconus.
Paulus diaconus.
Agnellus diaconus.
Maurus subdiaconus.
Stephanus acolytus.
Vincemalus acolytus.
Thomas lector.
Laurentius lector.
Florus lector.
Reparatus lector.
Luminosus lector.
Calumnius lector.
Vitae lector.
Laurentius horrearius.
Petrus decanus.
Stephanus decanus.
Vindemius acolytus.
Colos acolytus.
Cassianus acolytus.
Laurentius acolytus.
Stephanus acolytus.

AD SEQUENTEM EPISTOLAM

ADMONITIO COLLECTORIS.

Antiquam illam canonum epitomen, quam in vetustissimo Lucensi codice nongentorum annorum nactus sum, evolventi, occurrit synopsis epistolæ cujusdam Felicis ad *Stephanum episcopum*, quo sub titulo canones VIII. collocantur. Cum verò in iis canonibus quædam agnoverim, quæ ad Arianorum reliquiescentium receptionem in ecclesiam pertinent, alia verò quæ Pelagianorum vel Semipelagianorum hæresim jugularant, ac tandem quædam in Manichæorum dogma de malo a Deo producto invecta; hæc omnia nonnisi cum Felice IV. conjungere posse censui. Primo enim hæresis Pelagiana cum Felice II. cohærere nequaquam potest, diu enim post decessum Felicis II. innotescere ac damnari cœpit. Eo igitur pontifice remoto, Felix III., & Felix IV. succederent. A Felice III. cur epirome hæc nostra removeatur id suadet, quod ejus tempore Manichæos ecclesiam turbasse nullibi legimus. Vicissim autem cum Felice IV. omnia congruunt. Ariani qui Africam & Italiam infestabant, ut ex concilio Vasensi anno 529. ideo sub Felice IV. celebrato cap. V. dicimus. De Manichæis planum est ex anathematismis Prosperi ex Manichæo circa hæc tempora converti, legendis apud Labbeum to. V. pag. 800. Ven. edit. Denique Semipelagianorum dogma exagitat concilium, Arausicanum II. anno eodem 529. habitum. His in antecedium animadvertis, modo epitome illa promenda, quam profecto ut est in codice cum numeralibus notis singulis canonibus adscriptis; quæ sane notæ cum numerorum seriem minime quidem continuatam, sed ordinem interruptum fervent, aperto satis indicio demonstrant, à majori aliquo excerpto ea quæ ibi dantur decerpta fuisse.

ANNO CHRISTI 526.

EX EPISTOLA FELICIS

Ad Siciliensis Episcopos.

XVII. Arianos in catholica fide venientes per manos impositionis recipiantur.

XVIII. Omni deminico die communicare bonum est, si fe sustinent a peccato.

XXIV. Sine invitatione Dei nullus ad salutem venit.

XXVII. Malum non esse a Deo factum.

XXX. Bona sunt nuptiæ.

XXXI. Melior est continentia.

NOTÆ EDITORIS

In excerpta superiori epistolæ Felicis.

Arianos &c. Ita Siricius Papa ad Heimericum cap. 1.

Omni dominico die &c. De communione diebus festis quæ pro confuetò more accipi diebus illis ostimerat, vide concilium Emeritense anno 666. cap. 14.

Sine invitatione Dei. Vide concilium Arausicanum II. cap. 19.

Malum non esse a Deo factum. Vide anathematismos a Prospero Manichæo ignaros cap. 1. & 2.

Bona sunt nuptiæ, melior est continentia. Vide Augustinum toto lib. de bono conjugali.

AD SYNODUM CARPENTORACTENSEM

Anno ut fertur 527. habitam

ADNOTATIO CHRONOLOGICA.

Anno 528. Quamquam characteres chronologici concilii hujus nihil ambigui exhibere videntur, fuspicio tamen mihi ingerit, num forte in erorem scriptores induxerint. Versor enim ambiguus num vera sint, quæ tamen admittuntur ab omnibus, hoc scilicet concilium anno 527. Mavortii consulatu notato, tribuendum esse. Id enim deduco ex concilio Vasensi III. quod anno 529. Decii Junioris consulatu notato die non. Novembris celebratum est. Concilium nanciscor hoc Vasense indictum esse in Carpentoractensi concilio ad annum proxime sequentem his verbis: *Hoc etiam placuit custodiri, ut sequenti anno in urbe Vasensi VIII. Id. Novemb. debeat concilium congregari.* Cum igitur Vasense convenerit anno 529. anno proxime præcedenti nempe 528. Carpentoractense habitum fuisse oportet. Id etiam indicat dies qua concilium illud Carpentoractense celebratum fuit, nempe dies VIII. Id. Novembris, quæ nonnisi anno 528. in feriam secundam, qua inici solebant concilia, incidit. Hæc si admiserimus, pro *Magistro V. C. Cos.* legendum P. C. Mavortii V. C. Cos. BO-

ANNO CHRISTI 533.

BONIFACIUS PAPA I.

Sedit ab anno 530. usque ad 532.

ANNO CHRISTI 533.

JOANNES PAPA II.

Sedit ab anno 532. usque ad 535.

AD COLLATIONEM CATHOLICORUM CUM SEVERIANIS HABITAM CONSTANTINOPOLI

Anno 533.

ADDITIO.

Joannes Asiæ (ita enim scribitur) episcopus, quem vixisse ferunt sub Justino Iuniori, Severianorum sectæ addictus, historiam scripsisse traditur a Theodosio minore usque ad Justinianum. Ex ea verò, siquidem veritati conflare putetur, non una tantummodo, sed plures per succedentes annos Monophysitarum cum Catholicis collationes habitæ intelliguntur. Ita verò de illis ex excerptis ejusdem operis, a Dionysio Patriarcha Severiano in sua ecclesiastica historia relatis, Assemanus Biblioth. Orient. to. II. pag. 89. qui in codice Syriaco Dionysii opus illud offendit. *Anno 865.* (Græcorum, qui forte est 544. Christi, ex peculiari ejusdem Joannis fapputatione quam indicat Assemanus ibid. pag. 85.) *Epistopæ & Monachi quamplurimi e grege Monophysitarum, fustinianæ fastio, in regiam urbem convocantur, ut de fide disputarent. Idem rursus factum an. 869. & anno 871. Denique anno 874. quadringenti vari e Monophysitis ex Syria & Ægypto, ejusdem Justinianæ justu congregati, frequentes cum Catholicis disputationes habent per annos plurimos, quin tamen quisquam a sua opinione recederet.* Extat *collatio Catholicorum cum Severianis habita Constantinopoli anno Domini 533. tempore Justiniani imperatoris*, descripta ab Innocentio Maronitæ episcopo, cui ex Severianis adfuere episcopi sex, nimirum Sergius Cyri, Thomas Germanicia, Petrus Theodotiopolis, Joannes Constantinæ, Nonnus Cereseinæ & Philaxenus Dulichii, quem ad orthodoxam fidem reversum, in eadem collatione tellatur Innocentius. Verum quatuor collationes a Joanne relatæ, posteriores sunt ea, quæ in Tomo conciliorum legitur.

AD CONCILIUM AURELIANENSE II.

ADNOTATIO CHRONOLOGICA.

Exan. 533. ad an. 536. Concilii hujus epocham, qualis apud Labbeum signatur, mendosam esse nemo unus non videt. Honoratus Bituricensis episcopus canonibus hujus concilii subscribit die IX. Kal. Julias *anno XXII. domni Childeberti regis*. Rex ille cœpit anno Christi 514. cujus proinde annus XXII. cum anno Christi 536. non verò 533. componendus est.

AGAPETUS PAPA I.

Sedit ab anno 535. usque ad 536.

AD CONCILIUM ARVERNENSE

P. C. Paulini Cl. V. C.

Anno scilicet Christi DXXXV. celebratum

ADDITIO.

CANONES ARVERNENSES

Ex Burchardi ord. MS. lib. 2. cap. 73.

Ex Arvernensib cap. IV.

Anno 535. Admonendi sunt fideles sanctæ Dei ecclesiæ, ut filii vel filiæ parentibus suis obedientiam exhibeant, dicente Domino: *Fili, honorifica patrem tuum.* Nam ut & ipsi parentes erga filios suos ac filias modestè agant admonendi sunt, dili-

ANNO CHRISTI 536.

dicente Apostolo: *Et vos parentes nolite ad iracundiam provocare filios vestros*. Nam & hoc dicendum est eis, ut si illi genitali affectu parcere velint injuriis filiorum, non hos impunitos Dominus finit, nisi forte pœnitentiæ fubiciantur; sed tamen levius est filius parentum quæcunque libet flagella fuscipere, quam Dei iram incurrere.

Cap. XII. *Barch. lib. II. cap.* 100. Statutum est ab episcopis de Presbyteris, qui fœminas fecum indifcrete habere permittuntur, & propter hoc malæ fuspicionis opinione denotantur, & fi deinceps admoniti non fe correxerint, velut contemptores facrorum canonum, canonica invectione feriantur.

ANNO CHRISTI 536.

CONCILIA CONSTANTINOPOLITANA DUO

Celebrata in causa Anthimi anno 536.

ANNO 536.

Historiam depositi damnatique Anthimi, & conciliorum ea occasione conflorum, nec satis explioratam, nec satis explicatam hue usque habuisse eruditionis ecclesiasticæ studiosos, ex iis quæ hic animadverto, perspicuum fore arbitror. Venit Agapetus pontifex Constantinopolim, ibique egisse oportet aliquandiu ante diem XIII. Martii hujus anni, fi vera prodat codex ill. Vaticanus, in quo legitur Menneæ assumptus ad episcopatum Regiæ urbis die III. id. Martias; cum Agapetus & depositioni Anthimi, & assumptioni Menneæ præsens adfuerit. In regiam verò urbem ne ingressus nihil antiquius habuit, quam ut Anthimum qui Trapezuntino episcopatu ad solium Constantinopolitanum transiverat, exauctoraret, utpote qui contra canonum illum celebrem *Antiochenum* ex uno in alterum episcopatum desiliisset. Atque intra hos terminos primo res rota constitit. Tunc vero pro Anthimo depiciendo & in vacuum ejus dejectione sedem Menna assumendo concilium, ab Agapeto indictum fuisse affirmat Theophanes, & ex eo Pagius in Critica ad A. 536. §. 6. ex quo Collectior Veneto-Labbeanus. Fateamur tamen oportet de concilio tunc habito, ne verbum quidem occurrere in libellis Archimandritarum, qui ledi sunt in altera quidem ante fynaxin de Menna poli Agapeti obitum, ubi dejectionis hujus Anthimi & assumptionis Mennæ historiam monachi illi perfequuntur. Quin & deftitutionem Anthimi, Mennæ verò electionem fuffragiis populi & Cleri Constantinopolitani accedente imperatoris auctoritate, idem Agapetus tribuit in literis ad Petrum Hierofolymitanum episcopum, in eodem concilio recitatis. Quare concilium hoc è collectione removendum arbitror, & in ejus locum fubftituendum eft alterum, in quo idem ipfe Anthimus e cathedra urbis jam pulsus, priftinam dignitatem epifcopi Trapezuntini adhuc retinens, reus iterum poftulatus eft ab iisdem Archimandritis, & ab Epifcopis orientalibus, e quibus plures per fe, alii per legatos fuos Conftantinopoli convenerant. Illi, obtatis Agapeto libellis, rogarunt ut terminum affignaret Anthimo, quo fe interim ab impiæto hæreſis crimine purgaret, idemque, fi minus congrue fe defenderet, & ab epifcopata Trapezuntino, & a catholica communione excluderetur, Agapetus juffit tandiu illum fufpendi ab epifcopalibus & a communione, donec intra certos dies fe purgaffet. Secundum hanc, ut adhuc infecta, Agapetus obiit, die, ut ego quidem in meis ad Pagium adnotationibus probavi, VIII. id. Aprilis anni 536. Hoc eft ergo concilium Conftantinopolitanum ab altero planè, fi quod fuit, in quo Anthimus dejectus, & Mennas affumptus, diverfum. Difcrimen illud planè elucet ex libello ab Archimandritis porrecto in eamdem concilio poft Agapeti obitum coacto. Poftquam enim de Anthimi expulfione e fede Conftantinopolitana authoritate Agapeti Romani pontificis, nulla facta concilii mentione, fermonem habuiffent, tum fubdunt: *Præterea rurſus cum de Anthimo & aliis hæreticis porreximus libellos, & epiſcopi Paleſtini in civitate congregati, (ex concilium, cujus nunc primo meminerunt) & alii orientales, & ambabitatores illorum pontificum, & nos iſti poſtulavimus Anthimum epiſcopum Trapezuntinum* (& non ampliùs Conſtantinopolitanum) *quæ perperamvult facere per libellum nota ſedi apoſtolicæ, & liberare ſeipſum ab omni hæretico errore, & profeſſi ei ſumus Trapezuntinum, quia & hoc non valet, ſtatuer conducentur, & omni dignitate faceredotalis ac operatione uudetur.* Hæc Monachi & Patres concilii in fuis libellis, in quibus & illud adiicium, ab Agapeto fuiſpectum fuiſſe Anthimum ad tempus; interim vero oblatos fibi a Monachis & Patribus concilii libellos fibi retinuiſſe, ut imperatori oſtenderet. Ex his omnibus refultat, concilium Conſtantinopolitanum conveniſſe, ut Anthimum, e ſolio Conſtantinopolitano jam dejectum, e catholica communione extrorem faceret: nec præter illud præcedens aliud concilium coactum fuit, ut Anthimus uſurpatam Conſtantinopolitanam Eccleſiam dimittere cogeretur. Theophanes verò, qui plane contrarium aſſeruit, in eo deceptus eſt, ut indictum ad condemnandum Anthimum, eumque e Trapezuntino ſolio dejiciendum, concilium, ad ejectionem ejus e ſede Conſtantinopolitana tranſtulerit.

ANNO CHRISTI 540.

SILVERIUS PAPA

Sedit ab anno 536. uſque ad 540.

VIGILIUS PAPA

Sedit ab anno 540. uſque ad annum 555.

ANNO CHRISTI 540.

IN EPISTOLAM I. VIGILII PAPÆ AD EUTHERIUM

ADNOTATIO CRITICA.

OMnium primò exhibendum hic cenſeo epiſtolæ hujus excerptum, quale extat in MS. codice nongentenarum annorum in bibliotheca capituli Eccleſiæ Metropolitanæ S. Martini Lucenſis. Ita verò ibi.

EX EPISTOLA VIGILII PAPÆ *ad Profuturum Bracarenſem.*

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti debet baptizari, non in nomine Patris, Filii, Spiritus Sancti. Si motus ſpiritus altare, domus conſecratur eccleſiæ. Si parietes renovetur, & altare non motum fuerit, exorcizetur (forte exorcizetur) *ſalibus Sanctum. Verum mercede Xmi ex baptiſmo.*

Excerpti hujus auctoritate, optimam effe diffimus epiſtolæ hujus inſcriptionem, quam MSS. codices plures Balazio indicarunt; non enim Eutherio, ut in editis, ſed Profuturo directa eſt, quem virum eundem effe epiſcopum Bracarenſem, qui xetate illa floruerat, ex hoc noſtro excerpto ratum fuxumque tenemus. Quæ verò de baptiſmi formula, & de eccleſiis conſecrandis in epiſcome hac continentur, deſumpta plane fuiſſe ex §. II. & IV. ejuſdem epiſtolæ, quæ in editis *ad Eutherium* directa legitur, ex collatione utriuſque convincimur, quamquam excerpti nuſtræ emendationem forte & magis integrum codicem epiſtolarum Vigilii nactus, ſanctiones illas paulo aliter ac fert epiſtola vulgata ad Eutherium expreſſit. Quæ dein in ſecunda Eccleſiæ conſilio de reconciliatione in baptiſmo mcrſione, ne verbo quidem in epiſtola commemoratur; cum viciſſim plura contineat epiſtola, quorum ne veſtigium quidem in excerpto. Unde facilis conjectura, epiſtolam illam non integram, ſed ex lacinis plurium epiſtolarum confertam ad nos pervenifſe. Ante ann. ſubodoratus eſt Cl. Balutius, qui in Collectino Codice multo breviorem ac cum §. V. deſinentem nactus, cenſet omnia quæ deinceps in vulgatis editionibus epiſtolæ ſequuntur, ea præſertim, quæ de primatu Romanæ eccleſiæ, ac de appellationibus ex toto orbe ad eam devolvendis in illa enunciantur, additiria eſſe & penitus expungenda. Verum nec Balzii codex integrior eſt, cum neque ea repreſentet quæ in excerpto noſtro leguntur, nec ab anachroniſmis immunis habeatur. Baluziana etenim illa data eſt *Johanne V. C. Cof. die III. Kal. Julias*, quæ annum 538. ſignant; in ipſa autem epiſtola Paſcha proxime futurum in diem *XI. Kal. Majarum. Concilior. Supplem.* Tom. I.

enunciatur, quod nunquam fub Vigilio accidit. Forte igitur ex epiſtola ad Profuturum nonnifi priores paragraphi uſque ad quintum in editis exhibentur. Reliqua ex aliis epiſtolis five Vigilii five alterius ſuſta funt.

Denique addendum hic cenſeo epiſtolam hanc Vigilii ad Profuturum legi ibi in plena ſynodo juſtiſſe Patres concilii Bracarenſis anno 563. congregati. Ita enim legitur in actis ejuſdem concilii apud Labbe to. VI. col. 520. edit. Venet. *Relecta eſt auctoritas ſedis apoſtolicæ ad quondam Profuturum directa epiſcopum, quæ propter prolixitatem hic geſtis minime eſt inſerta.* In ea verò epiſtola regulas conferendi baptiſmi, & miſſæ celebrandæ ritum contineri conciſii ejuſdem. Patres in canonibus IV. & V. ſignificant; quæ fane duo in epiſtola Vigilii ſcic offerunt.

AD SEQUENTEM VIGILII EPISTOLAM

ADMONITIO COLLECTORIS.

Blaxius Vir Cl. e Culbertino & Riviptuenſi codice vulgavit Vigilii epiſtolam, quam datam opinor ad Clerum Romanum, & ab illo traditam legendi Galliarum, Roma agentibus, in patriam ſuam deferendam, non eum alia ejuſdem Clari epiſtola ad eoſdem legatos directa, quæ de re ege in admonitione meis ad Pagium ad A. 546. n. 3. Hinc verò epiſtolam, a Collectionis concinnatore huc usque omiſſam, hic referendam cenſeo, non eum epiſtola Concilii Romani ad Gallos, in qua Vigilii litteræ illæ inſertæ ſunt.

EPiſtola Vigilii quam fecit ante menſes ſex, tempore quo violentiam pertulit in baſilica ſancti Petri Apoſtoli in Oſtrabia, in qua a communione ſuſpendit Punantem (*ſic*) epiſcopum Conſtantinopolitanum, vel omnes epiſcopos partis Græcitarum, qui prævaricationi, vel pravo errori conſenſerunt, Theodori quondam epiſcopi Cappadociæ civitatis, qui depoſitus eſt de epiſcopatu ſuo, & gimulque damnatus fub mathematicis vinculo; ſed uſque nunc non eſt propoſita charta illa propter pietatem & Dei amorem, quia nullum vult perdere peccatorem.

Sed jam vobis Papa. Cognovit diabolum per eubdem Theodorum cordide majora iniquitatum fuarum frœna laxare. Propoſuit primitus charta conſtantionis, quæ in capite legitur. Sed ubi nulla correctio pœnitentiæ ſubſecuta eſt, ſed magis major crevit violentiarum acerbitas, ita ut iniquiſſi-

ANNO CHRISTI 540.

ma præsumptione sub gravi discrimine abstraherentur sanctissimi viri Pelagius & Tullianus diacones de basilica beatissimæ martyris Euphemiæ in Calchedonem, ubi sanctus Papa cæsus est, & diversorum sacerdotum turba conclusa, tunc demum diversorum basilicas in civitate regia & in locis celeberrimis proposita est charta damnationis præfati Theodori, vel excommunicationis episcoporum diversorum huic errori consentientibus. Quæ charta tamen ante præteritis mensis facta est, ut dictum, in basilica beati Apostoli Petri in Ormisda, sicut textus lectionis subter ostendit. Ideo istas vobis chartas transmisimus, ut cognoscatis quæ sunt acta de beatissimo Papa, vel de talibus episcopis seu diaconibus & reliquis ministris ipsius, contestantis suos ante conspectum ut ipsas chartas in provincia vobiscum deferatis, & cunctis innotescatis. Vos sciatis & Deus sine dixeritis & in die judicii mecum estitis ractionem facturi ante tribunal Christi. Et ne forte Theodorus, qui pridem Cæsareæ Cappadociæ fuit episcopus, & nunc a nobis vivens & præsens damnatus est, malitia & fraude, qua cunctis innotuit ad simulationem fidei nostræ iniquitatis suæ aculeos atque arma convertat, breviter dicimus, nos illam fidem tenere, prædicare atque defendere, quæ ab Apostolis tradita & a sanctis Patribus, apud Nicæam sub Constantino piæ memoriæ principe congregatis, in symbolo exposita est, & Constantinopolim CL. sancti patres in ipso symbolo exponentes latius declararunt, necnon ea quæ apud Ephesinam primam synodum contra impiissimum Nestorium congregata est, cui sanctæ memoriæ Cælestinus decessor noster, & Cyrillus Alexandriæ pontifex Ecclesiæ præsederunt, super his etiam ea quæ apud Calchedonem a DCXXX. patribus nostris sub Marciano imperatore definita sunt. Nihil adiicimus his quæ de fide a memoratis quatuor conciliis bene constituta sunt, nihil penitus subtrahentes; sed cuncta inviolabiliter per Dei gratiam custodimus, & anathematizamus omnes hæreticos, qui contra hos sapuerunt vel sapiunt, id est, Arrium, Macedonium, Eunomium & omnes qui errori eorum consenserint atque consentiunt; anathematizantes etiam Paulum Samosatenum, Photinum, Bonosium, atque Nestorium, & quicumque istorum blasphemiis aut præbent, aut præbuerint aliquando consensum. Item anathematizamus Valentinum, Manichæum, Apollinarem, atque Eutychem, simulque Dioscorum, & omnes qui erroribus eorum usque in die mortis suæ implicati manserunt. Sed & si quos hæreticos nominatim omisimus, & in cujuslibet erroris morbum polluti usque ad suum exitum permanserint, condemnamus, abiicimus, atque respuimus. Illa vero dogmata quæ solam fidem catholicam, quæ in suprascriptis quatuor synodis ab Apostolis tradita & usque ad se custoditam nobis tradidisse noscuntur, inviolabiliter operante gratia Domini custodimus, confitentes nos de sacramento incarnationis Domini nostri Jesu Christi secundum intellectum memoratum patrum, & beatissimi decessoris nostri Leonis, ut breviter dicamus, hoc sapuisse vel sapere, Verbum ac Filium Dei, qui intemporaliter atque ineffabiliter ex patre natus est sine matre, & est patri atque Spiritui Sancto æqualis & consubstantialis atque coæternus, cum venisset plenitudo temporis pro salute humani generis descendisse in utero Virginis, a patris gloria minime recedendo, & sine conversione suæ in carne etiam hominem factum, natum esse, matris virginis integritate reservata, quippe qui superveniente Spiritu Sancto, & virtute altissimi obumbrante, sine homine patre conceptus, unus idemque filius Dei patris & filius hominis matris. Neque enim assumpta humana natura coæternitas facta est, sed sancta trinitas mansit trinitas, adsumptione carnis singulari verbo Domini ineffabiliter conservans unius personæ sibi substantiæ Dei & hominis veritate; quoniam post incarnationem Verbi ac Dei non eum tantummodo dicimus Deum, nec tantummodo hominem, sed Deum perfectum, & eundem ipsum hominem perfectum, unum filium Dei, quem ex duabus & in duabus naturis inseparabiliter confuseque unitis agnoscimus passibilem carne & eundem ipsum impassibilem Deitate, consubstantialem Patri secundum Divinitatem, & consubstantialem nobis eundem ipsum secundum humanitatem, per omnia nobis similem absque sorde peccati. Datum VIII. Kal. Septembris imperante Domino Justiniano perpetuo Augusto anno XXV. post consulatum Basilii V. C. anno X.

AD BARCHINONENSE CONCILIUM

Anno circiter 540. celebratum

ADNOTATIO.

Anno 540. circ.

AD Concilium hoc ex Hispanis collectoribus acceptum & in Labbeo to. V. Venet. edit. vulgatum nihil addendum seu animadvertendum occurret; sed cum duorum canonum lectio dubia sit, nam alterius quidem depravata, alterius verò per conjecturam tantummodo definita est; ideo è nostro codice promenda est eorundem canonum epitome, in qua utriusque lectio optime constituitur.

Editi.

ANNO CHRISTI 544.

EX CONCILIO BARCHINONENSE

Editi.

III.

Ut nullus clericorum comam nutriat, aut barbam radat.

IX.

Jubemus verò in infirmitate positis beatificam benedictionem percipiant.

MS.

III.

Nullus clericorum comam nutriat vel barbam, sed radat.

IX.

In infirmitate juvenibus viaticam benedictionem oportet dari.

ADNOTATIO COLLECTORIS

In Canonem III.

CAnonem hunc tertium alludere ad canonem 44. Carthaginensem vix dubito, quæ si vera sint, non dubito, quin pariter sit lectio ejusdem canonis Carthaginensis. Quare reprobandam censeo lectionem ejusdem canonis, quam ex nostro codice ibidem attuli, tenendamque censeo emendationem, quæ in eundem codicem antiqua manu invecta est. Vide canonem Carthaginensem *ibidem*.

SYNODUS PERSICA NESTORIANORUM

Pro restituenda ecclesiæ illius disciplina,

Aba I. Catholico Nestorianorum præside, anno Chosroæ XIII. Christi 544. celebrata.

Anno 544.

Ex Asseman. Bibl. Oriental. to. III. par. II. pag. CLXXXI.

C*Ausam synodi hanc fuisse refert Elias Damascenus in Nomocanone*; Habuit Babæus uxorem & liberos: eoque mortuo Catholicus factus est Silas, qui itidem nec uxore, nec prole caruit. Quo defuncto, Catholici dignitatem inter se divisere Narses & Elisæus, eosque Paulus excepit, qui post biennium extinctus est; eique suffectus fuit Mar-Abas I. anno nono regis Chosroæ Anuscervani (*imo anno sexto, nam Chosroes inauguratus fuit anno Christi 531. Mar-Abas verò anno 536.*) & hactenus quidem per quindennium Catholicorum successio perturbata fuerat, propter Christianorum de ea dignitate dissidium: ex quo factum erat, ut eadem a duobus Narsete scilicet & Elisæo, simul occuparetur. Divisa itaque inter duos Catholicos prima sede, reliquæ etiam inter duos Metropolitas, vel inter duos episcopos discissæ sunt, dum suam quisque factionem tuetur. Quam ob causam odia atque schismata inter Christianos Orientales exorta sunt, omniaque susque deque permixta, atque perturbata fuere, & ecclesiæ monasteriaque in factiones scissa. Auctoritate tamen Mar-Abæ ejusque precibus dualitas Catholicorum, Metropolitarum, atque Episcoporum sublata est, & ecclesiarum regimen ad unum rediit. Mar-Abas itaque operam dedit, ut omnia illa vitia tollerentur, & ecclesiæ filii suos emendarent mores, atque religio juxta fidem, legesque Apostolorum & canones antiquorum Patrum Occidentalium atque Orientalium restitueretur. Atque hoc negotium urgere institit, datis per omnes regiones epistolis & missis legationibus. Nec his contentus, Cascaram profectus, affluentibus ad ipsum episcopis, rogatus est, ut bonum & præstantem eidem urbi antistitem præficeret. Inde una cum illa episcoporum synodo provinciam Tigris, postea Huzitidem, mox etiam Persidem circumlustravit: & ubique res Christianorum composuit, & incolas ad pacem, & concordiam reduxit, doctosque metropolitas & episcopos, & ecclesiæ regimini idoneos instituit, ejectis dissidiorum & errorum auctoribus, tum metropolitis, tum episcopis, tum etiam laicis: multoque plura in hoc negotio, quam ipse cogitaverat optaveratque, consequutus est. *Pergit coactam ab ipso Mar-Aba Synodum describens.* Deinde anno Chosroæ regis decimotertio restituit canones in regionibus Romanorum successive conditos, eosque etiam quos patres Orientales condiderant usque ad tempus quo Mar-Abas ipse dignitatem Catholici adeptus fuerat. Eas igitur sanctiones confirmavit corroboravitque, & metropolitis omnibus atque episcopis, qui unacum ipso convenerant, exactam earumdem observationem injunxit, eademque mandata per literas ad absentes dedit. *In ea synodo Canones XI. conditi sunt, quorum postremus.* Sententiæ omnium nostrum episcoporum Orientis fundatæ sunt super fidem Patrum 318. In expositione autem Scripturarum sanctum Theodorum (*Mopsuestenum quem patrem suum Nestoriani agnoscunt*) sequimur. *Extant in synodico Arabico (Cod. 27. ad calcem Tom. 2. pag. 507.) iisque præmittuntur fragmenta epistolarum synodicarum ejusdem Mar-Abæ*, in quibus disserit *de electione patriarchæ, de gradibus consanguinitatis in matrimonio observandis, deque iis qui Christi divinitatem & humanitatem non confitebantur, aut passionem ejus mortemque negabant, aut hæc divinitati accidisse asserebant. Vide Tom. 3. pag. 79. & seq.*

ANNO CHRISTI 546.

IN CONCILIUM VALENTINUM

Anno 546. adscriptum

ADNOTATIO CHRONOLOGICA.

MUltorum jam scriptorum animadversione constat, concilii hujus epocham, quales in editis legitur, mendosam esse, corrigendam e MSS. codicibus, in quibus aera Hispanica DXXXIV. cum anno Christi 546. concurrente adnotatur. Epocha huic unicam tantummodo conjecturam meam oppono. Inter episcopos qui concilio subscribunt primus omnium occurrit Celsinus. Ejusdem verò nominis Valentinus episcopus subscribit concilio III. Toletano anno 590. celebrato. Si unus idemque est concilii utriusque Celsinus, fieri vix potest, ut duo hæc concilia tanto temporis interstitio invicem sejacentur.

AD CONCILIUM ARVERNENSE II.

Anno 549. circiter celebratum

ADDITIO ET ADNOTATIO HISTORICA.

Anno 549. JAmdudum viris doctissimis animadversum est concilium hoc reipsa in Arvernis convenisse, cum ejus loci codices antiqui plures meminerint. Canones verò in eo conditos nullos affignant, sed concilii Aurelianensis V. paulo ante celebrati fanctiones sedoratæ Patres Arvernenses, & Scriptores fentiunt, & vetera manuscripta confirmant. Simondus in Tolosano codice canones XVII. priores, canone tamen XVI. præteremisso, concilii illius Aurelianensis cum præmissis ad singulos argumentis præfixo titulo concilii Arvernensis nactus vulgavit. Ex quo conjicere promptum erat, Arvernenses patres non omnes quidem Aurelianenses canones, sed paucos illos tantummodo adscivisse. Nos verò felicioribus avibus deducti, incidimus in eodicem, qui omnes Aurelianenses canones in epitomen redactos, penultimo excepto, sub titulo Arvernensis concilii exhibet. Ex quo commoda nobis provenient duo. Primo integram canonum Aurelianensium, sive Arvernensium habemus epitomen, cum Tolosanus codex nonnisi sexdecim vel XVII. priorum repræsentarit. Secundo intelligimus ab Arvernensi concilio omnes Aurelianenses canones adoptatos, uno excepto canone XXII. in quo de reddendo servo ad ecclesiæ asylum confugientem, quod qua ratione omiserit five epitomes noftræ author, five Arvernenses patres, ignoro. Quod verò scribit Simondus, in epitome canonum Arvernensium omissum esse canonem XV. Aurelianensem de Xenodochio Lugdunensi, in codice nostro fuppletum eft, sed more iis qui canonum epitomen exhibent perfunctiari, nimirum ut fanctiones conciliorum de te quapiam fingulari in legem universalem reforment. Simili exemplo in nostro codice fanctio concilii Taurinensis de controversiis primatus inter ecclesias Lugdunensem & Viennensem sic enunciatur. *Qui adroboravit in sua civitate metropolim, ipse teneat primatum.* Eo consilio in epitome noftra fic enunciatur. *Xenodochii res episcopus non appliset ecclesiæ.* In verò canones Arvernenses ut in nostro codice.

EX CONCILIO ARVERNIÆ

Francia.

I. Si quis crediderit Eutichianam vel Nestorianam hæresem, anathema sit.

II. Episcopus pro levibus causis non excommunicet alium.

III. Episcopus presbit. diac. propinquas vel externas mulieres in domum non habeat.

IV. Clericus post ordinationem ad forum uxoris reverfus, deponatur.

V. Clericum alienum nullus ordinet vel defendat.

VI. Condiciarium nullus ordinet absque conscientia Domini vel Patroni (patronii).

VII. Episcopus si sciens fervum ecclesiæ vel pauperis reddat, ipso manente in

VIII. Liberti defensionem habeant ecclesiæ, excepto eorum libertatem revocant legibus.

IX. Episcopus post mortem episcopus nec ecclesiam nec clerum ordinet. Episcopus ex laico non ordinetur, nisi annum conversum fuerit.

X. Episcopus per præmium ordinatus, deponatur.

XI. Episcopus populum non opprimat ad ordinandum corepiscopum. Per potentum vim populo episcopus si ordinatus fuerit, deponatur.

XII. Episcopo vivente alter non ordinetur.

ANNO CHRISTI 553.

XIII. Ecclesiarum, Monasteriorum, Xenodociorum res nullus retineat, nec alienet, nec subtrahat.

XIV. Nullio liceat rem ecclesiæ a principe donatam accipere.

XV. Xenodocii res episcopus non applicet ecclesiæ.

XVI. Oblationes parentum de Ecclesia qui detraxerit excommunicetur.

XVII. Contra ecclesiam vel episcopum qui causam, prius conveniat, etsi disfulerit ad Metropolitanum recurratur in synodo.

XVIII. Episcopus qui sine necessitate in concilio non fuerit, excommunicetur.

XIX. Puellæ per se, five per parentibus in monasterio traditæ fuerint ubi in. clausæ sunt, anno non mutent vestes. Puelle in monasterio ubi non sunt in. clausæ, triennio non mutent vestem.

XX. Diebus Dominicis omnis modis ab archidiaconis carcere visitentur & de ecclesias res fustententur.

XXI. Omnes leprosi victum & vestimentum ab ecclesia habeant.

XXII. Annis vicibus concilia episcoporum fiat.

ANNO CHRISTI 553.

SYNODUS PERSICA NESTORIANORUM

Pro disciplina ecclesiastica illius ecclesiæ restituenda;

Josepho Nestorianorum Catholico seu patriarcha præside,

Anno Chaforæ regis XXII. Chrisi 553. celebrata.

Anno 553. IN hac synodo canones XXIII. conditi, qui in synodico Arabico præstant. Primus adversus eos qui ecclesiasticas dignitates favore regum vel potentum usurpant: cujus canonis causam dedisse perhibetur presbyter quidam, qui ab una parœcia ad alteram translire cupiens, Josepho patriarcha & loci episcopo invitatibus, accepta ab ethnicis principibus potestate ecclesiam evertit, & fideles in carcerem conjiciendos curavit. Septimus ne quid patriarcha aut metropolitanus in synodis fuis decernant, nisi præsentibus & consentientibus saltem tribus episcopis. Decimus quartus cum duobus sequentibus, de electione patriarchæ & metropolitani, deque episcopis qui ad synodum vocati, adesse detrectant. Vigesimus adversus eos, qui ajebant, non esse executandas ecclesiæ aut monasteria in civitatibus. Vigesimus primus de fede Cæsarensi, & quod ejus episcopus post patriarchæ obitum custos est throni patriarchalis, & ad eum spectat metropolitas & episcopos ad synodum convocare. Vigesimus secundus de adeis Mar-Abæ Catholici confirmandis. Ad calcem synodi hoc adnotatum legitur. *Interfuere huic synodo complures Patres, quos inter Paulus Nisibis metropolita decrevit: quæ fuit sedium ordo, atque Nisibenus thronus secundas obtinuerit.* In principio verò. *Postquam Mar-Abas ven ecclesiasticum opus confirmassit, confutata Diabolis fraude atque factum est, ut quidam perversi homines adversus patriarcham insurgerent, conflitit-* Ex Assemani. Bibl. Oriental. to. III. par. II. pag. CLXXXII. *que criminibus oppressum in carcerem & vinculæ, in quibus etiam decessit, detrudi curarunt. Propterea perturbato ecclesiæ statu, Josephus, ut canones restitueret, episcopos ad synodum convocavit, in qua in eam sidei confessionem universi consentere, ut videlicet tres in Deo personæ & unicum subsistentium prædicarent, unicum Filii unionem memorabilem duabus subsistentiis & personis: post unicum autem unicum Christum, & unicum filium dici oportere, neque unam subsistentiam, aut unam personam:* quæ eft communis Nestorianorum hæresis.

DE SYNODIS IN ORIGENISTAS

DISSERTATIO.

ANNO 554. QUamquam studio & doctrina Clarissimorum Virorum in eximiis dissertationibus, quas de V. Synodo scripsere, multa hue usque turbida & confusa in apertam jam lucem extracta sunt; quædam tamen supersunt quæ viros alias acutissimos fugerunt, eademque nos brevi hac dissertatione non minori ac superiora illa luce illustraturos confidimus. Sunt vero hæc synodorum acta in eadem Origenis causa mistus nostra opera distincta ac disposita; sunt novæ quædam synodi, quæ a hinc latuerunt, extrusæ; sunt tandem documenta quæ uni concilio per errorem tributa; alteri debentur. Id autem plane conficietur; postquam totam turbarum in Palæstina agitatarum ab Origenistis historiam ex fide coævi scriptoris Cyrilli Scythopolitani, qui res gestas S. Sabæ abbatis literis tradidit, brevi compendio exposuero. Post S. Sabæ obitum, qui anno Christi 532. accidit, Origenistæ Palæstinæ monachi bellum adversus orthodoxam fidem, jam non ibi ultra ex validissimo adversario metuentes, palam invehere cœperunt, brevique adeo invalescerunt viribus, ut Lauris & monasteriis subjectis majori Laura, cui ad id usque

ANNO CHRISTI 534.

usque S. Sabas præfuerat, ad se tractis, vires & arma in ipsam majorem Lauram converterint. Id equidem tunc inani successu tentatum est; sed non sine ipse melioris deliberationis fructu. Nam interim relicta, ad corripienda reliqua Cœnobia per Palæstinam universam excurrerunt. Ita dilatata per has regiones hæresi, factionis illius principes Dogiones Antonius & Leontius Constantinopolim venerunt, ubi simulatæ pietatis illecebris Justinianum ad se trahentes, principis favore illi & quidem Galatiæ, hic verò Cappadociæ episcopatum involavit.

Ita res constituæ per Palæstinam usque ad obitum Melitæ, qui post decessum S. Sabæ res Lauræ illius curaverat, perseveravere; cui tandem decedenti anno 536. successor datus est Celsinus monachus ſi quis alius orthodoxus. Tunc novi ab Origenistis tumultus; cum enim Antipatri Bostrensis episcopi librum, olim ab eo scriptum adversus apologiam Eusebii Cæsariensis pro Origene, palam legendum in ecclesia curarent, ea lectione offensi quidam coitiones fecerunt primum, dein publicas in vicum orthodoxum fecerunt. Malo huic resistendum aperte vi sanctissimi Lauræ hujus monachi, qui ab hæreticis exterminari e Cœnobio. Rixæ hinc & pugnæ, restitentibus illis ne Origenistæ pervaderent in Lauram, his permittere in claustra nitentibus. Accidit inter hæc, ut episcopi plures in Palæstina ad synodum convenirent, Paulum Alexandriæ episcopum e fide tua depulsuri. Abrogationem hanc Pauli in annum 543. circiter referendam esse docte eruditi; anticipandam tamen aliquanto, ex iis quæ mox dixero conſtabit. Hac tumpta occaſione, Origenitæ *Eusebii Pape* authoritate (quis ille fit Eusebius, Præsbyter ne infignis, an Episcopus, quod poſtremum Cotelerius in notis ad Cyrillum maluit, incertum) coegerant Gelaſium ut in Lauram recipierentur. Vix ingreſſi orthodoxos quos Cœnobii patres qua injuriis, qua inſectationibus vexandos cœperunt; quod illi non ultra tolerare valentes, dilapſi sunt Antiochiam ad Euphratem principatum, quem de omnibus certatiorem fecerunt, ſimulque Origeniſtarum, blaſphemias traditis libris expoſuerunt. Ille, ut erat orthodoxæ fidei ſtudioſus, *ſtrenue aſſurgit*, ait Cyrillus, *ac publice Synodum Origenis dogmata anathematis* fubiicit. En novum in Origenistas concilium Antiochiæ, ut opinor, habitum, de quo tamen nos inſtitias. Oſtenſi ea cenſura Origenitæ Palæſtini inſtabant apud Petrum Hieroſolymæ patriarcham, ut Euphratenſi nomen e ſacris dyptichis tolleret. Tunc Sophronius & Geſaſius Orthodoxæ partis principes monachi libellum Origeniſtis oppoſitum eidem archiepiſcopo ſtatim obtulerunt, poſcentes ne quid Imperio in Euphratenſem derogaretur. Hunc *libellum ubi accepit Archiepiſcopus*, ait Cyrillus, *miſit ad Imperatorem, cum literis ſuis, quibus innovatione Origenſtarum refellebat. De libello accepto imperator edictum adverſus Origenes decreta edidit. Edicto Menas Conſtantinopolitanus patriarcha ſubſcripſit ut* [illegible] *ſynodus*. Hæc eſt ſynodus illa Constantinopolitana, quam conciliorum Collectores Venetus cum Valeſio & Garnerio cum

ANNO CHRISTI 534.

anno 543. componit. In multis tamen erraſſe viros illos doctos inferius demonſtrabo.

Magis magiſque ea condemnatione exacerbati Origeniſtæ, quibus animum addebat Theodorus quidam cognomento Aſcidas, Cæſareæ in Cappadocia epiſcopus, qui Conſtantinopoli agens, quem ſe in animum imperatoris eam infinuaſſet, omnia pro arbitrio agebat, in Orthodoxos Palæſtinæ Monachos impotenter debacchari cœperunt. Orthodoxi patientiæ diu advefaſſes ferre; poſtquam Geſaſium abbatem ſuum mittendum Conſtantinopolim judicarunt. Venit ille, ſed omnes ad imperatorem aditus ſibi ab adverſariis obſtructos reperiens, inanis rediit. In itinere *cum Anaſtasium pervenisſet*, ait Cyrillus, *obiit menſe octobri indictione nona*, ideſt anno 545. Eo fubiato, turbandi, miſcendi & aggrediendi omnia hæreticis poteſtas fuit; Maximæ Lauræ, quæ S. Sabæ cœnobium erat, Georgius Origeniſta abbas datus eſt. Verum eo poſt ſeptem menſes defuncto, anno feliciter 546. res ad Orthodoxos rediit, qui Caſſianum præfecerunt, eidemque poſt menſes decem, ideſt anno 547. decedenti, Conon aſcetæ fidei & morum ſanctimonia inſignis ſucceſſit. Sub hoc Origeniſtarum furore nova iterum Monachorum profectio Conſtantinopolim facta eſt, Conone abbate eiuſdem legationis principe & authore. Magna quidem & tunc paſſi ſunt Monachi illi, ſed tandem e vivis ſublato Petro Hieroſolymæ patriarcha & intruſo ab Origeniſtis Macario, factionis ſuæ homine, Imperator rei indignitate cognoſcens hæreticum abrogavit. Tunc verò *Conon abbas & ſocii*, ait Cyrillus, *opportunitate temporis accepta, qua ad ipſos perſonabam imperatori nota, precati ſunt, libellum ut traderetur, univerſarum Origeniſtarum impietatem manifeſtarunt..... Piiſſimus imperator tum Euſtorbium* (vium Conſtantinopoli) *Patriarcham Hieroſolymæ fori ſtruxit, tum ecumenicum ſynodum ego mandavit*, ſynodum nempe quintam ecumenicam anno 553. celebratam. Tum profequitur Cyrillus, narrans in quinta illa ſynodo ſententiam dictam fuiſſe in Origenem & Theodorum Mopſueſtenum, eorum dogmatibus abjectis & refutatis. Hujus ſynodi acta Hieroſolymam miſſa ab Imperatore, omnes Palæſtinæ epiſcopi manu & ore confirmarunt; nec diu poſt Origeniſtarum monaſteriorum plures ad ecclefiæ fidem redifſe addit; reliquos verò ſolum coactos verſtitie, atque ita pacatam provinciam anno ab obitu S. Sabæ vigeſimo tertio, ideſt Chriſti 554. quieviſſe.

Ex hac narrationis ſerie nonnulla ſunt in primis præſentem deducenda. Ac primo quidem occurrit ſynodus Gazæ in Palæſtina celebrata ad Paulum Alexandriæ præſulem evadendum. Hanc de ſynodo quidem in Palæſtina habita perſpicua ſunt verba Cyrilli. *Adfuerunt in Palæſtina Euphratenſis Antiochiæ patriarchæ, & Papa Euſebius propter Pauli Alexandrini epiſcopi expellionem, ad quem Pappum Euſtorbium Hieroſolymam profectum poſt ſolutam ſynodum &c.* Gazæ verò habitam deduco ex Liberato in Breviario cap. 22. ſcribente. *Miſit imperator Iuſtinus diaconum & apocrifiarium primæ Sedis Romanæ*

ANNO CHRISTI 534.

ANNO CHRISTI 534.

manæ Antiochiam cum facris fuit, quibus præcepit ut cum Euphratenſis ejuſdem urbis epiſcopo & Petrus Hieroſolymitæ & Hypatius Epheſinæ reprimunt Gazam & Pauli epiſcopo (Alexandriæ de quo hic agit Liberatus) *pallium auferrent, cunque deponerent. Peligius ergo cum memoratis patriarchis & aliquantis epiſcopis venit Gazam, & ſuſpendentes Pauli pallium, depoſuerunt eum, & ordinaverunt pro illo Zoilum*. De anno nihil habeo certi, quod proſcram, cum Alexandrinorum præſulum chronologia ejus temporis implexa ſit, teſte Pagio in critica Baronii ad A. 537. 3. Cum tamen ab accuratiſſimis omnibus chronologis Pauli depoſitio & Zoili aſſumptio anno Chriſti 543. aſſignetur, ideo ab illis duplici tantum anno diſcrepandum aſſumo. Cujus opinionis mee ratio inde petitur, quod ex Cyrillo conſtet poſt ſynodum de Pauli abdicatione celebratam, Origeniſtas prævaluiſſe in Catholicos, coque e magori Laura expulſiſe, pulſos verò Antiochiam profectos ab Euphratenſis ſynodi eam impetraſſe contra Origeniſtas, qua ſynodica Hieroſolymam delata Origeniſtas Euphratenſi nomen e ſacris tabulis deferi claimtaſſe: his verò oppoſitum a Catholicis libellum, quo Conſtantinopolim a patriarcha tranſmiſſo Juſtiniani editum in Origeniſtas prodiiſſe, quod Menna patriarcha in ſynodo Conſtantinopolitana probavit. Hæc ſynodus eſt Conſtantinopolitana anno 543. habita. Quis verò non ſtatim intelleverit nam nulla hæc uno eodemque anno geri nequaquam poſſe, ſed vel integrum biennium exegiſſe? Stet ergo ſynodum Gazenſem, de qua ſilent Collectores, ad annum 541. conveniſſe.

Concilium Antiochenum anno 542.

Ex eadem rerum geſtarum narratione deducitur concilium Antiochenum, cujus ſynodica Origenis dogmata cenſura inuſta ſunt, ad annum 542. commode referri poſſe. Hujus pariter ſynodi mentio nulla a Collectoribus.

Conſtantinopolitanum anni 543.

Succedit ordine concilium Conſtantinopolitanum ſub Menna anni 543. cujus in hiſtoria ab omnibus hac uſque ſcriptoribus Dubitanter, ſed non paucâ ageret, de quibus non nihil conſtabat. Origeniſtarum libellos Palæſtinæ Monachi Imperatori ſibi porrexerunt; ſemel quidem Geſaſius & Sophronius, quorum nomine inſcriptus libellus, & Petro archiepiſcopo Hieroſolymæ oblatus, tranſmiſſus eſt ad Juſtinianum, a quo & edictum adverſus Origeniſtas & ſynodum a Menna celebratam anno 543. impetravit. Iterum verò a Conone & ſociis non diſſimilis libellus datus eſt Imperatori, qua occaſione ſynodus V. generalis anno 553. indicta eſt. Non ſatis duos hoſce libellos diſtinguentes ſcriptores multiplicem lapſi ſunt, anno concilio Conſtantinopoli celebrando anno 543. cauſam dediſſe. Cononis & ſociorum libellum; cum re ipſa libello alteri Sophronii & Geſaſii id tribuendum fuerit. Cum verò anno Imperii Gregio lib. 4. cap. 38. Cononis libellum cum Synodi V. hiſtoria conjungi, duas, tempore valde diſtinas hiſtorias, perperam ab eo confundi arbitrati ſunt. Re tamen vera quod arguatur in Evagrio nihil eſt, niſi hoc forte unicum, quod prioris libelli a Sophronio & Gelaſio ſcripti non meminerit. Quid ſi vero edictum illud Juſtiniani in Origeniſtas, me profecto latet; niſi ediſti nomine indicari opinemur epiſtolam Juſtiniani ad concilii hujus patres, quos in damnandis Origenis dogmatibus præit. Hæc epiſtola in editis loco non ſuo reponitur, adjuncta eſt enim cæteris documentis ad Synodum V. pertinentibus. Quoad annum denique Conſtantinopolitani hujus concilii, quo recedam ab anno 543. cui a Chronologis aſſignatur, nihil occurrit; quamquam id melius ex mea chronologia quam ex aliorum calculo evinci poterit. Si enim admiſerimus, cum reliquis vulgo Chronologis, Zoilum anno 541. Alexandrinam cathedram aſcendiſſe; cum ab ejus exordio uſque ad concilium hoc biennium ſaltem fluxerit, ut ſupra demonſtravimus eſt; ex eo calculo ad annum 543. duceremur. Illud inſuper conſtat ex Cyrillo, ſynodum hanc annum 545. aliquandiu præceſſiſſe, cum anno ille 545. Geſaſius abbas deceſſerit; qui fane monachus poſt concilium Conſtantinopolitanum ſat temporis habuit, ut non paucâ ageret, de quibus non in ſuperioribus.

PELAGIUS PAPA I.

Sedit ab anno 555. uſque ad 560.

AD EPISTOLAM III. ET IV. PELAGII I.

Ad Narſetem

ANIMADVERSIO CRITICA.

Anno 555.

QUemadmodum V. Cl. Antonius Pagi in Critica Baronii epiſtolam X. Pelagii I. ad Childebertum ex duplici fragmento duarum plane diverſarum epiſtolarum, conferam ede animadvertit; ita plane & hoc idem aliis ejuſdem Pelagii epiſtolis accidiſſe non dubito. Geminæ ad Narſetem epiſtolæ, illa nempe quæ num. V. & altera quæ num. III. apud Labbeum leguntur, unam eandemque continuatam epiſtolam exhibent in fragmento, quod Holſtenius vulgavit, lectionis Collectionis Veneto-Labbeanæ, lib. VI. & Valeriano Patricio inſcribitur: quod ſane fragmentum primo quidem totam epiſtolam quintam ad Narſetem reddit, cui unica ferie ſuccenturiata eſt epiſtola III. Nec fane geminæ illæ epiſtolæ argumentum habent diverſum, neque altera ab altera ſejungi commode poſſet.

PELA-

ANNO CHRISTI 555.

PELAGII I. EPISTOLARUM FRAGMENTA.

PELAGIUS AGNELLO RAVENNATI.

Ex Balt. Miscell. tom. V. pag. 464. dec.

FRaternitati tuæ injungimus ut eligas talem virum in presbyterum, qui fixus in religione, & bonus in moribus, & in reflendo adversariis efficax posse existere, & dirigas ad fanctum virum gloriosum Joannem Patricium, hoc ei ante præcipiens, ut nullum alium præter meum & tuum nominet nomen inter sacra mysteria.

IDEM MARCELLO

Episcopo Sevionensi. (a)

CAritati tuæ quæ observare debet significare curavimus, ki est ut Valentino clerico, cui mulier cum alio ante velata, non tamen ei nupta, sed virgo permanens, post mortem ejus, cum quo velata erat, professo, (*) conjugali est copula sociata, quia interim velamen accepérit, nullum in proinovendo generetur obstaculum, quia nihil est, quantum ad hunc articulum pertinet, quod ei de canonicis obviet constitutis. (b) *Et post pauca.* Pari etiam auctoritate mandamus, ut & de monasteriis probatæ vitæ monachos debeas ad sacratos ordines pro- C movendos eligere, eo duntaxat moderamine custodito, ut neque monasteria ab optimis personis ex toto vacuata reddantur, neque ecclesiæ *remanentant sine sacerdotibus dejectuæ.*

(*) *Codex omnes MSS. ignotis.*

NOTÆ IN HAS EPISTOLAS.

(a) *Sevionensis.* Ita par. 3. cap. 113. hoc ipsum fragmentum recitans in epistolæ inscriptione *Arvernsi pro Sevionensi* legit.

(b) Hucusque Gratianus 20. cap. Valentinus Dist. 34.

PELAGIUS JOHANNI

Episcopo Lavinati.

NOstræ auctoritatis præceptionibus libenter duximus annuendum, dececentes, & præsenti delectioni tuæ auctoritate mandantes, ut de monasteriis in Lucania & Samnio constitutis possessionibusque eorum, omni penitus sive consortium tuorum sive cujuslibet laici potestate submota, sed nec tuæ quoque caritati, quantum ad privata compendia pertinet, aliqua permissa licentia, sola facerdotalis cura pro utilitatibus prædictorum monasteriorum gubernandis, possessionibusque eorum, quæ sunt profuturæ diſponas, ut nihil in his, sicut præfati Fesumus, privatis compendiis vendicando, ea tantum quæ ipsis monasteriis utilitatisque eorum, tam in dispositione congregationum, quam in cultura possessionum ad ea pertinentium necessaria esse perspexeris, A comperenter exerceas, & diligenti studio pecagere non prætermittas; omni quibuslibet laicis, sive in præfatis monasteriis, sive in possessionibus eorum, quicquam gerendi vel disponendi interdicta licentia.

ANNO CHRISTI 555.

PELAGIUS JULIANO

Episcopo Cingulano.

TErata frequenter justione præcipimus, ut non hæc negligenter, sed omnia fideliter & strenue agas, nec in aliquo gravari patiaris ecclesiam. Nam de municipiis meum esse, quia illud tibi jussimus, ut viros, qui forte gynecæo utiles esse possunt, concedas illis, ita tamen ut pro artificii ipsorum merito in agricolis compensentur ecclesiæ. Nec enim quisquam æstimationis est artifex & ministerialis puer contra rusticum vel colonum. Ita ergo ista, quæ domui ipsorum sunt utilia, concede, ut tu compensationem de agricolis non remittas. Vide ergo ne tales sint homines, qui vel continere castas vel colere possint, & illos tollas qui inutiles sunt. *Et post alia.* Nam de tutelis, & qui possunt condudores vel coloni esse, si capillum relaxaverit, nulla erit ratio, quæ me cuca re placare prævaleat. *Et infra.* Ext. universa quæ neglexeris necesse est compensari.

B

IN HANC EPISTOLAM

Adnotationes.

Ulterius Gr. Juliani episcopi Cingulani mentio habetur in sententia Papæ Vigilii adversus Rusticum & Sebastianum. BALUZ.

Gyneræ utiles Gr. Idest pannis ex lana texendis aptos. Cum enim lanificium nobilebet plerumque opus esset, hinc ufus obtinuit, ut opus lanificii texturam gynecæum ex Græco *gynè mulier* appellaretur. Vide Cangium V. Gynecæum.

PELAGIUS PAPA JOHANNI

Magistro militum.

PAterno vos salutantes affectu, petimus, ut, si prodesse catholicæ paci contendis, Paulinum Forosimpronienſem pseudopiscopum ad nos sub digna custodia dirigatis. Satis enim turpe est, ut vestram vivacitatem illic positam illudere glorietur, & nec comprimi a vobis, nec detineri posse ad fuam. fuperbiam judice. Nolite ergo multum & in vestris protumpentem injuriis conrumaclam vagari permittere, sed præfatum pseudopiscopum, vestrorum hominum solliciturdine detentum, ad nos, sicut dictum est, dirigere festinate.

D

ANNO CHRISTI 555.

AD SEQUENTIA PELAGII PAPÆ *Decreta*

COLLECTORIS PRÆMONITIO.

QUanquam in colligendis & in certas fedes referendis fragmentis decretisque fummorum Pontificum, quæ sparsim in decreto Gratiani legantur, operam non admodum diligentem adhibendam censui, quod liber omnium manibus teritur; hæc tamen Pelagii decreta ut simul darem, unica hæc ratio fuit. Collectionem scilicet hanc in meos usus paratam habebam, quæ sicut Labbeus fi quæ erant ab aliis collecta Gratiani decreta ad certum aliquem, pontificem pertinentia in opere suo inseruit, ita & mihi, tantum sequuto ducem, præstandum duxi. Qui sane labor meus in colligendis Pelagii I. decretis in eo acciit commodior, quod apud eundem Labbeum Pelagii II. decreta ex Gratiano derivata legantur; quare utriusque Pelagii decreta in Collectione conciliorum lectores impoiterum, fruentur. Volo tamen norint, me hic omnia tradere quæ sub Pelagii nomine nulla additia designatione sive primi, sive secundi apud Gratianum legantur; nec tamen vadem me exhibeo omnia hæc ad primum reipsa pertinere. Denique singula hæc contuli cum præstantissimo meo Decreti codice Ms. de quo egi in Præfatione, & variantes ad ea tam pagellæ diligenter adnotavi.

B

PELAGIUS PAPA

Cresconio Illustri.

Grat. X. q. 3. C. Illud magistratuum.

ILlud magnitudinem tuam minime voluisse ignorare, quod Syracusanæ civitatis episcopus inter alia, quæ in cautionum fuarum pagina ſpopondit, hoc etiam specialiter sub interpositione pœnæ legitime promiſſe legitur, nunquam ſe a quolibet suæ diœceſis presbytero ultra duos ſolidos cathedratici nomine petiturum, nec per quamlibet aliam occaſionem quidquam in ejus ſe diſpendio eſſe geſturum. Quod magnitudo tua non ſolum a præſato epiſcopo, ſed de omnium epiſcoporum Siciliæ perſonis competenti ſolicitudine cuſtodire non deſinat; nec ipſa quoque prandia enormia fieri, ſed ſecundum mediocritatem unia cujuſque loci epiſcopo ad conſignationem venienti ſuſceptionis præparari convivium; quia nec eo præterea pauperibus nocet damna voluptuus, aut qualiber ratione permittimus.

C

PELAGIUS CRESCONIO

Illustri.

(a) In Ms. codice. *ne quisquam.*

X. q. 3. ca. Illud te.

ILlud te volumus modis omnibus cuſtodire, ne qui (*a*) epiſcopum Siciliæ deparochiis ad ſe pertinentibus nomine cathedratici amplius quam duos ſolidos præſumat accipere: neque compellere presbyteros, aut clerum parochiarum ſuarum ſupra vires ſuas eis convivia præparare.

Concilior. Supplem. Tom. I.

D

PELAGIUS BENEGESTO

Defensori.

XI. q. 1. c. Excelentiæ.

(a) *Sic* in cod. MS. deest.

EXperientiæ tuæ præſenti auctoritate mandamus, ut in cauſis, in quibus quærimet ecclesiaſtici officii perſona loco petitoris exiſtit, quemquam laicum pulſatura apud ſuæ (*a*) *Sua* provinciæ judicem cuas proponere actiones non deferat. In iis vero negotiis, in quibus eccleſiaſtici officii perſona pulſatur, turius ſubmoto pulſationis obſtaculo, apud vel presbyterorum *in loco*, ubi quæſtio vertitur, conſtitutorium occurrat indifferentes examen.

IDEM SERGIO

Cancellario.

X. q. 1. ca. Si quiſquam.

SI quiſquam clericus, five inferioris, five potioris gradus petitor exiſtat, & contra laicam perſonam ſuas dirigat actiones, ille modis omnibus non alibi quam apud provincie illius rectorem negotium ſuum diſcurus occurrat. Si quis autem laicus clericum cujuſcumque gradus duxerit eſſe pulſandum, ad epiſcoporum judicium in eadem civitate, vel territorio conſtitutorum propoſitis eas, quas ſe habere exiſtimat, actiones. Quem ordinem legibus per omnia convenientem, atque congruentem demonſtrari illa regula manifeſtat, quæ præcipit actorem ſorum ſemper ſequi pulſati. Clericis verò pulſatis in epiſcopali (*a*) judicio forum comperere, Principalium quoque ſanctionum denignat auctoritas.

(a) Cod. *meus epiſcoporum.*

PELAGIUS HOSTILIO

Epiſcopo.

XII. q. 2. ca. Augudino.

AUguſtino noſtræ ſedis notario ſuggerente didicimus, quod ei dilectio tua ca. Augudirectis apicibus indicaſſet, quoſdam de clero tuo, & maxime parochiarum ad te pertinentium non pauca ſacrata vaſa, vel miniſteria diſtraxiſſe, & aliqua hujuſmodi perpetraſſe, quæ a religioſo aliena ſunt propoſitum. Charitatem verò tuam (ut hoc comperenti ſolicitudine inſegui debeat, vel ulciſci) noſtræ præceptionis authoritate cupio communiri. Qua de re præſentibus mandatis affatibus, ut competentis vivacitatis inſtantia quidquid de ſacratis vaſis vel miniſteriis a quolibet clericorum uſurpatum vel diſtractum fuiſſe compereris, hoc cujuſquam mora interventu exigere non dimietas, & eccleſiaſticis uſibus reformare.

E

PELAGIUS PAPA PAULINO

Solitario. (a)

(a) *Codex meus Sebastio.* (b) Ibid. *Labertæ.* (c) Ibid. *Julianum.* (d) Ibid. *Probianum.*

XVI. q. 1. ca. Probianum.

PRobinum Phariæ (*b*) & Millianum (*c*) atque Probinianum (*d*) vel alios pseudo-monachos Joanni defenſori præcipimus ut eos debeat detinere, quatenus ſi quam. defiderant fuæ contentionis rationem cognoſcere, ad nos ut informentur debeant exhiberi.

ANNO CHRISTI 555.

beri. Certe si sola obstinatione ab ecclesiastico corpore sunt scissi, in Reatina (a) cur pertiti) insula ut exulent præsidio defensori duximus injungendum.

ANNO CHRISTI 555.

Canoni huic ab Anselmo Lucensi in sua collectione adjungitur canon alius, qui est in ca. 18. q. 2. can. Eleutherius. Ideo hunc ipsum canonem hic damus tanquam ejusdem Pelagii epistolæ ope ab eo scripta expositum fortasse. Idemque canonem sequuntur sunt Romani correctores Gratiani, qui canonem illum Eleutherius, prout sub Gelasii titulo exhibetur Pelagio restituerunt.

PELAGIUS PAPA

Antonino (a) Patricio & Decio.

(a) In cod. mss. Antonina & Dextr. XVI. q. 1. ca. De præsentium. (b) Ibid. quæ desit. (c) Valde emendatum.

DE præsentium portitore quod defensor factus non est, nulla vobis animi molestia sit, quia vere (b) satis amarifimum (c) habeo de isto proposito ad illud officium homines deduci, in quo nullo modo, quæ a monachis Deo promissa sunt, valeant adimpleri. Omnimoda enim est illius habitus, & illius officii diversitas. Illic enim, quies, oratio, labor manuum; ac hic causarum cognitio, conventiones, actus, publica litigia, & quæcunque vel ecclesiastica inlitata, vel supplicantium necessitas poscit. Faciat autem Deus ut tales sint hi, qui vel a nobis in isto habitu nutriuntur, vel in monasteriis crescunt, ut provehi erare, & vita probata non ad dirigiorum officia, sed ad sacerdotium valeant promoveri.

PELAGIUS PAPA

Bono episcopo Sabinali.

XVI. q. 1. In Parochia. (a) in meo cod. *pertyheri*.

IN parochia tua, basilica S. Laurenti, quæ in possessione filii, & consitiarii nostri, viri magnifici Theodori fundata est, officium presbyteriorum (a) dicesse cognovimus. Et quia præfatus filius noster nobis retulit se invenisse Ruffinum quemdam monachum, ossum sibi vita, religione & moribus comprobatum, & hunc postulat ibi presbyterum confecrari, (quod fatuit) nos perrogata observantia non aequievimus; ideo dilectio tua his literis accepeis sabbato veniente faciat eum diaconum, & si Deus voluerit & vixerimus mediana hebdomada presbyterum faciemus; quarenus superveniente paschali festivitate sacra ministeria in memorata basilica a persona competente valeant adimpleri.

PELAGIUS PAPA

(a) Codex mss. *Mellitæ*.

Mellito (a) Subdiacono.

Can. Abbatem monasterii, q. 2.

ABatem in Monasterio illum volumus ordinari, quem fibi de fua congregatione & monachorum electio & poffeffionis dominus, & (a) quod magis observandum est) ordo vitæ ac meritum popofcerit ordinari.

PELAGIUS PAPA.

Dist. 91. cap. Eleutherius. (a) In meo cod. *Gesti ordin.*

ELeutherius frater & coepiscopus noster (a) queritur clericos suos fibi contra canones superbire, & id quod nobis jubentibus fuit in scrinio cautione promist, ut quotidianis diebus vigilie in ejus celebrentur Ecclesia, illis contemnentibus; implere non posse; sed magis unumquemque suis propriis officiis (ervitio) vacare negotiis; & ideo experientia tua eos, quos sibi videbitur emendare contumaces, debita objurgatione compesce, & modis omnibus vigilias impelle.

PELAGIUS PAPA GAUDENTIO

Episcopo.

MUlti sunt qui in nomine solummodo Christi una nuctione se asserunt baptizare. Evangelicum verò præceptum, ipso Deo & Domino nostro Jesu Christo tradente, nos admonet in nomine Trinitatis, trina etiam mersione, sanctum baptisma unicuique tribuere, dicente Domino discipulis suis: (a) *Ite baptizate omnes gentes in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti.* &c. *Huic forte canoni continuata serie adjungendus est alter de confer. dist. 4. can.* Si revera. *Ideo hic statim datur.*

PELAGIUS PAPA GAUDENTIO

Episcopo.

SI revera hi de hæreticis, qui in locis tue dilectioni vicinis commorari dicuntur, simplummodo se in nomine Domini baptizatos fuisse forfitan confitentur, fine cujusdam dubitationis ambiguo eos ad catholicam fidem venientes, in sancte Trinitatis nomine baptizari

ANNO CHRISTI 555.

prinabilis. Sin verò apud dilectionem tuam eorum qui converti volunt manifesta confessione clarueriut, quod in nomine Trinitatis fuerint baptizati, sola reconciliationis impenda gratia, catholicæ fociatæ fidei maturabis: ut tali dispositione servata, nihil aliter, quam quod evangelica juber auctoritas, temeritatis cujusquam spiritu videatur effectum.

ANNO CHRISTI 555.

PELAGIUS PAPA JOANNI

Patricio.

Can. Relegentes XXIII. q. 5.

RElegentes literas excellentiæ vestræ de injuria quidem, quam vobis inquiorum hominum præsumptio ingessit, valde dolui mus. Sed quia scimus occulto Dei judicio animam vestram, etsi per aliorum iniquitatem superbiam, a contaminatione schismatis custoditam; egimus omnipotenti Deo gratias, qui etiam de malis hominum actibus bona operari consuevit. Nec enim sine illius providentia factum esse credendum est, ut insensati & perversi homines ad hoc usque prosilirent, ut suam divisionem catholicam esse credentes ecclesiam, a fua vos pollutione prohiberent. Sic enim per misericordiam Dei, etiam nescientibus illis, hoc factum est, ut a schismaticorum factione eruti, catholicæ, quam diligitis, servari vos contigisset ecclesiæ. Quamvis igitur vestra per illorum scelus utilitas facta sit; nolite tamen impunitam præsumptionem iniquorum hominum gratiari permittere. Si enim hoc, quod in vestram gloriam præsumpserunt, non fuerit vindicta compressum, quod in minoribus nonvaleant pariter, ambigi ultra non debet. Exercete igitur in talibus debitam authoritatem, & ne eis amplius talia committendi spiritus crescat, vestris correctionibus reprimatur. Ad hoc quidem Dei nutu etiam contra vos talia præsumpserunt, ut talia vobis corrigendibus, ab eodem scelere alios possitis, Deo propitiante, munire. Quales autem sint, qui ecclesiam fugiunt, Estasii vos scelera (quæ amplius occulta Deus esse noluit) evidenter informant: qui in homicidio quidem nec hominis necessitudinem, nec fratris charitatem, nec facerdotii reverentiam cognivavit. Incestuoso autem adulterio etiam ipsius virginitate abstulit modum: quia fi ad interitum panias, non remanet in quo vindicetur incestus. Si incestuoso ingeras pœnam, inultum crimen adulterii remanesit. Ecce dequo colegio fugit, qui, quantum ad superbiam fuam, injuriam vobis infcire mollit fari; & quantum ad providentia n Dei, impoltus vos ecclesiæ ferwaverunt. Auferte tales ab ifa provincia: unimini obtara vobis a Deo opprimendi perfidos occafione. Quod tunc plenius fieri poterit, fi authores scelerum ad clementiffimum principem dirigantur; & maxime ecclefiæ Aquileiensis levator, qui & in fchifmate & in eo maledictus, nec honorem epifcopi poterit retinere, nec meritum.

(a) Cod. mss. *Ecclesiæ*.

PELAGIUS PAPA

Anglia (a) episcopo.

APoftolicæ authoritatis exemplo didicimus, errantium & in errorem mitten- tium fpiritus redendos effe Satanæ, ut blafphemare desifcant.

(a) Vatic. *Angelorio*. XXIV. q. 3. ca. Apoftolicæ.

PELAGIUS PAPA

Sindulæ (a) Magistro Militum.

(a) MS. Cod. meus *Sindulæ*.

CHartæ quas dedit nobis Lucidius fi illo tempore adversarius ipfius fuit, valide erant. Sed quia adversario absente gefta quæ nobis recenfuit fatis leguntur, talia leges non recipiunt.

PELAGIUS SINDULÆ

Magistro Militum.

Tom. p. 8. ca. & contra legem dum fit ex ancilla genitus, legitimum filium tentat afturere, fenibus noftris qualiber forte fubripiat, qui Montanianum illum, de cujus fubftantia agitur, conftat fine proprio liberis deceffiffe, & germani fratris filios, qui ei legitimi fatione, fuccedunt, fuperftites dimiffe; ac propterea item Montanianum, de cujus fubftantia agitur, nullam habere in illius defuncti fucceffione perfonam. Nam etfi principalia facra promeruit, hoc illis legitimis fucceffo ribus præjudicare nihil potuit; quia ipfe, clementiffimus Imperator generales leges protulit, quibus jubet nulli, qui in precibus fuis deprehenditur effe mentitus, ea facra prodeffe quæ meruit. Qui enim effet naturalis, fe contra veritatem dicit effe legitimum, quod nulla ratione monftrari lege potuit.

IDEM DECORATO

(a) Patritio.

(a) MS. Cod. *Decoratæ*. Can. Rarorum.

HOrtamur ut fub timore Domini confectam conficientiæ veftræ finceritatem in hoc quoque negotio conservantes, omnem. tamur perfonis, quæ veritatem caufæ illius fcire p. poffunt, faciatis amputari fcrupulum, & veftris præfentari confpectibus, tactis facrofanctis evangeliis, præbito etiam legalitee facramento, quæ in veritate rerum noverint, profeffione fua teftificationis aperiat. ut partefactis omnibus, quæ fecundum leges & juftitiam cenfenda funt cognofcatis, & competentem legibus & veritati terminum detis.

IDEM JOANNI

Comiti.

DIcenti facras juffiones fe habere præ manibus, refpondimus fcire illum oportecenti 23. ec, quod ipfe clementiffimus princeps gene- q. 2. ra-

ANNO CHRISTI 555.

ralibus legibus constituerit, illa facta aniuſcujuſque ſuppllicantis deſiderio conceſſa præ- A valere & effectui mancipari, quæ cum juris & legum ratione concordant: ea verò quæ ſubreptione, vel falſis precibus fortitan impetrantur, nullum ſuppllicantibus ferre remedium.

IDEM ARMENTARIO.

Magiſtro militum inter cætera.

XXV. ex Epiſcopalibus. Poſſeſſionem eccleſiæ jura, documentorum quoque intercedentium fuerint authoritate firmata, nullatenus ab his diſſecendi libertas pontifex, vel ſi vult, permittatur habere licentiam.

IDEM PETRO EPISCOPO

Potentino.

ex. Dilectionis. Dilectionis tuæ ſcripta ſuſcepimus, quibus ſignificas Latinum, eccleſiæ Grumentinæ Diaconum, ad epiſcopatum Marcellianenſis eccleſiæ, ſivu Claritanæ ab omnibus fuiſſe electum: quod jam ante hoc tempus retuliſſi, & juſſimus ut veniret, credentes eos de perſona ejuſdem ab epiſcopo ſuo diligentius acceptiſſe. Quod ſi modo fecerunt, ſcribe eum velociter ad urbem Romanam occurrere, ut ſi Deus juſſerit in ſabbato magno poſt horam baptiſmi ordinetur. Quod ſi ante memoratam diem non occurrerit, cognitur uſque ad quarti mentis jejunia ſuſtinere.

IDEM JULIANO (*a*)

Epiſcopo Grumentino.

(*a*) MS. *Tulliano.*

ex. Literas Dil. 63. Literas charitatis tuæ ſuſcepimus, quibus ſignificas Latinum Diaconum tuum ad epiſcopatum eccleſiæ Marcellianenſis a clero, & omnibus, qui illic conveniunt poſtulari. *Et infra.* Sed nunc hoc dilectio tua ut ii eum omnes eligunt, & vis eum conſecrare, gratum nobis eſſe cognoſce; etſi potuit ante diem ſanctum (*c*) feriunt occurrere, ut vel ſabbato ipſo octavis magnæ poſt baptiſmum cum Dei gratia valeat ordinari.

(*b*) In MS. hæc omnia continuantur, nam poſt illud *poſtulari* additur: *hæc itaque diligenter ex.* (*c*) MS. *Feſtum.*

IDEM OPILIONI

Defenſori.

XVIII. q. 2. ex Nicæna poteſtatem. NUllam poteſtatem de cætero, nullam, quæ licentiam monachis relinquimus pro arbitrio ſuo, aut abbates expellere, aut ſibimet alios ordinare, quia nulla auctoritas remanebit abbati, ſi monachorum poteſtati vagandi fuerit, ut de cætero fideliter, ſtudioſe, univerſa, quæ vel ad divini cultus reverentiam, vel ad utilitatem ejuſdem monaſterii pertinent, abbatis ſolicitudo, ad quem poteſtas tota pertinere convenit, debeat adimplere.

IDEM POTENTIO

Defenſori.

ANNO CHRISTI 555.

(*a*) MS. *præſcr.* XXXII. q. 1. ca. Patrem. PAtrem puellæ Eccleſiæ noſtræ (*a*) famulum avum verò ejus, liberis conſtat eſſe natalibus; & ideò avi magis electionem de conjunctione nepris, quàm patris ejus, cujus nullo modo liberum poteſt eſſe arbitrium, decernimus attendi.

IDEM PETRO

Presbytero.

(*a*) MS. Maximiliana III. 6. ca. (*b*) MS. *Faraſtinæ.* (*c*) MS. *Ravenn.* QUia ea quæ defraudibus Maximiliani (*a*) flebili ad aures noſtras ſuppllicum relatione venerunt, non facile ſecundum veritatem agnoſci potuerunt, niſi facultas (*b*) Eccleſiæ, quam (*c*) in ejus ſuos male convertendo diſpertit, ab ejus poteſtate, donec cauſa cognoſcatur, ſeponatur: ideòque nos eum à ſupradictæ Eccleſiæ patrimonio voluimus interim ſubmoveri, & in veſtro diſcuſſionis ipſius tempore, moderamine detineri.

PELAGIUS (*a*) PAPA

Rufino Epiſcopo.

(*a*) Ita ſub MS. cum III. ſeq. legentur cæteræ Codicum Thuanæus quatuor Additiones Gelaſii. Can. 8. evangelii Dist. 38 SI evangelica admonitio iracundiam nec uſque ad octavam furentem proſilire permittit, nec ſi Racha fratri ſuo quis dixerit, reus ſit gehennæ ignis: quali juramus pœna C plectendum eſſe, qui non ſolùm pugno impie percuſſit, in Levitici hominem officii miniſterio fervientem; fed quaſi non ſufficeret ad eadem manus, ita (inſtigante ſe Diabolo) raptus eſt ad iracundiam, ut ſuſte non ſolum percuteret, ſed etiam eruret oculum fratris? Et quamvis hujuſmodi exceſſus graviori eſſet pœna plectendus, bene tamen ſatiſfecit ſua fecit ab officio eum presbyterii removere. Hoc tamen ſolicitudinis tuæ ſit, ut locum ei pœnitentiæ conſtituas, & inaliquo eum Monaſterio retrudas, ſaica tantummodo ibi communione conceſſa. In loco autem illius aliam te neceſſe ordinare presbyterum. Nam illi, cui exutus eſt oculus, D non poſſunt ſecundum canones facerdotii jura conceſſi. Neque enim aliquid ei prodeſt quod oculum invitus amiſit, cum nec volens quiſquam oculum amiſiſſe credendus eſt, nec facratiſſimos canones aliquem cauſam amiſſionis oculi, qui ad ſacerdotium adipiſcendum non impedivit, ſuis exceptiſſe regulis inveniimus: ſed hoc tantummodo ad prohibitionem ſufficere videmus patribus, ut qui careret oculo, ad ſacerdotii officium adipiſci non poſſit. Sed nec illi uſtatenus quaſi in compenſationem injuriæ ſacratus ordo conceſſi poteſtatis, qui ad tantam ſacerdotem propellum, ſacraciam provocare, ut & ille officium, in quo erat, amitteret, & ille promotus E vectus ſui perderet facultatem.

EX DICTIS PELAGII PAPÆ (*a*).

(*a*) Apud Burchardum lib. 12. Cap. 9.

SI quis pejeraverit, & alios ſciens in perjurium duxerit, XL. dies pœnitcat in pane, & aqua, & VII. ſequentes annos, & nunquam ſit fine pœnitentia, & alii, qui conſcii fuerint, ſimiliter pœniteant. JOAN-

ANNO CHRISTI 560. 570.

JOANNES PAPA III.

Sedit ab anno 560. uſque ad 572.

ANNO CHRISTI 560. 570.

THEIMENSE CONCILIUM II.

Armeniorum hæreticorum

Anno circiter 562. habitum.

Anno 561. REferunt nonnulli, Joannem Chapleghinum catholicum Armenorum (quem, ceciſſe notat Galanus to. I. pag. 105. anno 551.) in urbe Thevim celebraſſe concilium, ejuſque authoritate confirmaſſe in Trilagio additionem *illam: qui crucifixus eſt pro nobis*. Hæc Galanus in Conciliat. Eccl. Armen. cum Rom. to. I. pag. 105.

AD SUFETULENSE CONCILIUM

In Africa,

Ante annum 570. celebratum

ADDITIO.

Ante annum 570. SUfetulenſis concilii ex una Petrandi, qui circa annum 570. floruhat, breviatione canonum noti, canonem unicum ex eodem libello can. 2. decerptum dedit Baluzius, ex quo in novam Veneto-Labbeanam conciliorum collectionem to. III. pag. 481. tranſivit. Alterum ejus canonem exhibet Creſconii Afri libellus de concordia canonum, non quidem ut in editis comparet, ſed hi eſt in codice MS. annorum circiter ſexcentorum Bibliothecæ Canonicorum Cathedralis Lucenſis, in quo collectioni cuidam canonum libellus ille præmittitur abſque authoris nomine ſub titulo *concordia canonum*. Ita enim codex ille canonem IV. repræſentat.

IV. Ut Neophiti non ordinentur; Conc. Antioch. tit. II. Conc. Laudic. tit. III. Conc. Sardic. tit. XIII. ex decretis Papæ Leonis tit. XXXIII. concil. Sufetolenſi tit. XV.

Illud Sufetolenſi *in editis deeſt.*

BENEDICTUS PAPA I.

Sedit ab anno 573. uſque ad annum 578.

SELEUCIENSE NESTORIANORUM CONCILIUM

Pro eccleſiaſtica diſciplina, ab Exechiele vorum patriarcha anno Choſroe regis 45. Chriſti 576. celebratum.

Anno 576. ANno *Choſroe quadrageſimo quinto*, ait Elias in Nomocanone Arabico apud Aſſemanum to. III. pag. 439. *menſe Februario, cum Mar-Ezechiel Catholicus eſſet, Moduine* (Seleuciæ) *congregati metropolitæ & epiſcopi Catholicum rogarunt, ut literas legeſque, Apoſtolorum patrumque occidentalium ipſis rurſus ponere & confirmare dignaretur, quemadmodum prædeceſſores ejus Catholici facere conſueverunt*. Hæc Elias. Choſroa anno 531. poſt diem 19. Februarii regnare cœpit; quare anno regis illius XLV. in annum 576 incidit. Canones in eo concilio ſancti ſunt XXXIX. quorum primus eſt adverſus Meſſalianos, qui Euchariſtiam, jejunium, & pſalmodiam contemnebant, fornicationem licitam eſſe ajebant, præmia denique bonorum operum pœnaſque malorum negabant. Tertius decimus, non licere Metropolitis, abſente patriarcha, vel epiſcopo eorum ecclefias ingredi; neque epiſcopis eccleſiam Metropolitani. Decimus quartus, ut patriarches nomen in omnibus reliquarum ſedium eccleſiis proclametur. Decimus quintus, ut quarto quoque anno ante jejunium quadrageſimæ Metropolitani & epiſcopi apud patriarcham congregentur. Decimus ſextus, ut menſe ſeptembri quolibet anno Synodus epiſcoporum fiat apud metropolitanum. Decimus octavus & decimus nonus, ut patriarcha metropolitanum, metropolitanus epiſcopos ſuæ provinciæ ordinet; epiſcopi autem a metropolitanis ordinati, patriarcham accedant, ut ab eo perfectiatur ſeu confirmentur; quod & Mar-Abas decreverat in ſynodo canone 37. Si verò patriarchæ vel metropolitanus aliis ordinationem committere voluerint, parentes eorum literæ ſuper caput ordinandi ponantur. Vigeſimus tertius, ut epiſcoporum vel metropolitani effectio ultra quatuor menſes non differatur. Vigeſimus octavus, ut niſi ad certam eccleſiam

Ex Aſſemani Biblioth. Orient. to. III. pag. 11. pag. CLXXXVII.

ANNO CHRISTI 578.

ſiam nemo ordinetur. Trigeſimus quartus, ut nemo ope ethnicorum vel laicorum, ad eccleſiaſticos gradus aſcendat. Trigeſimus quintus, ut eccleſias & monaſteria abſque ſufficienti dote nemo extruat, extructa nequaquam conſecrentur. Trigeſimus octavus, ut presbyteri civitatis præcedant presbyteris A pagorum. Trigeſimus nonus & poſtremus, ut epiſcopi & presbyteri provinciæ patriarchalis præcedant epiſcopis & presbyteris aliarum provinciarum, ita tamen ut primus in unaquaque provincia cum primo, ſecundus cum ſecundo comparetur, & ſic de reliquis.

PELAGIUS PAPA II.

Sedit ab anno 578. uſque ad annum 590.

PELAGII II. EPISTOLARUM FRAGMENTA.

PELAGIUS II. PAPA.

Anno 578.

Hæc cum ſequentibus extant apud Baluzium Miſcell. to. V. pag. 467.

SYnodorum congregandarum auctoritas Apoſtolicæ Sedi privata commiſſa eſt poteſtate, nec ullam ſynodum generalem ratam eſſe legimus, quæ ejus non fuerit auctoritate congregata vel fulta. Hæc auctoritas teſtatur canonica, hæc hiſtoria eccleſiaſtica roborat, hæc ſancti patres confirmant.

PELAGIUS EUCARPO

Epiſcopo Meſſanenſi.

CAritatem illam, qua dilectionem tuam ſemper amavimus, omnia ſuperare ſecundum Apoſtolum credimus, & nullum ſanctitati tuæ laborem pro eccleſiaſtico ſtatu onerosum exiſtere. Scit fraternitas tua, quia pro peccatis noſtris omnes quæ ſua quærunt, non quæ Jeſu Chriſti. Hæc ideo prælibavimus, quia tibi rurſus (*a*) Catinenſis eccleſiæ viſitationem injungimus, cujus epiſcopus de hac luce tranſiiſſe ſuſcepta cleri relatione didicimus. (Impoſſibile eſt enim ut nos in provincia illa dumtaxat in Syracuſanis partibus alii cuilibet cauſas, quæ ad Deum pertinent, committamus, niſi forte talem per te Deus nunc in Catinenſi eligere voluerit, de cujus conſcientia poſſimus eſſe ſecuri, ut a te labores iſtos paulullum removere poſſimus) Mox ergo dilectio tua ad ſupradictam Catinenſem eccleſiam pergat, & hominem de clero, qui nec uxorem habeat, nec filios, nec crimen aliquod canonibus inimicum, eligi cum auxilio Dei compellat atque ſuadeat, & ſtatim eum ad urbem Romam cum decreto & teſtificatione relationis tuæ traſmitte.

(a) Can. Catinenſis Diſt. 61. Cod. meus: Catbeniſis; ſic ubique.

NOTÆ IN HANC EPISTOLAM.

Hujus epiſtolæ fragmentum refert etiam Gratianus loco in margine indicato, ex quo dedi periodum illam interjectam, quam uncis diſtinxi, quæque apud Baluzium deſideratur.

IDEM.

FRaternitatis tuæ relatione ſuſcepta, ejus latorem ſecundas quidem nuptias expertum non fuiſſe didicimus, caſtitatem tamen cum priori non ſervaſſe conjugio deſignaſti. Et quamvis multa ſint quæ in hujuſmodi caſibus obſervari jubeat ſubtilitatis auctoritas, tamen quia defectus temporum noſtrorum, quibus non ſolum merita ſed corpora ipſa hominum defecerunt, diſtrictionis illius non patitur in omnibus manere cenſuram, & ætas illius, de quo agitur, futuræ incontinentiæ ſuſpicionem auferre dignoſcitur, ut ad diaconatus poſſit ordinem provehi, temporum condeſcendentes, ut dictum eſt, defectui, conceſſiſſe nos noveris; ita tamen, ut de moribus & vita vel actu ipſius tu in die judicii ante tribunal illud terribile reddas communi Domino rationem: quia ſic prætereita præ anguſtia temporis mitigamus, ut caute atque ſollicite futuris exceſſibus obviemus. Propter quod jubemus Micinam ancillam, de qua ſe poſt uxoris tranſitum habere conſeſſus eſt filios, neque cum ipſo manere liceat, & quicumque (*a*) monaſterio continentiam profeſſura, tua diſpoſitione tradatur, ut meliori ſorte ad quod promovetur officium ſub bonæ poſſit famæ merito miniſtrare, nec aliqua opinionis ejus maculandæ relinquatur occaſio. *Gratianus Diſt. 34. cap. Fraternitatis.*

(a) Gratian. quæ in uno codice.

PELAGII II.

DECRETA ex Gratiano aliiſque.

ADMONITIO COLLECTORIS.

Pelagii Papæ II. decreta quædam ex Gratiano Labbeus dedit, ſed ita collecta ut nonnulla omiſerit. Ne quid ergo ad plenam eorumdem decretorum collectionem deſit, quæ illius diligentiam fugerunt ſupplenda hic aſſumpſi.

PELAGIUS PAPA

Clero Narnienſi.

Can. Quia frater VII. q. I.

QUia frater & coepiſcopus noſter Joannes, eccleſiaſticæ utilitatis ſtudio ſuadente, & naturæ ſuæ ſimplicitate laudabili conſideratione tractata, ob hoc quod ſe in gerenda patrimonii gubernandi cura, vel in diſciplina eccleſiaſtica conſervanda minimè fatetur idoneum; conſtituti presbiteri ad hæc explenda ſibi expoſcit adhiberi perſonam: ut ea, quæ ſunt neceſſaria, competenti diſponente ſolicitudine fiant, nihil indecens fieri, vel inutile permittatur. Ideoque præſenti vobis juſſione præcipimus, ut ſervata primo in loco epiſcopo memorato reve-

ANNO CHRISTI 581.

rentia, quam vos (*a*) convenit inculpabiliter exhibere, in omnibus, quæ ad divini cultus obſequium pertinent, vel quæ eccleſiaſticæ utilitatis peragere cura ſuaſerit, præbeatis obedientiam conſtituto (*b*) competentem, in nullo diſpoſitionibus ejus ſpiritu contumaci reſultantes, (f. reluctantes) immo, competenti vigilantiæ veſtræ ſtudio, quæ pro eccleſiaſtica utilitate gerenda Conſtitutus monuerit, adimplentes; ut his ita diſpoſitis, & conſueta vobis ſtipendia miniſtrentur, & quæcumque in præfatæ eccleſiæ patrimonio, vel de rebus ad eam pertinentibus repetendis ſunt neceſſaria, compleantur.

(a) Cod. Vat. nos. (b) Conſtituto abeſt a Cod. Vat. ubique.

NOTA IN HOC FRAGMENTUM.

Fragmentum iſtud ſub Pelagii papæ nomine edidit Gratianus; nec indicat an primi, vel ſecundi Pelagii. Secundo tamen ideo tribuendum cenſeo, quod ſub priori Pelagio Narnienſibus præerat Juvenalis II. ut ex tabulis Ughellii diſcimus.

PELAGIUS PAPA II.

(a) Oplioni (b) defenſori.

NUllam poteſtatem de cætero, nullam licentiam monachis relinquimus pro arbitrio ſuo aut abbatem expellere aut ſibimet alios ordinare, quia nulla authoritas remanebit abbati, ſi Monachorum poteſtati cœperit ſubjacere, ut de cetero fideliter (*c*) & ſtudioſe univerſa quæ ad divini cultus reverentiam vel ad utilitatem ejuſdem (*d*) monaſterii pertinent, abbatis ſolicitudo ad quem poteſtas tota pertinere convenit, debeat adimplere. *Gratian. XVIII. q. 2. ca. Nullam.*

(a) Deeſt II. in editis, ſed ſupplet Cod. meus MS. (b) al. Apollonio. (c) Vat. Cod. diſerete. (d) Deeſt in Vatic.

AD MATISCONENSE I. CONCILIUM

Anno 581. habitum

ADDITIO, ET VARIANTES.

Anno 581.

M*Atiſconenſis Concilii Canones quidam apud veteres Decretorum Collectores occurrunt, qui cum ab editis vel plurimum diſcrepent, vel planè abſint, ut hic tradantur inſtituti mei ratio expoſtulat. Canonem in editis Concilii editis XVI. Burchardus, Ivo, ac dein Gratianus can.* Præſenti Concilio *aliter plane repræſentant. Hunc ergo ex Burchardi codice MS. hic exhibeo, poſito è regione canone edito. Canones alii in Burchardo paſſim occurrunt, quorum ne veſtigium quidem apparet in editis; quamquam ad Matiſconenſe I. an potius ad II. referendi ſint, Burchardo ſilente, deſiniri nequaquam poteſt.*

CANONES.

Can. I. *Burch. Lib. XVI. Cap.* 35.

PLacuit & ſacro conventui, ut teſtes ad teſtimonium dicendum principio non conducantur, & ut qui optimi, & fideliores in teſtimonium aſſumantur, ut is, contra quem teſtimoniare debent, nullam eis infamiam poſſit inferre, & ut nullus teſtimonium dicat niſi jejunus.

Can. III. *Ex Burch. Lib. III. Cap.* 188.

Recitatur inter canones Conc. Rothomag. incerti temporis ex Ivone E. 2. c. 69. Sed antiquior Ivone Burchar. Matiſconenſi adſcribit.

In hoc ſacro Concilio decretum eſt, ut unuſquiſque presbyter in ſua plebe publicè annuntiet, & ſi aliqua femina clanculo corrupta conceperit, nequaquam Diabolo cohortante filium, aut filiam ſuam interficiat, ſed quocumque prævalet ingenio ante januam Eccleſiæ partum deportari, ibique poni faciat, ut coram Sacerdote in craſtinum delatus, ab aliquo fideli ſuſcipiatur, & tali ex cauſa homicidii reatum, & quod majus eſt, parricidium evadat; nam qui filium aut filiam interficit, parricida omninò declaratur.

Can. V. *Burch. Lib. XVII. Cap.* 14.

Item judicatum eſt, quemdam ſtupraſſe quandam fœminam, quam poſtea frater ejus accepit uxorem. Statuerunt eum, qui ſtupravit, & a ſe ſtuprata fratri celavit, quia geminatum peccatum pœnitentia diſtrictiori caſtigandum, conjugium tale diſſolvi oportere, & mulieri quidem nunquam dari poteſtatem nubendi. Illi autem conjugium indulgere, ſed cum pœnitentia.

Similequid habes in Triburien. anni 895. can. 44.

Can. X. *Burch. Lib. IX. Cap.* 18.

Si ſervum, & ancillam dominorum amborum (f. conſenſus) in matrimonium conjunxerit, poſtea liberato ſervo, vel ancilla, non poteſt redimi qui in ſervitio eſt, ideò matrimonia non ſolvuntur.

EDI-

ANNO CHRISTI 581. 587.

EDITUS LABBEI.

Præsenti Concilio, Deo auctore, sanctimus, ut nullus Christianus Judæos deinceps debeat deservire, sed datis pro quolibet bono mancipio XII. solidis, ipsum mancipium quicumque Christianus, seu ad ingenuitatem, seu ad servitium licentiam habeat redimendi: quia nefas est, ut quos Christus Dominus sanguinis sui effusione redemit, perfecutorum vinculis maneant irretiti. Quod si acquiescere his, quæ statuimus, noluerit, quanditu ad

Can. XVII. *Burch. Lib. IV. Can.* 88.

Præsenti Concilio, Deo auctore, sanctimus, ut nullum Christianum mancipium Judæo deinceps serviat; sed datis pro quolibet bono mancipio 12. solidis, ipsum mancipium quicumque Christianorum, seu ad ingenuitatem, seu ad servitium licentiam habeat redimendi; & si Christianus fieri desiderat, & non permittitur, similiter faciat; quia nefas est, ut quem Christus dominus sanguinis sui effusione redemit, blasphemus Christianæ Re-

A EDITUS LABBEI.

pecuniam constitutam venire dilutet, licet mancipio ipsi cum Christianis, ubicumque voluerit, habitare: Illud etiam specialiter sanctimus, quod si Judæus Christianorum mancipium ad errorem Judaicum convictus fuerit persuasisse, ut ipso mancipio careat, & legandi damnatione plectatur.

Can. XVII. *Burch. Lib. IV. Can.* 88.

ligionis in vinculis teneat. Quod si adquiescere his, quæ statuimus, quicumque Judæus noluerit, quanditu ad pecuniam constitutam venire dilutetur, mancipium ipsum cum Christianis ubicumque voluerit habitare liceat.

ANNO CHRISTI 581. 587.

B

C

In Synodo Matisconsi decretum est, ut in omnibus Dominicis, aliisque festivitatibus in omnibus oblatio, qui ad missam convenerint utriusque sexus, offeratur in Ecclesia. Singuli singulas oblationes offerentes: finita missa a presbytero oblationes accipiantur.

CONVENTUS SEU CONCILIUM EPISCOPORUM IN HISPANIA

Utriusque communionis Arianæ & Catholicæ,

Justu Recaredi regis cocuntium, ut de fide tractarent anno 587.

Anno 587. ANno 587. *satis fuscato Leuvigildo Hispaniarum rege, filius ejus Recaredus, ad quem imperii summa devoluta erat, nihil D habuit antiquius, quam ut rectam fidem agnosceret, agnitamque amplecteretur.* Eo concilio *ait S. Gregorius Turonensis Hist. Franc. lib.9. cap.15.* convocatis episcopis religionis suæ (Arianis) *in hanc sententiam est loquutus.* Cur inter vos & Sacerdotes illos, qui se Catholicos dicunt, jugiter scandalum propagatur? & cum illi per fidem suam signa multa ostendant, vos nil tale agere poteris? Qua de re convenite, queso, simul, & diffusis utrifque partis credulitatibus, quæ vera sunt cognoscamus: & tunc aut accepta illi a vobis ratione, ea credant, quæ dicitis, aut certe vos ab illis veritatem agnoscentes, quæ prædicaverunt, vos credatis. Quod cum factum fuisset, congregatis utrifque partis episcopis, propofuerunt hæretici illa, quæ fupius ab ipfis dicta jam feriptimus, (*Verba funt Gregorii Turonenfis*) Similiter refponderunt epifcopi noftræ religionis ea, de quibus hæreticorum partem plerumque victam libris fuperioribus demonftrauimus, & præfertim cum Rex dicerer, quod nullum fignum fanctitatis fuper infirmos ab Arianorum obtenderetur epifcopis, ac in-

memoria replicaret, qualiter tempore genitoris fui, epifcopos, qui fe jactabat per fidem non rectam cæcis reftituere lumen, tacito cæco & excitati perpetuæ damnato, diffecifque confulus, quod nos in libro miraculorum gloriæ declaravimus: vocavit ad fe feorfum facerdotes Dei, quibus perfcrutatis, cognovit unam Deum fub diftinctione coli perfonarum trium, id eft Patris, & Filii, & Spiritus-Sancti: nec minorem Filium Patre Spirituque Sancto, neque Spiritum Sanctum minorem Patre vel Filio, fed in una æqualitate atque omnipotentia hanc Trinitatem verum Deum fateri. Tunc intelligens veritatem Richaredus, poftpofita altercatione, fe Catholicæ legi fubdidit, & accepto fignaculo beatæ crucis cum chriſmatis unctione credidit Dominum Jefum-Chriſtum Filium Dei æqualem Patri, cum Spiritu-Sancto regnantem in fæcula fæculorum. Amen.

E

Porro conventum hunc Axuvium plane, effe a Toletano concilio ex eo conftat, quod tempore Toletani concilii Recaredus catholicam fidem jam profitebatur, congregatoque Patrum, non quidem ut de fide deliberaret, fed ut jam Catholicus cum illis de religione ſtabilienda, moribuſque reformandis ageret. Concilium infuper Toletanum anno

F

ANNO CHRISTI 578. 617 *ideſt in anno* 589 *in ipſis conciliis actis ſignatur; conventum vero hunc ad annum* 587. *Gregorius Turonenſis & Abbas Biclarienſis refcrunt. Hic ergo conveniunt, quem*

ANNO CHRISTI 578. *per incuriam amiſerunt concilionum Collectores inter illuſtriores antiquitatis eccleſiaſticæ monumenta nunc primum reponitur.*

SYNODUS ALEXANDRINA EUTYCHIANORUM

Ad diſcutiendum Synodicum Petri Antiocheni patriarchæ recens electi

A Damiano Alexandrino, Eutychianorum patriarcha, indicta, anno Græcorum, 889. Chriſti 578.

Anno 578. S *Severus Mabſuæſtæ Aſſumptorum epiſcopus in hiſtoria Arabicæ Patriarcharum Alexandrinæ, apud Aſſemanum Bibliot. Orient. to. II. pag. 71. concilii hujus hiſtoriam ita deſcribit:* Quum autem pater patriarcha Theophilus ad Dominum migraſſet, congregati Antiocheni virum quendam de eccleſia ſeredbtem, Petrum nomine, in patriarcham elegerunt. Erat is gravi corde, obruſamente, perturbatis operibus, recte fidei adverſatius &c. De unitate autem inter duas fedes ſcripſit Petrus epiſtolam ſynodicam ad Patrem Damianum patriarcham, ut conſuetudo ferebat: quam quum ille acceſſiſſet, hæratus eſt, & epiſcoporum concilium indixit. Quum verò contentos in ea ſermones examinaret, deprehendit Petrum in confeſſione ſanctæ Trinitatis offendiſſe. Qua igitur pollebat ſapientia atque manſuetudine, conatus eſt præclidum Petrum ab errore revocare, ne dividererur eccleſia, neve unitas, quæ inter duas ſedes viguerat, ſcinderetur. Scripſit autem ad eum ſermonem, quo omnium hæreticorum catalogum recenſens, traditam a Severo patriarcha doctrinam exponebat, ut quæ quidem eſſet recta fides cognoſceret, nutrem verò ſuam a præconcepta falſa opinione avocaret. Nam Petrus, extranea ſapientia uſus, affirmabat, non oportere Trinitatis mentionem fieri, quum tamen omnes eccleſiæ doctores, & ſapientiſſimus Cyrillus, quique ipſum uſque ad hujus patris Damiani tempora ſubſequuti ſunt, oppoſitum contanter docuerint, ſacroſanctam Trinitatem in libris ſuis expreſſe confitentes, tres eſſe perſonas, & unam naturam, unam Deitatem creatricem, in qua nihil creatum, quæque in perſonis diſtincta ſit, una in ſubſtantia &c. Hæc & ſimilia ſcripſit Damianus patriarcha ad Petrum patriarcham Antiochiæ. At ille inſtar aſpidis ſurdæ & obturantis aures ſuas, ne audiat vocem incantantis, & tanquam ægrotus, qui præſcriptum a medico pharmacum averſatur, ab erronea ſua cogitatione haudquaquam recedens, lingua, quæ præcideretur, digna, ajebat, non oportere Trinitatem nominare, indiviſibilem enim Trinitatem dividebat. Quamobrem Ægyptios inter & Orientales diſſenſio nata eſt, manſerunteque ſic diſcordes viginti annos, donec miſertus Deus populi ſui, cujus curam ſemper gerit, refrigerii illius vitam præcidit, cumque eo hoc ſæculo ſuſtulit. *Hæc Severus Eutychianus ſcriptor.*

B

C

Verum recta ſenſiſſe Petrum, & Damianum, veciſſim prava, liquet ex ejuſdem Petri libro adverſus Damianum, cujus excerpta ex Syriaco Vaticanus codex exhibet Aſſemanus ibidem pag. 78. Auguſtus enim in ea Damianus, quod perſonas & proprietates in divinis unum reſcindat eſſentiarum, unitarium unam celebrantem, generationem, ut ajunt, paſſivam, & proceſſionem a perſona Patris & Filii & Spiritus Sancti nullo modo diſſingui. Quem ejus errorem Petrus ſolide refutat. Alexandrino ergo conciliabulo ſententia a fide & veritate plane abhorret. Petrum, cum Catholicum ea in re ſuſtinerunt, hæreſis damnavit. Concilii verò tempus indicet Petri ad Patriarcharum aſſumptos, quem cum anno Græcorum 889. qui Chriſti eſt 578. Dionyſius in chronico apud Aſſemanum pag. 69. componit.

ÆGYPTIACA forte ALEXANDRINA SYNODUS EUTYCHIANORUM

In cauſa Paulli patriarchæ Antiochini Jacobitæ, a Jacobo Edeſſeno epiſcopo anno Græcorum 889. *Chriſti* 578. *celebrata.*

Anno eodem. PAulus cognomento *Beth-Ubanæ*, Alexandrinus genere, Jacobitarum Antiochenus patriarcha, poſtea, cum Byzantii ageret, orthodoxam fidem amplexus eſt. Mox in Syriam reverſus ſupplicem libellum Jacobo obtulit, ut in communionem Monophyſitarum reciperetur. Jacobus Monderi filii Arethæ precibus exoratus, Paulum Catholicam religionem ejurantem admiſit. Verum Alexandrinorum mitra, qui ſchiſma inter Syros & Ægyptios moliebantur, coacta *Synodus Concilior. Supplem.* Tom. I.

E do ſententiam depoſitionis in Paulum tulit: quumque in cœnobium Romani, quod in Ægypti finibus ſitum eſt, unacum ſyncellis ſuis Sergio & Juliano cæteriſque epiſcopis & archimandritis Syris abiiſſet, ut patriarcham in locum Pauli crearet, obiit die 30. Junii anni Græcorum 889. Hæc Aſſemanus ex Abulpharagio in Chronico inedito Patriarcharum Antiochiæ Jacobitarum. Decujus in hac hiſtoria narranda ſinceritate certi ſumus ex teſtimonio Timothei presby-

F t teri

ANNO CHRISTI 379. 381.

teri Constantinopolitani in Libello de recepitione hæreticorum, vulgato a Cotelerio Vetere Græcorum Monument. to. III. pag. 397. cujus hæc sunt verba. *Paulinianistæ, a Paulo vocati, qui communicavere quidem cum Ecclesia Catholica, sed postea, apostatæ factus, revertere est ad hæresim accephalorum. Eum tamen Theodosiani non admiserunt, quod uti brevi 379. 381. tempore communicasset cum ecclesia.*

ANNO CHRISTI

AD SYNODUM GRADENSEM

Anno 379. habitam

CENSURA.

Anno 379. GRadensem hanc synodum commentiam esse multis adductis argumentis probat P. de Rubeis in Dissert. de Scriptis Aquilejensi excusa Venet. anno 1732. Id autem evincit, primo, quod ejus acta a variis, ex antiquis codicibus descripta inter se non parum discrepent. Secundo, quod tam multos episcopos Gradum convenisse in ea temporum difficultate, credi vix possit. Insuper Pelagius II. pontifex electus anno præcedenti 578. se ad id usque eadem tempora difficultate impeditum fuisse scribit, ne ad episcopos illos epistolam dirigeret. *Quod ad delectionem vestram nostra tardius scripta derigamus . . . . . temporalis qualitas, & hostilis necessitas hactenus impedivit.* Ex quibus pontificis verbis recte demonstrat Rubeus, nunquam antehac a pontifice ad Etiam literas datas fuisse. Quorum igitur in actis ejusdem concilii, diu ante celebrati, recitetur ejusdem pontificis epistola, ad eundem Etiam pro constitutione Gradensis Metropolis? Expendit pariter Rubeus veterum omnium, puta Pauli diaconi, & quidem Pelagii II. in iisis ad Etiam epistolis silentium, tum de hoc concilio, cum de constituta in eo Gradensi metropoli. Insuper in Mantuano concilio habito anno 827. cum causa agiteretur de translatione sedis Aquilejensis in Gradum, justi sunt Gradenses vetusta sua documenta proferre. Cum, produxissent, *reperta sunt* (verba sunt synodi) *exemplaria scilicet antea esse roborata.* Inter hæc autem documenta erant etiam a te synodi Gradensis, ut ibidem legitur. Tunc autem prima synodi Gradensis mentio, antehac ignoti, occurrit. Vide reliqua apud eundem de Rubeis cap. 8. 9. qui sane ægre admodum fert eam fuisse impostoris audaciam, ut synodo Schismaticorum, a se confictæ, & ad Schismatis confirmationem, Sedis Apostolicæ Legatum subscribentem induxerit.

SYNODUS TOLETANA ARIANORUM

Anno 581. vel 582. celebrata.

Anno 581. vel 582. SYnodi hujus, *in collectionibus hucusque omissæ, meminit Joannes Biclarinsis in chronico ad annum XII. Leovigildi, quem cum Tiberio anno IV. conjungit, hæ verba.* Leovigildus Rex in urbem Toletanam synodum episcoporum fectæ Arianæ congregat, & antiquam hæresim (*reöappizantem*) novello errore emendat, dicens, de Romana Religione ad nostrum catholicam (*Arianum*) fidem venientes non debere baptizari, sed tantummodo per manus impositionem polliti (*Ablui*) & gloriam Patri per Filium in Spiritu Sancto dare (f. dari). Per hanc ergo fedustionem plurimi nostrorum cupiditate potius impulsi in Arianorum dogma declinant. *Hanc Synodi Arianæ sententiam nostram errorem appellat Biclarinsis, sive quod ex sine pravo seducendi Catholicos id fecerint Arianis, sive quod ex falso quodam principio dogma illud deduxerint. Sive tandem confusa illa configit, non quidem decretum de non nuncupando baptismate ergo eos, qui ex catholicis ad Arianos desciverint, sed votum erroremappellat innovationem illam in doxologia:* Gloria Patri per Filium in Spiritu Sancto. *In hac verò synodo libellum quendam Scripsum hi verbis produnt Patres concilii Toletani III. anno 589. celebrati:* Quicumque libellum detestabilem, duodecimo anno Leovigildi regis a nobis editum, in quo continetur Romanorum ad hæresim Arianam traductio, in quo gloria Patri per Filium in Spiritu Sancto male a nobis institura continetur; hunc libellum si quis pro vero habuerit, anathema sit in æternum.

ANNO CHRISTI 381.

AD CONCILIUM ANTIOCHENUM

Anni 381.

EMENDATIO.

MEndum in concilii hujus titulum irrepsit; cum enim concilium hoc indixerit Eulogius Alexandrinus episcopus, Alexandrinum, non verò Antiochenum appellandum erat.

ANNO CHRISTI 381.

AD SYNODUM VALENTINAM

Anni 384.

ADDITIO.

Anno 384. SYnodo huic adfuisse episcopos XL. non immerito ex Fredegarii chronico deduceremus. Narrat enim ille Guntheramum, Regem anno regni sui XXIV. synodum episcoporum XL. convocasse, & in ea *Manasse-rii S. Marcelli institutionem* firmasse. Porro ex ejus synodi actis, largitiones ab eo regis Basilicæ S. Marcelli factas a concilii patribus ratas confirmatasque con.at.

CONCILIUM GUBENSE IN MESOPOTAMIA EUTYCHIANORUM

In causa Probi Sophistæ, & Joannis Archimandritæ, Eutychianum dogma perortentium.

A Petro juniore Antiochenorum Eutychianorum patriarcha, circa annum 385. celebratum.

Anno 385. circiter. GUbæ oppidum est in Mesopotamia ad Euphratis ripam, *ubi Jacobitarum patriarches sedem suam habuisse circa annum Christi 700. ex orientalium monumentis Assemanus demonstrat. Ibi locorum exstitum est Monophysitarum Æutychianorum concilium, cujus historiam latiùs describit Dionysius I. patriarcha Jacobitarum in historia ecclesiastica, ejusque excerpta hinc inde Assemanus in Bibliotheca Clement. Vatic. protulit. Cum verò Petrus junior Græcorum 902. Christi 591. obiisset, hinc habita concilia tempus circa annum 585. non sunte assignatum est. Ita ergo Dionysius.*

EX ECCLESIASTICA HISTORIA DIONYSII PATRIARCHÆ

De Probi & Joannis Abbatis apostasia a fide.

SOphista quidam, Step'anus nomine, erat in urbe Alexandrinorum. Hic ejebat, post rationem unitionis non oportere dici, quod remaneat distinctio significationis naturalis earum rerum, ex quibus est Christus. Quamque pluribus hac de causa a Damiano Papa Alexandriæ admoneretur, ut ab hujusmodi opinione recederet, non tamen acquievit, sed multo magis contendebat, & magni cum petulantia tumore excitans, sententiam suam stabilire conabatur, ratus, fieri non posse, ut divinitas significationis naturalis rerum earum, ex quibus est Christus, remaneat, absque naturarum divisione & numero. Quocirca propter suam amentiam, *Concilior. Supplem.* Tom. I.

& quia facris doctoribus contraria sentiebat, juste a Damiano cæterisque veritatis amatoribus damnatus recebatque fuit. Per idem tempus accidit, ut Mar Petrus parochia pro eorum qui Pauli sectatores erant, negotio, Alexandriam, sicut ipse retulit, se conferret. Sequuti sunt Petrum, præter cæteros, etiam Probus & Joannes Barbur Acciamandrita, utpote qui eruditi in primis erant, & summa eloquentia præditi. Quam verò sophistæ illius noxitam habuissent, doctrinæque ejus rationem comperissent; hominem Probus, edito libello, confutare constituit, in quo opinionem quidem ejus reiiciebat; insciitur verò Joannem arguens, offendebat ipsum sanctis Patribus adverfari.

Verum quum res ibi præter ipsorum sententiam accidisset, nec votum suum ambo, Probus scilicet & Joannes archimandritæ, assequi potuissent, (episcoporum enim ambiebant) eorum sese partibus adjunxere, qui cum inimicitias cum patriarcha exercebant, & in id summo studio incubuerunt, ut sermonem cum sophista illo misceret, esti patriarcha Mar Petrus pluribus eos exhortatus fuerat, ut hominis commercium devitarent: præneverat enim illorum mentem ad ejus amplexondam sectam proclivem esse. At illi, monita ejus spernentes, in Ægypto permanfere Sophistæ sermonibus capti, & fatim eorum, quæ adversus ipsum scripserant, immemores, in nupera illius sententiam utroque transiit, & Probus quidem palam & absque ambagibus, Archimandrita verò clam ad tempus.

ANNO CHRISTI 585.

Probus itaque Alexandriæ moras cum Sophistha ac reliquis veritatis hostibus ducens, A turbas plurimas data opera excitabat, & qua sermonibus, qua scriptis epistolis, id impudenter stabiliire flagebat, quod antea, ad utrorumque, ut ajunt, pede claudicans, huc & illuc ferebatur, mentemque mutabat, prout eos sentire videbat, quos obvios habebat, excusans se, rationemque adducens, cur a nostrorum dementium recederet. Quum autem Probus a Damiano pulsus in orientem seconfugisset, doctrinam Sophistæ summo studio ubique disseminabat. Quare cum propter ipsius animi volubilitatem, tum propter mentis ejus perversitatem ab ecclesia segregatus depositusque fuit, archimandrita ipso B sententiæ in eum latæ consentiente, compage specie tenus damnante. Ex quidem Probus Archimandritam unacum reliquis enixe deprecabatur, ut edita pro suo errore apologia, in communione fidelium permaneret: ille verò noluit. Horum tamen omnium immemor Archimandrita, promissorum etiam oblitus, quibus se patriarchæ die Probo petitus deferendo obstrinxerat, haudquaquam ipsum deseruit, sed fideles, & monachos, qui intra ovile erant, perturbare cœpit, quasi injuste Probus segregatus fuisset, & ut patriarchæ animum precibus minisve expugnarent, quo iaram sententiam revocaret; totis autem viribus in id incumbebat, ut Probum ipsum, turpemque Sophistæ opinionem in sanctam ecclesiam induceret: Demum quum nihil aut deprecando, aut perturbando proficeret, sententiæ Probi atque Sophistæ patrocinium palam suscepit, scripsitque libellum apologeticum, quem coram episcoporum synodo legi, & refponsum sibi ab eadem per litteras dari rogabat.

Congregata eft igitur ejus causa fynodus in Guba Baraja, ad quam & Archimandrita evocatus fuit. Venit ille, & Probum secum adduxit, ut sibi in synodo præsidio esset. Verum synodus Probum admittere noluit, utpote qui jam depositus fuerat, & ab ecclesia segregatus. Contra Archimandrita D contendebat, ut is secum pro reo teneretur. Cui synodus: *Si ovi, inquit, ut Probus recum negotiatur, libellum utrique facite, in quo unus, ejusdemque opinionis ac voluntatis vos esse profitemini: tunc vero ille vestrum in synodo admittetur. Sin autem ab ejus sententia recedit, tu solus ingredere, rationem ejus, quod a te requiretur, redditurus.* Quibus verbis, quum vix tandem Joannes acquievisset, ingressus est, & ad pacis osculum a patriarcha & synodo libenter admissus. At ieeto coram synodo, quem is scripserat, libello, deprehenderunt hominem Sophistæ & Probi doctrina impietateque imbutum esse. Quare postquam pluribus cum adhortati essent, ut a proposito recederet, nec illo obtemperare vellet, credibile est enim eum a Probo fuborsatum fuisse) sententiam damnationis in eum tulere, & ab omni facerdotali munere remotum, a fidelium etiam communione segregarunt cum cum Probo, cæterisque qui eum sequerentur, aut eis adhærerent, vel cum ipsis communicarent.

Et Ratim ipse Mar Petrus patriarcha, nomine eorum synodi, epistolam, hoc eft, librum conscripsit, in quo Sophistæ quidem & Probi opinionem confutabat, Doctorum verò teftimonis oftendebat, reliqua exiftere, & tenuisse differentiam naturarum in quibus eft Chriftus, etiam poft rationem unionis, abique numero tamen & fine divifione earundem naturarum. Mifit autem hunc librum ad cunctas monafteria & ecclefias fidelium ditionis orientalis, hoc eft, totius Syriæ, cui præerat.

Tunc Archimandrita & Probus fegregatos fe ab univerfa orthodoxorum ecclefia cernentes, reliqua Sophiftæ opinione, pro qua tam acre certamen fubjerant, Chalcedonenfis fynodi fidem amplexi funt, & ad Anaftafium Antiochiæ patriarcham, poft ejus adhæfionem, & ab eodem fufcepti fuere. Mox Archimandrita & fuo monafterio ejectus, in aliud coenobium perrexit, quod Sanctis Euftathii in Artach dicebatur, ubi ipfum tibi in abbatem & rectorem monachi illi conftituerunt. Atque ita res eorum fe habuit, donec Mar Petrus in vivis effe defiit. Complures verò eorundem caufa, & integra eetiam regionis Antiochenæ oppida a vera fide (*hæresi fcilicet Monophyfitarum*) defecerunt, & ad Chalcedonenfium partes tranfiere.

Petro autem defuncto, reftumptis illi viribus, rogant Anaftafium Antiochiæ patriarcham, ut ex cunctis cœnobiis Antiochiam convocari jubeat, quibuscum ipfi difceptare, oftenderentque, Petrum a Mar Perro ejufque affeclis excogitatam fuiffe fidem, quum differentiam quidem phyficæ fignificationis naturarum, ex quibus eft Chriftus, confiteretur; numerum verò earundem naturarum negarent. Collecti igitur ex eorum confilio monachi, & in urbem Antiochenorum per vim adducti, fex integros menfes libidini detenti fuere: ubi Probus quidem & Joannes Archimandritæ difputationes plurimas cum ipfis habuerunt, tomis oftio adverfus eos edi is: illi verò totidem tomis ad eorum objecta refpondentes, ex ipforummet libellis fermonibufque eos convicere, & præfertim Probum, arguentes eos inconftantiæ, mendacii, & volubilitatis, & quod tempori fefe accommodarent.

ANNO CHRISTI 588.

SYNODUS PERSICA NESTORIANORUM

Quæ variis dogmatum capita definiuntur,

Jesujabio Patriarcha præside, anno Hormidæ regis VIII. Chriſti 588. celebrata.

Ex Aſſemani Bibl. Orient. tom. III. par. II. pag. CLXXXIII.

IN hac fynodo canones XXX. fanciti, quorum primus ut *recipitur fides Nicæna, & canones Apoſtolorum, & reliquorum Patrum, atque Ariæ & Macedonii hæreſi circa Trinitatem repudiatur, nec non Eutychetis & Manetis aliorumque circa humanitatem Chriſti.* Secundus, quod *commentarius Theodori* (Mopſueſtheni) *commentatores ſequendi ſunt, ejuſque libris ſtandum: qui verò his contradixerit, alia ſcripta amplexus, anathema ſit: quemadmodum fecit Hananæ Aſſyrienſis, qui tum impugnavit, Ieſuncem Chriſtoſſolomum ſequutus.* Octavus *adverſus presbyteros & monachos vagos; qui jejuniorum, orationum, & Euchariſtiæ perceptionem contemnerant, feminas ſecum ducentes: atque ne viri in monaſterium monaſteria, neque feminæ in cœnobia virorum ingrederentur.* Nonus, *quod non licet diebus dominicis exiſtefiae Catholicos, vel diebus officia celebrantes, deſcribere, & monaſteria religionis cauſa adire; ſed hæc diebus ferialibus & ſi placet, adeunda ſunt.* Vigeſimus octavus, *de potestate patriarchæ in metropolitas, & metropolitæ in epiſcopos, deque eorum electione.* Vigeſimus nonus, *de ſynodo metropolitanorum, apud patriarcham, & epiſcoporum apud metropolitanum: & quod Simeon Niſibis & Gregorius Candidiporis metropolitæ, qui ad concilium venire detrectaverant, miſſi intra illius anni ſpatium mandatis obtemperarent, ſuetudinis depoſitionis incurrant.*

DE SYNODO MARANENSI ALIISQUE

In cauſa Severi Gradenſis

ADNOTATIO.

Anno 590. & 591.

QUe olim ſcripſi in meis ad Pagium animadverſionibus de ſynodo Maranenſi, aliiſque in cauſa Severi patriarchæ Gradenſis, hic repetere juvat. Ita ergo diſſerui ad annum 590. II.

Quæ hic differit Pagius de fynodis a ſchifmaticis Acaliejenſibus habitis, diligentius explicanda ſunt. Primo igitur conſtat Severum Gradenſem epiſcopum vi adductum, Ravennam tria capitula coactum ejuraſſe, atque ita demum & Pontificis gratiam & libertatem obtinuiſſe. Ingratum id accidit epiſcopis ejus ſuffraganeis, quare coacta fynodus Marani grave aliquid in Severum ha- tres illi, agentes de Severo: *Nobis adſentibus & a ſe ad præſens diroſis.* Alias in eandem ſententiam literas ad Imperatorem dedit Severus cum ſuis, & ipſis forte in ſynodum Grado coeuntibus, quorum ſynodicæ Imperator in fuo referipto apud Pagium A. 589. num. 12. meminit. Ex his patet geminas præter Maranenſem & Romanam ſynodos Schiſmaticorum adnittendas eſſe, has verò utraſque, cum Romanam decembri menſe anni 590. habitam ſubſecutæ fuerint, ad annum 591. pertinere. Maranenſis verò, cum Romanam præceſſerit, ferius anno 590. cogi non potuit.

pro Severo a Pontifice impetrarent, ſpondentes inſuper, quamprimum per tumultus Italiæ liceret, Conſtantinopolim ſe conventuros ad cauſam ſuam coram eo dicendam. Ex fynodicæ hujus fubſcriptionibus liquet etiam effe hanc fynodum a Maranenſi, cum utrinque alii & alii fint unius ejuſdemque eccleiæ epiſcopi. Maranenſi eg. fubſcripſit *Clariſſimus Conſarderenſis* epiſcopus verò *Auguſtus Concordienſis*; ibi *Ruſticus*, hic *Felix de Turviſio*. Huic autem fynodo incerti loci Severus non adfuit, ſcribunt enim pa-

ANNO CHRISTI 590.

GREGORIUS PAPA I.

Sedit ab anno 590. usque ad 604.

CONCILIUM SALONITANUM IN DALMATIA

Anno 591. celebratum.

Anno 591. NAtalis Salonitanus episcopus, necio qua de causa, Honoratum quendam archidiaconum invitum Sacerdotio initiare tentavit. Cum ille recusaret, vel ipsa Archidiaconatus dignitate multatum illum, habitoto concilio, episcopus statuit. Certior de re factus S. Gregorius, datis ad Natalem literis priftinam dignitatem restitui Archidiacono justit, cautamque ad se avocans mandavit Natali ut pro se eertum patronum ad litem agendam mitteret. Extant literae illae in regesto epistolarum S. Gregorii nono Indict. in quibus & de eodem concilio Salonitano fit mentio.

SYNODUS AFRICANA forte CARTHAGINIENSIS

In Donatistas

Anno 594. vel 595. habita.

Anno 594. vel 595. SAncta Gregorius in epistola V. alias III. libri V. alias IV. indictionis XIII. datis ad Dominicum Carthaginiensem literis recognosce ab eo significat *babuisse apud eos synodum charitativam cum allegatione principalium assistentium*, idest constitutionis a principe ea occasione emissae. In ea vero concilio, quod pro succidendis Donatistarum propaginibus celebratum est, statutum significat, ut decisidus (episcopi) ab investigandis haereticis Donatistis *substantiarum dignitatumque privatione plecterentur*. Quem canonem, ne quid forte scandali apud primates aliarum provinciarum ingereret, metuere se Sanctus praefuli admonet. Ex quo intelligimus concilium illud, non quidem pro sola Carthaginiensi provincia, sed & pro reliquis per Africam celebratum fuisse. Quid verò sua illa constitutione edixerit Imperator, innuit S. Gregorius in eadem epistola, his verbis: *Pulsemur dominico metu ne religiosos vitutes vitutae venalium personarum removisse calumniae.*

SYNODUS PERSICA, forte SELEUCIENSIS NESTORIANORUM

Quo errores quidam Monachorum damnantur,

Anno sexto Chosroae filii Hormisdae regis, Christi 593. a Sabarjesu patriarcha celebrata.

Anno 594. ANno sexto Chosroae filii Hormisdae mense Jare, (*idest Maio*) fedente patriarcha Sabarjesu, convocata est synodus metropolitanorum & episcoporum orientalium, in qua actum est de quibusdam pseudonymis, de Apostolorum atque Patrum decem & octo symbolo verae fidei dubitantibus &c. *Hab Elias Damascenus in Nomocanone Arabico pag. 74. Acta verò synodi hac describuntur in Synodico Nestorianorum pag. 70. apud Assemanum Bibliot. Orient. to. III. par. I. pag. 448.*

SYNODUS SABARJESU CATHOLICI.

HAec congregata fuit ob quosdam Monachos, qui pravas opiniones disseminabant, docentes peccatum naturae humanae esse insitum, Adamum vero naturâ immortalem fuisse: negabant praeterea duas Christo ineffe subsantias, Theodoricque Commentatoris expositiones repudiabant. Synodus itaque primum confirmavit fidem trecentorum decem & octo Patrum circa divinarum personarum Trinitatem, Christique divinitatem atque humanitatem, docens ubique subsistantiam citra omnem permixtionem & confusionem manisse, neque divinam subsistantiam humanas suscepisse passiones: Filium proinde unum esse & unum Christum, neque divinitatem ab humanitate ex ipso B hujus exortu unquam separatam fuisse. Expositiones insuper magni Commentatoris (*Theodori Mopsuestenae*) suscepit & approvavit: contraria opinantes, aut a praedictis articulis recedentes, anathematizavit, eademque anathematis sententia involutos declaravit afferentes peccatum naturae esse, non ravit afferentes peccatum naturae esse, non liberi arbitrii. Cohabitationem etiam conjugalem fratrum & sororum in Christo sub excommunicationis poena post primam admonitionem incerrenda interdixit. Monachos verò, & facerdotes omittentes in ecclesia, sive in propria cella ecclesiastici Officii canones, juxta ritum ecclesiae Cochenis recitari solitos, (*scebant enim quosdam suprimere canones continentes dogma de dualitate subsistantiarum in uno Filio Dei*) justit synodus admoneri; & si quidem pertinaces deprehendi fuissent, ecclesiastico correctioni subjacere voluit & excommunicari, atque ab eucharistiae sumptione suspendi, donec respiscerent: protestatique sunt Patres sibi ejus agendi potestatem non esse. Postremo agitur professo monachorum coenobii Barchitae consistentium Sanctam Trinitatem & unionem magnam & inseparabilem, continuo insuper studio se operam daturos expositionibus Commentatoris, & Psalmodiam, sanctumque jejunium observaturos. Subditur C denique, ut monachi stabilem in propriis cellis ac monasteriis commorationem minime abrumpant ortiosi evagationibus extra propria claustra: sacra insuper mysteria frequentent diebus dominicis & festis, iraut omnes celebrationi Liturgiae divinae nunquae scripturarum lectioni interesse teneantur. Transgressores saepius moneantur: si in vero resipiscere voluerint, a conventu arceantur. Qui hoc canones transgressus fuerit, a patre Patriarcha excommunicetur, suspensusque maneat, donec resipiscat, & refugiat.

ANNO CHRISTI 590.

ANNO CHRISTI 593. 605.

ANNO CHRISTI 596. 605.

SENONENSE CONCILIUM IN GALLIA

Anno 601. circiter.

Anno 601. DE hoc concilio ita nos In nota ad Pagium ad A. 601. 16. Circa hunc annum celebratum fuisse concilium quoddam Senonense docet nos vetustus author vitae S. Betharii Carnotenfis episcopi, qui narrato bello a Theodorico rege Burgundiae gesto cum Clotario, caeterisque, de quibus Pagius, subdit: *Accidit quoque illis diebus ut indiceretur Synodale concilium Senonis civitate, ad quam cum pervenisset (Betharius) cum caeteris clericis, coram pontificibus cum omni honore ibidem est susceptus.* Vide Bollandistas ad diem 1. Augusti pag. 177. Constat hoc indictum fuisse arbitror a Patribus Gallicanis, ut obsequerentur voluntati S. Gregorii papae, qui scriptis per Galliam literis ad Regem, ad Reginam, ad Virgilium Arelatensem, aliosque Galliae concilia indicentes ad morum reformationem, ad tollendam simoniam, & neophytorum ordinationem. Has literas deruli Cyriacus Abbas S. Andreae in civo Scauri, quem ad eadem synodos admitti Pontifex rogavit. Nec alia forte est synodus illa hoc eiusdem anno in Gallia celebrata, ad quam invitatur S. Columbanus ire recusavit, ne, ut ipse ait in epistola II. quietem suam ad duodecim annos inter fratres suos (in solitudine scilicet Vosagi) producam, turbaret. Actum in ea de quatuor Paschatis, quae ritate illa inter Scotos, Britones, Gallos, ac Romanos agitabatur. Author collectionis conciliorum Veneto-Labbeanae concilii hujus notitiam ex Baluzio in annalibus accepit. Baluzius verò, ieut & Mabillonius in Annalibus Benedictinis lib. 9. num. 34. rem ex epistola S. Columbani repetentes, sub nomine concilii incerti loci illud designarunt. Sed locum concilii Senonenfem urbem fuisse ex vita S. Betharii a nobis producta discimus.

SABINIANUS PAPA.

Sedit ab anno 604. ad 606.

SYNODUS LONDINENSIS

Ab Augustino & exepiscopis habita, qua nuptiae in tertio consanguinitatis gradu, & quae cum fœmina polata componuntur, infelicia judicatae sunt, circa annum 605.

Anno 605. HUjus synodi S. Bonifacius Moguntinus archiepiscopus in epistola ad Zachariam Papam meminit his verbis: *Lecta quidam magnae personae ad nos venisse dicebat, sibi ab apostolicae sedis pontifice sanctae memoriae Gregorio datam fuisse licentiam, ut in B nuptiarum acciperet viduam consanguinei sui, quae & ipsa fuit uxor consobrini sui, & ipsa, illo vivente, discessit ab eo, & ille vero, qui nunc eam acciperet desiderans affirmabat sibi licentiam datam, in tertia generatione propinqua esse dignoscitur, & quotum vovit Deo castitatis, & solata fuit, & iterum obpecta coelestinae matritate. Tale enim matrimonium supradictus homo sibi ab Apostolico affirmat esse concessum. Quod non aestimamus esse verum, quia synodus & ecclesia, in qua natus & nutritus fuit, idest apud transfluminal Saxonia, Ladunensis synodus* (lege Londinensis) *quae in primis a discipulis S. Gregorii, id est ab Augustino, Laurentio, Justo, Mellito archiepiscopis constituta & ordinata fuit, talem copulam & matrimonium maximum scelus, & incestum, & horribile flagitium, & damnabile peculium esse, ex auctoritate sanctae Scripturae, judicabant.*

Ex Willkins Conc. Magnae Britanniae to. I. pag. 19.

Neque alio videtur referendum, quod in ipsius Zachariae ad eundem Bonifacium epistola legitur. *Permum capitulum pro synodo provinciae, in qua natus & nutritus es: quam & in*

ANNO CHRISTI 605.

& in gentem Anglorum & Saxonum in Britannia insula primi prædicatores ab apostolica sede missi, Augustinus, Laurentius, Justus & Honorius, & successione suis temporibus Theodorus ex Græco Latinus, ante philosophus & Athenis eruditus, Romæ ordinatus, pallio sublimatus, & præfatam Britanniam translatus, syndicator & gubernator. In illa tale decretum & judicium formissime præceptum & diligenter demonstratum ejus disquisitor, ut quacunque sine invectivæ Transmarini latus fuisset, sacrarium & regeneratione non haberet. Hoc quoque observatile indicta synodo facerdotes, ut qui vel unam de Trinitate perfonam in baptismo non nominaret, illud baptisma verum non esse profiteretur. Hæc Gratian. de consecrat. distinct. 4. in fyndo Anglorum.

A JOANNIS DOMINICI MANSI AD HANC SYNODUM ADNOTATIO. B

ANNO CHRISTI 605.

C L. Wilkins ad fynodum hanc S. Augustini referendam cenfet fanctiones illam, cujus meminit Zacharias papa in epiftola ad S. Bonifacium de baptismo abique SS. Trinitatis invocatione irrito atque inani. Verum illam ego ad fynodum Londinenfem fub Theodoro epifcopo referendam mallaverim; nam fynodum illam, cujus canonis meminit Zacharias, celebratam afferit in eccleſia quam *Augufinus, Juſtus & Honorius & magiſter Theodorus ex Græco Latinus inſtituit & gubernabat*; vix enim apte Theodori hujus merito inducta fuiſſet, niſi fynodus illa fub eo celebraſſet. Quare in ea hac de re legitime hanc canonem ad Theodori fynodum retuli.

AD CONCILIUM CANTUARIENSE

Pro confirmando monaſterio SS. Petri & Pauli, cujuſque juribus, anno 605. celebratum

ADDITIO.

Anno 605. C Oncilium hoc indicante Spelmanno Labbeum non latuit, ingitusque to. VI. col. 1351. Venet. edit. illud verò ex codicillo II. Æthelberti regis erutum eſt, cujus ſane ſcripti exordium Labbeus afferens, reſtiua omittit; ego integrum nactus ex Appendice ad tomum IV. conciliorum Angliæ Cl. Wilkins, huc totum tranſcribo.

SECUNDA CHARTA REGIS ÆTHELBERTI.

Dotatio terræ de Langeport.

Suſpectam habet Uſſerius apud Wilkins to. IV. pag. 732. I N nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti: notum ſit omnibus, tam præſentibus, quam poſteris, quod ego Æthelbertus, Dei gratia rex Anglorum, per evangelicum geſtorum meum Auguſtinum de idololatra Edus chriſticola, tradidi Deo per ipſum antiſtitem aliquam partem terræ juris mei ſub occidentali maro civitatis Dorobernix, ubi ſcilicet per eundem in Chriſto inſtitutorem monaſterium in honore principum apoſtolorum Petri & Pauli condidi, & cum ipſa terra, & cum omnibus quæ ad ipſum monaſterium pertinent, perpetua libertate donavi, adeout nec mihi, nec alicui ſucceſſorum meorum regnum, nec ulli enquam potenthati, ſive eccleſiaſticæ ſive ſæculari quicquam inde liceat uſurpare, ſed in ipſius abbatis ſint omnia libera ditione. Si quis verò de hac donatione noſtra aliquid minuere, aut irritum facere temptaverit, auctoritate Dei & beati papæ Gregorii, noſtique apoſtoli Auguſtini, ſimul & noſtra imprecatione ſit hic ſegregatus ab omni ſanctæ eccleſiæ communione, & in die judicii ab omni electorum ſocietate. Circumcinſta eſt hæc terra his terminis. In oriente eccleſia ſancti Martini. Et inde ad orientem be St wendoune. Et ſic ad aquilonem be Wrkengeſmarke. Iterumque ad orientem & ad auſtrum be Burghwaremarke. Et ſic ad auſtrum & orientem be Kingeſmarke. Item ad aquilonem & orientem be Kingeſmarke. Sicque ad occidentem to Rideſcheape. Et ita ad aquilonem to Dritingtreet. Actum eſt hoc in civitate Doroverni. Anno ab incarnatione Chriſti DCV. indictione VIII.

✠ Ego Æthelbertus rex Anglorum hanc donationem meam ſigno Sanctæ crucis propria manu confirmavi. ✠ Ego Auguſtinus gratia Dei archiepiſcopus libenter ſubſcripſi. ✠ Ego Eſſilbalius regis filius favi. ✠ Ego Hamgiſilus dux laudavi. ✠ Ego Hocca comes conſenſi. ✠ Ego Angenuudus referendarius approbavi. ✠ Ego Graphio comes benedixi. ✠ Ego Tangiſilus regis optimas confirmavi. ✠ Ego Pinca conſenſi. ✠ Ego Geddi corroboravi.

SYNO-

ANNO CHRISTI 605.

SYNODUS PERSICA NESTORIANORUM EST,

In qua de fide aliiſque ad diſciplinam ſpectantibus actum eſt,

Præſide Gregorio Neſtorianorum Catholico, anno XV. Choſroæ filii Hormiſdæ regis, Chriſti 605. celebrata.

ANNO CHRISTI 605.

IN hac ſynodo Gregorius electus fuit; *verba ſunt Eliæ Damaceni in Nomocanone Arabico pag. 75. apud Aſſemanum Bibl. Orient. to. III. pag. 452.* anno quintodecimo ejuſdem Choſroæ, menſe Niſan (*hoc eſt* Aprili) Deinde relatum eſt de fide & eccleſiaſticis legibus, atque canonibus patrum: viſumque fuit hæc omnia in unum volumen referri, juxta morem pontificum Catholicorum, qui hactenus conſueverant in Metropolitanorum & epiſcoporum ſynodo fidem ſuam iterare, leges fancire, & propriam religionem conſtabilire. Fecerunt itaque, quod Sabariſeſus ejuſque metropolitanæ & epiſcopi tota congregati fecerant, & quæcumque illi damnaverant, condemnarunt ea. *Acta ejus ſyſtema dat ſynodicus Arabicus a nobis tandem Aſſemanum ibid. pag. 452. bis overtit.*

GREGORII CATHOLICI SYNODUS.

HÆc ſynodus magnum fidei ſymbolum confirmavit; tum etiam magni commentatoris expoſitiones approbavit. Meminiam præterea deinceps fieri juſſit Barſumæ Metropolitæ Niſibis, cumque cum ſuis ſcripſit a quorundam ſectatorum calumnis vindicavit. Qui ſecus feciſſent, excommunicationi ſubjecit. In hac itidem ſynodo confirmata fuere, quæ olim ſtatuta fuerant ad coercendos ſacerdotes certa eccleſia aut certo monaſterio carentes, qui nec Redoribus parebant, nec in ſchola manebant, ſed foliatrii habitabant & per domos vagabantur: eaque decreta extendi voluit ad forores, quæ virum non habentes, & per domos circumeuntes, mores hominum corrumpebant: nec non ad negligentes monachos, qui in pagis vel in ſuburbiis ædes condebant, homineſque deprævabant. Unanimi ergo Patrum conſenſu decrevit ſynodus, presbyterum & diaconum certa eccleſia carentes, & feminam quamcunque nec virum habentem, nec in monaſterio commorantes, neenon fratrem cum ſororibus vagantem, aut ſoroses cum fratribus vagantes, ſeu monachum in ſolitaria domo in pagis atque ſuburbiis habitantem, a communione arceri dos. Epiſcopum vero hominum hujuſmodi correctionem negligentem, ab omnibus admonendum. Deinique fuit in ſynodo, monachos quoſdam ob perverſas opiniones quædam de ſacris & viviſicis precibus ommittere. Hos etiam excommunicatione coercendos patres decrevere. Relatum præterea fuit in ſynodo, quoſdam eccleſias & monaſteria ædificaſſe, eiſdemque tedditus aſſignaſſe, eoſque conſanguineis ſuis ex teſtamento commiſiſſe, quos illi poſt fundatorum obitum in ſuos uſus convertiſſent. Sanxit ſynodus, fecipturas, ad hujuſmodi negotia pertinentes, apud epiſcopum ſervari oportere; & ad hunc ſpectare expenſarum atque reditiuum præditorum locorum adminiſtrationem.

ÆTHELBERTI ANGLORUM REGIS

De rebus Dei & eccleſiæ non abſtrahendis,

LEGES.

Hæc ſunt judicia, quæ Æthelbertus rex conſtituit Auguſtini dictus.

Ex Wilkins to. I. pag. 19. I. DEi peculium & eccleſiæ duodecies emendetur; epiſcopi peculium undecies emendetur; facerdotis peculium novies emendetur; diaconi peculium ſexies emendetur; clerici peculium ter emendetur; eccleſiæ pax bis emendetur; monaſterii pax bis emendetur.

II. Si rex populum ſuum ad ſe vocaverit, & ipſis quilibi malefecerit, duplicter compenſetur, & regi L. ſolidi ſolvantur.

III. Si rex in alicujus domo conviverit, & ibi aliquid damnum quoddam fecerit, duplici emendatione emendet &c.

Sequuntur reliquæ leges Æthelberti, quæ cum ad res eccleſiaſticas nequaquam pertineant, ideo hic omittuntur WILKINS.

BONIFACIUS PAPA III.

Sedit ab anno 607. eodemque obiit.

BONIFACIUS PAPA IV.

Sedit ab anno 608. uſque ad annum 615.

ANNO CHRISTE 610. 615.

AD CONCILIUM TOLETANUM

ANNO CHRISTI 610. 615.

Æra DCXLVIII. celebratum

ADNOTATIO CRITICA.

Anno 610. GEminum sit necne concilium istud, viris doctissimis disceptatissimum relinquo. Admonendos tamen lectores censeo, suppilices illos libellos, quos velut ad concilium istud datos collectores conciliorum subjecerant, alterum plane concilium ab hoc diversum exigere. Libelli enim facultatem postulant, ut ad sanctam Mentesanam ecclesiam, quæ sita erat in confinio Castellæ novæ & Andalusiæ, Æmilianus quidam affumeretur. Interea verò, qui concilio subscripti leguntur Jacobus Mentesanus exhibetur, qui pariter inter Patres concilii Toletani IV. anni 633. recurrit. Non ergo nunc, cum concilium hoc Toletanum anni 610. habebatur, ecclesia Mentesana vacabat, neque eo in concilio Æmilianus substitutus est. Nec est cur dicatur, episcopum illum postulasse quidem Mentesanam ecclesiam, sed patres, eo rejecto, Jacobum qui concilio hujic subscripsit, elegisse. Æmilianus enim ille, ut in triplici suppilici libello asseritur, is erat ut in tota diœcesi B *nemo melior inveniretur, eumque bonitatis eum fiducitrate adornabat, & ergo gentis roddebat illustrem.* Cur igitur reiiceretur nihil erat. Melius igitur ad alterum Toletanum concilium hæc omnia referantur.

AD CONCILIUM PARISIENSE

Anni 614.

ADNOTATIO HISTORICO-CHRONOLOGICA.

Anno 614. CConcilium hoc, quo episcopi, ab ipso Clotario rege invitati, convenerunt, & quas ipsi fanxerunt leges ab eodem ipso Clotario regia constitutione roboratæ sunt, non plane diversum credo ab eo concilio, cujus meminit Fredegarii hujus verbis. *Anno XXXIII. regni Chlotharii Virumetlarum majorem-domus cum universis pontificibus, sed & Burgundæ farones Bonogelo Villa ad se venire præcepit, ubique cuncti illorum justis petitionibus annuntu, præceptionibus roborati.* Habemus hic Clotarii invitationem, quam Parisienses concilii patres commemorant. Est insuper Clotarii constitutio, quæ integra post canones Parisienses concilii subditur. At enim, quomodo inter se cohæreant *Bonogelo Villa* cum urbe Parisiensi, quo convenisse Parisienses Patres testantur? Viri docti compiures nomine *Bonogelo villæ* designari censent *Boneil*, qui locus est in Parisiensi agro situs. Vide Mabillon. de re Diplom. lib. 4. Forte igitur episcopi a rege, in agro Parisiensi versante, acciti ad vicinam urbem pro concilio celebrando convenerunt. Fateor equidem utriusque concilii annum minime congruere, cum Fredegarius invitatos a rege episcopos anno XXXIII. Regni sui affirmet, constitutio verò Clotarii pro concilio Parisiensi annum regni XXXI. signet. Sed forte in alterutrum textum mendum aliquod irrepsit, vel si mavis Fredegarius hic, ut sæpe alias, a recta chronologia paululum aberravit. Id verò mihi facilius persuaderetur, quam ut crederem omitti ab illo potuisse celebrem episcoporum conventum rege vicinante habitum, qualem fuisse constat Parisiense concilium, cujus constitutiones, velut ab ipso Clotario editas, concilium quoddam Galliæ incerti loci Collect. Veneto-Labbean. to. VI. col. 1494. laudat & confirmat.

DEUSDEDIT PAPA

Sedit ab anno 615. usque ad annum 618.

AD DECRETA DEUSDEDIT PAPÆ

APPENDIX.

ADMONITIO COLLECTORIS.

Decretum de electione Romani Pontificis Deus dedit papa nomine pronuncianum, E inserunt in sua collectione Ubaldi sive Bambergensis, cujus codicem vulgavit Ecclesius in cor. Hefforiar. medii ævi to. IV. col. 188. An genuinum illud sit, nec ne, alii disputent; mihi satis est illud ita exhibere, quale ibi legitur.

Deusdedit Romanus pontifex decreto suo instituit, dicens:

QUia Sancta Romana ecclesia, cui Deo auctore præsidemus, plurimas patitur violentias, Pontifice obcunte, quæ ob hæc inferuntur, quod absque imperatoris notitia & suorum legatorum præsentia Pontificis fit consecratio, nec canonico ritu & consuetudine ab Imperatore diresti sunt nutu, qui violentiam & scandala in ejus consecrationem non permittant fieri, volumus ut id deinceps abdicetur (*sic*), & cum præfituendus est Pontifex, convenientibus episcopis & universo clero, eligatur, expectante Senatu & populo eum, qui ordinandus est, sic in conspectu omnium celeberrime electus, præsentibus legatis imperialibus

ANNO CHRISTE 619.

consecretur, *nullusque fine sui periculo juramenta aut promissiones aliquas nova ad-* ANNO CHRISTI *inventione audeat extorquere, nisi quæ an-* 619. *tiqua exigit consuetudo, ne ecclesia scandalizetur, aut Imperatoris honorificentia minuatur.*

IN EPISTOLAM DEUSDEDIT PAPÆ

ADNOTATIO CRITICA.

UNicam Deusdedit papæ epistolam ex Labbeo accepimus, nec plures in MSS. codicibus nactus sum; sed ex illidem MSS. codicibus animadverfione dignum censeo, inscriptionem aliquando diversam referre; quo enim loco in editis dicitur, *Gordiano Hispalensi episcopo*; in MS. codice Pithœani annorum saltem octingentorum, in quo Isidori Mercatoris extat collectio, præfert, *Gordiano Hispanarum ecclesiæ corpsilo*. Hæc vero lectio alicujus est momenti, cum ex vulgata inscriptione argumentum deduxerit Labbeus contra epistolæ hujus sinceritatem; animadverfit enim Hispalensi ecclesiæ per hæc tempora non Gordianum, sed Isidorum præfuisse. Ex hac ergo correctione nostra argumentum istud everttitur: quamquam alia sunt, quæ suspicionem hanc ipsam epistolam efficiant; ut v. g. eadem ipsa scriptio ab ætatis ejus moribus plane allena; nullus enim præcedentium five proxime subsequentium pontificum hoc titulo se ornat. *Desfedit Sanctæ Romanæ & apostolicæ* (deeft *apostolicæ* in MS. cod.) *ecclesiæ episcopus*. Post S. Gregorium, vix alium titulum sibi præferebant pontifices Romani, quam: *Servus servorum Dei*; ut ex literis Bonifacii V. discimus. Adde disciplinam in hac epistola traditam de connubii diffolutione, si forte accidisset, ut vir infidus imprudentique filium ex uxore susceptum, e facto forte servitio, abfonam esse, ac plane contrarium definisse Nicolaum I. papam in fragmento illius epistolæ ad Salemonium, forte Salomonem, apud ex. MS. cod. suo loco proferam.

BONIFACIUS PAPA V.

Sedit ab anno 619. usque ad 625.

AD EPISTOLAS BONIFACII V.

APPENDIX.

AD JUSTUM ARCHIEPISCOPUM CANTUARIENSEM

Dilectissimo fratri Justo, Bonifacius episcopus servus servorum Dei.

Ex Wilkins to. I. pag. 31.

SUscepta vestræ dilectionis epicibus, in quibus reperimus, inter alia, plurimos ex-gentilitate ibidem degentium, Deo omnipotenti & Domino nostro Jesu Christo auxiliante converso, maxime autem in partibus Italiæ ad vera Dei cultui fidem veritis laboribus esse perductos, valde gratulati fumus. Badualdi quoque regis animum ad veræ agnitionis viam esse correctum, Domium omnipotentem in id laudavimus, qui sui nominis sacramentum vestrique laboris fructum non deseruit, sicut ipse præcicatoribus evangelii veraciter repromisit: *cece ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.* Multa est clementia apud Deum, quæ multa est in nobis demonstrata, cum apertissime ferocia barbaratum gentium ad suscipiendum prædicationis vestræ fingulare mysterium. Ut enim proficeret vestris meritis, eorum est salvatio propinata, Domino dicente: *qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit*; & alibi: *confirmatti operis vobis mercer a retribuitore omnium bonorum Domino tribuentur*. Cognovi siquidem in vestris syllabis, ut sanctæ recordationis prædecessor noster Gregorius constituit Augustino & omnibus successoribus suis, in posterum metropolitanum & primitivum fedem in civitate Doroberenia, ubi caput totius gentis Anglorum a diebus Paganorum habetur. At vero nunc per revelationem Jesu Christi, qui est origo & caput totius Christianitatis, eadem civitas exaltatur, & orthodoxa fides, quæ est radix nobilissima, ibidem collocatur, ut ex illa fegete uberrimum fructum bonæ operis ad patulum celestis patriæ omnem insulam metiri queant. O quam felix illa civitas, quæ meruit in se Christum habitatorem habere, expulsis antiqui hostis infidis! Felix illa civitas, felix & tora gens, cum illas fupena misericordia visitare non dedignata fit, quos ante mundi creationem prædestinaverat fibi fociare. Quare abfit ab omni Christiano, ut ex illa civitate Doroberenia alliquid minuerat aut in aliud mutetur nunc, vel in futuris temporibus, quæ a prædecessore nostro domino papa Gregorio statuta sunt, quoquo modo res humanæ quaffentur. Sed magis ex auctoritate beati Petri apostolorum principis id ipsum præcipientes firmamus, ut in Doroberenia civitate semper in posterum metropolitanus totius Britanniæ locus habeatur, omnesque provinciæ regni Anglorum præfati loci metropolitanæ ecclesiæ subjiciantur, immutilata perpetuaque stabilitate decernimus.

ANNO CHRISTI 618. 616.

Hanc autem ecclesiam, utpote specialiter consistentem sub potestate & mitione sanctæ Romanæ ecclesiæ, si quis contra fuerit imminuere, eique de concessæ potestatis jure quicquam abstulerit, sciat eum Deus de libro vitæ, sciatque se sub anathematis vinculis esse notatum. Deus te incolumen custodiat reverendissime frater.

ANNO CHRISTI 618. 616.

AD CONCILIUM HISPALENSE II.

Anni 621. seu potius 618.

ADDITIO.

Anno 618.

AD hoc provinciale concilium pertinere arbitror eidem illud Sisebuti regis, quo dirix devovetur *quicumque municipium Christianum Judæi ferunt, vel famulari permittunt*. Quamvis enim lex ista synodi occasione sancita in edicto non legitur; nos tamen in Hispania ferebat, ut synodi alicujus vigorem leges istæ a regibus darentur, ut ex synodo Toletana sub Gundemar o intelligimus. Labbeus quidem ad marginem concilii Toletani XII. in quo legis hujus Sisebuti fit mentio, ad canonem 65. concilii Toletani IV. provocat, sed concilium illud sub Sisenando, non vero Sisebuto rerum potente convenit. Quam melius ad Hispalense II. concilium Sisebuto rege habitum lex illa, cujus meminit Ervigius rex in adlocutione ad patres Toletanæ XIII. synodi, referretur.

HONORIUS PAPA I.

Sedit ab anno 626. usque ad annum 638.

AD EPISTOLAS HONORII I. PAPÆ

APPENDIX.

AD HONORIUM CANTUARIENSEM ARCHIEPISCOPUM

Concedit primatum in universas Britannicas ecclesias.

Dilectissimo fratri Honorio, Honorius episcopus servus servorum Dei.

Anno 626.

Ex Wilkins Con. Angliæ ec. to. 1. pag. 53.

SUscepitis vestræ dilectionis literis, in eis reperimus vestri laboris sollicitudinem, circa nobis commissum gregem multa fatigatione occupatam, multis labore & angustia crebrescentibus malis & mundanis usibus mentis vestræ difficultatis sæpius fustinere gravitatem. Nos verò hortamur vestram dilectionem, ut opus evangelii, quod cœpistis, tenetis; quia in eo tibi laborantibus atque perseverandum magis, quam omittendum, necesse est. Memento evangelici præcepti quomodo dicitur „ ego pro te„ rogavi, Petre, ut non deficiat fides tua, „ & tu aliquando conversus confirma fra„ tres tuos. „ Et iterum in Apostolo: „ fratres flabiles estote & immobiles, abun„ dantes in opere Domini semper, scien„ tes quod labor vester non est inanis in Domino. „ Ideo fupplicirer vestram dilectionem admonemus, ut fide & opere in amore Dei & charitate vestra acquisitio decessorumque vestrorum, quæ per domini Gregorii exordia pullulat, convalescendo amplius extendatur, ut ipse promissis dominici eloquii vos ad æternam festivitatem evocet, quæ dicit: „ venite ad me omnes „ qui laboratis & onerati estis, & ego re„ ficiam vos. „ Et iterum: „ Euge serve „ bone & fidelis quia fuper pauca fuisti „ fidelis, supra multa te constituam, intra „ in gaudium Domini tui. „ Interea tuæ sedis auctoritatem nostræ auctoritatis privilegio firmari postulasti. Nos verò absque ulla dilatione gratuito animo annuentes, quia rectum est, ut quæ semel statuta atque disposita sunt prædecessoribus nostris cognovimus, hoc ipsum & nos confirmemus. Eorum itaque vestigia affequentes, juxta rirum tum priscæ consuetudinis, quæ a temporibus sanctæ recordationis Augustini prædecessoris vestri nuncupatæ tua ecclesia deriuit, ex auctoritate beati Petri Apostolorum principis, primatum omnium ecclesiarum Britanniæ tibi, Honori, tuisque successoribus in perpetuum obtinere concedimus. Tuæ ergo fraternitati subjici præcipimus omnes ecclesias Angliæ & regiones; & in civitate Dorovernia metropolitanus locus & honor archiepiscopatus, & caput omnium ecclesiarum Angliorum populorumque tuæ fraternitatis, & sanctæ ecclesiæ deserviat, & a nulla persona per aliquam malam suasionem in alium locum mutetur. Alter autem si quis secerit, typho superbiæ inflatus, & pestræ contenderit reniti, sciat separatum a patre incolumen custodiat, dilectissime frater.

EX

ANNO CHRISTI 624. 627.

EX DECRETIS HONORII PAPÆ

Burch. lib. XI. cap. 49. Gratian. XI. 4. 3. cap. Curæ Sit.

ANNO CHRISTI 624. 617.

CUræ sit omnibus episcopis excommunicatorum omnino nomina tam vicinis episcopis quam suis parochianis pariter indicare, eaque in celebri loco posita præ foribus ecclesiæ cunctis conventionibus inculcare, quatenus in utraque diligentia excommunicatis ubique ecclesiasticus auditus excludatur, excommunicationis causa omnibus auferatur.

AD CLIPPIACENSE CONCILIUM

Anni 633. seu potius 627.

ADNOTATIO CRITICA.

Anno 627.

COncilium hoc Clippiacense deducum ex diplomate Dagoberti regis, in quo de fugitivis & de asilo monasterii Dionysii, plane commentitium est, expressiunque censeo ex conventu Clippiacensi anno regni Clodovei II. XVI. Christi 653. Notat enim. Simeonibus in vetustis Dagoberti regis gestis, quæ in antiquis codicibus legantur, orationem illam, quam in conventu Clippiacensi a Clodoveo II. habitam recitat Aimoinus lib. IV. cap. XLI. Dagoberto regi datam, quæ pariter fraude præcipitum Clodovei II. in eodem conventu Clippiacensi datum, tribui potuit Dagoberto, ut antiquius videretur. Id verò ut affirmem fuadent multa. Primo enim synodus Clippiacensis sub Dagoberto signatur anno V. ejusdem Dagoberti. Verum rex ille sex prioribus regni sui annis, vivo adhuc patre Clotario II. Metensem regem egit, nec fane potuit Clippiacensi conventui, quem locum Clodoveus in sua postellate retinebat, anno regni sui quinto præfidisse. Nec poll patris obitum novam regni epocham exorsus est, sed antiquam retinuit, ut Cointius in Annalibus Francorum notat. Quare anno regni sui quinto in conventu Clippiacensi præpositum aliquod dare nequaquam potuit. Insuper omnes ferme episcopi qui synodo Clippiacensi, sub Dagoberto anno 633. vel 627. adfedisse legantur, fere omnes subscribunt diplomati Clodovei II. in conventu Clippiacensi anno 653. ac privilegio Landerici episcopi Parisiensis superiori anno 652. lato; utrinque enim sese offert *Landericus*, (episcopus Parisiensis) *Annemundus*, qui male in præcepto Dagoberti *Ammemundus* scribitur (Lugdunensis) *Landemarus episcopus*, *Ebbo vius*, male in eodem præcepto *Abbonius*, (Embredunensis) *Elegius*, (Noviomagensis) *Palladius*, (Autisiodorensis) *Audoberus*, qui in præcepto Dagoberti sicut & apud alios quosdam *Dadus* appellatur (Rotomagensis.) Utrinque pariter sese offert *Ermenricus vir illustris*. Quis porrò credat tot episcopos, illustresque viros, duplici conventui Clippiacensi integris viginti annis inter se disjunctis adesse potuisse? Denique synodo Clippiacensi sub Dagoberto subscriptus legitur, *Landericus episcopus*, quem ipsum esse ejus omnium episcopum Parisiensem facile omnes concesserint. Landericum verò hunc nonnisi pius anno 643. Parisiensem cathedram ascendisse notat Pagius in Critic. ad A. 662. IV. Quæ ergo sit fides synodi Clippiacensis sub Dagoberto anni 627. quam Landericus episcopus obtinuit? Argumentum hoc maxime urget otiolitatis epiicopalis SS. Audoeni ita Dodonis Rotomagensis, & S. Eligii Noviomensis, qui ambo supremo facerdotio initiati fuere anno 640. quo Clodoveus II. qui Dagoberto patri anno 628. januario mense successit. Dodo verò *Rotomagensis episcopus* & *Elegius* utique Noviomensis synodo huic Clippiacensi anno V. Dagoberti habito subscriptus legitur. Abjicienda est igitur synodus ista, vel potius cum Clippiacensi anni 654. confundenda.

AD MATISCONENSE CONCILIUM

In quo regula S. Columbani de Agrestini calumnias defenditur.

Ante annum 624. celebratum

ADNOTATIO CRITICA.

Inter an. 616. & 624.

Ex meis ad Pagium Adnot. ad A. 613. 5. 624.

QUanquam de anno quo Matiſconenſe iſtud concilium celebratum fuit, nihil certi conſtat; illud tamen affirmare audeo, ejus celebrationem intra ſpatium annorum octo, quot ab anno 616. uſque ad eruo ex Jona in Vi a Euſtaſii, narrat enim Agreſtinum e Luxovio in Italiam contendiſſe, indeque Aquilejam venientem ſchiſma trium capitulorum ebiiſſe, qua de re epiſtolam ad Artalam ſcripſit. Tum redit in Galliam ubi turbatas eccles conciliii Matiſconenſis cauſam præbuit. Ex his intelligimus concilium coactum fuiſſe poſtquam Artalasebinum præfectum obtinuit; ad illum enim tanquam ad ſuorum monachorum præſulem literas ſuas Agreſtinum dixeriſſe opinor. Cœpit autem Artala poſt obitum S.

Co-

ANNO CHRISTI 618. 633.

Columbani nempe circa annum 616. Poſt concilium Agreſtinus SS. Romaricum & Amatum ſeduxit. Sed ambo dein errorem agnoverunt, & acerba pœnitentia luxerunt, præſertim S. Amatus, qui tantis macerationibus corpus affecit, ut ponderi ſuccumbens, eatdem anno 624. ut ſtagius hic num. 7. probat, interierit. Ex hoc liquere arbitror concilium inter annum 616. quo Attala cœpit, & 624. quo Amatus deſiit, habitum fuiſſe. Ut autem demus aliquid excurſioni Agreſtini in Italiam, ſchismati & mollitioribus ejus in S. Euſtaſium ante concilium; viciſſim autem deceptioni S. Amati, ejuſque reſipiſcentiæ ac pœnitudini poſt concilium, non innani conjectura ſedem concilio annum 618. aut 620. circiter conſtitueremus.

ANNO CHRISTI 618. 633.

AD CONCILIUM ALEXANDRINUM

A Cyro Monothelita anno 633. habitum

ADNOTATIO CHRONOLOGICA.

Anno 633.

QUamvis levioris eſt momenti, juvat tamen mendum quoddam corrigere, quod in hiſtoriam hujus concilii apud ſcriptores irrepſit. Hujus epocham ita ſignant: *Menſis Maji quarta die indictione ſexta.* Indictionis quidem notam admitto; dies verò in Græco adſcriptus ſynoſi VI. œcumenicæ action. XII. nullus adnotatur; & recte quidem, nam in Græco menſis eſt *Pauni*, hic verò Alexandrinus menſis a die XXVI. Maji exordiebatur. Quomodo ergo dies IV. Maii cum menſe Pauni conjungatur? In veteri alia concilii ſexti verſione, quam primus vulgavit Harduinus ex MS. codice bibliothecæ collegii Claromontani S. J. pro Majo menſe Martius exprimitur; ſed nec ita cum Pauni cohæret.

AD CONCILIUM TOLETANUM IV.

ADNOTATIO CRITICA.

Anno 633.

DE hoc concilio hæc animadverſa innotis ad Pagium ad A. 633. 28. Loaiſæ codex plane mendoſus eſt, vel certe ſcriptor ille minus perite veterem ſcripturam legit, nam lapſus eſt non ſemel. Primo legitur in canonum collectione Hiſpanica, cujus veuſtiſſima exemplaria duo Baluzius conſuluit, leguntur interfuiſſe concilio huic epiſcopi ſexaginta ſex, cui epiſcoporum numero conſonat epiſtola Cæſarii abbatis S. Cæciliæ in Monte-Feretro (quam ſcripſam conicit Baluzius anno 972. circiter). Inſuper pro eo quod Loaiſa legit, *Nona Decembris*, in MSS. eſt *Nonas Decembris*. Vide Baluzium Miſcellan. tom. 7. pag. 61. Poſtremam hanc e MSS. codicibus correctionem eo libentior admitto, quod certum annum concilium hujus detegit. Cum enim concilia die dominica Indici mos ferè, & anno iſto 633. Nonæ Decembris in dominicam inciderint, ab hoc pariter anno concilium removendum non eſſe intelligimus. Cum præſertim eundem annum deſignet Æra DCLXXI. quæ in inſcriptione ejuſdem concilii legitur. Nec moveor authoritate Roderici, qui Sifenandum, (in cujus anno tertio concilium habitum fuit) *cœpiſſe* Æra DCLXXIII. notat; non enim ſcripſerit ille tantæ vetuſtatis eſt, ut indubitatam fidem in re chronologica exторqueat, præſertim contra fidem veterum codicum, in quibus concilium iſtud æræ DCLXXI. & tertio Siſenandi anno illigatur. Neque ſinceriora concilii ejuſdem Acta præ oculis habuiſſe ſcriptor ille cenſendus eſt, cum errer in aſſignando numero Patrum qui concilio adfuerunt, quos ad LXVIII. recenſet, cum re vera LXVI. rantummodo interfuerint, ut ſupra demonſtravimus. Ex his ergo conſtat Siſenandum æra DCLXVIII. ſeu anno 630. vel 631. cœpiſſe.

AD CONCILIUM PARISIENSE

Anni 638. ſeu potius 632.

ADNOTATIO CRITICA.

Anno 631.

QUe nos ratio fuaſit ut concilium Cliptianenſe anni 627. ad Clippiacenſe anni 644. referremus, eadem pariter & concilium hoc Pariſienſe pro immunitate Baſilicæ S. Dionyſii, ſub Dagoberto celebratum, ut relinquamus ſuadet. Charteæ enim quæ concilium hoc deduxit Simondus *Sacrabile inter cæteros epiſcopus Eligiur*, quem ipſum eſſe Noviomenſem epiſcopum ex eo conjicio, quod hujus nominis nullus tunc epiſcopus alius in Gallia ſeſe offerat. Eligius verò nomiſi anno 640. ſub Clodoveo II. in epiſcopale ſolium evectus fuit. Qui ergo fieri potuit ut anno 632. ſub Dagoberto concilio celebrando inter epiſcopos adfuerit? Res igitur ita ſeſe habuit. Anno 633. Landericus epiſcopus Pariſienſis privilegium libertatis Monaſterio S. Dionyſii conceſſit, quod cum pluribus epiſcopis, ipſoque Eligio Noviomenſe in ſynodo forte Pariſienſi ſignavit. Hinc ea ipſa fraude qua ex ſynodo, ſeu convenu Clippiacenſi anno 638. eadem de cauſa collecta, facta eſt ſynodus Clippiacenſis anni 627. ſub Dagoberto; eadem, inquam, fraude ex ſynodo Pariſienſi anni 638. expreſſa eſt altera Pariſienſis anni 638.

ANNO CHRISTI 618. 633.

Nec valet ſi dixeris, fieri utique potuiſſe ut privilegium pro baſilica S. Dionyſii anno X. Dagoberti in ſynodo Pariſienſi daretur, cui poſt aliquot annos Eligius epiſcopus renunciatus ad majorem firmitatem ſubſcripſerit. Id enim fieri quidem poſſet, verùm ab ille epiſcopis, in quorum diœceſi ſita erat eccleſia, ut privilegium ab ea ex munere deceſſoris acceptum & ſucceſſore, pariter ſubſcribereturur. Quorſum verò Eligii Noviomenſis ſubſcriptio privilegio Pariſienſi ante annos aliquot lato exquiratur?

ANNO CHRISTI 638. 645.

SEVERINUS PAPA

Cepit anno 640. eodemque defit.

JOANNES PAPA IV.

Sedit ab anno 640. uſque ad annum 642.

THEODORUS PAPA I.

Sedit ab anno 642. uſque ad annum 649.

AD CONCILIUM AURELIANENSE

Anni 645.

ADNOTATIO CHRONOLOGICA.

Ex anno 645. ad 642.

COncilium iſtud ante aſſumptionem SS. Eligii & Audoeni ad epiſcopatus Noviomenſem & Rotomagenſem, collocandam eſſe Labbeus ex Audoneo authore Vitæ S. Eligii recte deduxit. Cum verò ex fide, actorum ejuſdem S. Eligii, ſicut & adorum S. Audonei conſtet, utrumque ſanctum virum ſummo ſacerdotio, regis Clotarii II. anno III. initiatos fuiſſe, conſtetitque pariter ex Pagio Clotarium hunc anno 639. cœpiſſe; hinc inferas licet ſynodum Aurelianenſem non quidem anno 645. ut Labbeus conſtituit, conſignandam, ſed & annum 642. forte præceditſe.

SYNODUS NISIBENSIS NESTORIANORUM

Pro canonibus quibuſdam forte diſciplinæ condendis

A Curia ejus forte urbis epiſcopo

Anno circiter 645. habita.

Anno 645. circ.

SYnodi hujus nuda ſupereſt mentio ex catalogo epiſtolarum Jeſujabi Adjabenorum metropolitæ apud Aſſemanum Bibliot. Orient. to. III. pag. 142. Inter cæteras enim recenſet epiſtolam ejus ad Guriam, (forte Niſibenſem epiſcopum) qua queritur de literis ad ſe miſſis abſque *nomine* & ſubſcriptione, tum & quod Niſibi ſynodum habuerit canoneſque pro libito condiderit.

ANNO CHRISTI 647. 650.

SYNODUS NESTORIANA IN COENOBIO

S. SIMEONIS, forte prope Seleuciam, Nestorianorum,

Ad recipiendum ad communionem Sabadunam episcopum, qui saepius ad Catholicos defecerat, tandem in communionem Nestorianorum admitti postulabat,

ANNO CHRISTI 647. 650.

MAREMME NESTORIANORUM CATHOLICO PRÆSIDENTE

Inter annum 647. & 650. celebrata.

Inter an. 647. & 650.

MAremmes, qui ab anno Christi 647. ad 650. Nestorianorum cathedram supremam occupavit, Sahadunam episcopum, qui saepe a Nestorianis ad Romanos transierat, iterum resipiscentem admisit volebat ad communionem. Eius rei causa concilium indixit ad coenobium S. Simeonis, ubi ipse degebat, in quo Sahadunus, licet nonnullis repugnantibus, admissus fuit. Ad hanc synodum Jesujabus Adjabenus metropolita episcopos decem, qua demonstrare nititur Sahadunam saepius redeuntem & saepius etiam recedentem admitti nequaquam oportere.

Integram illam hic referre juvat, tum quod ad concilium istud pertineat, tum etiam quod de synodis octo, in quibus Sahadunas apostasiae fuit renunciavit, mentionem faciat. Hae vero synodos inter annum 628. & 650. collocandas Assemanus, ex quo hae omnia desumpsi, ex eo demonstrat, quod Sahadunus Nestorianismo renunciaverit postquam cum eodem Jesujabo ad Romanorum terras anno illo 628. profectus est, ut ex Margenti Arabo scriptore idem Assemanus tom. 3. pag. 107. evincit. En vero ex eodem Assemano Jesujabi epistolam.

JESUJABI METROPOLITÆ ADJABENORUM NESTORIANI

Ad episcopos regiouis Garmaeorum in synodum collectos.

IMminens metus, o Beati, invitum me cogit scribere quae nolebam. Ut autem isthuc scribere cogerer, plures tentationes, quae antehac acciderunt, me docuere. Paucas igitur de pluribus dicam. Dudum scilicet quum ad vos venissem, intellexi, postea istud ipsum etiam audivi Catholicum ad vos frequenter scribere; & nunc rursus accepi, eundem propediem ad vos esse venturum. Et haec omnia, tum epistolarum scriptionem, tum Catholici accessum, eo collimare, ut religionitati vestrae persuadeant, Sahadunam ad Dei ecclesiam vi dedebitum recipere: quum nimirum nec Sahadunas, nec Dei ecclesia id velint. Sahadunas enim quum luctuosus nec ad tempus ad ecclesiam accedere voluerit, quid? exhibitaeris ne illum se adduci passurum, ut ab iis quae praepollere impieque loquutus est, & adversus veram fidem scripsit, discedat? minime vero: sed & nunc in perversitate sua religionis persistit, nostramque anathematizat fidem, atque pleno ore blasphemiis insectatur, infirmo fultus praesidio ab urbe, quam Diabolus ecclesiae erexisse, illi tradidit. Neque modo Dei ecclesiae communionem fugere petit. Sed nec Dei ecclesia unquam voluit aut modo vult in suam communionem illum recipere, qui ejus fidem anathematizat, & ejus dogmata depravat, & personas ejus blasphemat. Quum ergo nec Sahadunas ingredium in ecclesiam quaerat, neque Sahadunae ingressum ecclesia optet, equidem non intelligo, quanam cogitatione aganter qui se hac cura onerarunt scribendi aut legendi, aut legendi, aut pergendi ingressum hominis hujus indolis & ingenii. Quidnam porro, o Beati, Sahaduna protestatum reliquit, ut nobis probaret, a nostra religione sese abhorrere, ut illud modo officiens credatur alienus & segregatione dignus? At quisquam fortasse, Domino scilicet nostro & Paulo mitior, nobis objecit illud septuagies septies. Sed, o Beati, haereticis certus statuitur terminus, & quidem tatis cognitus: neque vulgare delictum est, quod contra fidem admittitur crimen. Etenim Dominus quidem per oculum detorum & manum dexteram, & per celerem utriusque festionem, ajus, qui fidem deprayat, abscissionem circumscripsit. Paulus verò Domini interpres prima & secunda vice haereticì segregationem definivit, subditque diatim causam celeris resectionis: ut qui nempe non ignorabat futuros nos ipso mitiores & meliores, eundemque prudenter praecipiti festinatoque judicio sine mediocri ricordia incultores. Scitote, inquit, quod quisquis hujusmodi est, subversus & delinquens, & suo judicio est condemnatus. Age verò quando Apostolicae legi stare nolimus, proinde quum septuagies septies numerum excedere quinquagies sexies excessimus: & ut hoc praetermittam, quod ego scorsum, quemadmodum & singuli vestrum, frequenter illum corripuimus, & in conventibus synodicis, & Catholico praesente acta sunt, commemorabo. Obies fequidem Sahadunas ecclesiae fidem susceptiumque errorem in universali synodo anathematizavit; ter quidem priora cum subscriptione & sigillo; quinquies verò confessione coris coram synodo & totidem vicibus ad suam primitivam reversus est, vebus ad suam primitivam reversus est, vebut canis ad vomitum; quando nec ipse defecit negando & confitendo, & rursus quod confessus fuerat abjurando; neque nos vicissim defecimus illum quotidie fluito cum labo-

ANNO CHRISTI 650.

labore fuscipiendo. Postremum verò videns Deus, qui per Paulum loquutus fuit, blasphemiam nostram commiserationem a multiplici Sahadunae inconstantia minime superatam fuisse, statu suo hominem obtinere disciplinae proculi: ad partes nempe haereticorum, ubi ille Beelphegor initiatus, omnibus nequitiae modis pravam eorum communionem approbans, plures libellos blasphemiarum plenos adversus nos, nostram fidem, nostrosque doctores in omnibus heterodoxorum fynodis scripsit divulgavique. Quum ipse nullam ad praviratem suam indicandam omiserit rationem, quin eam in publicum professrot, eumque nostet quoque Deus & Dominus Jesus Christus procul a republica incolatus nostri abegerit; illum & nihilominus misso nuncio revocamus, & deducimus adversus Dei nutum, & adversus fuam ipsius providentiam. Veniteque ille, praedicans a Jerusalem usque ad Illyricum, coram Throno sedilicet catholico orthodoxorum, condemnationem nostram: professus fe venisse, ut nos ad fuam fidem traduceret. Quum autem res in eo statu reperisset, in quo reperit, desperavit nos, & ad locum, abiit, quo abiit, ad populum nempe paucissimum Diabolo ab ecclesia distractum ipsi tradiderat. Illud verò magis mirandum est, quod post talia flagitia, qualia funt quae retuli, quum Sahadunas dedignatus fuerit ad Catholicum & ad ejus fidem, honorem, & communionem accedere, illumque cum desperatu reliquerit, & ad populum fuum se receperit; quum, inquam, haec Sahadunas aufus fuerit, miror, qua ratione nunc pro illo ad vos scribatur, ut cum revocentis, velut quibus nobiscum & jus est illum revocandi: libellus etiam vobis mittatur continens ea, quae ab illo fubsignari oportet: vosque similiter scribatis, de ejus revocatione, & quae ejus reverae desistionem procurantes, ajentesque, cunctari oportere, & expedari Catholici adventum. Unum itaque poli hac re restat, ut si Sahadunus aliquod obedientiae specimen praebeat, sicut saepius praebuit, continuo admittatur ad fanctorum communionem. At ego gratias interim Sahadunae, divinae potius dicam providentiae, quod ipse haud prorfus se adduci passurus est, ut juxta morem paerat. Secus intra fanctam ecclesiam modo habebimus venerabilem episcopum, cujus libris universus orbis plenus est adversus fidem nostram conscriptis, in quibus nos Paulinistas, & eorum filiorum affertores appellat: & quidem dudum ille nos nec episcopos, nec orthodoxos censet, sed quotidie verbo & scripto anathematizat quotcunque affentes duas ineffe Christo hypostases, & negantes unam tantummodo hypostasin esse Christum. Id verò, qui ejus dicta excepterunt, teftantur, & vulgata ubique ejus fcripta confirmant. Scripsit enim & obrulit plures libellos in omnibus terris Romanorum, praecipuas, se a nobis expulsum fuisse, quod nobiscum communem fidem haud quaquam haberet, fibique ipforum religio placeret. Nihilominus placemus nobis adhuc & inftamus, ut talem hominem tanquam unum ex nobis confca-

ANNO CHRISTI 650.

mus, & putamus adhuc homines nos esse, & hominum meorem nos habere. Ait nunc parco verbis, ne acerbus videar, & ultra progredior, & gratias ago quamplurimas Dei clementiae, quod minime permiserit Sahadunae, ut nos falleret, ficut antehac foslebat. Alioquin haberemus, ut modo dicebam, egregium episcopum, cujus adversus nos scripta libros, quos Xenajas (*Philoxenas Magnenfis*) adversus Patres conscripfit, exfuperante. Idcirco miferabiliter eliamo ad vos, & oro, obteftorque, ut a fchifmate caveatis, ne fcilicet ecclefia perturbetur, o beati viri. Porro erit exiguum, quippiam vobis videatur, quod unus, quamfem me effe comperio, a vestra fynodo difedat in fuscipiendo hominis, qui fidem corrupit, at parvi profecto non funt, qui ad mortem ufque pro veritate decertant, quamvis abfit, ut unus fit, quemadmodum aliquando fuit, fed orthodoxae veritatis nomen per Altiffimi gloriam ubique triumphat. Qua de re audite quod vobis narro novum miraculum, quod Deus in ecclefia fua nunc in fine romporum ad confirmandum teftimonium fidei fuae in mundo edidit, ut Deus, hominum amator, qui nunquam reliquit, aut reliquet fe ab hoc eftimonio. Dum nas nimirum illos, qui a trecentis circiter annis a Cyrillo tempore & deinceps fidei verbum depravabant in terris Romanorum Ulia afferione unius hypoftafis, unius fcilicet naturae, eorumque fimiles, virtutis fuae potentia modo illinc expulit & unicum ipfi ex diptychis & ex univerfa ecclefia Romani Imperii abrafit; Cyrillum, inquam, & Severum, atque alios quofcunque, qui non diffimili in illi fano in impietate perierc; illi verò qui in illis funt, & communem cum praedictis tenent fententiam, in variis Romani Imperii partes projecti, etiam exillo lunare, fere quotannis, fere epifcopi, five quavis alia dignitate fpectandi. Cujus rei teftes oculatos apud nos habemus fratres monachos noftros, qui univerfo orbe luftrato ad nos poftliminio redierunt. Ditaque magna Roma, & focia ejus Ravenna, & univerfa Italia, atque omne regnum Longobardorum, & Francorum, Africa, quoque & Sicilia, Thracia univerfa & Creta, Rhodus etiam & Chius, & omnes inful aeque Conftantinopolis & univerfa ejus dicio, Alia quoque, & Bithynia, & Cyprus & Pamphilia, Galatia, & Iauria, & univerfa Graecia & Jerufalem & Cyprus & plurimi ex Paleftina & Phoenicia, duas hypoftafes, & duas operationes & proprietates Chriti unanimi consenfu profitentur. Sed & omnes epifcopos aliter fentire convinctos in exilium pellunt. Cyrillum infuper impium, qui doctrinam de unica hypoftafi & proprie-
E tate atque operatione Chriti primus invexit, anathematizatur & ex diptychis ecclefiafticis expunguntur. Et vero miraculi fpectem habet, quod illi qui per tria circiter fecula errorem fequuti fuerant, ex Dei gratia ad veritatis agnitionem redierint; nos contra qui per tot fere fecula, in vera fide & doctrina firmi perftitimus, nunc in errorem imprudentes impellamur opera illorum Dæmonum, qui a Romano-

ANNO CHRISTI 649.

rum ditione abacti fuere; & quum illi Cyrillum fidei ipsorum depravatorem e sacris diptychis per tria fœcula modo abraserint, nos inanimem Cyrilli abortivum, nempe Sahadunam, fatuum hominem, in ecclesiam Dei cum honore sanctorum admitendum esse contendamus; quum præsertim ille contra quoridie clamet, se de nostra communione haudquaquam esse, nosque universos in errore versari, seque fatagere, ut nos ad suam fidem traducat, & ad hunc scopum e terris Romanorum huc revertisse. Hæc proinde intuentini, o Sancti sacerdotes, & sedulo fatagite, ut catholicatis insemeranam nostram quam præsertim, ut sinus exemplaria in custodia Domini, in qua fuistis constituti, ne dimenses illi, qui ex occidente virtute Dei abacti fuere, per cuniculos insolentem nostrum irrumpant, nullisque hominis opera, qui Sahadunas appellatur, nosque in sine mundi infamia hujusmodi laboremus. Recolite, ut viros doctissimos decet, quæ scripta sunt: per exiguum nimirum & faciles aditus nequitiam hujusmodi in Romanorum terras introrumpere, & viros admirandos atque inclytos doctores decidere atque naufragium passos fuisse, & seipsos fleville demum, quum ad indigna perpetranda induti fuissent, ad anathematizandum videlicet fidem patrum & beneficiorum suorum, quorum memoria literis consignata manet in sempiternum ad nostram doctrinam & admonitionem: quoniam finis fœculorum pervenit super nos. Ecquis verò novit non esse ista initia dolorum adventus Sathanæ? Quod si sub inirium dolorum naufragium patimur, quæ nobis spes superest ad ea quæ venture sunt? Sarragamus ergo, fiscut boni amistores, ut finus exemplaria virtutum ecclesiæ Dei, ad cujus ministerium segregati fuimus. Ipse autem misericors & bonus Deus, qui in poreslate habet, ut omnem in timentibus se gratiam abundare faciat, infirmitatem nostram sua misericordia corroboret, ut faciamus voluntatem ejus omni tempore cunctis diebus vitæ nostræ. Amen.

ANNO CHRISTI 649.

PSEUDO-SYNODUS THESSALONICENSIS

Gemina a Paulo ejus urbis episcopo Monothelita celebrata anno circiter 649.

Anno 649. circ.

QUod per totum orientem gliscebat, Monothelitici dogmatis virus, in Illyricum usque pervadens Paulum Thessalonicensem episcopum totius provinciæ metropolitanum infecerat. Qua de causa coacta synodo provinciæ suæ forte Thessalonicæ haberim habilivit, conditis in ea capitibus duodecim, quibus impiam illam sententiam subo comprehendit ac obligavit. His perfectis capita illa una cum synodica epistola transmisit ad sanctum Martinum pontificem, nec forte ab aliis delata fuit, quam a Pithano episcopo & Ignatio diacono, quos apocrisiorum ejus munus Romæ gessisse Martinus in epistola ad eundem data in Labbeo num. XII. legitur. Offunsus his Martinus anathemati Paulum obiicere meditabatur, sed precibus apocrisiariorum ejus motus legatos suos misit cum mandatis, ut quam ipse deferebant fidei confessionem, signari a Paulo jubberent. Venerant illi, sed Pauli dolis circumventi pro eo ut quam attulerunt fidei formulam ab eo signandam curarent, quam in synodo tunc coacta Paulus excudit synagraphum, ejus manu signatam, acceperunt, in qua omnia quidem quæ in Martiniana formula continebantur expresserat, illud verò reticuerat, quod Martinus in fua adjecerat: *Omnia anathematizo quæcumque Romana ecclesia anathematizat.* Fraudem illico sensit Martinus, qui primo quidem legatos male gestæ legationis reos postulavit, & canonicæ correctionis subjecit. Tum verò anathematis sententiam jaram die I. Novembris indictione VIII. ideli anni 649. dixit in Paulum ejusque *literas fynodales, & quæ prius, & quæ nunc*, aic, *a te missa sunt*: sicut & ea omnia damnavit quæ *fynodaliter ab eo gesta sunt, & quæ prius, & quæ nunc.* Neque his contentus damnatum illum eo etiam minæ veluit quod in *præsato secundo fynodali suo subscripserit & hoc. Omnia anathematizamus quæcumque anathematizamus.* De his verò omnibus per literas suas eandem Paulum certiorem fecit, monens ut tandem resipiscens eos omnes damnaret, quos Romana ecclesia a cœtu sue abjecerat. Ex his literis, quarum verba in hac nostra narratione expressimus, utriusque synodi cognitionem assequati sumus, quæ Collectores hucusque fugit.

ANNO CHRISTI 649.

MARTINUS PAPA I.

Sedit ab anno 649. usque ad annum 655.

ANNO CHRISTI 649.

GALLICANA SYNODUS

Forte Parisiensis

Anni 649.

MArtinus pontifex vir Romanam catheDram afcendit, inter primas pontificeus fui curas hanc posuit, ut invalescenti jam per orientem Monotheliturum hæreli ftreuue resisteret. Cujus rei gratia concilium præsulibus frequens cogendum statuens, legationem destinavit in Galliam ad Clotarium, ut ex regno suo viros doctos Romam mitteret ad concilium. Is legatione accepta, *rex cunctis regni sui sacerdotibus in unum, coactis, quid legati pontificis afferant* (forte afferant) *indicat, imbetque ut ex se ipsis talentos eligerent, quos ad propagandam tantæ rei negotium idoneos non dubitarent. Ab illis uno consensu B. Audoenus cum S. Eligio ad hoc destinandos elegerunt.* Ita vetustus author secundæ vitæ S. Audoeni, quem Bollandiani focii in vita ejusdem Sancti deserunt. Quanquam verò scriptor ille sæpe non semper asserat, in eo tamen congruit cum genuino authore Vitæ S. Eligii Noviomensis lib. 1. cap. XXXIII. apud Surium ad diem 1. decembris, qui legationis hujus a Martino in Galliam destinatæ meminit, additque, commissum fese intirei Romano Audoneo, & Eligio impedimenti aliquod obstitisse. Et his constat statuendam esse synodum vel forte conventum Gallicanorum episcoporum, eodem ipso anno 649. quo Romæ synodus habita est.

Ex anno 650. ad 644.

Ex mels ad Pagium Notis ad A. 662. III.

AD CABILONENSE CONCILIUM

Die 8. Kal. Novembris anno circiter 650. celebratum.

ADNOTATIO CHRONOLOGICA.

ETsi de anno, quo synodus ista Cabilonensis habita fuit, certi nihil definiri potest, non inani tamen conjectura cum anno 649. illigaremus. Nam die VIII. Kal. Novembris celebratum fuisse tam certum est, quam certum pariter indicendis exordiendisque concilii diem dominicam plerumque deligi consuevisse, sicut & æque perspicuum est, ex iis quæ Pagius hac animadverteit, synodum hanc collocari oportere intra annos 640. quo SS. Eligius & Audoenus episcopi renuntiati sunt, & 653. quo S. Audobertus Parisiensis jam decesserat. Porro intra annorum spatium illud dominica dies in VIII. Kalend. Novembris nonnisi anno 649. incidit; hanc ergo concilii epocha interim statuenda, donec lux major ex anecdoto aliquo monumento ecclesiasticæ historiæ affulgeat.

Hæc olim mihi probabilia visa sunt, modo verò & chronologicam hanc epocham, follicitandam fuerunt. Ea movet conjectura quam exhibet *Chadoindus episcopus ecclesiæ Cenomanicæ*, qui per Chagnoaldum Abbatem Synodo huic interfuit, atque subscripsit. Chadoindus iste idem est Hadoindus, quem Cenomanorum ecclesiam eodem *circiter aliquo tempore Clotarii filii Chilperici, & tempore Dagoberti filii Clotarii, & primo tempore Clodovei filii ejusdem Dagoberti* teltatur vetustissimus author de Gestis Pontificum Cenomanorum vulgatus a Mabilonio Vetter. Analect. pag. 239. edit. in folio an. 1723. Ab eodem verò scriptore vulgatæ sunt iuprenæ tabulæ ejusdem Hadoindi, quæ signantaurii, quæ omnia inter se collata demonstrant Hadoindum hunc, sive Chadoindum non diu post annum illum vitam prorogasse. Porro annus Clodovei quintus in annum Christi 647. ex Pagii suppurationelucidis. Non ergo serius anno illo vel sequenti 644. celebrari potuit concilium Cabilonense, cui per legatum suum interfuit Chadoindus, quod cenio forte, vel morbo supremo impeditus per se non egerit. Belle verò omnia cum anno 644. congruunt; anno enim illo dies VIII. Kal. Novembris, qua concilium habitum fuit, cum feria secunda congruebat. Secunda verò feria iniri concilia pro more ætatis illius consuevisse Pagius adnotavit.

AD CABILONENSE CONCILIUM ADDITIO.

Canones *ex Burchardo*.

Can. IV. *Burch. lib. XV. cap. XI.*

QUando ea quæ canonica ventilantur, vel quando regularia examinantur, vel aliquos laicos interesse nisi Religiosos, & nisi hos tantummodo, qui in propria apellant Persona:

Can. V. *Burch. lib. XIX.*

Quicumque se propria voluntate aut in aquam jactaverit, aut collum ligaverit, aut de arbore præcipitaverit, aut ferro percusserit, aut cuilibet voluntariæ se morti tradiderit, istius oblatio non recipiatur.

Can. V. *Burch. lib. cap.*

Si quis præcantaverit ad fascinum vel qualesquumq. præcantationes, excepto Symbolum & Orationem Dominicam, qui cantat, & qui cantatur tres Quadragesimas in pane & aqua pœniteat &c.

Can. X. *Burch. lib. XIV. cap. IV.*

Ut sobrietatem Sacerdotes teneant, & hanc habendam Fidelibus prædicent, quia non potest bibere, & sobrietatem prædicare, qui se mero ad alterationem mentis ingurgitat. Hoc & de commessationibus, ut cæteris pestibus ad gastrimargiam pertinentibus observandum.

SYNODUS SELEUCIENSIS NESTORIANORUM

Ad Schismaticos ab obsequio Catholici desciscentes damnandos

Anno circiter 654. celebrata.

Anno 654. PErsæ Marvanitæ & Catarenses a throno Seleuciensi defecerant; quos in ordinem redigendos coacta Seleuciæ Synodus anathemate perculit. Rei hujus mentio superest in epistola Jesujabi Adjabenis episcopi apud Assemanum Bibl. Orient. to. III. par. II. pag. CLXXXVI. ad Catarenses episcopos, qui verbis hisce compellantur: *Dei itaque ecclesia, hæc nimirum sancta synodus, quæ hoc tempore in urbe cathedræ Catholici* (Seleuciæ) *congregata est, vobis dudum fecit, quod ipsi vobis præsumpto antea judicio feceratis, vos scilicet ab honore & gradu, cujus nomen præfertis, dejiciens &c.*

EUGENIUS PAPA

Sedit ab anno 654. usque ad 657.

CONSTANTINOPOLITANA CONCILIA

Duo Monothelitarum in causa S. Maximi abbatis, alterum anno 665. alterum 666. celebrata.

Anno 665. 666. MArtino Romano Pontifice in exilium acto, exiliique gravitate oppresso, unum superêrat orthodoxæ fidei in oriente propugnaculum S. Maximus, quem hæretici subvertere aggressi, suggesserunt Constantio imperatori ut judicium in eum constitueret. Ille sacra divali emissa episcopos invitavit ad concilium, Maximum ad judicium. Veniens igitur abbas cum sociis monachis coram sacellario causam suam defendere coactus fuit. Acta causæ hujus vulgata sunt a Baronio in Annalibus; dein a Sirmondo in collectaneis Anastasii Bibliothecarii Oper. Sirmondi tom. III. ex quo demum in Collectionem conciliorum Veneto-Labbeanam tom. VII. pag. 477. transierunt. Ea occasione concilium coivisse ex actis illis discimus. *Postera die quæ fuit dominica, concilio facto, hi qui erant ecclesiæ persuaserunt piissimo imperatori hoc eos amaro & inhumano exilio condemnandos & ab invicem dividendos. Sanctum quidem senem penes Byzobem castrum Thraciæ, discipulum ejus apud Perberim, &c.* Concilium hoc respexisse credo Macarium patriarcham Antiochenum Monothelitam in sua fidei confessione, quam imperatori & patribus concilii VI. exhibuit, legenda in actis ejusdem concilii. Agit in ea Macarius de hæresi, quam appellat Maximi, quam plurium imperatorum & episcoporum edictis profligatam asserit, tum addit: *Quos sequuta est, & ea quæ hic facta est per divalem jussionem piæ memoriæ patris vestri* (Constantis patris Constantini, ad quem se dirigit Macarius) *sancta congregatio.* En igitur concilium ex divali Constantis in Maximum coactum, id vero anno 665. coivit. Agentem in eo exilio Maximum convenit Theodosius Cæsareæ episcopus, tentandumque sanctum virum aggressus, eam cum illo disputationem instituit, quæ integra ex iisdem Anastasii collectaneis recitatur in collectione Veneto-Labbeana tom. VII. col. 485. Secundum hæc, Maximus exilii locum mutare coactus Perberim adductus est. Sed nec ibi diu substitit, nam in additamento eidem collationi Maximi cum Theodosio annexo apud Combesisium in editione operum S. Maximi legitur. *Exinde adductis illis Constantinopolim adversum eos actione habita, &c.* Ex quibus verbis non obscure docemur, tertiam illam actionem seu judicium, non quidem Perberi, ut Pagius in critica ad A. 667. nescio qua adductus persuasione, censuit, sed Constantinopoli habitum fuisse. Judicium hoc in concilio ex episcopis collecto addito imperatoris senatu institutum fuisse demonstrat, tum sententia ejusdem concilii in Maximum & socios dicta, qua illos anathemate damnat, quam sententiam integram dabimus; cum etiam verba Macarii in ea fidei expositione de qua supra. Agens enim Macarius de eodem Maximo, post verba illa superius recitata, addit. *Petrus quoque sanctissimus & universalis Patriarcha* (Constantinopolitanus) *& prædecessor meæ parvitatis, Macedonius beatæ memoriæ, & Vicarius* (alia versio *legatus*) *Alexandriæ Theodotus, præsentibus una cum eis & qui aderant episcopis & sacro senatu, quæ circa* (Græcus addit *eum*) *fuerant in scripto discretientes* (alia versio *scripta fuerant*) *hunc anathematizaverunt cum impiis ejus discipulis.* Profecto verba hæc & concilium denotant, & nonnisi de concilio hoc postremo accipienda sunt, cum plane congruant sententiæ ab eodem concilio prolatæ, quam mox integram dabimus. Nec cohærere possunt cum priori illo concilio; nec enim illud Maximum damnavit exilio, sed imperatori tantummodo persuasit, ut illum ageret extorrem: vicissim autem alterum hoc concilium sententiam exilii in Maximum & socios dixit. Quibus constitutis, quinam episcopi concilio illi interfuerint, statim apparent. Annus etiam rei gestæ in aperto est, cum Petrus qui concilio præfuit, anno 656. decesserit ex calculo Pagii ad A. 656. V. eodemque anno 656. septembri mense Maximus cum Theodosio disputaverit; quæ sane disputatio concilium hoc præcessit. Ex quo demum resultat, labente anno 656. patres illos convenisse. Superest nunc ut ejusdem concilii acta, qualia supersunt, demus ex edito a P. Combefis ordinis Prædicatorum inter opera S. Maximi, quæ sane acta in Collectione Veneto-Labbeana aliisque desiderantur.

FRAGMENTUM ACTORUM CONCILII II. CONSTANTINOPOLITANI MONOTHELITARUM

In causa S. Maximi & sociorum anno 656. celebrati.

Anno 656. EXinde adductis illis Constantinopolim, adversumque eos actione habita, ac cum anathematizassent essentque execrati S. Maximum, ejusque discipulum beatum Anastasium, nec non sanctissimum Papam Martinum, sanctumque Sophronium patriarcham Jerosolymitanum, ac omnes Orthodoxos, quotquot denique ejusdem ac illi sententiæ essent; alterum quoque beatum Anastasium adduxerunt, iisdemque in eum diris ac contumeliis usi, tradiderunt judicibus, ita dicentes. Sane igitur, tu Anastasi, pullum populi universi maledictionis dirarumque, indutus amictum, canonica liberatus auditione, eaque extrusus, ad eam, quam delegisti deveharis gehennæ stationem ac sedem; qui nobiscum est, paciique consilio cuncta moderatur, prænobili sacroque senatu, statim a nobis judicium arrepturo, ac quæ civilibus constituta legibus sunt, prout visum illi fuerit, justa in te animadversione facturo, ob tantas tuas illas blasphemias rebellisque animi molitiones. Adversus hæc enim sententiam tulit præsens synodus: cumque illa omnipotentis Christi veri Dei nostri ope, quæ par erat, adversum vos Maxime, Anastasi, Anastasique decreto sanxerit, sitque reliquum ad ea, quæ a vobis impie dicta gestaque sunt, ut severioribus legum pœnis subjiciamini, (quamquam idcirco quod nulla ejusmodi pœna suppetit, quæ delictis vestris, ac blasphemiis condigna videri possit, justo vos judici, qui majora sit inflicturus, permittimus) in præsenti sæculo, ceu in lucri partem, vitæ vobis usura concessa, hacque ipsa lenitate tantisper vacuata, accurata legum disciplina ac districtione sancimus, ut statim assumptis, qui nobis præsto sunt, Clarissimus Præfectus, in suum amplissimi dominatus prætorium, Maximo ac utrique Anastasio, eorum flagris dorsa cædat, vestræque Maximi, amborumque Anastasiorum procacitatis organum (vestram scilicet blasphemam linguam) ab imo intus abscindat; tumque etiam, quæ blasphemæ vestræ rationi mentique ministravit, dexteram ferro auferat: ac ubi sic execrandis membris mutilos pariter circumducens, Urbis Augustæ regiones duodecim totas lustraverit, sempiterno exilio, jugique præterea custodiæ tradat: ut deinceps, ac quandiu vita superstes erit, blasphemiæ plenos errores vestros lugeatis, versa scilicet in vestra capita, quam in nos maledictionem dirasque excogitastis. Tulit itaque præfectus aliisque excruciatis tormentis, membra amputavit: totaque urbe propudiosa circumductione traducens, Laziccm relegavit.

ANNO CHRISTE 657.

VITALIANUS PAPA

Sedit ab anno 657. ad annum 669.

ANNO CHRISTI 657.

AD EPISTOLAS VITALIANI PAPÆ ADDITIO.

PRÆFATIO COLLECTORIS IN SEQUENTES EPISTOLAS TRES.

C. L. Muratorius in altero volumine Scriptorum Rer. Italicar. par. I. vulgavit eprorum quandam chronicorum Casinorum, quam Anastasio bibliothecario, vivo forsan, quam Anastasio bibliothecario, vivo celebri, tribuunt manuscripta; ipse vero Benedictino alicui Casinensi post seculum XI. adscribendam judicat. In ea celebris illa historia de Ispanis SS. Benedicti & Scholasticæ e Casinensi monasterio a Gallis subreptis ita late describitur, ut simul asseratur ejus lucubrationis auctor, Vitalianum papam nullum non moviffe lapidem, quo sacra pignora ad veteres possessores rediret, idque tandem impetratum fuisse à Gallis. Ea occasione tres sequentes epistolas a Vitaliano scriptas recitat, quas hic damus. Judicium lectoribus permittentes, genuinæne an spuriæ censendæ sint. Quidquid tamen de geminis prioribus epistolis alii judicaverint; mihi tamen tertia reprobaretur, cum apertissima suppositionis luce ferat testimonia, inscribitur enim Dagoberto Francorum regi, cum tamen illum ante Vitalianum obiisse inter eruditos constet.

VITALIANI EPISTOLA AD FLORIACENSES.

Vitalianus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Hæremitis in Floriacenſi Cœnobio commorantibus, nec non Cœnobialis Manuelo, meo Abbati, quod dignum & juſtum eſt.

AUdivimus, quod ſine gravi dolore lo-
qui non poſſumus, quendam veſtri Cœnobii gyrovagum, Aygulfum nomine, ſuggeſtione diabolica Casinum veniſſe, & effractio B. Benedicti ſepulcro, ejus reliquias diminuiſſe. De quo facto gravi animadverſione vos & monaſterium veſtrum pleſcendos cum eodem gyrovago judicavimus, nisi & vos & locum veſtrum paterno affectu diligeremus. Facilius enim juraremus Casinenſis cœnobii poſſeſſiones in prædam & diripti onem dari, quam S. P. Benedicti Ispanum ab aliquo violari. Ob quam rem veſtræ univerſitati ex parte Dei omnipotentis & beatorum apoſtolorum Petri & Pauli & omnium Sanctorum, & ſeptem univerſalium conciliorum præcipiendo mandamus, ut ad cor redeuntes, & ſanctis Apoſtolis Petro & Paulo & B. Benedicto ſatisfacientes, ad nos cum jam dictis ſacroſanctis reliquiis venialis, & de perpetrata nequitia cum jam dictis ſacrilegiis veniam poſtulet. Sin autem vos, & locum veſtrum & eundem ſacrilegium cum communicatoribus ſuis a ſanctæ matris eccleſiæ gremio ſeparantes, perpetuæ & indiſſolubilis maledictionis & anathematis vinculo innodamus, & a regno Dei alienamus, & cum Diabolo, & ejus atrociſſimis pompis, & Juda, D. N. Jeſu Chriſti traditore, æterno ſupplicio æternæque maledictioni deputamus. Pari etiam innodationis vinculo obligetur, quicumque vos & locum veſtrum ſolvere præſumpſerit a nexu excommunicationis abſque digno emendationis & pœnitentiæ fructu. Datum quinto Kal. Aug.

CLODOVEO FRANCORUM REGI.

Vitalianus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Clodoveo regi Francorum, ſi filius obedientiæ fuerit, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

SAndti & magni Niceni concilii præcepta ſecuti, quæ jubent regularem epiſtolam per unumquemque provinciarum mitti, ne bi, qui abiicuntur, ab aliis recipiantur, Serenitati Veſtræ notum facimus, Aurelianenſes & Cenomannenſes, ac monaſterium Floriacenſe cum omnibus ſequacibus illorum a liminibus eccleſiæ ſeparatos, & indiſſolubili anathematis vinculo innodatos: quoniam eccleſiam S. Benedicti ejuſque fratres in caſtro Caſino ſitum, violare conati ſunt, & ſanctas reliquias poſt noſtrum interdictum retinere conantur, contra apoſtolicæ ſedis ſtatuta, & interdictum, & totius ſanctæ Dei ſynodi ſententiam, quam miſſis per ſingulas provincias literis, notam vobis omnibus facimus. Excommunicamus igitur pro ſuperius dictis reliquiis omnes jam dictos, & fallum abbatem Stombolum, non Mummolum, & Aygulfum filium Satanæ cum ſuis fautoribus, donec ſanctas reliquias ad urbem Romam reducant, & de perpetrata nequitia, ſecundum ſtatuta canonum, pœnitentiam ſumant. Quapropter veſtram a Deo conſervandam clementiam obnixa prece rogamus, & ex Dei omnipotentis, & apoſtolorum Petri & Pauli, & Benedicti parte præcipimus: ut jam dictos latrones ad juſtitiam ſedis apoſtolicæ faciendam conſtringatis. Sin autem & vos & illos pertuæ maledictionis anathemate damnamus. Datum die Kalendarum Novembrium.

ANNO CHRISTI 657.

AD OMNES EPISCOPOS

Vitalianus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dilectis in Chriſto fratribus & filiis, archiepiſcopis, epiſcopis, & abbatibus in Hiſpania, Betica, Luſitania, Galicia, Aquitania, Britannia, Germania, Gallia Belgica, Gallia Togata, Gallia Ciſalpina, Gallia Tranſalpina, & Gallia Tranſiuviana conſtitutis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

VEtæ univerſitati per præſentia ſcripta notum eſſe volumus, Mumolum, hæreticum, & Floriacenſes, olim quidem monachos, nunc vero Sarabaitas, gyrovagos, ac primogenitos Satanæ, ea quæ carnis ſunt ſequi, & tenere doctrinam Balaam, filii Beor, furta, latrocinia, commeſſationes, & ebrietates, & lenocinia diligere, & in violatione ſepulcrorum operam dare. Ob quam rem ſcientes illos indiſſolubili anathematis vinculo eſſe damnatos, & a regno Dei alienatos, & cum Diabolo, & ejus atrociſſimis pompis, & Juda Jeſu Chriſti Domini noſtri traditore eſſe ſociatos, niſi forte pœnis Benedicti, cujuſque ſororis reliquias, quas nequiter abſtulerunt, in noſtram præſentiam, Caſinum reportandas, Romam reduxerint, & de tanta nequitia & ſacrilegio dignam pœnitentiam geſſerint. Quapropter ex parte Dei omnipotentis, ex Apoſtolorum Petri & Pauli veſtræ univerſitati mandamus, ut Floriacenſes, Aurelianenſes, & Cenomannenſes pro excommunicatis habeatis, & illos ante noſtram præſentiam cum ſanctis reliquiis venire cogatis. Quo autem termino ante nos venire debeant, veſtris literis inſinuate. Quicquid verò exinde ſtatueritis, dilecti filii noſtri Clodovei regis erit, his etiam renitentibus, adimplere. Datum Romæ 17. Kal. Auguſti.

AD THEODORUM ARCHIEPISCOPUM CANTUARIENSEM.

Primatum eccleſiæ Cantuarienſi aſſerit.

Dilectiſſimo fratri Theodoro, Vitalianus epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Ex Wilkins Conc. Brit. to. I. pag.

INter plurima, quæ nobis per veſtræ ſyllabas intimari juſſiſti, cognovimus etiam deſiderium veſtrum pro confirmatione diœceſis, quæ tuæ ſubjacet ditioni, quia in omnibus ex noſtro apoſtolicæ auctoritatis privilegio ſplendeſcere deſideras. Nos verò veſtræ pertinoti annuentes, quia congruit paſtorali ſollicitudini, ecclæ eccleſias Dei quæ a priſcis temporibus ab hac apoſtolica ſede ſtatuta intelligimus, irrefragabili ratione veſtræ, ſuccelſoribus perpetua ſtabilitate manere. Unde nobis viſum eſt eâ exhortari, ac in præſenti commendare tuæ fagacitati, ut in præſenti commendare tuæ fagacitate ſanctiſſimæ ſanctiſſimæ ecclæ eccleſias in inſula Britanniæ poſitas. Omnia ergo quæ a Sancto Gregorio prædeceſſore noſtro, Auguſtino ſuccelſo fuo, ſtatuta ſunt atque firmata, vel etiam per ſacrum ufum pallii conceſſa, nos tibi in ævum concedimus, & Doroverniam civitatem, ubi primitus per revelationem Jeſu Chriſti Domini noſtri fidei catholicæ, ſecundum inſtitutionem ſacrorum canonum ſuſcepta eſt, habere. Ex auctoritate autem beati Petri apoſtolorum principis, cui a Domino noſtro poteſtas data eſt ligandi atque ſolvendi in cœlo & in terra, nos, licet immeriti, ejuſdem beati Petri elavigeri regni cœlorum vicem tenentes, tibi Theodore, tuiſque ſucceſſoribus, ſicuti ab olimnis temporibus ſerene condonata, ita in perpetuum in ipſa tua metropolitana ſede, quæ ſita eſt in civitate Doroverniæ, immutilata concedimus deſtinenda. Si quis verò, quod non optamus, contra hanc noſtræ apoſtolici diſpoſitionis privilegii auctoritatem venire temptaverit, ſi quidem epiſcopus, vel presbyter, aut diaconus fuerit, ex hac apoſtolica auctoritate ſtatuimus atque decernimus, ut epiſcopus ordine præſtatus careat, & presbyter vel diaconus ſe noverint a ſuis ordinibus dejectos. Ex numero autem laicorum, tam ex regibus, quam principibus, ſive magna vel parva perſona fuerit, fciat ſe alienum a participatione corporis Domini noſtri Jeſu Chriſti. Hanc autem privilegii paginam ſubſcribam auctoritate beati Petri apoſtolorum principis, cujus miniſterio fungimur, tibi, Theodore, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum obtinendam delegamus. Deus te incolumem cuſtodiat, dilectiſſime frater.

ANNO CHRISTE 648.

CONCILIUM GALLICANUM

Incerti loci, forte spurium, sub Vitaliano papa habitum

Anno 658. circiter.

VItalianus papa, subreptæ e Casinensi monasterio sacræ lipsanæ SS. Benedicti & Scholasticæ & in Floriacensi Gallorum monasterium translatæ, intelligens, legatos suos missi ad *Dagobertum* regem (forte legendum Clodoveum) ejus nomine postulantes ut sacrum illud depositum cultoribus suis redderetur : *Suprædictis igitur missis*, scribit Pseudo-Anastasius in epitome Chronic. Cafinen. Rer. Italic. to. II. part. I. *fedis apostolicæ ad regem Dagobertum directos honorifice fuscepit sunt, exortationes ei facerunt pontificis*. Clodoveus itaque *tex eum fieri, concilio habito, apocrisiarios summi pontificis Aurelianis & Cenomannis direxit, mandans, & ex regula auctoritate præcipiens, ut sanctissimum Pontificis in omnibus adimpleretur*. Quanquam hæc epistolarum concilium non satis exprimunt, cum fieri potuisset, ut Clodoveus eorum seu concilium procurum locum haberet, non tamen de re ecclesiastica ageretur, nomine *concilii*, epistolarum earum reipsa designatum ab Historico non immerito censerem. Plus aliquid laborandum esset ut historiæ hujus sinceritas probaretur, nam Vitaliani papæ ætas cum Dagoberto non plane cohæret : corpit enim Vitalianus anno 657. juxta Pagii suppurationem ; Dagobertus verò non ultra annum 638. vitam prorogavit.

AD CONCILIUM AUGUSTODUNENSE

Anni 663.

EMENDATIO.

Anno 663. CL. Mabillonius in Annalibus Benedictinis lib. XVI. §. XXXVII. concilii hujus variantes quasdam lectiones ex M. S. codice Einsidlenli affert, quæ cum præterniſſæ ſint in Labbeo-Veneta editione, & magni ſint momenti, ideo huc transferendas cenſui. In canone XV. pro eo quod editi præferunt : *quidquid canonicum ordo vel regula S. Benedicti edocet* ; codex ille legit: *Canonum ordo vel regula*, &c. Recte ille quidem, nam *canonicus ordo & regula Sancti Benedicti* phraſes ſunt, nonnisi poſt concilium Aquiſgranenſe, in quo canonici ecclesiarum collegiatarum communem vitæ ſocietatem ſub certa regula agere juſſi ſunt, ubiuare. Altera lectio ſuppeditaseur in eodem canone XV. quo præcæ in monachos canonum illorum transgreſſores ſtatuuntur ; ita legitur in editis : *Si monachus, a communione & missa annos tres ſuſpendatur* ; in codice verò ita roſte corrigitur : *A communione & missa*. Hæc utique lectio Mabillonio ipſo judice ſana eſt.

De hoc ipſo concilio Auguſtodunenſi ita olim diſſeruì in notis ad Pagium ad A. 663. 5. Synodum hanc Auguſtodunenſem ad annum 677. pertinere ſuſpicor, nec aliam eſſe reor ab illa, cujus mentio eſt in vulgatoo S. Leodegarii teſtamento ; ſicuti neque aliam deſignarì puto Synodum in diplomate E ipſum in canone conciliorum forte Auguſtodunenſe appellatum fuit, quod ejus canones S. Leodegarius Auguſtodunenſis facile diresxerit.

Profecto concilium illud, de quo in teſtamento S. Leodegarii, unum idemque cum Auguſtodunenſi fuiſſe ſenſit pariter zebilium author adnotationis ſubjectæ editioni concilio rum Veneto-Labbeanæ tom. VII. col. 550. ſenſit & Mabillonius loco ſupra laudato, ſentibus *Principibus noſtris*, ideſt ut Mabillonius ibidem exponit, Theodorico & Dagoberto. Ex quibus intelligimus inter utrumque regem pacem tunc conciliatam fuiſſe. Porro pax inter duos illos reges nulla fuiſſe videtur in Gallia ante annum 677. ut Pagius ad eundem annum num. 7. & 8. demonſtrat. Conſtat autem ex diplomate autographo Mabilloni, ut videre licet apud Pagium loco ſupra laudato, eo pariter anno 677. medio ſeptembri dum pax eſſet in Gallia, compertum quandam Galliorum præſulum ſynodum habitam fuiſſe pro *ſtatu eccleſiæ & confirmatione pacis*, quæ verba denotare videntur eidem concilio plurimos Galliarum epiſcopos convenisſe, ut de ratione conciliandæ utrinque pacis tractarent. Igitur ſynodus hæc ipſiſſima cenſeri poteſt ac ſuperior illa, cujus S. Leodegarius in ſuo teſtamento meminit. Repugnare his videtur locus habitis concilii, qui locus in teſtamento appellatur *Cheſſiacus*, in diplomate verò *Marlacus*. Sed forte ſicut methodoſi ſunt characteres chronologici eiuſdem teſtamenti, ita & mendoſe loci nomen expreſſum eſt, ac pro *Cheſſiaci* legendum eſt *Marlaci*, ſeu forte *Marlacus* ; cum præſertim ubi locorum Chriſtiacus fuerit nemo norit, teſte Mabillonio loco citato. Hoc ipſum in canone conciliorum forte Auguſtodunenſe appellatum fuit, quod ejus canones S. Leodegarius Auguſtodunenſis facile direxerit.

Profecto concilium illud, de quo in teſtamento S. Leodegarii, unum idemque cum Auguſtodunenſi fuiſſe ſenſit pariter zebilium author adnotationis ſubjectæ editioni concilio rum Veneto-Labbeanæ tom. VII. col. 550. ſenſit & Mabillonius loco ſupra laudato,

ANNO CHRISTE 658. dato, ubi poſtquam egiſſet de concilio in teſtamento deſignato, ſubdit: *Forte eodem in loco eodemque tempore habita eſt ſynodus Augustodunenſis dicta ; quæ forte non aliunde ob cauſam Augustodunenſis dicta eſt, quam quod agente in primis Leodegario Augustodunenſi epiſcopo ejus civitatis eandem ſynodum habuerit*. Hic ergo ſtantibus Auguſtodunenſis ſynodi epocha ſigenda eſt anno 677. Theodorici regis anno V. ineunte, medio ſeptembri.

Hæc olim mihi probabiliſſima viſa ſunt, nec forte deerunt, qui me recta conjecturam judicarint ; nunc verò maturius re diſcuſſa, contrarium fieri videtur potuiſſe ut Auguſtodunenſis ſynodus ipſiſſima judicaretur cum ea, de qua in teſtamento S. Leodegarii fit mentio ; ſed aliam plane cenſendam eſſe ab ea quæ in diplomate Theodorici commemoratur. Hæc enim poſſetne conjecturis ipſa cenſeri poteſt ſynodus in villa Regia habita, cujus acta brevi compendio perſtringit Ursinus in vita S. Leodegarii epiſcopi Augustodunenſis ; diploma enim ſignatur anno V. Theodorici, qui cum anno 677. vel 678. conpoſuerit, quo eodem anno habita eſt ſynodus in villa Regia paulo ante obitum

ANNO CHRISTE 658. Leodegarii celebrata ; unde enim vic fando anno 678. Cum igitur poſtremæ hujus ſynodo S. Leodegarius minime adfuerit, ſecce eo venerit invitatus, telle Urſino, non eſt cur ejus ſynodi acta & teſtamentum a S. viro condita cenſeantur. Aliuqui vero conſtat Auguſtodunenſis ſynodi acta S. Præſuli ex veteri traditione adſcribi. Hæc de ſynodo ipſa ; nunc pauca de ejus quorum ſubjeci canone.

Burchardus in ſua canonum collectione, lib. XV. cap. 74. canonem affert ex Concilio Eduenſi ſeu quod idem eſt Auguſtodunenſi Can. V. Ille verò quamquam acceptus ex Concilio S. Leodega ri ibidem non legitur, cum ramen ad nullum aliud referri commode poſſit (neque enim ante Burchardum ullum aliud legitur Auguſtodunenſe Concilium) ideò huc referendum non immeritò cenſui. Ivo quidem, & ex eo Labbeus, canonem quintum Auguſtodunenſem S. Leodegarii plane ab hoc Burchardiano diverſum aſſerit, quando illos decretorum collectores in ſignando canonum numero non ſenſei erraturo conſtat.

EX CONCILIO EDUENSI Can. V.

SI qui altario Domini deſerviunt, ſi ſubito ſtenda carnis fragilitate corruerint, & Domino reſpiciente digne pœnituerint, itaut mortificato corpore cordis contriti ſacrificium Domino offerant ; tamen ut omnibus pontificis vel veraciter afflictos non diu ſuſpendere ; vel deſidioſos protixiore tempore ab eccleſiæ corpore ſegregare. Ita tamen ut ſi hi officiorum ſuorum loca recipiant, nec poſſint ad altiora officia ultetius promoveri. Quod ſi iterato, velut canes ad vomitum, reverſi fuerint, & volut ſues in voluta bris emerſi jacuerint, non ſolum dignitate officii careant, ſed etiam ſanctum communionem nonnuſi in exitu percipiant.

CONCILIUM TREVIRENSE

Quo imminius conceditur monaſterio Vallis Galilææ in Lotharingia a S. Deodato Nivernenſi epiſcopo fundato, Anno 665. circ. habitum.

Anno 666. circ. S. Deodatus in ſolitudinem Voſagi, quæ per confinia Alſatiæ, Burgundiæ ac pœtiſſimum Lotharingiæ extenditur, ſecceſſerat, ibique cœnobium, quod nunc Vallis Galilææ, olim Junduras dicebatur, fundaverat. Tum ad monachorum quietem privilegia, quædam impetratura Nivernenſem (non verò Hidulphum ut in vi.a ejus interpolata legitur) Trevirenſem epiſcopum adiit, qui in communi epiſcoporum quotundam conſeſſu petentis vota complevit, edito diplomate cui epiſcopi VI. ſubſcribunt. Ejus diplomatis epiſtomen refert author vitæ e- E ejuſdem ut fandi, (cui cum opuſculum illud interpolatum ſit ab aliquo Mediani Monaſterii monacho, eoque potiſſimum ingerente anachroniſmis plurimis ſcateat, vix fidei quidquam epiſcome illa meruiſſet, niſi opportune accidiſſet, ut vir eruditus Joannes Ruxeus a ſecretis eccleſiæ & capituli S. Deodati (modo enim ad canonicos ſæculares locus tranſiit) diploma ipſum repexiſſet. *Conciſior. Supplem.* Tom. I. fet, quod & publici juris fecit. Diploma illud in primum Annalium ſuorum Ordinis S. Benedicti volumen tranſtulit Mabillonius pag. 640. edit. Lucenſ. ex quo hic damus.

PRIVILEGIUM NUMERIANI ARCHIEPISCOPI TREVIRENSIS PRO S. DEODATO.

Dominis ſanctiſs & ſummi eccliniis apici pontificaliſque cathedræ ſpeculo præſidentibus in Chriſto fratribus, Chludulpho, Ciſſoaldo, Eborino epiſcopis compresbyteribus, Numerianus ſupplex & fidelis veſter præſumit mittere ſalutem.

LIcet & nos antiquitus regulam conſtitutam ſalubri obſervatione cuſtodire convenit ; tamen ut veſtra proviſione ſint, concilio Chriſto fratrique Chludulpho, Ciſſoaldo, Eborino epiſcopis compresbyteribus, Numerianus ſupplex & fidelis veſter præſumit mittere ſalutem.

ANNO CHRISTI 366. circ.

piscopus religiosa postulatione aurium nostrarum intima penetravit viscerale pietatis affectu, ita cor nostrum intrinsecus mollivit, ut petita duntaxat non eodere, sed libentissime non impleße nostris animis irreligiosum fore putare. Sanctis igitur desiderii ardore successus fugia dictus Deodatus canobii fepta in honore sanctæ Dei genitricis Mariæ, vel sanctorum apostolorum Petri & Pauli, & sociorum eorum, & sancti Mauricii, Exuperii & Candidi; vel sociorum eorum basilicas intra oremi secretorum locum, nuncupante Galilea, quod prius Junctarus vocabatur, supra fluvios Murthæ & Rourebaccio, in proprietate, quem ex fisci largitate promeruit, monasterium construxit, ubi monachos & peregrinos sub regula beati Benedicti, & sancti Columbani abbatis collocavit, & nostrar utilitatis extremitatem fupplici deprecatione poposcit, ut nos fratresque nostri illi ecclesiæ ibidem dedicatum privilegium imperetur. Ee no hoc nos improbæ deliberationis instinctu sacerdotalis præscriptar æstimet decrevisse, cum etiam sub hujusmodi norma tam de inhabitationibus, quam a quibuscunque ibidem alliquid delegatum est, catenus fuerit factum. Inde ergo nos & fratres nostri abbates & presbyteri & clerici, conspiratione una & consensu jam dicti viri postulationi annuentes, hoc ab omnibus nobis decretum est, ut quidquid præditis monasteriis & monachis, sub evangelica religione viventibus, ab ipso venerabili patre Deodato episcopo & a reliquis christianis viris & feminis, aut regio munere, seu a quibuslibet hominibus ibidem collatum fuerit ministerii, & de fructibus vel oblationibus & quod propriis laboribus poterint addere & multiplicare, aut quæcunque ad ornatum nostrunter ibidem pertinere præfentibus vitæ nostræ temporibus, successoribusque nostrorum nullus extendat aliquid posticium, abbatum, presbyterorum & clericorum, seu & archidiaconorum, aut regalis sublimitas suis tribus audeat usurpare, aut minuere. Et cum sepe dictus Deodatus episcopus, qui est pater ipsius monasterii, de hoc sæculo evocatus, illum quem unanimiter omnis congregatio illa ex semetipsis optime regula compertum elegerit, seniorem & abbatem sibi instituat; & si eis opportunum fuerit, ecclesiam benedicendam & sacros ordines peragendes a quocunque pontifice decreverint, licentiam habeant expetendi: nullatque de eodem monasterio seu de parrochiis aut ceteris monasteriis, absque ulla regula & privilegiis viventibus, muneris causa audeat spe rare & auferre, & nisi invitatus ab abbate & totius unanimitatis congregatione, liceat ei monasterii ipsius arterere septa. Si ergo ab eis pontifex communiter postulatus pro ipsorum utilitate acceßerit, quod ipse abbas, aut congregatio fua sancta elegerit, ita fiat; & celebratis ac peractis divinis mysteriis, mox absque ullo requisito dono studeat abire: quatenus monachi, qui solitarii nuncupantur, & percepta quiete valeant juvante Domino per tempora exultare, & sub ipsa sancta regula viventes, beatorumque vitam patrum sedantes, pro statu ecclesiæ catholicæ & pro desiderabili salute Childerici gloriosi principis plenius Dominum valeant exorare. Et si aliquid ipsi monachi quantulumcunque de religione indebite egerint, secundum supradictam regulam & sancti Benedicti, & sancti Columbani abbatis, & a proprio obiurgantur abbate. Et si, quod absit, talis inter abbatem & monachos diffentio aliqua & nimium contigerit surgere videatur, qualis minime ab eodem abbate ibidem fedari possit, tunc missus episcopus eorum ad ellos abbates, qui hujusmodi regulam teneant, conveniant in ipso monasterio, scandalumque deprimant sententia regulari: quia nihil de canonica auctoritate convellitur, quidquid domeßicis fidei pro quietate tranquillitatis tribuitur. Quod si quis inveniatur ausus, quæ superius sunt comprehensa, temerario spiritu violare, a divina ultione proßratus, reatui anathematis subjiciatur, & insuper iram omnipotentis Dei incurrat omniumque sanctorum. Ut ergo privilegium hoc in nullo possit convelli, sed præsenti tempore futuroque, Christo Domino protegente, incorruptum valeat perdurare, ac firmißimis subsistat vigoribus, manu nostra & fratrum nostrorum episcoporum & abbatum vel presbyterorum aut archidiaconorum, subscriptionibus roboratur, & insuper fratribus nostris venerabilibus viris, Bilidoaldo presbytero, Achivo diacono, qui præsentes manent inviolatum, destinavimus ad confirmandum.

✠ Signum Numeriani archiepiscopi, qui hoc fieri præceptum... S. Dragobodi episcopi, S. Gortrehardi, S. Baldoni episcopi, S. Dodoni episcopi, S. Chrodabaldi episcopi, S. Gariberti archidiaconi, S. Prodagli episcopi. Ego Fibertus rogatus scripsi.

CON-

ANNO CHRISTE 667.

CONCILIUM CRETENSE

Anni 667.

PAulus Cretensis archiepiscopus invisum habens, incerta de causa, Joannem Latifæ episcopum, fustibusque suum, diem illi dixit in concilio provinciæ fuæ ea de causa convocato. Auditus ibi in episcopum accusationes, judicium de causa, & episcopus non satis canonica sententia damnatur. Actorum ille ad Papam appellavit, sed contumaciæ hujus fuit, ut adversarii quidem interpretabantur, pœnas in carcere latæ coactus est. Verum ille non ita multo post elapsus Romam concessit, auditusque in synodo, a Vitaliano papa collecta, absolutus est. Synodum hanc Cretensem commemorat idem papa in literis ea de re ad Paulum archiepiscopum scriptis, quibus iritta & irrita pronunciat omnia, *quæ ex te* (a Paulo) *tunaque synodo contra canonum instituta contraque legum decreta gesta confectaque sunt.* Signantur literæ illæ die VI. Kal. Septembris, indictione XI. sed forte mendose, cum aliæ pro eadem causa ab eodem pontifice scriptæ datæ sint VI. Kal. Februarii indictione XI. ex quibus *Septembrem* pro *Februario* irrepsisse fulpicor. Romanæ de hac causa celebratæ Labbeus quidem meminit. Cretensem præterit, cujus oblivio in hac nostra collectione reparatur.

ADEODATUS PAPA

Sedit ab anno 669. usque ad annum 676.

AD EPISTOLAS ADEODATI PAPÆ APPENDIX.

BULLA PRO COENOBIO S. PETRI, ET PAULI.

Adeodatus episcopus, servus servorum Dei, Adriano abbati monasterii S. Petri apostoli.

Anno 669.

Ex Willelmo Canonico Angl. to. I. pag. 43. qui tamen de ejus fide vertitur dubitare fe significat, nollat adhuc firmat ambiguitatis fue ratiocinatio.

EVangelicis atque apostolicis sanctionibus luce clarius edocemur, nec servorum solertiam in administratione talentorum, nec dominicæ vineæ operarios pondere diei & æstu affectos a remuneratione boni operis esse fraudatos. Scriptum namque est: *vocat, ait, operarios & redde illis mercedem: & ideo quo ejs operatione proprio laboris commodo perpotens:* Quapropter oportet etiam nos, licet imperitos, pastoralem tamen curam administrantes, eis ad lucrandos Deo animas solerter invigilant, providentiam aliquam, ad temporalem eorum subsistentationem utcumque peragere, ne eorum fagacitas ergà lucrandarum animarum quærelam, necessitate fcilicet temporali præpedita, ad opus implendum fegnis efficiatur. Quam ob causam annuentes tuæ petitioni, quemadmodum nos fub pastoralis potestatis, a præsenti concedimus tibi Adriano, utpote abbati ab hac apostolica sede ordinato, atque destinato, una cum tua propria congregatione, quæ nunc vel futura est, monasterium videlicet S. Petri, constitutum extra civitatem cognomento Dorovernio, cum omnibus rebus stibus ad eum pertinentibus, vel quidquid ad jure verbi competere videtur. Et si qua eximde ab aliquo injuste ablata sunt, restitui absque recrastinatione censemus, quatenus dum nihil eorum, quæ ad subsistentationem corpoream sunt profutura, defuerit, licenter ad lucrandas (ut dictum est) Deo animas pervigili possit esse sollicitudo. Cujus ad cumulum firmitatis præsidimus præsentum monasterium apostolicis prærogativis nunc & in perpetuum præmunire, insolemisque tam sacerdotum; quam laicorum patriter ab eo inhibere, præscipientes, ex authoritate videlicet apostolicæ sedis, cui superna largiente gratia præsse dignoscimur, omnes omnino tam ecclesiæ præsules, quamque sublimium secularium dignitares, vel inferioris ordinis administrationem gerentes, se a præfati monasterii inquietudinibus atque gravaminibus suspendi, nec per quamlibet occasionem tibi parque congregationi in eo degenti, vel qui pro tempore tuo successerit in loco, quoquo modo dispendia vel inquietudinum molestias irrogare. Sed & hoc nihilominus fanciemus, ut post tuum obitum futurus abbas, non alius vel aliunde ad eorum regimen animarum, nisi quem ipsa sibi prorsus Deo ferviturum congregatio de proprio videlicet monasterio communi assensu regulariter præelegerit, subrogetur. Si quis interea (quod non credimus) temerario ausu contra hanc nostræ & apostolicæ sedis decreta contraire tempraverit, & ea, quæ a nobis pie indulta sunt, privilegia convellere præsumpserit, noverit se, (si pontifex vel minister est) ex auctoritate videlicet beati Petri apostolorum principis, cui Dominus Jesus Christus Deus noster, ligandi solvendique in cælo & in terra potestatem concessit, proprio esse privatum officio; si de sæculatibus laicisque fuerit a participatione corporis & sanguinis Domini nostri Jesu Christi cognoscat se esse segregatum, quousque videlicet quod temere perpetravit humiliter corrigat, & de excessu pœnitudinem gerat. Dat. X. Kal. Januarii imperantibus piissimis augustis Constantino majore imperatore anno XXII. post consulatum ejus anno..... Sed & Heraclio augusto Tiberio novis Augustis, ejus fratribus anno XVIII. indictione secunda.

AD CONCILIUM SENONENSE

Anno III. Clotarii III. Regis Francorum, & Christi 669. habitum

ADDITIO.

Concilii hujus, cujus sola mentio extat apud Clarium in chronico abbatiæ S. Petri Vivi Senonensis, acta supersunt apud Mabillonium, primo quidem in Annalium to. I. lib. 14. §. 63. ubi literas recitat Emmonis Senonensis Episcopi ab episcopis aliis approbatas, datasque anno III. Clotarii, die 7. Kal. Septembris. Aliud itidem extat ejusdem Emmonis privilegium pro monasterio S. Petri Vivi in suburbanis Senonensis urbis, quod privilegium datum Clotarii anno tertio, ipsæ sunt literæ a Clotario indicatæ, quas in synodo expeditas idem scriptor asseruit. Has verò litteras idem Mabillonius integras vulgavit in actis SS. ordinis S. Benedicti sæc. 3. to. 2. pag. 613. Utramque chartam utpote in eodem concilio vel scriptam vel confirmatam hic exhibeo.

PRIVILEGIUM EMMONIS SENONENSIS EPISCOPI PRO MONASTERIO S. COLUMBÆ.

Dilectissimo in Christi amore honorabili fratri Agoni abbati, & omnium fratrum congregationi consistentium in basilica, ubi sancta Columba, & beatus Lupus pontifex sub oppidum Senonis civitate requiescunt in corpore, cui superne dispensatione præest, Emmo divino munere, ac si indignus, sanctæ Senonicæ Ecclesiæ episcopus.

Dum te, diligende in Christo frater, tuosque fratres tantus ardor cœlestis succensos habere videtur, ut secundum patrum regulam, & evangelicam auctoritatem atque apostolicam traditionem vivere disponatis, ita ut, juxta normam apostolicorum actuum, nullus sibi monachus ullo unquam tempore peculiare in rebus maximis vel minimis appetat aut vindicet, nec suum proprium dicere præsumat, sed sint illis in cunctis omnia communia. Pro qua re petis ab extremitate nostra, ut tibi privilegium in jam dicto monasterio, manus nostræ subscriptione, & fratrum sacerdotumque nostrorum roboratum, donemus. Quam petitionem sanctitas tua, venerabilis frater, noverit libentissime velle me tibi præstare: dum constet, nihil ecclesiasticæ præjudicare regulæ, quidquid domesticis, pro amore divino, impenditur fidei: quia monachi sub abbatis regimine regulariter viventes, semper fuerunt a conditionibus clericorum segregati ac liberi. Et si quis hoc manifestius cognoscere appetit, legat concilium Carthaginense sub sanctæ recordationis Bonifacio ejusdem civitatis ecclesiæ pontifice, vel ejus consacerdotibus celebratum; necnon jam dicti pontificis ad senem Liberatum epistolas: & in brevi animadvertet, omnia semper monasteria, in quibus regulariter vivitur, libera fuisse a conditionibus clericorum. Nam & præclarus doctor ecclesiæ Augustinus in libro de moribus clericorum probat sui juris monasteria esse debere. Sed & in his provinciis plura alia regalia monasteria tam antiquiore tempore, quam nuper constructa a pontificibus, in quorum territoriis condita sunt, gratia religionis & caritatis privilegia acceperunt. In fine, ne cuncta numerando in longum protraham sermonem, pauca & præcipua vel vicina sufficiet memorare antiqua, Lirinensium & Luxoviensium, vel ad basilicam beati Marcelli Cavillono constructa, seu & monasterium Resbacensium, de quo nos nonnulla proximiore tempore a pontificibus confirmata legimus. Maneat ergo & hoc vobis vestrisque posteris privilegium, ob institutionem monasticam, sive ob quædam impedimenta resecanda, omni stabilitate firmissimum: ita ut tam monachi, quam omnia quæ præfati monasterii sunt vel quæ altario offeruntur, in abbatis ejusdem monasterii potestate consistant. Abba Deo & regulæ plena sit devotione subjectus: monachi verò post Deum abbati suo propter Deum vera humilitate subjaceant. Illo cogitet pro se illisque Deo se rationem redditurum: isti credant de subjectione sua a Christo recepturos mercedem: Abbas nunquam nisi de eadem congregatione vel regula, cum alius præsentem vitam finierit, instituatur. Ille sane instituatur, quem omnis ejusdem monasterii congregatio bene regulam scientem uno animo elegerit. Quod si de eadem congregatione talis non fuerit inventus, qui fratrum curam suscipiat, de alio monasterio, eandem, quam illi tenent, regulam tenente, licentiam habeant expetendi abbatem ipsi monachi. Quamvis enim in jure possessionis nostræ non sit idem monasterium, nostræ tamen auctoritatis est & canonicæ dispensationis, una cum regali consensu, id ordinandi, & hujusmodi privilegia monasteriis constituendi: quatenus monachi privilegiis episcoporum undique muniti, soli Deo famulari & sub quiete & tranquillitate in suo cœnobio valeant conservari. Et illud huic privilegio placuit adnecti, ut si quis, quod nec futurum esse credo, si ullus pontificum, superstitumque nostrorum, ea, quæ superius sunt decreta, vel comprehensa, non valere, aut quantuluncumque violare voluerit, severissimum omnipotentis Dei judicium incurrat, & lepra Naaman, quam Giezi causa cupiditatis promeruit, super ipsum descendat, ac cum Juda vindictæ obnoxietur perpetuæ: & insuper tam præsentis quam futuræ ecclesiæ communione privetur, & sub anathemate in æternum maneat condemnatus: ut privilegium pro pace vel tranquillitate, vel defensione servorum Dei, tam pro præsenti, quam pro futuro tempore, plenissima devotione factum, quod circa monasterium, a religioso fratre nostro antefato Agone abbate instructum, volo manere firmissimum, & manus meæ subscriptione roboratum, ac fratribus & consacerdotibus meis, idest dominis episcopis, subscriptionibus trado roborandum. ✠ Emmo episcopus subscripsi. † Joannes episcopus peccator hoc privilegium subs. ✠ Aunemundus peccator consentiens subs. ✠ In Christi nomine Chaondius episcopus Viennensis ecclesiæ servulus consentiens subs. ✠ Vulfoleudus peccator subs. ✠ Audoemus peccator hoc privilegium consentiens subs. ✠ Chrodovertus peccator hoc privilegium consentiens subs. ✠ In Christi nomine Gauciobertus peccator Carnotinæ urbis episcopus hoc privilegium consentiens subs. ✠ Carlefredus peccator hoc privilegium consentiens subs. ✠ Canderis Lugdunensis ecclesiæ episcopus consentiens subs. ✠ Bertoaldus, ac si peccator, Tricasiensis episcopus hoc privilegium consentiens subs. ✠ Bertarius, ac si peccator, episcopus ecclesiæ Santonicæ, hoc privilegium consentiens subs. ✠ In Christi nomine Berecharius, ac si peccator, episcopus hoc privilegium consentiens subsc. ✠ Burgundofarus in Christi nomine, ac si peccator, episcopus hoc privilegium subs. † In Christi nomine Eligius episcopus subs. † In Christi nomine ego Adebertus, ac si peccator, episcopus hoc privilegium subs. † Leodebaudus peccator Nebarnensium. episcopus hoc privilegium subs. † Amlecharius in Christi nomine, ac si peccator, episcopus hoc privilegium consentiens subs. † Bertefredus Ambianis urbis episcopus consentiens subs. † Drucfredus in Christi nomine hoc privilegium consentiens subs. † Hincho Lesogium urbis episcopus subs. † In Christi nomine.... ac si peccator, episcopus hoc privilegium subs. † In Christi nomine Concessus episcopus Dorreti consentiens subs. † Deocarus Antipolitanæ ecclesiæ episcopus consentiens subs. † In Christi nomine Chariocaudus, ac si peccator, episcopus hoc privilegium consentiens subs. † In Christi nomine Ragnobertus, ac si indignus, Augustudunensis ecclesiæ episcopus consentiens subs. † Boso in Dei nomine obtulit & subscripsit. Datum sub die septimo Kalendas Septembres, anno tertio regnante Domno Chlothario glorioso rege.

EJUSDEM PRIVILEGIUM ALIUD PRO MONASTERIO S. PETRI VIVI SENONENSIS.

Dominis sanctis & summi culminis apicem pontificatus cathedræ specula præsidentibus in Christo fratribus Senonicæ civitatis comprovincialibus Chrodoberto, Farone, Bertoaldo, Audoeno, Gauzberto, Eligio, Emmo peccator supplex vester in Domino præsumit mittere salutem.

Licet nos antiquæ regulæ constituta salubre observatione custodire conveniat, tamen utile provisione tractantes id constituemus, ut quod sacris deliberationibus non derogat, intrepida observatione servetur. Et quia vir venerabilis Aghilenus abba una cum fratribus secum consistentibus de monasterio sancti Petri & Pauli, quem domna Thodechildis regina quondam suo opere construxit, vel ipsa ibidem suum videtur habere sepulchrum, sub oppidum Senonis civitate, religionis suggestionis postulatio nostrarum quippe aurium intima penetravit, quæ in viscerale pietatis affectu ita cor intrinsecus suæ petitionem molivit, ut petita non concedere, aut certè libentissime non implere, nostræ dumtaxat animæ in religioso fore potarent. Sancto igitur desiderio succensis sub regula beati Benedicti & modo Lusoviensis monasterii devota mente & integra devotione deliberant consistere, nostræ velocitatis extremitate supplicæ deprecationis petitionem poposcerent, ubi nos fratribusque nostris Senonicæ ecclesiæ nobis sub die congregatio libentissimo impertiret. Licet sancta Carthaginensis synodalis domni Augustini epistola jubeat abbates monachosque eorum libertatis privilegium, ut nec ullo potestatis vinculo ab episcopis detinere, sed locis quibus se propriæ monachi deliberationis institutionis: cum etiam sub hujus regulæ disciplina sanctorum Agaunensium locum, immoque monasteria Lirinensis, Luxoviensis, vel basilica domni Marcelli, de inhabitatoribus libertatem, quam a quibusque ibidem derelictum eatenus fuisse sancitum, & nunc a succedentibus custoditur, conspiratione consensu antedicti viri postulationem sanctæ religionis sublibentissime annuentis ita ab omnibus, ut quæ prædicta basilica vel monachos ipso monasterio sub Evangelica libertate religionem viventibus ab ipso viro vel regio munere seu a quibuslibet Christianis in agris, mancipiis, ministerio, sacris voluminibus, vel quibuscumque speciebus, qui ad ornatum divinæ cultum pertinere noscuntur, aut ceteris rebus conlata vel deinceps collatura sunt, præsentis vitæ nostræ temporis seu successorum nostrorum nullus sibi exinde aliquid clericorum aut pontificum, vel regalis sublimitas suis usibus usurpare aut minorare præsumat. Altare verò tantum in ipso monasterio, & tabula benedicetur, si defuerit, Episcopus Senonicæ in Dei nomine benedicat cum sancta crisma annis singulis pro reverentia sanctorum sine præmium muneris causa concedat. Et quod in ipso altario fuerit in Dei nomine oblatum, vel ad ipsum monasterium ad quemcumque Deo inspirante transmissum, nihil sibi exinde Pontifex audeat vindicare. Et cum abba ille fuerit de hoc sæculo evocatus, quem unanimiter omnis congregatio illa monachorum ex semetipsis optima regula compertum eligerent, a nobis vel successoribus nostris absque ullo commodo secundum sanctos canones ordinetur, & reliquos gradus clericorum sine aliqua exceptione, juxta quod electio docet, constituemus consecrare: nullam aliam in monasterio potestatem, neque in rebus, neque, ut diximus, in personis, quandiu sub sancta regula ipse abba vel ipsi monachi seu successores eorum vixerint, supradictus episcopus, archidiaconus

ANNO CHRISTI 669.

conus, aut qualibet persona alia habeto parfumat. At quodcumque de eodem monasterio sicut de parrochiis aut ceteris muneris causa audeat donare vel auferre. Et nisi rogitus a congregatione ipsa vel abbate, nulli nostrorum audeat adire secreta aut feminum septa: ut quatenus monachi solitarii nuncupantur, de perfecta quiete valeant duce Domino per tempora & sub antedicta regula viventes, & sanctorum patrum vitam sectantes, pro statu ecclesiæ & salute regis, vel patriæ valeant exorare. Et si aliter ipsi monachi de eorum religione tepide egerint, secundum regulam ipsius domni Benedicti, & sancti Columbani ab eorum abbate; aut si ipse neglexerit & ipsis abbatibus, qui regulariter vivunt, corrigantur, & ipsa integritate Deo adjuvante serveture, & sub eo, ut diximus, privilegium eaque libertate, qua antedicta monasteria monachis positis, ut dictum est, futurisque temporibus subsistant. Et quia nihil de canonica authoritate convellitur, quidquid a domesticis fidei tranquillitatem pacis tribuetur. Quod si quis callidirate aut cupiditate præventus visus fuerit, ea quæ sunt superius comprehensa, temerario spiritu violare, annum a communione omnium fratrum se noverit alienum: & nihilominus hoc privilegium Christo protegente perpetuo manuat incorruptum. Quam etiam constitutionis nostræ definitionem, manus nostræ subscriptionibus roboratam, per fratres nostros & confervos abbates perpetuis temporibus valituram, ut robustior maneat, vobis vel ceteris destinavimus insuper confirmandum stipulatione subnexa. Actum. Manfolaco curte dominica anno tertio regni domini nostri Clotarii regis.

Emmo episcopus.
Joannes peccator hoc privilegium consensit.

Unemundus hoc privilegium consensit. A
Eodaldus episcopus hunc privilegium consensiens.
Bertaldus peccator hunc privilegium consenticns.
Leoboldus episcopus.
Amicharius in Christi nomine, ac si peccator, episcopus hunc privilegium consensit.
In Christi nomine Gauriobertus episcopus hunc privilegium consentiens.
Hugbertus peccator hunc privilegium consentiens.
Chrodobertus peccator hunc privil. conf.
Burgundofarus in Christi nomine, ac si indignus episcopus, hunc privilegium conf.
Maurinus peccator hunc privilegium conf.
Bertofridus episcopus peccator Ambianis urbis conf.
Biggo peccator Luxogius urbis episcopus.
In Christi nomine Berchatius, esti peccator, episcopus.
In Christi nomine Conceffus peccator, episcopus Ebrocini conf.
Hecberius peccator hunc privil. conf.
In Christi nomine Momolinus, esti peccator, episcopus hunc privil. conf.
Bigwaldus peccator hunc privilegium conf.
In Christi nomine Lupus episcopus consentiens hunc privilegium conf.
Gaudemundus peccator hunc privilegium consentiens.
Deocharius peccator serviens conf.
In Christi nomine Gyroindus, esti peccator, consentiens.
In Christi nomine Drusio, ac si peccator, hun privilegium conf.
In Christi nomine ego Audebertus, ac si indignus episcopus hun privilegium consentiens.
In Christi nomine Ragnobertus ac si indignus episcopus conf.

ANNO CHRISTI 669. B C D

AD CONCILIUM HERFORDIENSE

ADNOTATIO CHRONOLOGICA.

Anno 673. CConcilii hujus epocha figitur a Labbeo anno 669. sed mendo manifesto. Habita enim legitur in actis ejusdem concilii apud Bedam lib. 4. cap. 3. die *XXIV. Septembris indictione I. Egfridi anno III.* Capit Egfridus anno 670. non diu post dictam. V. Kal. Martias eodem Beda lib. 4. cap. 5. refertur, cujus proinde annus tertius cum septembri mense conjunctus annum 673. exhibet, quo anno a septembri indictio I. fuerat. Is ergo concilii annus.

ANNO CHRISTI 677. 680.

DONUS PAPA

Sedit ab anno 676. usque ad annum 678.

SYNODUS DIRINENSIS IN ARABIA NESTORIANORUM

Circa varia fidei, vel potius hæresis & disciplinæ capita,

Georgio Catholico præside, anno 37. Ægiræ, Christi 677. celebrata.

Anno 677. DE hac synodo ita scribit Assemanus Bibl. Orient. to. III. par. II. pag. CLXXXVI. *Synodus Georgii, qui Jesujabum Adjabenum excepit, habita in insula Dirina haud procul a Basfora Arabiæ urbe, anno Christi 677. de qua Elias Damascenus hæc in Nomocanone.* Porro Georgius constituras in partibus orientis insulas regionesque studiose lustravit, Christianorum inibi commorantium necessitatibus consuluras, eosque in iis directuras, in quibus posita est illorum vita: in fide videlicet & constitutionibus, atque canonibus. Idcirco enim ea loca præsens adiit, circumluftravit, ut quæ oportebat, emendaret reformaretque. Progressus est itaque usque in insulam dictionis Bahraini, quam Dirinam vocant (*Barainum sermone Arabico duo maria significat: locus est ad oram sinus Persici ex parte Arabiæ*) ubi mense majo, anni regni Arabum quinquagesimi septimi, unacum metropolita Bahazanis & quinque episcopis synodum celebravit, in qua placuit patribus libtum indutare de fide, deque legibus & canonibus, quos partes occidentales orientalesque condiderant. Exemplar in illis partibus, quas oberant, reliquerte. B

CONCILIUM MARLACENSE

Anno 677. habitum.

A. Chr. 715. poſt illa tempora ſcripſiſſe 1600- num illum dignoſcimus. Sed ne ſtatim quidem publici juris factus eſt. Quum hujuſmodi decretales; etenim primus omnium Riculphus Moguntinus epiſcopus eas ex Hiſpania, ubi cunas fortiſſe fuerunt, in Galliam importavit. Hincmarus Remenſis in Opuſc. cap. 14. hæc habet. *De libro collectionum epiſtolarum ab iſidoro, quem de Hiſpania ad Isidorum Riculphum Moguntinum ekemplum, & ipſas regulas ex illo repleri poſſe*. Moguntiacum autem eccleſiam Riculphus ille ab A. Ch. 787. ufque ad annum 813. rexit. Admirandum, omnino eſt, epiſtolas illas ſub finem tantum ſeculi oſtavi inter tradita ſanctis capiſſe. Quod ſi verum, uti proſus veriſſimum eſt, ac illis Benedictus archiepiſcopus, qui Ann. Ch. 722. Romæ pontificabat, ſe ſubmiſiſſe? Supereſt igitur, ut fateamur, aut a Laudulpho ipſis memoratis tantummodo fuiſſe elucubratas, aut ab alio quopiam, qui plurimis poſt Benedictum annis inter vivos numeraretur. Siylus quidem, ut hoc quoque exponam, a contextu Laudulphi ſylo nonnihil diſtidere videtur, ita ut, quod ſomnium eſt, ſuſpicari poſſimus, etiam ante Laudulphum oratoribum hanc extitiſſe. Quæ igitur Mediolanenſi epiſcopo in Ticinenſem ſimiliter rationem foreat, in illos, explorare oſtendimus. Nunc verò videndum, quibus verbis a Siginio magni nominis viro hiſtoria hæc propoatur. Hæc habet in lib. 3. Mſſ. de Reg. Iſid. ad A. Ch. 715. *Lis inter archiepiſcopum Mediolanenſem & epiſcopum Papienſem vexata. Archiepiſcopus movit parandi ſacris caput epiſcopi ſuffraganeorum ad ſe- cundarem volui. Quod jus ad eum non pertinere epiſcopus contendebat, ex communi ſententia res eſt Romam relata. Ibi causa utrimque apud pontifi- cem agitatâ archiepiſcopus adverſantibus omnibus tentaſſe accepit ſe victus abſque effugii*. Verum pertragediat Siginius; neque enim jus novum Benedicto parabatur, neque illi omnia veruſtatis exempla adverſabantur. Una plurium veterum præſcriptio fecit, ut ſecundum Ticinenſem irridicaretur. In hanc enim hujuſce quæſtionis ſiſtiganda Siginium calculi defecere, quamquidem anno 715. quo rem præſſam is arbitratur, Romanam ſedem Gregorius II. implebat, non verò Conſtantinus. Deceſſerat hic anno ſuperiore, ſubrogatus in Romanum pontificem electus fuerat Gregorius, uti &c. Anno ſuperiore certe Anaſtaſi Bibliothe. Theophanis, Sigifredi, aliorumque chronographorum fides liquido adeſtit. Quum verò ſub Conſtantino tantum hujuſmodi ſe compoſita fuerit, annum eidem, aut 711. cum Baptonio, aut cum aſſis 712. aſſignabitur poterit. Porrò hæc in re quantum a Siginii mente refluxerit, quis ſentiet? Patet venerandus, ſed dubitandum eſſe non poſſe, quin ſuffragatus ſuis ſuffragaretur, & hæc ſubſtituo hanc de Papiensi

ANNO CHRISTI 715.

ecclesia asserit: *Cui pontifex Hormisda* (Roma- nam sedem hic tenuit ab anno 514. ad 523.) *Pal- lii usum concessit, extenditque eam gratiosam in- dulgentiam ad successores.* Usus enim Pallii per ea tempora aut paucissimis, aut nemini a summis pontificibus tribuebatur. *Aevo deinde D. Gregorii,* ut doctissimus de Marca animadvertit lib. 6. cap. 7. num. 3. de Concord. Sac. & Imp. *invaluit, ut Romanus pontifex Pallio ornaret præcipuos Me- tropolitanos, qui ad ejus consecrationem pertine- bant, aut eos, quibus vices suas in provinciis committebat.* Si igitur neque omnes Metropoli- tanos, sed præcipuos duntaxat pontifex pallii usu decorabat, idque etiam seculo solum Grego- rii Magni usurpari cœpit, quanto minus Hormi- sdæ ævo Pallium Ticinensi concedendum fuit, qui non inter Metropolitas, sed in episcoporum so- lummodo vulgarium censu numerabatur? Plura in hanc rem non aggero, tum ne messem hanc A tibi præripiam, tum ut eruditorum auribus par- cam, qui a te uberiora præstolantur. Velim ta- men serio perpendas, an ad Joannem VIII. pa- pam prærogativæ hujus primordia sint referen- da. Ille enim pontifex nihil antiquius habuit, quam ut Ticinensem extolleret sedem, quo vi- vidum nimis, ac forte Mediolanensis episcopi in- genium retunderetur, qui de prompte præstan- da tunc temporis ecclesiæ Romanæ obedientia recusabat. Certe hic summus pontifex epistolam dedit, quæ inter ejus opera est 139. illaque Me- diolanensem, ac Ravennatem Metropolitas statuit ad synodum convocari a Ticinensi episcopo pos- se, quod (nisi eadem epistola in apocryphis sit recensenda) adeo mirum videtur, ut Baronius ad An. Ch. 878. pronunciare non dubitaverit; *Quod non crederem, nisi legissem.* Equidem hanc con- jecturam facile sequor, a qua tamen discedam, statim ut meliora abs te, ut spero, proferantur.

GREGORIUS PAPA II.

Sedit ab anno 715. usque ad 731.

AD EPISTOLAS GREGORII II.

APPENDIX.

AD EPISCOPOS ANGLIÆ.

Tatwinum Dorobernensem archiepiscopum totius Angliæ primatem agnoscit, & mandat agnosci.

Gregorius episcopus, servus servorum Dei episcopis Angliæ salutem & a- postolicam benedictionem.

Anno 715.

Affert Wilkins to. I. pag. 81.

DEI omnipotentis immensæ pietatis magnitudinem collaudamus, qui suæ majestatis gloriam sic dilatare dignatus est, ut in omnem terram exierit jam sonus prædicatorum suorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Cujus ineffabili pietatis gratia sicut noscimur procreati, ita quoque sumus adoptati, sanctæ regenerationis portantes mysterium in spem gloriæ filiorum Dei, per Jesum Christum Dominum nostrum. Reverentiæ itaque vestræ, fratres carissimi, dicato collætantes collegio hortamur, ut in fide stabiles, & in opere efficaces inveniamini, honore invicem prævenientes, & alter alterius onera portantes, quia sic adimplebitis legem Christi; charitatem continuam habentes in dilectione Dei & proximi, sine qua impossibile est Deo placere. Fratris nostri Tatwini, qui beatæ memoriæ Augustini prædicatoris vestri cathedræ pontificatus subrogatus est, adventus nos admodum lætificavit, quia virum religionis & magnæ probitatis sub ipso tempore, quo apud nos stetit, eum cognovimus. Proinde ejus auditis petitionibus antecessorum ejus jura dignitatis perquiri in sacro scrinio fecimus, & invenientes eum justa postulavisse, sacrum pallium cum venerabili dalmaticæ usu ei apostolica auctoritate tradidimus, annuentes quoque jura dignitatis omnia, quæ prædecessores sui a tempore beatæ memoriæ Augustini cognoscuntur habuisse. Sicut ergo sancti patris nostri Gregorii Romani pontificis decretum præfato Augustino, sincello [illegible] prædicatori vestro, omnes episcopos Angliæ subjecit; sic nos, Deo auctore & B. B. Petro Apostolorum principe, licet indigni ejus vicem gerentes, tibi, Tatwine Dorovernix civitatis archiepiscope, tuisque successoribus legitimis omnes ecclesias Britanniæ, earumque rectores subjicimus; apostolica auctoritate præcipientes, ut omnis homo totius Angliæ regionis tuis canonicis jussionibus obediat, & te sciat esse speculatorem, atque primatem totius insulæ; cui vices nostras per omnia in regione illa gerendas commisimus. Tuam autem ecclesiam Dorovernix constitutam ut propriam & primam sobolem regionis vestræ in Christo spe- D cialiter sub tuitione manus nostræ tenemus, quam volumus in pacis tranquillitate & religione vigere, ejusque jura & dignitatis privilegia in perpetuum immutilata servari, quia prima & mater est aliarum omnium, primitus in vestra regione constituta in honore sancti Salvatoris Domini nostri Jesu Christi. Scriptum est enim: *non est sanctus ut est Dominus*, & ubi caput est vegetum, reliqua membra validius vegetantur. Vos itaque fratres, hæc apostolicæ auctoritatis mandata cum alacritate & subjectionis reverentia audite, & suscipite, & cum præfato fratre nostro archiepiscopo vestro in messe Dei laborate, scientes vos inde E mercedem bonam habituros. Si autem quis hæc perturbare voluerit, & nostræ difinitionis statuta divellere contenderit ac violare, sciat se contra ipsum mundi salvatorem & beati Petri auctoritatem niti, & ideo, nisi resipuerit, æternæ damnationis sententiam incurrere. Deus vos incolumes custodiat, dilectissimi fratres.

AD

ANNO CHRISTI 715.

AD GREGORII PAPÆ II. DECRETA

ADDITIO.

EDITORIS MONITUM.

QUæ hic primus omnium promulgo decreta seu canones pœnitentiales, an Gregorio II. tribuenda sint, hæreo ambiguus. Ut canones ejusmodi ab eo ederentur ætas quidem illa ferebat. Tunc enim pœnitentiales canones passim omnes pontifices, episcopi, & privati etiam quidam dederunt. Gregorius III. suos edidit, suos Theodorus Londinensis episcopus, suos S. Bonifacius B Moguntinus, suos denique Beda privatæ licet authoritatis presbyter. Quare a Gregorio papa II. non abhorrent, cui tribuere videtur author MS. illius codicis Bibliothecæ Canonicorum S. Martini Lucensium, unde hæc accepi. Nam in eo monitu, quem canonibus hisce aliisque pluribus scriptor codicis præmisit, daturum se profitetur decreta Siricii, Innocentii, Zosimi, Bonifacii, Cœlestini, Hilarii, Simplicii, Felicis, Gelasii, Anastasii, Symmachi, Hormisdæ, Gregorii junioris (idest II.) statimque subjungit, quæ hic promo, decreta; tum ad decreta Siricii, cæterorumque ordine servato manum admovet; nec ullum aliud in toto libro apparet Gregorii II. decretum. Hæc pro Gregorio, sed vicissim ne huic adscribam vetant Gregorii III. successoris in perjuros decreta, in quibus quædam statuuntur his canonibus plane consona; hæc verò præscribere se ait Gregorius III. *secundum antiquam definitionem:* Non ergo illa decessor ejus Gregorius II. statuit. Forte igitur, quæ profero, ipsa sunt vetera illa decreta, quorum Gregorius III. in excerptis suis can. VII. meminit.

CANONES POENITENTIALES.

SI quis juraverit 7. annis pœniteat, 3. ex his in pane, & aqua, & nunquam juret.

Si quis verò coactus, idest violenter pro qualibet necessitate, aut nesciens perjuraverit III. annis pœniteat in pane & aqua.

Si quis laicus pro cupiditate perjuraverit, totas res suas det pauperibus, & tundatur, in monasterio serviat diebus vitæ suæ.

C Si quis alium duxit in perjurium ignorantem, VII. annis pœniteat. Qui verò suscitatur (*sic*) quod in perjurio ducitur, & tamen jurat, V. annis pœniteat.

CONCILIUM, seu JUDICIUM IN VICO-VVALARI IN ETRURIA

Ad decernenda jura quædam controversa inter Aretinum, & Senensem episcopum institutum.

Anno 715.

Anno 715.

AEdes quasdam sacras in territorio Senensi constitutas Aretinus episcopus jure antiquæ possessionis sibi poscebat. Negabat reddendas episcopus Senensis, eo quod in territorio diœcesis suæ constitutæ, sibi deberentur. Lite coram Luitprando rege inducta, primo quidem jussu ejusdem Regis auditi sunt testes a Guntheramo tabellione regis, quorum dicta in publicas relata tabulas vulgavit Muratorius in Antiquitat. Ital. medii ævi tom. VI. pag. 372. Signantur verò illæ die XII. Kal. Julias indictione XIII. *regnante Luitprando rege*, idest anno 715. E Secundum hæc, regis jussu, acciti plures Etruriæ episcopi, judicium ecclesiasticum instituerunt, quod judicium Luitprandus rex concilium vocat in ea quam tandem pronunciavit sententia, legenda apud Muratorium ibid. pag. 383. & apud P. Guidonem Grandi in epistola de Pandectis edit. secunda in Append. num. 1. *Rei veritate comperta,* Guntheramus tabellio, *usque in concilium episcoporum deduxit. Synodicam* pariter *functionem* vocat Alexander II. in bulla ad Constantinum Aretinum episcopum apud Ughell. Ital. Sacr. tom. I. pag. 416. nov. edit. Hujus concilii acta ex eodem Muratorio ibid. pag. 372. inferius recitabimus. Hæc vero suspicionis arguit Ughellius Ital. Sac. tom. I. in episcopis Aretinis; sed cum nihil offerant quod historiæ repugnet, non episcoporum nomina, non regum, non ratio temporis, vix est, ait Muratorius, cur a veteratore aliquo conficta judicemus; neque enim veteres isti fabulatores tanta præstare solebant eruditione, ut exactum aliquid ad historiæ & chronologiæ leges dare possent. Insuper acta hæc omnia enunciantur in literis Stephani II. papæ ibidem a Muratorio productis, aliisque sequentium sæculorum documentis apud Ughellium legendis.

JUDI-

ANNO CHRISTI 715.

JUDICATUM QUORUNDAM EPISCOPORUM,

Jussu Luitprandi regis congregatorum, ad diversorum controversiarum finem de quibusdam Ecclesiis vertentium inter episcopum Arretinum, & Senensem cum sententia in favorem Arretini Antistitis, Anno 715.

IN nomine Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi. Ex jussione Domini excellentissimi Luitprandi regis, dum conjunxissimus nos sanctissimi Theodaldus Aretinæ ecclesiæ episcopus, & Maximus Pisanæ ecclesiæ, necnon & Speciosus Florentinæ ecclesiæ, adque Telesperianus Lucensis episcopus, ad ecclesiæ sancti Genesii in Vico, qui dicitur Vallari: ibique residentes una cum nullo Excellentissimi Domni Luitprandi regis, nomine Guntheramo Notario, Venerant inpositam parvientiam sanctorum patrum viti, Adeodatus Senensis ecclesiæ episcopus, & Lupertianus Arretinæ ecclesiæ episcopus, altercationem inter se habentes de diocesis, ecclesiis, & mancipiis in finibus Senensis territorii ejusdem civitatis. Illud de monasterio sancti Amiani, Baptisterio S. Stephani Haminiacano, Baptisterium sancta Maria in Colsena, Baptisterio sancti Joanni in Rantra, Monasterio sancti Archangeli in Isnda Luca, Baptisterio sancti Andreæ in Malcinis, Baptisterio sancti Petri in Pava, Baptisterium sanctæ Mariæ in Farma, Baptisterium sancti Quirici & Johannis in Vico Falcino, Baptisterium sanctæ Restitutæ in Fundo Uxiano, Baptisterium sancti Feliels in Avano, Baptisterium sancti Mariis Ecclesiæ in Missilis, Baptisterium sancti Valentini in Casale Urtina, Monasterio sancti Petri ad Axe, Baptisterio sancti Viti in Rutilano, & sanctæ Mariæ Ecclesiæ in Castello Politiano, Baptisterium sancti Viti in Vercena, Baptisterium sancti Donati in Etitiano, Baptisterium sanctæ Mariæ in Saltu, Baptisterium sancti Johannis in Prumano, Baptisterium sancti Viti in Ofcana. Dicebat sanctissimus Lupertianus episcopus fratter noster, quod ecclesiæ ista suprascriptæ, & Monasteria a tempore Desiderii regis, & Longobardorum regum, ex quo a fundamentis conditæ sunt, semper ad sedem sancti Donati Aritio obedierunt, una cum omnibus oratoriis suis; & nostrorum vel antecessorum nostrorum, ibidem fuit ordinatio, tam in presbyteros & in diaconos, & nostra fuit sacratio semper usque modo, & nos debemus habere. Ad hæc respondebat frater noster Adeodatus Senensis ecclesiæ episcopus: *Veritas est, quia ecclesiæ istæ, & monasteria in territorio Senensi posita sunt, vestra dicitur fuit sacratio, ea quidem Senensis minime episcopus abuit: Nam modo ad nos debent pervenire, qua in nostris, ut dixi, territorio esse noscuntur.* Ad hæc vero respondebat Lupertianus episcopus: *A tempore Rothariis regis usque modo ecclesia Senensis episcopum abuit; & nostra de ea ante tempore Romanorum, & postea usque in tempora eadem in ipsis Ecclesiis, Baptisteriis, Monasteriis ... fuit sacratio, & ordinatio, & in antea debemus secundum consuetudinem regalem habere:* Quidem & milites excellentissimi Domni Luitprandi regis, nomine Guntheramus, qui per ipsum Tagipert gastaldum Senensem, ac per ipsos presbiteros & paumanenses, veritatem cognovi, & ipsos presbiteros suprascriptarum a longo tempore antecessorum meorum & mea ut que adtenus ibidem fuit sacratio. Et ecce mihi suprascriptum de omnibus illos presbiteros, qui nunc præsenti vivunt, ubi obedientiam fuerdo Donato promiserunt, & sacramenta fecundum antecessorum suorum, consuetudinem prebuerunt usque ad tertio & quarto anno retro tempus, qui finiliter manus fuas ad sancto Donato, cui deservio, fecerunt. Et insuper lectas epistolas rogatorias de singulis judicibus civitatis Senensæ, & de ipso episcopo, qui tunc erat, & antecessores meos, & ad me faciebaris electionem, eo quod vester territorio erat, & nobis ea epistolas faciebaris, & regnandibus tis, & fecundum antiquam consuetudinem ipse perfone confecrarentur, quoniam nostra manebunt Diocesi. Nec quifquam contra canones hinc nostra permissio datem episcoporum audebat ordinationem facere.

Ad hæc autem omnia nos suprascripti Teudoaldus, Maximus, Speciosus, Telesperianus episcopi, una cum presbiteris nostris venerandis viris, idest Johannes, Lucipert, Rodaldus, Munichis, Sicualdus, Anfelmo, Aututini, Theodino, Deusdedi, adque Theodoro, & reliquis facerdotibus circumstantibus, audientes, fecimus ipsam inquisitionem, & manus de ipsis presbiteris, qui nunc vivi sunt, & eorum qui transierunt. Sed & epistola judicum Senensium civitatis, five episcoporum ecclesiæ Senensium relegere; ubi continebatur, quod omnis facratio in suprascripte Diocesis, Baptisteriis, & Monasteriis, adque omnibus per præsules sanctæ Arretinæ ecclesiæ omni intempore perficiebantur. Nam & ipsi presbiteri quomodo ipsidem custodes sunt, traprofessi sunt per evangelia & sacratum ab Aretinæ ecclesiæ episcopo suscepissent, & manus fuas juxta antecessorum suorum consuetudinem ibidem fecissent, & sacramenta prebuissent, & obedientiam usque adhemus impendissent, & chrisma suscepissent. Ideo justum atque redum placuit, ut si quis sanctis patres Nicei, & Ecsani, adque Calcedonensis concilii statuerunt, ut nemo in aliena diocesi non vi ingredi præsumat, aut qualemcumque ordinationem faciat, sed in suis diocesibis fe contineat, nec ftatuta patrum termina habeatis. Proinde decretum per fanctorum patrum authoritatem, ut tu, fanctissime frater noster Lupertine episcope, ipsas suprascriptas diocefes & monasteria cum suis facaulis absas absque qualemcumque contaminatione habere, fitut antecessores tuis a longo tempore habuerunt, & omnis facratio ibidem per tuis oris labia vel fucceforum tuorum ibidem proveniat, tam in presbiteris quamque diaconis vel subdiaconis, & baptisma vel chrisma per impositionem manuum, sicut chriſtianæ religionis est consuetudo, omni tempore proveniat, adque fiat. Et nullam fa-

ANNO CHRISTI 715.

ciendi ammodo, & deinceps præfatus Adeodatus episcopus, vel ejus fuccessores, qui in tempore fuerint, contra te quem suprascripsimus Lupertianum episcopum, vel tuos fuccessores de prædictis baptisteriis, ecclesiis, & monasteriis cum oraculis suis, aliquando inter facundia ad loquendum, nec ad ibi fontes faciendum, nec plebes fubtrahendum, nec ullam ordinationem infra ipfas dioceses finesque eorum faciendum, ficut fubtitum partum inftitura legunur. Quoniam pro ampuranda intentione decrevimus, ut ibi feptimus cum fex presbiteris tuis, quales ipfe Adeodatus eligere voluerit, prædicti te Lupertiane episcope & ad evangelia facramentum una dum fex & diacatis; quia a quo tempore, ex quo auditi sunt, thabetis Romanorum & Longobardorum ufque in præfentem diem, in quo fumus, femper facrationem presbiterorum & diaconorum ipfarum fuprafcriptarum ecclefiarum, & baptisteriis ecclesiæ fuscesserunt, & noftra anteceffortumque noftrorum ibidem fuit ordinatio, quia noftra ipibi manfit poffeffio, nec ad ecclesiam Senensem aut epifcopos ejus tunquam pertinerent, nec eum ecclesia fanctus Donatus, nec eus defensiones perdere, aut vobis dimittere debemus. Et evangelia adducta funt in noftris omnibus præfentia, & facramentum ipfe dedeftus. Et finita intentio. Unde præfentem judicatum noftrum perpetua firmitate, ne impolterum exinde inter vos aliqua revolvatur caufatio, tibi, qui fupra, Lupertiane epifcopus, per manus fuprafcripti filii noftri Gunterani notarii emiffimus, in quo pro ampliore firmitate tua proprias manibus noftris fubfcripfimus; quatenus ambe partes in eadem deliberatione perpetuis debeatis manere temporibus. Factum judicatum ad ecclesia fancti Geneſii in Vico Vallari V. die menſis julii, regnante fuprafcripto Domno noftro excellentiſſimo & Chriſtianiſſimo Luitprando rege, Anno in Chriſti nomine quarto, per Indictio tertiodecima, feliciter.

Ego Teudualdus epiſcopus hunc judicatum a nobis factum, adque dictatum, vel relectum fubſcripſi.

Ego Maximus epiſcopus fubſcripſi manus propria.

Ego Speciosus epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Florentinæ in hunc judicatum a nobis factum, adque dictatum, vel relectum fubſcripſi.

Ego Teleſperianus ſanctæ Lucenſis eccleſiæ hunc judicatum a nobis factum, adque dictatum, vel relectum fubſcripſi.

Ego Anſimundus archipreſbiter ſanctæ eccleſiæ Piſanæ hunc judicatum interfui, & manus mea fubſcripſi.

Ego Rodualdus Piſenſis.
Ego Johannes preſbiter.
Ego Lunichis preſbiter Lunenſis.
Ego Deuſdedi preſbiter.
Ego Theodorus preſbiter.
Ego Lucifer preſbiter.
Ego Damianus preſbiter.
Ego Lupus preſbiter.

SYNODUS CONSTANTINOPOLITANA

Qua Germanus ex epiſcopatu Cyzici ad ſedem Conſtantinopolitanam tranſfertur,

Anno 715. vel 716. habita.

Anno 715. vel 716.

PRæter Synodum illam, quam S. Germanus epiſcopatum Conſtantinopolitanum jam gerens celebravit, a collectoribus hunc annum 715. male relatam, de qua infra; alia pariter fynodus hoc anno 715. auguſto, menſe coacta eſt Conſtantinopoli, qua de transferendo S. Germano e Cyzicena ſede ad Conſtantinopolitanam eſt actum. Cum enim epiſcoporum tranſlationes veteribus Eccleſiæ ſanctionibus averſarentur, præſertim canoni Antiocheno; res digna viſa eſt ut in concilio epiſcoporum diſcuteretur. Ac concilii quidem ſubdolcare memitur Theophanes; clarius verò Cedrenus his verbis: *Sub hoc è metropoli Cyzico Conſtantinopolim tranſlatus eſt Germanus; editumque decretum eſt Conſtantinopolitanæ epiſcoporum, quo id permitteretur.* Hæc verò a Patribus ſententia latea eſt ex Theophane.

SYNODI CONSTANTINOPOLITANI SENTENTIA.

Ἡθέρω καὶ βασιλεῦσιν ἡ συνέδρευσεν τῶν ἁγιωτάτων ἐπισκόπων καὶ ἡγουμένων, καὶ τοῦ κλήρου τῆς θεοφυλάκτου ταύτης, καὶ βασιλίδος πόλεως, ἡ ἐπὶ χρόνῳ ἡ πάντοτε τὰ κράτη διεφύλαττεν, καὶ τὰ ἐκκλησιαστικὰ σημαίνουσα, μετατίθησι Γερμανὸν ὁ τοιάτιστος μητροπολίτης καὶ οἰκουμενικὸς πατριάρχης τῆς Κυζίκου μητροπόλεως, ἀς ἐνίοκοτον τοῦτος ἡ θεοφύλακτος καὶ βασιλὶς πόλεως· ἐγένετο ἡ ἡ τοιαύτη μετάθεσις κατὰ παραλείας. Μιχαὴλ τὸ ἐλεεινὸν ἀρχιεπίσκοπον κὺρ Ἀντιοχείας τὸ Ἀποκαλυπτὸ ὑμῶν, καὶ Ψ. λογικὸν ἐκλεκτὸν, καὶ ἐπιτεκθέντων, ἐπὶ Ἀρτέμιδι βασιλέως.

SUffragio atque conſenſu religioſorum, presbyterorum, diaconorum & totius fanctioris cleri, facrique Senatus, & hujuſce a Deo cuſtoditæ imperatricis civitatis univerſi populi Chriſtum amantis, divina gratia, quæ infirma ſemper curat, & quæ deſunt adimplet, Germanum ſanctiſſimum, metropolitam & præſidem Cyzici metropoleos, in epiſcopum hujus a Deo ſervatæ urbis & regiæ urbium conſedentes. Facta eſt hæc tranſlatio coram Michaele ſanctiſſimo presbytero, & Apocriſiario apoſtolicæ ſedis, cæterisque facerdotibus & epiſcopis præſentibus, Artemio imperante.

SYNO-

ANNO CHRISTI 726. 731.

SYNODUS JACOBITARUM IN SYRIA

Pro conciliatione Armenorum cum Syris Jacobitis,

Ab Athanasio Jacobitarum patriarcha anno Græcorum 1037. Christi 726. celebrata.

Anno 726. HAnc Synodum ex Abulpharagii Chronico Patriarcharum Antiochiæ hactenus incognitam paucis his verbis excipit Assemanus Biblioth. Orient. tom. II. pag. 338. *Hic* (Athanasius patriarcha) *congregata synodo Armenor. cum Syris Jacobitis conciliavit anno Græcorum* 1037. Nec plura de illa, aliis ignota.

GREGORIUS PAPA III.

Sedet ab anno 731. usque ad 741.

AD EPISTOLAS GREGORII III. PAPÆ

APPENDIX.

Gregorius omnibus episcopis in Tuscia Langobardorum.

Apud Fontanin. de Antiquit. Hortæ Append. num. X. pag. 385. MEminit fraterna sanctitas vestra, tempore ordinationis suæ per chirographum & sacramenti vinculum beato Petro principi apostolorum spopondisse, ut in emergentibus sanctæ ejus ecclesiæ totis viribus laboraretis. Igitur quia præsentes viros Anastasium dilectum filium nostrum presbyterum, & Adeodatum Rugionatium tubilicanum, nostros fideles, ad obsecrandum & Deo favente obtinendum, pro quatuor causis, quæ anno præterito beato Petro ablata sunt, ut restituantur a filiis nostris Luitprando & Hilperando suppliciter destinavimus; rece-, dilectissimi fratres, tempus acceptabile, ut juxta chirographum vestrum, boni operis fructum beato Petro feratis: cujus auctoritate vos hortamur in Domino, ut ad eosdem cum præfatis filiis nostris properetis, ut a Deo inspirati proselectibus eorum beatis principibus Apostolorum Petro & Paulo eadem causa retractantur. Nam si, quod non credimus, dilatoriis iter accipere propter Deum, ego, quamquam imbecillis tm præ infirmitate corporis, iter arripiam laboriosum, & videbo ne vestra negligentia vobis ad obligationem ex nodo pacti pertineat. Data Idus octobris Indictione IX.

AD SYNODUM ROMANAM I.

Sub Gregorio III. anno 731. celebratam

ADDITIO.

Anno 731. AD hanc synodum in primordio conservationis suæ a Gregorio III. celebratam quædam pertinent, quæ in Collectione Veneto-Labbeana omissa, hic supplenda sunt. Hæc igitur scriptura arbitrio lectoris in scriptis Patrum ad nostram usque ætatem superfitem, in quo fragmentum extat orationis a Gregorio in synodo habitæ. Cum verò gratet in te pontificiæ dignitatem, hinc non obscure docemur cum synodum paulo post ordinationem suam a pontifice coactam fuisse; eandemque synodum plane diversam esse ab ea quæ hoc ipso anno 731. ad Kalendas novembris indicta fuit; inde colligimus, quod postremæ huic adfuerit Antonius Grandensis patriarcha, ut ex epistola Gregorii sequentibus mox restituenda, & ab Anastasio in libro Pontificali ad vitam Gregorii memorato. In hoc verò synodi fragmento inter patrum adstantium concilio nomina desiderantur illa non legitur. Consule Anastasii testimonium, qui synodum cui Gregorius interfuit, posteriorem esse scribit alteri, in qua Gregorius presbyter ob malæ gestam legationem Constantinopolitanam increpatur damnationem vix evasit. Cedo mihi ex Romano lapide synodi hujus fragmentum.

Ex Jobi Ciampini de sacris ædificiis a Constantino M. constructis. Lib. I. cap. XV. num. 3. pag. 208.

PEtro, Theophano, Sergio, Jordane, seu Johanne. Adstantibus quoque diaconibus. Mosche archidiacono, Zacharia, Johanne, Teophylacto, atque Gemmulo, vel cuncto clero. Antefactus D. Gregorius apostolicus papa dixit: *Reduco ad unimus (fantissimi fratres mei) qualia mihi & quanta mirabiliter Christus D. noster contulerit bona, & quomodo me indignum ad santi apicis fastigium sua pietate dignatus fuerit evocare, & suspecto mihi aliud malenti retribuere potentia ejus, nisi solas agere gratias, & indefinenti precis gloriosum ejus colloudare nomen. Quæ enim (ut aie prophetæ) loquatur potestas*

ANNO CHRISTI 731.

tias Domini, auditas faciat omnes laudes ejus, (a) vel quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo. (b)

(a) Ps. 105. 2.

ANNO CHRISTI 731.

(b) Ps. 115. 2.

AD ROMANUM CONCILIUM II.

A Gregorio III. celebratum pro cultu imaginum anno 731.

ADDITIO.

Anno 731. COncilio huic, cujus historiam ex Labbeo tom. VIII. pag. 218. edit. Venet. repetes, Antonium Gradensem cum Joanne Ravennate, aliisque interfuisse tradit. Ibre Pontificalis. Gregorii Epistolam, qua Gradensem patriarchum accivit ad synodum, Venetur Ughellis editor haud ita pridem vulgavit in Gradensibus tom. V. pag. 1093. nov. edit. Ex hac epistola, quam hic subdimus annus & mensis habiti concilii eluceset; accitor enim episcopus ad diem Kalendarum novembris XV. indictionis conflat, qui duo characteres annum 731. & novembrem incuntis representant, ea gnibus careteres Labbeum, qui sequenti anno ignoto mense convenisse Patres indicat.

EPISTOLA GREGORII III. AD ANTONIUM GRADENSEM,

Ut Romam veniat ad concilium.

GRegorius tertius Pont. dilectissimo fratri Antonio Gradensi archiepiscopo, seu dilectissimis nobis episcopis ejusdem ordinationis, sive concilio permanentibus.

Inter diversas contentationum aruminas, quæ nos hinc inde in sæculo positos circumfiant & obruunt; nota est vana & pernicioſa cupiditas, quæ pravitter semper ecclesiam, quasi quibusdam ventosis procellis conturbat, inaniter attemptata. Est enim infelix impietas apud regiam urbem, ut credimus, notum habetis & per diversas provincias, ita ut quod lugentes dicimus, & voce prominus lacrymosa, sanctorum imagines ab ipsius Domini & redentoris nostri Jesu Christi omnibus proinciantur ecclesiis, diluceretur, atque ipsius Dei ecclesiæ, quod fatale malum est, & intolerabile exitium, habitationes hominum, velitemque educatur armentorum, ut in istis nulla debeat laus Deo cantari. Unde cum Prophetæ (a) lamentabili voce dicendum est: Quis dabit capiti meo aquas, aut oculis meis lacrymarum fontes, ut tantum defleamus exitium? Proinde, carissime frater, atque dilectissimi nobis ecclesiarum Dei rectores, hortamur dilectionem vestram, ut pro Domini nostri Jesu Christi nomine, juxta apostolicum vocem, cunctas subjectas vobis ecclesias commoneri, atque instruere magnopere debeatis: Attendite, inquam, dilectissimi fratres, vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus S. posuit episcopos regere ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo, ut juxta traditionem SS. Patrum & ven. antiquariis omnes veram fidem defendant, & sanctitatem contigerit, corpora ponant, & sanguinem fundant: quia ecce venit dies accepabilis, ecce nunc dies salutis. Nostis, charissimi, quod sancti per fidem vicere regna. Hæc vestra fit, fratres, ad omnem populum Christi communio, ut ipsi propriæ saluti regem Christianum defendentes, possint contentia fidei prodesse. Vos verò, carissimi omnes, qui domos Domini diligentiter regestis, ad defendendam, & confirmandam veritatem Kalendas novembris faccedentis quintædecimæ indictioni apud hanc apostolicam sedem convenire omnes, sepulta negligentia, ut communi conveneu, atque tractatu auctoritate beati Petri apostolorum principis super tale capitulum sententia promulgetur, atque statuatur, qualiter zabiem adversantium præveniamus, & nostrarum procuremus animarum; vel subjectorum salutem; confortes quoque mereamur pro intuitu Sanctorum fieri prædecessorum, & quorum clara nos post Christi præsidium fovet doctrina. Deus vos incolumes custodiat, dilectissimi nobis.

Ad hoc eidem concilium pertinent ea quæ in optatum Chersonensium Cathensium sub emendo Anastasius Bibliothecarii nomine vulgatur Matatorius Rer. Ital. tom. III. Sed de veritate eorum quæ eodem narrantur eadem ne nequaquam confitino. Ita vera scriptor ille: Gregorius III. zelo sanctæ religionis permotus, synodali decreto cum sacerdotali conventu coram sacrolandia confessione facta- confitenti corporis B. Petri apostolorum principis, residentibus cum eodem summo & venerabili papa Antonino Gradensi archiepiscopo, necnon Johanne Ravennatensi archiepiscopo, & aliis XCIII. Episcopis, seu presbyteris sanctæ apostolicæ sedis; astantibus quoque diaconibus, & cuncto clero, & nobilibimis etiam consulibus, & omni Romano populo, statutum est.

Muratori Rer. Ital. tom. III. pag. 1.

Ut si Arelianenses, & Cenomanenenses sanctas Reliquias, quas catenus retinuerant, & reddere contemnerent, restituerent cum corpore & sanguine Christi, & totius ecclesiæ unitate, atque compage: Post peractum igitur hoc constitutum, misit scripta commonitoria pro requirendis sacrosanctis Reliquiis, quæ similiter, ut reliquentur antecessorum suorum contempta sunt. *Agitur hic de restitutione Sanctorum Reliquiarum S. Benedicti & Scholastice, quas in Gallica sublatas historicæ hic in supervirubri narravertat.*

ANNO CHRISTI 738. 741.

CONCILIUM VVIGORNIENSE

Ad asserendas possessiones quasdam cœnobio de Wondiandun

Anno 738. celebratum.

Anno 738.

IN hoc concilio negotium cœnobii de Wudiandun in agro Wigornienti tractabatur, cujus fit mentio in regitro ecclesiæ Wigornensis in bibl. Cottoniana adscevato: ubi inter alia: *Quo tandem anno negotia ad fundum sacerdotalibus concilii synodum pertato, decrequi quæ venerabile concilium, cum reverendissimo archiepiscopo Nothelmo, hanc cartulam donationis profatæ abbatissæ Hwætvvarі reddi, ejusque possessionem nonnullorum firmissimum esse, damnato nimirum eo, atque anathematizato Synodi sacerdotalis decreto, qui cartam illam subripere præsumpserit. Atque hoc decreto sacra synodus, ut post objectum cœpit, sicut ante statutum fuit, a sanctitate sua; dic episcopalem fidem confirmavit. Gregorii liber hoc cum terra reddatur.* Decretum hoc synodale archiepiscopus Nothelmus, & novem alii Episcopi subscripserunt.

Ex Wilkins. t. I. pag. 85.

TARMANENSIS SYNODUS JACOBITARUM

In qua Joannes patriarcha cum Athanasio episcopo reconciliatus est.

Inter annum 1051. & 1060. Græcorum,

Christi 740. & 755. celebrata.

Ex Assemani Bibliot. Clem. Orient. tom. II. pag. 238.

JOannes quidam Athanasii Sandalensis & Maiphercatæ episcopi fraude in patriarchatum Jacobitarum renunciatus, obtentamalis hisce artibus dignitate in perniciem authoris sui abutus est. Quare mutuas inse invicem simultates ambo illi exercuerunt. Synodus tandem coacta in Tarmana Cyrenaïcis ditionis pago, in qua Athanasius a Joanne veniam petiit.

(a) Conf. Pyrrhus xxx. & (b) Idem Vasmodæus (c) Idem Basnagius (d) Idem Renaudotius (e) Idem Assemanus (f) Idem Mosheimius (g) Idem Mosheimius

ZACHARIAS PAPA

Scdit ab anno 741. usque ad 752.

AD SEQUENTEM EPISTOLAM

ADMONITIO.

QUam bis fubdo Zachariæ Romani Pontificis, epiſtolam, nuvver quidem eccleſiarum collectiones dederunt, ſed nemo integram. Ante Labbeum unicum tantum ejus fragmentum prodierat, deſumptum ex can. Pyracium XXX. q. 4. *Alterum è manuſcripto codice idem Labbeus adjecit. Ego tertium fragmentum profero cum variantibus non ſpernendis: hoc omnia ſuppeditavit vetus illa codex Burchardianus decreti, quo ſæpe utiſſimus in hoc opere uſus ſum. Quamquam non ex Burchardo deſumpta ſint hæc, ſed ex eo, qui additamenta quædam huic noſtro codici de ſuo adjecit. Nec ſane inutilem operam ne Eccleſiæ præſtitiſſe credo integriorem exhibendo Epiſtolam Zachariæ ad Theodorum Ticinenſem, quippe quæ celeberis eſt apud veteres, nam ad eilam provocat Nicolaus I. in reſponſis ſuis ad Bulgaros cap. 39. ſicut etiam idem Nicolaus in epiſtola ad Carolum Magnum, quam epiſtolam vide apud Labbeum in Venera editione tom. 9. pag. 1269.*

ZACHARIÆ EPISCOPUS

D *Servus Servorum Dei reverentiſſimo ac ſanctiſſimo Fratri Theodoro Epiſcopo Eccleſiæ Ticinenſis.*

PRytacium (*a*) nobis tua reverenda (*b*) fraternitas obtulit, per quod nobis ſeciſtitare curaſti, ſi liceat filium, cujus Petez alterius filiam ex ſacro baptiſmate ſuſcepit, (*c*) ideſt ſpiritualem patrem (*d*) ejuſdem patris filiam, quod dici crudele eſt, in matrimonium ſuſcipere, quod apud recantorum refertur (*e*) contigiſſe. Sed benos tua fraternitas compertum habet quod Dominus per Moyſem præcipiat dicens: (*f*) *turpitudinem Patrez tuz non revelabis*; filia enim patris tui turpitudo tua eſt. (*g*) Turpitudinem enim non revelari dicitur, dum a propria conſanguinitate præcipitur abſtineri. (*h*) Multo magis igitur a ſpiritualipatris noſtri filia omnino, omni occaſione, aut argumento ſepoſito ſub nimia detentione cavere nos convenit, ne ira Divini examinis (*i*) incidat, ſi quis tale ſacinore mixtus minime reſtrinxerit frena (*k*) luxuriæ (*l*). Unde & omnes cavendæ ſunt fa-

lis

ANNO CHRISTI 741. &c.

lis ſceleris commixtiones, (*a*) ne incautus in æternum pereat. Sed is, (*β*) qui hujus peenitioñe temperitatis, (*b*) animæ ſuæ ſalutem deſpiciens, impuiſſimo ſe commiſit matrimonio per omnia tua fraternitas illudeat ſeparare, & pœnitentiæ digne ſubmittere, quatenus ab æterna cruras damnatione animas eorum lucretis, ipſo præſtante Domino, & Salvatore noſtro Jeſu Chriſto.

(a) Editi addunt; adulteria.

De filiis autem, qui ex eis nati eſſe probantur requiſiti ſi liceat eos conjugio copulari, an non. Sed hi cur prohibeantur a conjugio, aut pro hujuſmodi pœnitentiam, agere compellantur? Dum ex hoc abſque condemnatione eſſe probentur? quia non pater pro filio, nec filius pro patre juſtinobit tormenta, dicente Domino per Propheram: *Anima patris, quæ peccaverit ipſa peccatur.* (*c*) (*d*)

(b) Editi addunt; author.

(c) Ezech. xviii. 4. (d) Editi Anima patris mea filii mea eſt.

Sed hæc, Frater chariſſime, dixiſſe ſufficiat. Cave autem te ne aliter agere ſubjectis concedas, ne a recto tramite lovenianis deviare, (*e*) ſed magis apoſtolicæ ſedis noſtræ præcepta omninò aſſequi elabora, quatenus inoffenſe ante omnium conditorem Dominum Deum noſtrum, dum ad judicandum, (*f*) venerit, conſiſtere mereatis, ac dicere: *ecce ego & pueri, quos dediſti mihi non perdidi ex eis quemquam.* (*g*) Et ab ipſo audias dicente: (*h*) *euge ſerve bone*, & reliqua.

(e) Hic deſinunt editi. (f) Matth. xxv.

De illo vero capitulo, quod nobis inſinuaſti, in quo debeatur generatione depropria cognatione conjungi, quod alii ſibi vendicare volunt hoc, quod a Sancto Gregorio dicetſum apud gentem Anglorum obſervandum ulque in quartam progeniem. Sixt ipſe pius pater ut nobis (*i*) & novitet ad Chriſtum venientibus licite quædam impoſſule, ne ſi gravioca impoſuiſſet, duriter ferrent, & ſtatim omnia, quæ ſuſcepiſtent, penitus abiicerent. Nos autem volumus ut non populus tibi commiſſus, ſicut qui novviter Chriſtum ſuſceperunt, debeat obſervare; ſed ſicut qui in gaudia catholica ſunt a cunabulis nutriti eccleſia, ut dum utique ſe de propria cognoverint cognatione, modis omnibus abſtinere, ſicut hoc ſancta Dei catholica, & apoſtolica tenet, & prædicat Romana eccleſia.

(i) Sic Mss. Editi habent, ſicut hoc ſancta Dei catholica, & apoſtolica tenet, & prædicat Romana eccleſia.

ZACHARIÆ PAPÆ DECRETA

Ex Gratiano, & aliis.

COLLECTORIS ADMONITIO.

NEſcio quo fato acciderit, ut cum nonnulla Zachariæ papæ decreta in collectionem ſuam transfuderit Gratianus, ea omnia Labbeus neglexerit. Cujus omiſſionis cum nullam rationem cauſam reperire potuerim; ideo tanquam caſu præterita, hic ſupplenda cenſui, præſtare ratus, ut ſuperſint potius nonnulla dare, quam neceſſaria omittere videar. Eum præſertim integrum habeam pontificis hujus decretum, ex MS. Cod. Pithœani ſæculi decimi. Quamquam vero injuria ejus qui librum compegit ita crafum eſt in codice, ut litteræ plures interdum deſint, diligentia tamen Concilior. Supplem. Tom. I.

non vero dodi & in ortodſis ſcripturis legendis exercitatiſſimi Joſephi Borelli, Pithœanſis jurisperiti, amici mei, ita diligentiæ omnes 741. &c. ſuperare ſunt, ut integrum ſorme exhibere potuerit.

ANNO CHRISTI

EX DECRETO ZACHARIÆ PAPÆ.

COncubuiti cum ſorore uxoris tuæ; ſi (a) Can. 23. Dift. 34. ſterili, neutram habes; & ſi illa quæ xxxv. q. 2. non fuerit conſcia ſceleris non fuit, ſi ſe continere non vult, nubat in domino, (*a*) Vero. (*b*) Vero. (*c*) Vero. ſine conjugii permaneatis, & quandiu vixeritis, juxta præceptum ſacerdotis pœnitentiam agite.

ZACHARIAS, ET DEUSDEDIT.

B NOn oporteet filiam, quam de ſacro fonte ſuſceperit, aliquando viro ſuo in matrimonium tradere, quia divina ſententia germani eſſe inveniuntur. Si quis tali ſacinore commixtus minime roſtrinxerit frena luxuriæ, ab eccleſia catholica abominabitur. Sed ſi converſus fuerit, poſt ſeparationem ſeptem annis pœnitentiam gerat. Conſeſſi ſimul cum authore ſit illa conſilio; ideſt, (*a*) ſimul cum cooperatoribus, & conſentientibus pœniteat. (a) MS. Lat. ii.

EX DECRETIS ZACHARIÆ.

DE gradibus propinquitatis, ſuper quibus parvitatem meam vobis conſulere placuit, quæ ego cum omnibus orthodoxæ fidei cultoribus ſentio, ratum duxi paucis absolvere. Ab his omnibus diſſentio qui perverſe parentelæ ſucceſſiones ſuperioresque gradum diducunt. Denuo duos conſtituunt, ac pro hoc primum gradum ſacimus; ſecundum vero tertium, efficiunt; ſicque ex parte ſerium generationum corrumpunt, cum arborem, quæ de parentela compingitur, ab ipſis abſciſſa conſiderantes, corpus, ut ita dicam, truncatum ſuis armis vibrant. Igitur parentelæ gradus a nobis taliter computantur. Siquidem ego & frater meus una generatio ſumus, primum gradum facimus nulloque gradu diſſumus: Ruſtus filius, & fratris mei filii ſecunda generatio ſunt; ac gradum ſecundum faciunt, nec a ſe gradu aliquo ſeparantur; atque ad hanc modum ceteræ ſucceſſiones numerandæ ſunt. Porro autem de affinitate, quam dicitis parentelam eſſe, quæ ad virum ex parte uxoris, ſeu quæ ex parte viri ad uxorem pertinet, manifeſtiſſima ratio eſt, quia ſi ſecundum divinam ſententiam ego & uxor mea una caro ſumus; profecto mihi & illi mea, ſuaque parentela, propinquitas una efficitur. Quo circa ego & ſoror uxoris meæ in uno & proximo gradu ſumus, illa vero ejus ſeſecundo gradu; neptis vero tertia; eoque modo utrinque in cæteris agendum eſt ſucceſſionibus. Uxorem vero propinqui mei, cujuſcumque gradus ſit, ita mo oporteat attendere, quemadmodum ipſius quoque gradus in aliqua ſemina propriæ propinquitatis ſit. Quod nimirum uxori meæ de propinquarum ſuarum vicis, & cundis generationis gradibus convenit obſervare. Qui vero aliorſum ſentiunt Antichriſti ſunt.

Ex Mr. Conc. Lvd. ibidem decretum continentes.

ANNO CHRISTI 742. &c.

DE SYNODIS IN GERMANIA, GALLIA, ET ITALIA A S. BONIFACIO ET S. ZACHARIA PAPA habitis,

Et de fatis mutuis Zachariæ papæ, & S. Bonifacii

DISSERTATIO.

SYnodorum a S. Bonifacio, vel in causa ejus habitarum, tum & epistolarum Zachariæ pontificis ad S. Bonifacium, & sancti Bonifacii ad illum obscura est adeo chronologia, ut dedita opera ætatis notitiæ scriptores diu occupaverit: nec illorum laboribus ea ita profecit, ut in lucem apertam adhuc protracta fit. Tenebras hasce discutere ego pariter in meis ad Baronium animadversionibus conatus fum; ted quanquam innonnullis res mihi felicitèr succedisse confido, in aliis tamen veritatem minime affequutum & modo fenio, & ingenue confiteor. Res igitur ex integro tractanda eft, quod ut prospere contingat, deferendum cenfeo opuchum Imperatorum, quæ in monumentis illis fignatur, utpotè quam variam effe in variis codicibus MSS. nec fatis accurate a Theophane indicetur, tefte Pagio in Critica Baronii. Chronologium itaque illum diligam juxta ac exhibent ipfæ literæ, & fynodi inter fe collatæ; adjumentum etiam præbentibus indictionibus, quibus fingula hæc muniuntur.

Igitur omnium primum conftituo concilium quod Germanicum dicitur, cum de certo loco quo epifcopi convenerunt nihil quidquam fciamus. In quo quidem præfationeconvenit epifcopos illos legimus anno Chriſti DCCXLII. die XI. Kal. majas; fed cum epocha illa incarnationis raro ætate illa adhiberetur, huic, utpote forte addititiæ, nihil inftituendum arbitror. Carolus utique Burchardum quendam epifcopum inter patres ejus concilii afcidiffe, qui fane alius non erat a Burchardo Wirtzburgenſi, quem a S. Bonifacio epifcopum jam conftitutum Zacharias papa in epifcopali fede confirmat epiſtola fecunda apud Labbeum tom. VIII. pag. 234. Signatur verò illa die Kal. Aprilis indictione XI. nempe anno 743. Ex quo tefte conficias, Burchardum paulo ante Aprilim anni illius epifcopatum obtinuiſſe. Quomodo ergo anno 742. apriti menſe inter epifcopos refidere potuiſſet? Ponatur ergo concilium anno uno ferius quam hæc ufque conftiterum eſt, nempe anno 743. quo die XI. Kal. majas (quæ dies in actis ejus concilii fignatur) in dominicæ incidebat. Concilia verò antiquo more die dominicæ exordiri ſepe actas animadverti. Concilium hoc præcefferunt literæ tres, prior quidem S. Bonifacii ad S. Zachariam, quem de inſtituta in Germania epiſcopis tribus, inter quos Wirtzburgenſis, facit cerriorem; gemina vero S. Zachariæ, alia quidem ad S. Bonifacium, alia ad concilium in Francia celebrari ſolitum, altera verò ad Burchardum, quam indicavimus, anubæ datæ ſunt Kalendis aprilis indictione XI. ideſt anno 743. paulo ante concilium Germanicum.

Concilium Germanicum anno 743.

Succeſſoris ſe nomi. nium anno 744.

Succeſſerunt anno 744. concilium Suſſionenſe conveniſſe, quod cum habitum in ejus præfationem legatur die VI. vel ut codices emendatiſſimi ferunt, *VI. nonas martias Iunx XIV.* ex his temporum characteribus annus 744. dies II. martias indicatur. In eo vero Adalbertus haresis damnatur, *Abel & Adalbertus ſuper ordinatos per civitates epiſcopos* archiepiſcopi, ille quidem Remenſis, hic vero Senonenſis renunciantur. Concilii hujus animus, quem deſignavimus, indicat epiſtola Zachariæ ad S. Bonifacium inter Labbeanas quarta, cum in ea mittere ſe dicat pontifex pallia Abeli, & Adalberto, *quos*, ait, *per unanimum ſuæ metropolitæ per provincias conſtituiſſe*; nempe in concilio Suſſionenſi, ut jam animadverti. Data eſt epiſtola die X. Kal. Julias indictione XII. ideſt anno 744.

Concilium Romanum anni 745.

Non diu poſt Suſſionenſe, ſcilicet anno die XI. Kal. Aprilis Zacharias concilium Romæ habuit ſegendum apud Labbe tom. VIII. pag. 289. De concilii hujus epocha ita diſſerui in meis ad Pagium animadverſionibus ad A. 743. §5.

Concilium hoc Romanum anno 744. die XI. Kal. Aprilis celebratum fuiſſe mihi penitus explorata res eſt. Annum indicat temporaria notæ, quas acta concilii præferunt. Annis Luitprandi trigefimus ſecundus a menſe junio anni 743. uſque ad eundem menſem ſequentis anni 744. Annus ſecundus Arabaldi indicat epocham ejus imperii a nobis in nota ad A. 741. ſignatam, coeptamque a junio menſe anni 742. Indictio XII. currebat a ſeptembri anni 743. uſque ad ſeptembrium anni 744. Supereſt dies & menſis, fed & hunc nobis indicat epiſtola S. Zachariæ papæ ad Autfroberum, quam genuinam eſſe in nota ad annum 742. 13. demonſtravi. Cum verò epiſtolæ illius annus viriatus ſit, demonſtrandum mihi incumbit concilium in ea expreſſum, Romanum hoc indicare. Id verò ex eo deduco, quod concilium illud habitum ferat epiſtola die XI. Kal. aprilis ſub Zacharia pontifice. Porro dies illa anno 744. in dominicam incidit, quæ die cogi concilia per hæc tempora conſuevifſe ſupra diximus. Cum igitur in annum 744. & concilii inſcriptio, & dies & menſes congruant, alia concilia fedes nulla quærenda eſt.

Epiſtola ſecundi concilii acta ſequenti anno Zacharias miſit ad Auſtrobertum Viennenſem archiepiſcopum cum epiſtola *monui martis Iunx* quarta inter Labbeanas n. xvi. Pagius in Critica Baronii de ſcripti hujus ſincerirate ambigit; nos genuinum ita defendimus in nora ad

ANNO CHRISTI 742. &c.

ANNO CHRISTI 742. &c.

ad A. 742. num. 13. Epiſtolæ Zachariæ ad Auſtrobertum ſincertas mihi plane explorata eſt, quamquam notæ ejus chronicas emendandas eſſe, ex iis quæ Pagius egregie deducit, non diffiteor. Sed ex mendoſis temporis adſcriptione argumentum contra epiſtolæ ſinceritatem defumere plane iniquum eſt; cum præſertim Pagius tam multas Zachariæ epiſtolas, alioqui genuinas, hoc vitio notaverit. Præter hoc argumentum alterum infert Pagius rex eo, quod in eadem epiſtola refciviſſe ſe ſcribit pontifex a Clemente quodam ab Auſtroberto Viennenſi archiepiſcopo miſſo, *a conceſſione gentium Sorbarum, quæ eccleſiæ ſuæ propinquæ, quibus denegnari Saracenorum in Gallias excurſiones*. Pagius optime cenſet. Quamquam verò excuſio illa anno 739. accidit, nulla tamen quæ eccleſiis inrulit non adeo citò fanatiſ potuiſſe facile inteiligimus. Hinc dexarumnis illis eccleſiæ fuæ anno forte 743. adhuc perſeverantibus, conqueri Auſtrobertus cum Zacharia potuit. Qui viciſſim poſtilex cum illo communicavit mala quæ Longobardi in Romanam ditionem inferebant. Quamquam Luitprandus eotum rex aequiorem ſe pontifici præbuit, non tamen ab ea affligenda penitus ceſſavit, cum anno 743. poſt conceſſam Romanis pacem, rogante pontifice, Iteium infeſtis armis Ravennenſem urbem, quæ pontificiæ clientelæ commiſſa erat, affixerit. Vide Pagium ad A. 743. 14. Coſtantium eſt, equidem haud diu poſt ab armis; ſed non ceſſatum a metu, teſte enim Anaſtaſio S. Zacharias impetrata pace in urbem regreſſus *ſe ſe aratumpulet decidit, petens ab omnipotente Deo conſolidationem fieri populo Ravennatum, & Romano ab infidiatore & perciſſore illo Luitprando rege*... Hinc merito in epiſtola illa, per hæc tempora ſcripta, exoptata res eſt. Annum indicat temporariæ notæ, quas acta concilii præferunt. Annis Luitprandi trigefimus ſecundus a menſe junio anni 743. uſque ad eundem menſem ſequentis anni 744. Annus ſecundus Arabaldi indicat epocham ejus imperii a nobis in nota ad A. 741. ſignatam, coeptamque a junio menſe anni 742. Indictio XII. currebat a ſeptembri anni 743. uſque ad ſeptembrium anni 744. Supereſt dies & menſis, fed & hunc nobis indicat epiſtola S. Zachariæ papæ ad Autfroberum, quam genuinam eſſe in nota ad annum 742. 13. demonſtravi. Cum verò epiſtolæ illius annus viriatus ſit, demonſtrandum mihi incumbit concilium in ea expreſſum, Romanum hoc indicare. Id verò ex eo deduco, quod concilium illud habitum ferat epiſtola die XI. Kal. aprilis ſub Zacharia pontifice. Porro dies illa anno 744. in dominicam incidit, quæ die cogi concilia per hæc tempora conſuevifſe ſupra diximus. Cum igitur in annum 744. & concilii inſcriptio, & dies & menſes congruant, alia concilia fedes nulla quærenda eſt.

Epiſtola ſecundi concilii acta ſequenti anno Zacharias miſit ad Auſtrobertum Viennenſem archiepiſcopum cum epiſtola *monui martis Iunx* quarta inter Labbeanas n. xvi. Pagius in Critica Baronii de ſcripti hujus ſincerirate ambigit; nos genuinum ita defendimus in nora ad

a perius adnotavimus. Signatur literæ die nonarum Novembris indictione XIII. ideſt anno 744.

Ponę ſequitur annus 745. in quo primo omnium ſcire offert Lipſienſis concilium, quod denotari credo verbis illis *epiſtolæ* IX. S. Zachariæ ad Sanctum Bonifacium data pridie kal. Novembris indictione XIV. ideſt anno 745. *De synodo congregata apud Francorum provincias mediantibus Pippino & Carlomanno &c.* Hanc Synodum ipſam eſſe Lipſienſem non ambigue demonſtrant verba illa epiſtolæ *epiſtolæ*. *De ceuſu verò expetendo eo quod imperatæ a Francis aliud non potuiſti, quam ut veniente anno ab omnibus conjugis ſervorum duodecim denarii* ... nempe quod idem eſt ſolidus unus) *reddantur &c.* Quis non agnoſcat expreſſum hiſce canonem II. Liptinenſis: *ut annis ſingulis de unoquoque caſato ſolidus ſolidi duodecim denarii ad eccleſiam reddatur?* Convenit ergo concilium hoc ipſo anno die, ut in actis legitur, *Kalendarum martiarum*, quæ tunc incidit in feriam ſecundam, qua die pro veteri more concilia exordiebantur. Cum verò concilium illud ex Gallis & Germanis coaluerit, ut ex verbis epiſtolæ S. Zachariæ colligitur, non mirum abs re opinatur epiſtolam XI. S. Zachariæ ad epiſcopos Galliæ & Germaniæ, quibus ejus laudat de conjunctione cum eccleſia Romana, eorumque cum S. Bonifacio conſenſu, ſtatim poſt concilium illud datam fuiſſe.

Romanum, concilium a S. Zacharia die 25. Octobris conjectum, in quo a ſacerdotali munere remoti ſunt Adalbertus & Clemens inſidem haereticæ ſuperſtitionis ex ipſis eorum geſtis anni, convicti quos, ait decreſpa reſipuiſſent, anathemate damnandos patres illi edixerunt. Acta concilii habes apud Labbeum tom. VIII. pag. 299. Venet. edit. Porro concilium illud celebraſſe ſe S. Zacharias teſtatur epiſtola IX. pridie Kal. Novembris ejuſdem anni S. Bonifacio nunciavit.

Annus 746. Kal. Julii, indictione XIV. exhibet literas n. VI. S. Zachariæ ad S. Bonifacium de non iterando baptiſmate, quod ſuccedos infexis barbaricæ verbis conficerat. Eodemque forte anno inſtinante, data eſt epiſtola VII. ad Pippinum majorem domus ad ea reſpondens, de quibus ab eodem Pippino interrogabatur. Notis chronicis epiſtola illa caret. Sartim in exordio ſuccedentis anni 747. S. Zacharias epiſtola VIII. per literas S. Bonifacio mandat, ut *in ſacerdotali collegio teſtante pandantur* ea quæ ipſe ad Pippini quæſita pro reſponſione ſcripſerat. Datæ ſunt literæ nonis Januarii indictione XV. ideſt anno 747. incunte; quæ ipſe in his partibus ingeſtitur, ut *dum pro hac re fuerit aggregatum concilium*, Adalberti, Clementis & Godoſalci cauſa, *iterum* diſcutiatur, de quibus, *ſi ad viam converſi reſtituuntur* deprehendatur, ad normam canonum diſponant. Secundam hanc literas facile coaſum eſt concilium illud quod ſub nomine Germanici II. dedit Labbeus pag. 295. eidemque fedes facile hoc anno conſtituereturer. Præter duo hec Germanica concilia, ſub S. Bonifacio celebrata, tertium aliud, quamquam apud Labbeum pag. 298. diſtin-

Concilium Romanum anni 744.

Romanum

Liptinenſe concilium anni 745.

Germanicum II.

anni 747.

ANNO CHRISTI 742. &c.

distinguitur nequaquam agnosco. Quod enim terrium concilium appellat Labbeus, in quo Adelberto & Clemens damnati sunt, vel idem est cum concilio Suessionensi, si de priori Adelberti damnatione agatur, vel cum secundo Germanico, si de causa haereticorum iterum judicata sit sermo.

Germanicum III. concilium anni 747. assi nullum.

Aliud certam apud Venetum Labbei editorem occurrit, quod animadversione digna judico. Cum enim pag. 1298. Concilium quoddam Germanicum III. sub S. Bonifacio anno 745. recensuisset, dein pag. 1334. tertium aliud Germanicum concilium anni 747. sub S. Bonifacio invehit, quod quinquam esse ex conciliis a S. Bonifacio habitis ex Willibaldo scriptore Vitæ S. Bonifacii notat. Accepta fuit haec ex Pagio in Critica ad annum 747. num. 2. & 3. Sed male inter se cohærent. Primo enim si concilium hoc Germanicum tria alia Germanica praecesserunt, additisque pagina Suessionensi & Lipticensi, quibus S. Bonifacius interfuit, Germanicum hoc anni 747. praeterquamquod non tertium, sed quartum Germanicum supponendum erat, certum citra, non quintum, ex conciliis a S. Bonifacio celebratis. Qui hoc celebrarent cum Willibaldo qui concilia quinque a S. Bonifacio habita notat? Igitur ut haec sibi constent omnia, & sua fides Willibaldo enervo scriptori afferatur, censeo synodum hanc, ipsam esse Germanicam, quam secundam ideo appello, ut morem, usurpatumque a Labbeo servatum sequar. Habita est illa post nonas Januarii anni 747. Carolomanno adhuc rerum potiente, ad obsequendum monitis pontificis, quibus injungebatur Bonifacio, ut aggregato concilio reprehensores ejusdem praesertim ad capitula Pippini palam legeret, causam Adelberti & aliorum iterum tractaret; ac denique, etsi in ea fuisse de confirmatione praecedentium quatuor synodorum, quas S. Bonifacius jam habuerat, tradit Vvillibaldus in Vita S. Bonifacii cap. X. At enim quomodo concilium hoc potuerunt, quintum appellaretur, cum ex iis quae huc usque deduximus, concilia non ultra quatuor resulterent, nempe Suessionense, Liptinense, Germanicum unum, ac dein alterum hoc Germanicum? Fateor ego quidem, concilium aliud superesse quaerendum, idque forte haec omnia, quae deduximus, concilia praecesse; nec abs re opinaremur concilium illud tunc coegisse S. Bonifacium, cum tres in Germania Episcopales sedes constituit, de quibus in epistola sua ad S. Zacharium, cui idem pontifex epistolam epistola sua data Kalendis Aprilis indictione XI. idest anno 743. Episcopalium sedium institutio plurimque in concilio tunc definiebatur. Quare concilium, a S. Bonifacio habitum circa annum 742. in Germania haud abs re statueretur, isque praecessisse oporet, concilium illud Germanicum anni 743. de quo supra in exordio hujus dissertationis, quod proinde non primum, sed secundum appellandum esset.

Concilium aliud Germanicum omnium primum anni 742.

Anno illo 742. exeunte, vel succedente, alterum 748. S. Bonifacius scripsit ad S. Zachariam literas, quae tamen non extant, transiitque, quibus pontifex respondet per literas datas Kalendis Maji, indictione I. idest anno 748. Cum vero in ea rescivisse pontifex scribat de fede episcopali Bonifacii ex Agrippina Moguntiam translata, hinc non immerito deducuerimus epistolam XIII. S. Zachariae ad S. Bonifacium pro ejusdem Moguntinae sedis ad eundem annum, & forte diem ac mensem, qua prior illa, pertinere, quanquam epistolae anno VII. forte non bene subjiciatur.

Anni 749. & 750. nihil afferunt investigandum; succedens vero 751. die pridie nonas novembris indictione V. exhibet epistolam XII. Zachariae ad S. Bonifacium, qua pluribus ejus interrogationibus per epistolam suam a Lullo delatam requisitis, respondet. Epistolam ergo illam quam Labbeus male subjecit, huic laudi Zachariae epistolae praefetas. Priori eidem epistolae S. Zachariae adjungenda est altera num. XIV. pro monasterio Fuldensi, quod S. Bonifacius in ea ad illum epistola confirmatile se offerit.

Haec disfecuisse juvit ad rectam chronotaxim conciliorum coactorum occasione & tempore S. Bonifacii, ac epistolarum quae mutuo inter se S. Zacharias pontifex & S. Bonifacius habuerunt. Superest ut quae fusius deducta sunt, sub uno velut conspectu expansa chronologica tabula exhibeantur.

TABULA CHRONOLOGICA

Conciliorum & epistolarum S. Zacchariae & S. Bonifacii.

An. Christi	
742.	Concilium Germanicum, a nullo veteri aut recentiori scriptore indicatum, in quo episcopalis sedes tres in Germania a S. Bonifacio erectae, de quibus S. Bonifacius certiorem facit S. Zachariam per epistolam apud Labbeum to. VIII. pag. 727. legendam.
743.	S. Zacharias respondet S. Bonifacio epistola I.
	II. ejusdem ad Burchardum Wirtzburgensem episcopum, non ita pridem electum.
	Concilium Germanicum, quod a Labbeo caeteris quae primum dicitur.
	Senonis Concilium agitur, in quo Adalberius damnatur; Abel & Adalbertus, ille Remensis, hic Senonensis metropolitae constituti.
744.	Romae habetur I. concilium S. Zachariae.
	Epistola S. Zachariae IV. ad S. Bonifacium.
	Epistola S. Zachariae V. ad S. Bonifacium.
	Concilium Liptinense.
745.	Epistola III. & XVI. & XI. S. Zachariae ad Francos & Gallos.
	Epistola XVII. S. Zachariae ad Austrobertum, ad quem Romani concilii anni praeces dentis acta transmittit.

ANNO CHRISTI 742.

	S. Bonifacius epistolam scribit ad pontificem de erogatis Adelberti laetam in sequenti Romano concilio.
	Concilium Romanum II.
	Epistola IX. S. Zachariae ad S. Bonifacium.
746.	Epistola VI. S. Zachariae ad S. Bonifacium de baptismate minime iterando.
	Epistolae S. Pontificis epistola VII. qua ad plura Pippini consulta respondet.
747.	Epistola VIII. S. Zachariae ad S. Bonifacium, cui inuitigitur ut data ad capitula Pippini responsa in concilio Liptinensi celebrando recitet.
	Concilium Germanicum, quod tertium est Labbeo, & conciliorum, quae eo usque S. Bonifacius habuerat, quintum.
	S. Bonifacius literis per Burchardum missis Romanum pontificem de multis consulit. Literae ipsae non extant.
748.	S. Zacharias epistola X. ad praecedentia S. Bonifacii consulta respondet.
749.	
750.	
751.	S. Bonifacius epistola per Lullum transmissa apud Labbeum pag. 805. legenda, S. Zachariam iterum consulit.
	Cui S. Zacharias tribus epistolis XII. XIII. XIV. respondet.

ANNO CHRISTI 742.

Haec conciliorum S. Bonifacii & S. Zachariae pontificis cum mutuis amborum epistolis chronotaxis. Epistolam S. Bonifacii ad Gripihonem cum temporis adscriptione careat, ubi collocaretur non inveni. Epistolam XV. S. Zachariae ad episcopos Francorum, utpote dubiam, cum controversiam de tubato corpore S. Benedicti tangat, neglexi.

Statuta S. Bonifacii, quae varia ac multis dedit Labbeus, reliqua omnia admitto, una superest collectio canonum, quam sub S. Bonifacii nomine vulgavit Dacherius Spicileg. tom. IX. veter. edit. ex quo idem Labbeus tom. VIII. pag. 309. Hanc enim foetum esse scriptoris aetatis a S. Bonifacio alienae demonstrat canon V. in quo *nunc sterta canonicorum, & monachorum*, perspicue exprimuntur, & distinguuntur. Id vero discrimen nusquam in veterum scriptis reperias, nisi postquam opera Caroli Magni & Ludovici Pii ecclesiarum canonici regulam & conubernio agere jussi sunt. Insuper canonum illorum quidam ipsi sunt canones ad verbum conciliorum Moguntini & Arelatensis V. quae sub exitum vitae Caroli Magni anno nempe 813. celebrata sunt. Confer canonem S. Bonifacii XIV. qui est Moguntini caput XXVI. Moguntinum XIX. est S. Bonifacii XV. Arelatense VI. canoni XII. Bonifacianoresponder, sicut & canon hujus V. canonem XXVII. Moguntinum totidem fere verbis reddit. Denique capitulare Caroli anni XIII. imperii nonnullos ex his Bonifacii canonibus repraesentat. Has igitur constitutiones vel labente Caroli regno vel sub Lodovico pio datas opinor.

ANNO CHRISTI 742.

AD CONCILIUM CLOVESHOVIENSE SUBSCRIPTIONES,

Quæ in Collectione Labbeana desunt.

Anno 742.

Ex Willkins to. I. pag. 87.

C. Vvilkins in nota ad praesens concilium haec habet. Ex Archivorum Cantuariensis ecclesiae valde mendosis exemplari, Saxonicis exarato characteribus Clar. Vvharton acta synodi Cloveshoviensis volumini MSS. fuorum F. notato fol. 106. & in Bibliotheca Lambethana asservato inseruit; unde nomina confirmantium concilium excepit.

En igitur quas ex illis archivis dedit subscriptiones.

† Ego Aetelbald rex, divino suffragio fultus, gentis Merciorum regens imperium, signum sanctae crucis subscribo.

† Ego Cuthbertus archiepiscopus propria manu subscripsi.

† Ego Unita episcopus consensi & subscripsi.

† Ego Torhthelm episcopus consensi & subscripsi.

† Ego Vvilfred. episc. conf. & subsc.
† Ego Cuthbertat episc. conf. & subsc.
† Ego Hadlac episc. conf. & subsc.
† Ego Eanfrid. episc. conf. & subsc.
† Ego Egelaf episc. conf. & subsc.
† Ego Alunig episc. conf. & subsc.
† Ego Hunwald episc. conf. & subsc.
† Ego Daniel episc. conf. & subsc.
† Ego Aldwulf episc. conf. & subsc.
† Ego Aethelfrith episc. conf. & subsc.
† Ego Herewald episc. conf. & subsc.
† Ego Sigega episc. conf. & subsc.
† Ego Redwulf episc. conf. & subsc.
† Ego Offa patricius conf. & subsc.
† Ego Aldwulf dux conf. & subsc.
† Ego Athelmod indolis Merc. conf. & subsc.
† Ego Heardberht dux conf. & subsc.
† Ego Ealbald dux conf. & subsc.
† Ego Bercul dux conf. & subsc.
† Ego Cynebertt conf. & subsc.
† Ego Ecconberus conf. & subsc.
† Ego Wermund abbas conf. & subsc.
† Ego Cuthred abbas conf. & subsc.
† Ego Brunn abbas conf. & subsc.

AD

ANNO CHRISTI 743. 745.

AD CONCILIUM LIPTINENSE

ANNO CHRISTI 743. 745.

Anni 745.

Canones additi & emendationes.

Extat in Fulber. Carnot. epist. XXXIII. ad Leuthe-ric. archiep. Sen-on.

INnotuit *statutum in concilio Liptinensi cap. 7. sub Zacharia papa, sub principe Carlomagno hoc modo*.

Si quis filiastrum, aut filiastram suam ante episcopum ad confirmationem tenuerit, separetur ab uxore, & alteram non accipiat. Simili modo & mulier alterum non accipiat.

Item in eodem.

Nullus proprium filium, vel filiam de fonte baptismatis suscipiat, nec filiolam, nec matrem ducat uxorem, nec illam cujus filium, vel filiam ad confirmationem tenuerit. Ubi autem factum fuerit, separentur.

In monumentis Padermonensibus Cardinalis Pustembergii datur indiculus *superstitionum, & paganiarum*, quem pariter apud Labbeum legas; datur inquam, ex vetusto Palatino codice, ex quo hanc variarum lectionem non spernendam adnotavi; fanat enim lectionem apud Labbeum luxatam: *De observatione pagana in foco, vel in inchoatione rei alicujus*.

AD CONCILIUM ROMANUM

A Zacharia papa, anno 743. coactum

EMENDATIONES.

Anno 745. EPiscoporum, qui Romano huic concilio sub Zacharia interfuerunt, catalogum, vetustatis injuriam tulisse eruditi omnes cum Labbeo & agnoscunt & dolent. Mihi, saltem minus in omnibus, certe tamen in multis succedit, ut vitiatam lectionem corrigerem, ope vetusti codicis Sæculi, ut judico, XI. quem instructissima bibliotheca Canonicorum Cathedralis Lucensis servat, de quo sæpe alias. Ex eo enim habemus fedes suas affignatas episcopis nonnullis, quorum nuda tantum nomina in editis occurrebant. Apparent etiam diœceseon quarundam vera nomina ex eodem catalogo, quas ex editis frustra investigaveris. Quis enim illud *Gaudiosum Blaudero* pro *Gaudioso Blanda* accideret? Et verò Blanda urbe Lazariæ episcopalis, Ughello teste X. in episcopatibus antiquatis *verb. B.* reflante. Gemina etiam sedium episcopalium nomina propria ita sunt in editis conjunctas, ut unum fit episcopi nomen, alterum fedis. En illud *Tiburtino Albano*. Optime profecto codex noster: *Joanner Tiburtinus, Gregorius Albano*: Sed præstat integrum catalogum exhibere.

MS. Codex Lucenſis.	Editus.
Joanne Signen.	Joanne Signenſi.
Sabinen Alatro.	Sabatio Alatrenſi.
Gaudeosi Petri.	Haudentio Peruſio.
Arcadius Clufinus.	Arcadio Clufino.
Mauricio Ortan.	Mauritio Hortano.
Joannis Falatis	Joanne Fallaritano.
Theodorus Hoſtia.	Thoma Florentino.
Thomas Florentinus.	Gaudioſo Blaudero.
Gaudeoſus Blanda.	Petro Eſino.
Petrus Eſis.	Hirtioſo Sutrino.
Gaudeoſus Sudrio.	Andrea Piſaurenſi.
Andreas Piſauro.	Marco Lauretano.
Vitalianus Auſimo.	Lando Conſelino.
Theophanius Sylva Candida.	Pelagio Coſentino.
Martinus Verulas.	Aufredo Torentino.
Venantius Præneſte.	Munualdo . . . . .
Agnellus Arminenſis.	Niceta Gabinate.
Armatus Fano.	Vitaliano Auximenſi.
Joannis Pollmartio.	Theophanio Silvæ candidæ.
Benedictus Numeuto.	Martino Verulano.
Joannis Nephe.	Venantio Præneſtino.
Griſo Trephe.	Agnello Arminenſi.
Auderamus Biſuntapo.	

Mar-

ANNO CHRISTI 743.

MS. Lucenſis.	Editus.
Marcus Luceria.	Armato Faneſi.
Ladu Conſis.	Joanne Pollmartenſi.
Pelaglus Conſentias.	Benedicto Nomentano.
Aufredus *Tarano.*	Joanne Nepeſino.
Munualdus Benevento.	Griſo Trebiano.
Ceſarius Anagnes.	Anderamo Biſuntiano.
Ambroſius Capua.	Cefareo Beneventano.
Amatus Orbonetto.	Ambroſio Agnagnino.
Niceta Gabus.	Theodoro Capuano.
Joannis Tiburtinus.	Armantio Niciano.
Gregorius Albano.	Theodoro Oſtiæ.
Groſſus Vitellurias. (f. Velliternus)	Gregorio Orbeventano.
Senator Ancona.	Groſſo Senenſi.
Iſſo Tudertinus.	Iſſo Sabinenſi.
	Tiburtino Albano.
	Gratioſo.
	Villeterno Anconitano.
	Gregorio Portuenſi.
	Tudertino.

Placuit infuper ex eodem MS. Codice variantes quaſdam lectiones dare, quæ vitiatam Editorum lectionem emendant. Infuper Conciliі ejuſdem capita quædam lem. ata ſua habent in eodem MS. Codice, quæ fruſtrà ex editis repetas; & illa pariter hic offerre lectoribus antiquitatis Eccleſiaſticæ ſtudioſis jucundum fore arbitror.

Editus Labbei.	MS. Codex.
Pag. 283.	
Lin. 1. Beatiſſimus.	Ter beatiſſimus.
Lin. 4. Decrevit.	Decreverunt.
Lin. 7. Antiqui hoſtis.	Ab antiquo hoſtis.
Pag. 284.	
Lin. 7. Generis ſibi.	Generationis ſibi.
Pag. 285. Can. IV.	
Lin. 18. Qui propinqui ſunt annuè Idibus Menſis Maji SS. Principum Apoſtolorum &c. liminibus præſent.	Qui propinquo ſunt annuè Idus Magii miſſa SS. Principum &c.
Lin. 27. Can. V. ſi autem, ſic qui &c.	Si autem his qui.
Lin. 28. Can. VI. Et ſi ab Hebraico &c.	Et ſi Dominus ab Hebraico &c.
Lin. 30. Chriſtiane Religionis documenta.	Chriſtianæ veritatis documenta. *Ut Virginem, aut Viduam niſi diſponſatam habuerit nullus audeat jurare in Uxorem.*
Pag. 286. Can. VII. Si qui temerariò &c.	Si qui temerario &c. *ut in editis.*
	. . . . *Kal. Jan. & Oromas colere præſumat.*
Can. IX. Ut nullus &c.	Ut nullus &c.
Lin. 10. Broma colere.	Bromas ritu Paganorum colere.
	Ut Chriſtianus Filium ſuum in conjugio Judæo nullo modo audeat copulare, nè ſcilicet illius coinquinata pereat in æternum.
Lin. 17. Can. X. ſi quis Chriſtianus.	Si quis Chryſtianus &c. *Ut Ordinationes Presbyterorum ab Epiſcopis non niſi in certis temporibus fiant.*
Can. XI. In multis Conciliis &c.	In multis Conciliis &c.
Pag. 286. lin. 29. Annorum ſerlem.	Canonum Serlem.
Lin. 38. Canonum Initiata.	Canonum ſtatuta.
Lin. 42. Suſcipere, vel ordinare.	Suſceperit vel ordinaret.
Lin. 44. Niſi Epiſcopus ejus precibus.	Niſi ejus Epiſcopus precibus.
Lin. penult. Et ab Eccleſia.	Aut ab Eccleſia.
Ibid. Domus quæ.	Dum uſque.
Cap. IV. Lin. 9. Quod poſuimus.	Quod expoſuimus.
Cap. XV. Lin. VI. Quæ ſæpiùs.	Quæ ſuperius.
Lin. 20. Negleximus.	Negleximus.
Lin. 21. Torqueamur.	Extorqueamur.
Lin. 22. Diù vulgarum.	Divulgatum.
Lin. 24. ſcripturn.	*Deeſt.*

ANNO CHRISTE. 743.

Editus Labbei.	MS. Codex.	ANNO CHRISTI. 743.
Lin. 31. Quod quidem Christianis licitum non est, dum usque ſe cognoverint. *Deerant hæc verba in MS. Baronii, & ſuppleta ſunt ex Ivone: in noſtro vero legantur & lectionem eam præferunt, ut bis à regione pono.*	Quod quidem Christianis licitum non. eſt dum uſque generationem cognoverint.	
Lin. 33. Præteritis annis.	Præterito anno.	
Pag. 288. Lin. 11. Contra Canones eſſe ſancita.	Contra Canonum eſſe ſancita.	
Lin. 19. Reſpondendum eſt.	Reſponſum eſt.	
Lin. 27. Cooperitis.	Cooperietis.	
Lin. 28. Jugulatis.	Jugulatis.	
Lin. 30. Habebat.	Habebant.	
Lin. 38. Ad tempus credidit.	Ad tempus tradidit.	
In fine poſt ſubſcriptionem.		
Pag. 289. Lin. 6. Et ut verè ſpeculatores animarum à Deo conſtituti, curam Dominici gregis habere.	Et ut verè ſpeculatores conſtituti quorum Dominicum gregem habere.	
Lin. 7. Et ut jam à torpentibus.	Etiam à torpentibus.	
Lin. 25. Docemur nobis à Deo creditis eſſe plebibus.	Docemur nobis à Deo creditis aſſequere. plebibus.	
Pag. 289. Lin. 41. Moribus.	Morbus.	
Lin. 43. Gentis.	Gentis, quæ in te.	

Denique ſequentem canonem ex concilio Zacharie papæ defunctum recitat Angelus Trojanus epiſcopus in charta apud Ughellium tom. I. pag. 1343. nov. edit. ſignata anno 1037. cujus hæc ſunt verba.

D. Zachariæ papæ præſtituit in concilio.

UT eccleſia, vel cœnobium exponite extructum a dominio conſtructorum invitè haudquaquam auferatur, liceatque illi presbitero, cui voluerit, pro (a) Locus corruptus. ſacro officio illi diœceſis (*a*) & bonæ authoritatis dimiſſione cum conſenſu epiſcopi, ne malus exiſtat, commendari; ita ut ad præfatam, juxta reverentiam ac placitum ipſius epiſcopi, ſacerdos recurrat.

IN SEQUENTEM POENITENTIALEM LIBELLUM

COLLECTORIS PRÆMONITIO.

CL. Labbeus in ſua conciliorum Collectione ſecundi tribuendum cenſuit libello Pœnitentiali Bedæ nomine inſcripto, qui e MS. codice haud ante multos annos prodiit. Hunc ego olim cum percurrerem, incerum Bedæ opuſculum cenſui; quæ mihi perſuaſio tandiu inhæſit, quoadusque collectionem antiquam canonum pœnitentialium fine authoris nomine a Martene Anecdoror. IV. vulgatam, non legi. Extunc enim alia mihi incidit ſuſpicio, num fcilicet opus hoc poſteriùs genuinum Bedæ pœnitentialem cenſendum ſit. Momenta duo perpendo. tranſi me in hanc opinionem cenſi. Lectori illa propono judicanda. Auctor operis a Martene vulgati eo vivebat tempore, quo Gregorius II. pontifex eccleſiæ Romanæ præerat, ejuſque canones in Romano concilio editos & in Collectione Labbeana vulgatos in opus ſuum tranſtulit, hoc præfixo titulo: *Item ex decreto papæ Gregorii nono- qui nunc Romanam tenebat eccleſiam gerit vicem. Si quis presbyter &c.* ut in editis Labbei edit. Venet. tom. VIII. pag. 287. Sub eodem pontifice Bedam floriſſe, vitamque ad exitum uſque ejuſdem Gregorii produxiſſe Pagius in Critica Baronii ad A. 731. demonſtrat. Libello igitur huic anonymo author Bedæ æqualis aſſignandus eſt. Gregorius vero III. in excerpto ſuo ex patrum dictis, qui Libellus eſt pœnitentialis in canones plures diſtinctus, eos ſe dare canones affirmat, quos ex *Iſidoro, Auguſtino, Gregorio, Beda, Gelaſio, Innocentio, Theodoro, Caſſiano, Egberto vel cæteris* collegerat. Illum profecto opus hoc noſtrum vidiſſe & excerpſiſſe conſtat. Ejecit id præſertim ex can. III. de homicidio; hæc enim canon illa Gregorii: *Qui occiderit epiſcopum aut presbyterum aut diaconum, regi dimittendum eſt ad judicandum*, quæ patiter verba recurrunt in libello Martenii in capite de occiſione: *Qui epiſcopum aut presbyterum occiderit, rege judicandus eſt.* Gregorius ibidem. *Qui occiderit munera ordinet clericum in judicio epiſcopi eſt judicandus*, ut arma relinquat; & in eo-

monaſterio Deo ſerviat, ubi ſeptem annos cum lacrymis poeniteat. Expreſſa ſunt hæc ex anonymo Martenii ibid. *Qui occiderit monachum vel clericum, arma deponat & Deo ſerviat, vel VII. annos poeniteat.* Eadem vocum eumque affinitas ſeſe offert in canone VIII. Gregorii, cum anonymo in canone de obtrectate collato, eadem in canone IX. Gregorii de furto, & capite anonymi de furto. Sunt quidem, fateor, permulta, quæ pariter in vulgato Bedæ pœnitentiali libello, & in Gregorii canonibus reſpondent; ſed ex pariter anonymo Martenii exhibet, ſed & vicißim nonnulla offendas in anonymo Martenii, quæ pariter recurrunt in canonibus Gregorii, fruſtra verò in libello Bedæ adſcripto quæras. In canone VIII. Gregorii ebrietatis conſuetudo damnatur; damnatur pariter iiſdem verbis in libello anonymi; in libello verò Bedæ adſcripto de hac conſuetudine nihil. De furto quidam attingit Gregorius in cap. IX. ex anonymo cap. de furto excerpta; qua de re Bedæ libellus nihil. Mature his omnibus expenſis, collatiſque inter ſe, deducendum arbitror Libellum pœnitentialem anonymum Martenii authorem, habere ejuſdem ac Bedam ætatis, Gregorio III. anteriorem, & opus eſſe ipſi pariter Gregorio III. non ignotum; quin & ab illo excerptum. Cum igitur ſua ſe excerpſiſſe teſtetur Gregorius pariter ſummos quoſ-

dam pontifices ex Beda & Egberto, ac Theodoro; nec opus iſtud Martenii, Egberti fœtus ſit, ut ex collatione operis Egberti in Collectione Labbeana tom. VIII. pag. 359. edit. Venet. conſtat, neque ſit Theodori, ut patet: ex his inferas neceſſe eſt opus hoc Martenii genuinam eſſe Bedæ lucubrationem. Quod verò Bedæ nomine vulgatum eſt opuſculum, Bedæ quidem eſſe, ſed interpolatum. Hanc verò interpolationem ibidem demonſtrat Pœnitentiale Rabani apud Caniſium Veter. Lection. to. 2. par. 2. pag. 306. ex edit. Baſnagii. Illud enim cap. XVIII. de perjuro fragmentum exhibet *Reberti Aurelianorum epiſcopi*, quod deſumptum eſt ex cap. IX. libelli de remediis peccatorum, a Labbeo ſub Bedæ nomine vulgati. Nec veroſimile, eſt Gregorium multa quidem ex libello Martenii excerpſiſſe, authorem verò deſignare nomine neglexiſſe, cum enim authores, quibus præcipue uſus eſt, indicaverit, vix credo authorem operis hujus, ex quo tam multa accepit, illaudatum prætertiſſe.

His ita ſe habentibus, inferendum in hac collectione libellum hunc cenſui, opportunum fore ratus, ut operi Bedæ ſuſpecto, quod hac uſque locum in prioribus collectionibus occupavit, aliud eadem ſubſtituatur, quod ſinceritatis ſuæ notas præfect'æpertiſſimas.

Ex Martene. Anecdor. tm. IV. col. 31.

Conc. Carth. IV. can. 74.

Ibid. can. 71.

Ibid. can. 76.

Ibid. can. 78.

Ibid. can. 79.

CANONES POENITENTIALES.

In Concilio Hipone regio de pœnitentibus.

Secundum differentiam peccatorum epiſcopi arbitrio pœnitentiæ temporadecernantur, & ut presbyter inconſulto epiſcopo non reconciliet pœnitentem, niſi abſentia epiſcopi neceſſitate cogente. Cujuſcunque autem pœnitentiæ publicum aut vulgatiſſimum crimen eſt, quod univerſam eccleſiam commoveritˌ ante abſida ei manus imponatur.

In decretali Innocentii epiſcopi.

De pœnitentibus autem qui ſive ex gravioribus commiſſis ſive ex levioribus pœnitentiam gerunt, ſi mutila intervenit ægritudo, ut feria ante paſcha ei remittendum, Romanæ eccleſiæ conſuetudo monſtrat. Ceterum de pondere æſtimando delictorum ſacerdoti eſt judicare, ut & tendat ad confeſſionem pœnitentis & addictus ac lacrymas corrigentis; ne tunc jubere dimitti, cum videtur congruam ſatisfactionem ſuam, vel ſi quis ægritudinem incurrerit, atque uſque deſperationem devenerit, ei ante tempus relaxandum, ne de ſæculo abſque communione diſcedat.

Epiſt. ad Decentium cap. 6. Innocentii epiſcopum cap. 2.

In concilio Nicæno de morituris lapsis.

Conc. Nic. 1. can. 12. De his qui vita excedunt, vetus lex obtervetur etiam nunc, ut morituro & desideranti eucharistia non negetur; ea tamen conditione, ut si supervixerit, non communicet, nisi statutum pœnitentiæ tempus impleverit, vel si episcopus probabili causa concesserit.

In concilio Arausico.

Conc. Arausic. 1. can. 3. Qui recedunt de corpore, pœnitentia accepta, placuit fine reconciliatura manus impositione eis communicare, quod morientis sufficit consolationi secundum definitiones patrum, qui hujusmodi communionem congruentem viaticum nominaturunt, ut si supervixerint stent in ordine pœnitentium, ut oblatenis necessariis pœnitentiæ fructibus, legitimam communionem cum reconciliatoria manus impositione percipiant.

In concilio Arelatinſi.

Conc. Arelat. 1. can. 22. De his qui in præsenti vita positi excesserunt, placuit nullum a communione vacuum debere dimitti, sed pro eo quod honoravit pœnitentiam, oblatio illius suscipiatur.

In epistola S. Innocentii episcopi.

Pœnitentes tempore quo pœnitentiam petunt, impositionem manuum & cilicium super caput a sacerdote, sicut ubique, constitutum est, consequantur: & si aut comas non deposuerint, aut vestimenta non mutaverint, non recipiantur. Juvenibus autem non facile pœnitentia committenda est propter ætatis fragilitatem. Viaticum tamen omnibus in morte positis non negandum.

De pœnitentibus propter vinum.

Statuitur ut Abbas videat, cui a Deo tributitur potestas alligandi & solvendi, si aptior est ad veniam juxta scripturæ exempla, si cum lacrymis & lamentatione & lugubri veste sub custodia melior est pœnitentia brevis quam longa & remixta cum tempore meritis.

De pœnitentia intima.

Theodori cap. 18. Spirit. com. 9. Pœnitentes secundum canones non [illegible] communicare ante consummatæ pœnitentiæ: nos autem pro mi-

A sericordia misericordis Dei post annum vel sex menses licentiam damus.

Excarpſum de epiſtola papæ Leonis.

Leo. epiſt. 2. ad Rufic. Narbon. c. 7. De his qui in ægritudine pœnitentiam accipiunt, & cum relevaverint agere nolunt; culpanda est talium negligentia, sed non penitus deserenda, ut crebris cohortationibus incitati, quod necessarii expetierunt, fideliter exequantur. Nemo enim desperandus est dum in hoc corpore constituras est, quia, B nonnunquam quod diffidentia ætatis differtur, consilio maturiore perficitur.

Ibid. cap. 8. *Item.* De his qui jam deficientes pœnitentiam accipiunt, & ante communionem moriuntur, horum causa ad judicium reservanda est, in cujus manu fuit, ut talium obitus ufque ad communionis remedium differatur. Nos autem quibus viventibus non communicamus, mortuis communicare non possumus.

Cæleſtinus papa de ultima pœnitentia.

C Perdidisset latro præmium in cruce ad Christi dexteram pendens, si illum unius horæ pœnitentia non juvisset; & cum esset in pœna pœnituit, & per hujus sermonis professionem habitaculum paradisi, Deo promittente, promeruit. Vera ego ad Deum conversione in ultimis positorum mente potius est æstimanda, non tempore, Propheta hoc taliter adhibente, *in quocunque die conversus fuerit peccator, vita vivet.* Et iterum: *cum conversus fuerit, ingemuerit; tunc salvus eris.* Cum ergo sit Dominus cordis inspector, quovis tempore non est deneganda pœnitentia postulanti, cum ille obliget judicii, cui occulta omnia noverit revelari.

Epiſt. 2. ad Gallic epiſcopos cap. 2.

De cura pro mortuis.

De quatuor modis quibus vivi adjuvant mortuos, Origenes ait: animæ defunctorum quatuor modis solvuntur, aut oblationibus presbyterorum aut episcoporum Deo, aut prece sanctorum, aut E carorum elemosynis, aut jejunio carorum.

De his quibus offerre debet Synodus ait.

Canones Hibern. lib. 17. cap. 2. Quatuor modis offert ecclesia pro animabus defunctorum, pro valde bonis gratiarum actiones in quibus nihil habet quod debeat; pro valde malis com-

solationes vivorum, pro non valde malis, ut tolerabilior fiat damnatio; pro non valde bonis, ut plena remissio fiat.

Item Auguſtinus ait.

Libr. de ordo quæſt. Duleitii quæſt. 2. n. 4. Tria genera oblationis sunt, pro valde bonis gratiarum actiones sunt, hoc est, Deo gratias agunt quod bene vixerunt; pro non valde malis propitiationes, quibus prosunt sacrificia, si tamen aliquod meritum præparaverunt in vita; pro valde malis si nulla sunt adjumenta mortuorum, tamen consolationes sunt vivorum, idest pauperum sunt.

Synodus Romana.

Valde boni non egent remedio post mortem, quia seipsos in vita sua liberaverunt. Pro valde malis non est necesse, quia de his judicatum est nonde esse fructuosum, nisi tantum elemosyna accipienda a vivis & pauperibus dividenda. Pro non valde malis & pro non valde bonis, oblatio & oratio & elecmosyna & jejunium danda sunt, si tamen in vita profesſi sunt quod credidерunt.

De ſacrificando pro mortuis Gregorius in vita patrum.

Lib. 4. Dialog. cap. 50. Cui peccata gravia non deprimunt, prodeit mortuis fepeliri in ecclesia, quia cum eorum proximi ad sacra loca venientes sepulcra eorum aspiciunt, pro eis preces Domino fundunt. Cui vero peccata deprimunt, ad majorem damnationis cumulum in ecclesia ponuntur.

Item Gregorius.

Ibid. c. 52. Ibid. c. 53. Ii quibus peccata dimissa non fuerunt, sacris locis adjuvari post mortem non possunt. *Item*, vides quod sacra loca non liberant, sed culpa temeritatis accusat.

De vexatis a diabolo.

Si homo vexatus est a diabolo, & nescit aliquid, nisi ubi ue discurrere, & occidit femetipsum quacumque causa, potest ut oretur pro eo, si ante religiosus erat: si pro desperatione, aut pro timore aliquo, aut pro causis incognitis, Deo relinquimus hoc judicium, & non ausi sumus orare pro illo. Qui se occiderit propria voluntate, missas pro eo facere non licet, sed tantum orare, & eleemosynas largiri. Si quis subita tentatione mente sua exciderit, vel per inſaniam ſeipſum occiderit, quidam pro eo missas faciunt.

Petrus in libris Clementis.

Unusquisque in sua potestate habet breve, aut longum pœnitentiæ fuæ tempus exigere; & ideo in vobis est quod non velitis ad nostram convenire mensam. *Item.* Fieri potest ut multi temporis negligentiam brevis & affidua reparet diligentia. *Item.* Nullus putet quod in temporis longitudine documentum convertionis ostenditur & non devotionis ac propositi firmitate. Deo enim manifestæ sunt mentes, qui non temporum rationem collegit, sed amorem. *Joannes Caſſianus ait:* Reminiscamur Davi duo tam gravia, & tam immania crimina pœnitudinis fermone delera.

Gregorius. Causæ pœnandæ: & tunc ligandi atque solvendi potestas exercenda est. *Auguſtinus ait:* Non nocent mala præterita, si non placent præsentia, præcipue si multis eleemosynis fuerint expetita.

De inceſtis canones Arelatenſes cap. X.

Conc. Arelat. 1. can. 10. De his qui conjuges suas in adulterio deprehendunt, & iidem sunt adolescentes fideles & prohibentur nubere, placuit ut quantum possit continentia eis detur, ne alias uxores viventibus uxoribus suis, licet adulteris, accipiant.

Canon Nicenſienſis.

Concil. Nicen. can. 9. D Mulier si duobus fratribus nupserit, abjiciatur usque ad mortem: veruntamen in exitu propter misericordiam, si promiserit quod facta incolumis hujus conjunctionis vincula dissolvat, fructum pœnitentiæ consequatur. Quod si defecerit vir aut mulier, in talibus nuptis difficilis erit pœnitentia, in vita permanente.

Canones Apoſtoliſes.

Concil. Epaon. can. 30. Incestis conjunctionibus nihil prorsus venix refervamus, nisi cum adulterium E separatione fanaverint. Incestus vero, nec ullo conjugum præsalendus praeter illos quos nominare fuscellum est, hoc esse censuimus. Si quis relictam fratris, quæ pene prius soror extiterat, carnali conjunctione violaverit, si quis frater germanus sorores accipiat, si quis novercam duxerit, si quis consobrinæ se fociet, quod ut a præsente tempore prohibe-

hibemus; ita ea quæ sunt anterius non solvimus; si quis relictæ avunculæ miseratur, aut patrui, aut privignæ, id est philastria concubitu polluatur, sine quibus conjunctio illicita habeatur, interdicitur eundi melioris conjugii libertatem.

Interrogatum Augustini si deberent duo germani fratres singuli sorores accipere, quæ sunt ab illis longa progenie generati.

Respondit *Gregorius*. Hoc fieri modis omnibus licet: nequaquam enim in sacris eloquiis inveniturquod huic capitulo contradicere videatur.

Ex in alio loco.

Duo fratres duas sorores in conjugio possunt habere, quidam pater & filius matrem & filiam.

In tertia propinquitate carnis licet nubere secundum Gratos.

Sicut in lege scriptum est, in quinta Capit. Theodori n. 13. & 12. secundum Romanos: tamen in tertia non solvunt postquam factum fuerit. Ergo in quinta generatione conjungantur, quarta si inventi fuerint, non separantur, tertia separantur. In tertia tamen propinquitate non licet uxorem alterius accipere post obitum ejus.

Dicta Isydori.

Isidor. lib. 9. Origin. cap. 7. Beatus *Isydorus* de consanguinitate sic loquitur: cujus series VII. gradibus dirimetur hoc modo. I. filius & filia. II. nepos & neptis. III. pronepos & proneptis. IV. abnepos & abneptis. V. adnepos & adneptis. VI. trinepos & trineptis. VII. trinepos filius & trineptis filia. Hæc consanguinitas dum se paulatim propaginem ordinibus dirimens usque ad ultimum gradum sese subtraxerat, & propinquitas esse deserat, eam rursus lex matrimonii vinculo repetit, & quodam modo revocat fugientem. Ideo autem usque ad sextum generis gradum consanguinitatis constituta est, ut sicut sex ætatibus mundi generatio & hominis status finitur: ita propinquitas generis hoc gradibus terminaretur.

Hæc usque Elydori procedit sententia.

Item ex decreto papæ Gregorii minoris, qui nunc Romanam catholicam gerit matrem ecclesiam, quid de hac causa quam inquirittis sanxerit sancta & vera auctoritas intimamus.

I.

Si quis presbyter duxerit uxorem, anathema sit.

II.

Si quis monachum, seu Deo sacratam, quam Dei ancillam appellant, in connubium duxerit, anathema sit.

III.

Si quis commatrem spiritualem in conjugium duxerit, anathema sit.

IV.

Si quis fratris uxorem duxerit in conjugium, anathema sit.

V.

Si quis neptem in conjugium sociaverit, anathema sit.

VI.

Si quis novercam aut nurum duxerit in conjugium, anathema sit.

VII.

Si quis consobrinam in conjugium duxerit, similiter anathema sit.

VIII.

Si quis de propria cognatione, vel quam cognatus habuit duxerit in conjugium, anathema sit.

Hæc usque ex decreto pradicti papæ.

Invenimus etiam in aliorum decretis, quod si nescienter, sicut adfolet, ecclesiasticam constitutionem negligentiam nostri temporis sacerdotum, in quarto, vel quinto, vel sexto gradu cognationis, id est consanguinitatis in conjugio copulati fuerint non separentur; sed tamen istud non inlegitime, sed venerabiliter concessum esse noscatis. Idcirco prius cavendum est ne hoc omnino proveniat. In tertio verò vel secundo, quod absit, gradu si contigerit talis copula; feparari oportet.

Hi sunt dies qui non computantur in poenitentia. Dies dominicus, Natale Domini, Epiphania, Pascha, Ascensio Domini, Pentecosten, S. Joannis Baptistæ, S. Maria, & SS. duodecim Apostolorum, vel S. Martini, & veneranda festivitas Sancti, qui in ipsa provincia corpore requiescit.

De consanguinitate in conjugio.

Intellige quid lex loquitur, nec minus, nec plus. Quod autem observatur apud

apud nos, ut quatuor genera dividantur, nec videtur dicunt nec legisse, ut poenitentia semper isto modo servata sit, ab uno anno & deinceps de qualicumque peccato, idest in unaquaque hebdomada III. dies sine vino & med. & sine carne, & jejunet usque ad vesperum, & manducet de cibo sicco & tres quadragesimas semper de sicco cibo, & jejunet tres dies ad nonam, & tres dies ad vesperam.

Clerici sive laici ebrietatem & ventris distentionem in omnibus caveant. Faciant quod Apostolus dixit: *Sive manducatis, sive bibatis, vel quidquid facitis, omnia in gloria Dei facite.* Tunc ergo digna poenitentia est, si hoc impleatur.

De laude in matrimonio.

Non omnis mulier viro conjuncta uxor est viri; quia nec omnis filius mulieris est patris. Nuptiarum autem foedera inter ingenuos sunt legitima & inter æquales, multo prius hoc ipsud Domino constituente, quam initium Romani juris exitteret. Itaque aliud est uxor, aliud concubina: sicut aliud ancilla, aliud libera; propter quod etiam Apostolus ad manifestandam harum personarum diferetionem testimonium ponit in Geneſi, ubi dicitur: *Ejice ancillam & filium ejus, non erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac.*

Augustinus ait qualis esse debeat uxor quæ habenda est.

Id est si viro casta, si desponsata in virginitate, si dotata legitime, & a parentibus tradita, & a sponso & paranymphis ejus accipienda. Ita fecundum legem & evangelium publicis nuptiis honeste in conjugium legitime sumenda est, & omnibus diebus vitæ sux, nisi ex consensu & causavacandi Deo numquam a viro suo separanda est, excepto fornicationis causa. Si enim fornicata fuerit, relinquenda est; sed illa vivente alteram non ducenda est, quia adulteri regnum Dei non possidebunt.

De adulterio.

Vir qui uxorem suam invenit adulteram, & non vult dimittere eam; sed in matrimonio suo adhuc habere; annos II. poeniteat, & jejunia religiosa exerceat. Et quandiu ipsa poeniteat, abstineat se a matrimonio ejus, quia adulterium illa perpetraverit.

Item.

Maritus qui cum uxore sua dormierit, lavet se antequam intret in ecclesia.

Item.

Mulier adultera si est, & vir ejus non vult habitare cum illa; si vult illa monasterium intrare, quartam partem suæ hæreditatis obtineat: si non vult, nihil habeat.

Item.

Si vir & mulier conjunxerint se in matrimonio; & postea diserit mulier de viro non posse nubere cum eo; si quis potest probare quod verum dicit, accipiat alium.

Ab hostibus capta.

Cujus uxorem hostis abstulerit, & non potest repetere eam; licet ei aliam accipere, melius est quam fornicare. Si postea redditur uxor, non debet recipere eam, si aliam habet; sed ipsa accipiat alterum virum, si unum ante habuerit, eadem sententia stat de servis, transmarinis.

In alio loco synodus Anquirinensium.

Mulieres quæ abortivum faciunt antequam animam habeant, & postea, idest post XL. dies accepti seminis: ut homicidæ puniantur, idest III. annos in IV. feria, & VI. & in tribus quadragesimis missi ante XL. dies I. annum poeniteant.

Et in alio.

Mulieres verò quæ fornicantur, & partus suos necant; sed ex his qui agunt cum eis fecum & in utero conceptus excutiant, antiqua quidem definitio usque ad exitum vitæ eos ab ecclesia removet; humanius autem nunc deventimus, ut his X. annis tempus poenitentiæ tribuatur.

Conc. Aquisgran. cap. 20.

Augustinus: Quæcumque mulier aut partum suum disperdit, aut filium necavit, homicidium perpetravit. Mulier sive vir consentiens in hoc peccato VII, annos poeniteant.

Hieronymus ait: Quæcumque mulier hanc detestationem fecerit, rea ab his constituitur, aut suæ animæ aut homicidii. Inde XIIII. annos poeniteat.

Hie-

Hieronymus ait: Pudet dicere, proh nefas! triste quod verum est, erecta cervice & ludentibus pedibus incedunt & reliqua.

Aliæ verò sterilitatem bibunt, & nec damnati hominis homicidium faciunt.

Canon Anquirinensium.

Conc. Anquir. can. 23.

Qui auguria, auspicia, quæ sive somnia vel divinationes quaslibet secundum mores gentium obſervant, aut in domos suas hujusmodi homines introducunt in exquirendis aliquam artem maleficiorum, aut in domos suas influſtrent; confeſſi poeniteant. Si de clero sunt, abjiciantur; si verò ſæculares V. annos agant pœnitentiam ſecundum regulas antiquas conſtitutas.

Theodorus.

Si mulier divinationes vel incantationes diabolicas fecerit; in canone V. annos, & nunc I. annum vel tribus quadrageſimis, vel XL. dies juxta qualitatem culpæ pœniteat.

Si quis mathematicus fuerit, per invocationem dæmonium mentes tulerit, V. annis pœniteat, III. ex his in pane & aqua.

Si quis emiſſor tempeſtatum fuerit, VII. annos pœniteat; III. ex his in pane & aqua.

Si quis ad fanum communicaverit, XL. diebus pœniteat in pane & aqua.

Si quis maleficio ſuo aliquem perdiderit, VII. annis pœniteat: III. ex his in pane & aqua.

Si quis per amorem veneficus ſit, & neminem perdiderit; ſi clericus, annum I. pœniteat in pane & aqua; laicus dimidium annum pœniteat.

Maxime ſi per hoc mulieris partum quiſque decèperit; III. annos unuſquiſque ſuperaugeat in pane & aqua, ne homicidii reus ſit. Muliet ſi qua ponit filium ſuum ſupra teſtum, vel in fornacem, pro ſanitate febris, V. annos pœniteat.

De fornicatione, & reliqua ingenia, & immundas pollutiones. Moyſes: non commiſcendum cum maſculo coitu fœmineo & ſubditur; ambo moriantur.

Item in canone Apoſtolorum.

Canon. apoſt. 24.

Epiſcopus, presbyter, Diaconus, qui in fornicatione; aut perjurio aut furto captus eſt, deponatur: non tamen communione privetur: quia non judicat Dominus bis in idipſum.

Si quis pontifex fornicationem faciens naturalem; X. annos pœniteat, per multas lacrymas & eleemoſynas veniam a Domino petat, poſt annos III. vel IV. levius pœniteat.

Si quis fornicaverit ſicut Sodomitæ fecerunt, X. annos pœniteat; tribus integris. Alii ſodomitæ VII. annos, & molles ſicut mulier adultera VII. annos pœniteat. Qui ſemen aut ſanguinem biberit, III. annos pœniteat.

Si quis ſemen in os miſerit, VII. annos pœniteat: alii judicant per conſilium III. Qui ſæpe fecerit fornicationem, primus canon judicat X. annos. Secundus canon VII. annos, ſed pro infirmitate hominis per conſilium dixerunt III. annos pœniteat.

Pueri ſe invicem manibus inquinantes dies XL. pœniteant.

Pueri inter ſemora fornicantes, annum I. iterantes, annos II. pœniteant.

Puer parvulus oppreſſus a majore, hebdomadam unam pœniteat. Si conſenſerit, XL. diebus.

Vir ſemetipſum coinquinans primum C. diebus, iterans, annum I. pœniteat.

Si quis fornicationem aut immunditiam fecerit, laicus III. annos, clericus V. ſubdiaconus VI. diaconus VII. presbyter X. epiſcopus XII. molles uno anno poeniteant.

Si quis frater cum fratre fornicationem faciens per commixtionem carnis, XII. annos ab omni carne ſe abſtineat.

Qui cum ſorore ſua fornicatur, XII. annos pœniteat: alii XV. judicant.

Si cum matre fornicaverit, XV. annos pœniteat, & numquam mutet, niſi diebus dominicis.

Si mater cum filio ſuo parvulo fornicationem imitatur, annos III. pœniteat, & III. quadrageſimas & legitimas ferias.

Moyſes. Cum omni pecore non coibis, nec maculaberis cum eo.

Canon. Qui cum pecoribus coierit, XI. annos pœniteat. Quidam dixerunt per conſilium VII. quidam III. quidam I. quidam cum duobus ut pueri. Oportet diſcretio eſſe inter qualitatem pecudis vel hominum. Animalia ad alia coitum hominum polluta, occidantur, carneſque canibus projiciantur, ſed copia adſumantur. Ubi autem dubium eſt, non occidantur.

De occiſione canon Anquirinenſium.

Conc. Anquir. can. 21.

Qui voluntarie homicidium fecerint, ad pœnitentiam quidam ſe jugiter mittant, circa exitum autem vitæ communione digni habeantur. Eos verò qui non voluntate, ſed caſu homicidium perpetraverint, hæc verò humani ordinatio quinquennii tempus tribuat.

Qui occiderit monachum, vel clericum, arma relinquat, & Deo ſerviat, vel VII. annos pœniteat.

Qui autem epiſcopum aut presbyterum occiderit, rege judicandus eſt.

Si laicum alterum occiderit meditatione odii, vel poſſidendæ hæreditatis ejus; annos VII. pœniteat ſine carne & vino. Si per iram ſubitam & rixam, III. annos pœniteat.

Qui ad homicidium faciendum conſenſerit, & factum fuerit; VII. annos pœniteat; III. integros. Si autem voluerit & non potuerit; III. annos pœniteat.

Si quis alium aliter percuſſerit, & ſanguinem effuderit, XL. dies pœniteat, & vulnus reſtituat. Si diaconus, VI. menſes. Si presbyter unum annum pœniteat.

Qui occiderit hominem XL. dies abſtineat ab eccleſia. Si quis pro ultione proximi hominem occiderit; pœniteat ſicut homicida III. vel VII. annos. Si tamen reddere vult propinquis pecuniam æſtimationis, levior erit pœnitentia, ideſt dimidio ſpatio. Similiter qui occiderit hominem publico bello, vel per juſſionem Domini ſui XL. dies pœniteat.

Si quis liber jubente majore ſuo innocentem; annum I. pœniteat, & ſequentes II. quadrageſimas & legitimas ferias.

Qui per rixam in ictu debilem vel deformem hominem reddiderit; impenſas in medicos & maculæ pretium, & quas ejus donec ſanetur reſtituat, & dimidium annum pœniteat. Si verò non habet unde reſtituat, hic annum integrum.

Qui ad feriendum hominem furrexerit, volens eum occidere, II. hebdomadas pœniteat; ſi clericus fuerit VI. menſes, quod & ſi vulneraverit, dies XL. ſed & pecuniam pro modo vulneris cui infligit tribuat, ne læſus ſcandalizetur.

Si quis clericus homicidium fecerit, & proximum ſuum occiderit X. annos exul pœniteat: poſt hos recipiatur in patriam, ſi pœnitentia comprobatur epiſcopo, ut & ſatisfaciat parentibus ejus quem occidit, vicem filii reddat. Si autem non ſatisfaciat parentibus illius, nunquam recipiatur in patriam; ſed more Cain vagus & profugus ſit ſuper terram.

Mater ſi occiderit filium ſuum, XV. annos pœniteat, & nunquam mutet niſi in die dominico.

Mulier paupercula ſi occiderit filium A ſuum, VII. annos pœniteat. In canone dicitur, ſi homicida ſit, X. annos pœniteat.

Si moritur infans ſine baptiſmo, III. annos habens; pater & mater III. annos pœniteat, I. *ex his* in pane & aqua.

Infans, infirmus & paganus commendatus presbytero, ſi moriatur ſine baptiſmo, presbyter deponatur. Si negligentia ſit parentum, I. annum pœniteant.

Qui necat filium ſuum ſine baptiſmo, in canone X. annos pœniteat, per conſilium VII. annos.

Si moriatur ſine nece hominis & ſine baptiſmo, III. annos pœniteat.

Qui homicidium vel furtum commiſerit, & non compoſuit illis quibus nocuit: quando confeſſus fuerit epiſcopo vel presbytero peccata ſua, debet illis aut propria reddere, vel componere. Si verò non habuerit ſubſtantiam unde componere poteſt, vel neſcierit quibus nocuerit, plus augeat pœnitentia.

De furto.

Si quis furtum capitalem commiſerit, ideſt quadrupedia, vel caſas effregerit, aut quodlibet meliorem præſidium ſuraverit, V. annos pœniteat, III. integros.

Qui ſæpe furtum fecerit, VII. annos pœniteat, aut quamvelo judicaverit ſacerdos. Qui verò de minoribus furtum fecerit, III. annos pœniteat.

Si quis aliquid de miniſterio eccleſiarum vel qualecumque opus, quolibet modo fraudaverit, vel neglexerit, VI. annos pœniteat.

Faciens furtum ſemel I. annum: ſi iterum, duos annos. Si puer, XL. diebus, vel XX. diebus, ut afferit æqualitas eruditionis.

Si quis ſervum aut quemcumque hominem quolibet ingenio in captivitatem duxerit aut tranſmiſerit; III. annos pœniteat in pane & aqua.

Si parvulus annorum decem aliquod furtum fecerit, VII. dies pœniteat. Si autem poſt annos XX. aliquid furtum fecerit, X. dies pœniteat.

De juramento.

Perjurium qui fecerit *in eccleſia* XL. annos pœniteat. Qui verò pro neceſſitate coactus, III. quadrageſimas.

Necet in manus.

Si verò juraverit in manu epiſcopi vel presbyteri, ſeu in altari, ſive in cruce

confecrata, & mentitus est, III. annos poeniteat. Si in cruce non confecrata, I. annum poeniteat.

Si quis juraverit in manu hominis, nihil est apud Græcos, nos fecundum Christum, aut ex verbis tuis justificaberis, aut ex verbis tuis condemnaberis.

Interrogatio Romana.

De juramento, non jurare omnino hoc fequentia lectionis dicit non adjurandum esse per creaturam aliam, sed per creatorem, ut mos est prophetis, vivit Dominus, & vivit anima mea; & vivit Dominus cui adstito hodie.

De contradictione.

Finis autem contradictionis ad juramentum est, sed Domino. Omne enim quod dominatur, hoc & adjuratur. Alii perjures III. annos poeniteant.

De contradictione duorum absque testibus, statuunt ut per sancta IV. evangelia antequam communicent testentur, qui adprobantur, & deinde sub judice famæ relinquantur.

Si quis perjuraverit VI. annos poeniteat, XII. integros, ut & juret nunquam præterea. Si quis coactus pro qualibet necessitate, aut nesciens perjuraverit, tres annos poeniteat, I. integrum.

De esca immundi.

Qui manducat carnem immundam, aut a vulpibus dilaceratam, XL. dies poeniteat.

Qui manducaverit morticinas instius XL. dies poeniteat.

Qui animalis carnem cujus mortem nesciebat, tertiam partem anni cum pane & aqua vivat sine vino, & carne.

Qui manducaverit morticina sciens, C. diebus poeniteat.

Si quis venationem aliquam quocumque exercuerit: si clericus, annum I. si diaconus, II. si sacerdos, III. annos poeniteat.

Animalia quæ a lupis seu canibus lacerata, non sunt comedenda, nisi porcis & canibus. Nec cervus, nec capra, si mortui inventi fuerint. Græci autem carnem non dant morticinorum porcis suis. Pelles eorum ad calciamenta liceant; & lana & cornua accipere licet, tamen non in sanctum aliquid.

De Porcis.

Si casu porci comedent carnem morticinorum aut sanguinem hominis, non abjiciendos credimus, nec gallinos.

Porci ergo qui sanguinem hominis gustantes teigerunt, manducantur; sed qui cadavera mortuorum lacerantes manducaverunt, carnem eorum manducare non licet, usque dum macerantur post annum.

Pisces autem licet comedere, quia alterius naturæ sunt. Aves verò & animalia cetera si in retibus strangulantur, non sunt comedenda; nec si acciditer oppresserit, si mortui inveniuntur, quæ IIII. capitulo actus apostolorum: ita præcipiunt abstinere a fornicatione & sanguine suffocato & idolatria. Et cum non prohibent, consuetudo non est comedere. Leporem licet comedere, & bonum est pro dilenterio; & sel ejus miscendum est cum pipere pro dolore omnimoda.

Animal vulneratum a bestiis & gustatum, licitum est manducare. Si homo prius illud animal vivum occiderit: si verò mortuum prius fuerit, dejiciatur caro ejus.

Si apes occidunt hominem, occidi debent festinanter; mel tamen non manducetur.

De ebrietate.

Si quis episcopus vel aliquis ordinatus in consuetudine ebrietatis vitium habuerit; aut desinat, aut deponatur. Si quis presbyter aut diaconus per ebrietatem vomitat, XL. dies poeniteat. Si laicus fidelis XV. dies poeniteat. Si monachus, XXX. dies poeniteat. Si clericus, XX. dies. Si fidelis laicus sic per negligentiam inebriat alterum, XL. dies poeniteat. Si vomitum facit infirmitatis causa, si non culpa est, aliter laici septem diebus, clerici verò vel subdiaconi III. diaconi IV. presbyter V. episcopus VI.

Si per ebrietatem & voracitatem evomerit eucharistiam, XL. dies poeniteat. Clericus, monachus, vel diaconus XL. presbyter LXX. episcopus XC. Si infirmitatis causa, VII. diebus. Unusquisque fine infirmitatis causa sacrificii septem diebus, quidam psalterium, quidam bis psalterium.

Si vomitum sacrificii die in igne projecerit, vel in flumine, C. psalmos cantet.

Si canes comedent talem vomitum C. diebus sistus; si non, XL. diebus. Qui verò inebriantur contra præceptum Domini, si votum sanctitatis habent, hoc est ebriositas, quando statum mentis mutant & linguam balbutit, & oculi turbantur, & vertigo erit, & ventris distensio, ac dolor sequitur, si clericus, VII. septem diebus poeniteat, monachus XIV. diaconus IV. hebdomadas, presbyter IV. hebdomadas, episcopus V. laicus III. dies sine vino & carne.

De Eucharistiam.

Si quis Eucharistiam negligentiæ causa perdiderit, I. annum, vel III. quadragesimas, vel XL. dies poeniteat.

Si sacrificium in terra ceciderit, causa negligentiæ, L. psalmos cantet.

Qui neglexerit sacrificium, ut vermes in eo sint, aut colorem non habet saporemque, XX. vel XXX. vel XL. dies poeniteat, & in ignem accendatur, cinis ejus sub altare abscondatur. Si usque ad terram ceciderit, I. diem poeniteat.

Si stilla super altare ceciderit, III. dies poeniteat.

Si mus comedit sacrificium causa incuriositatis, XXX. vel XL.

Qui in ecclesiam modicam partem perdiderit, & non invenit; XX. dies poeniteat, vel unoquoque die psalmos LXX. cantet.

Qui autem in plebe sum chrismal perdiderit & non invenit, XL. dies poeniteat, vel III. quadragesimas poeniteat.

Qui perfundens calicem in fine solemnitatis, XXX. dies poeniteat.

De diversis causis qui creaturam perdiderit, hoc est thus, tabulas, aut sedulam, sive sal benedictum, panem novum confecratum, vel aliquid hujusmodi VII. dies poeniteat.

Mus si ceciderit in liquorem; tollatur inde, & aspergatur liquor ille aqua benedicta. Si verò mortua fuerit, abjiciatur torus liquor, nec ab omnibus sumatur, sive lac sit, sive cervisia, vel aliquid hujusmodi.

Quod si multum sit liquor ille, in quo mus, vel mustella incidens moritur, purgetur & aspergatur aqua sancta, & sumatur si necessitas sit.

Si aves stercorant in quemcumque liquorem; hujusmodi tollatur stercus, & mundatur cibus aqua benedicta, & sumatur.

Qui sanguinem nescius cum saliva bibit, non nocebit.

Qui manducat sanguinem proprium, polluitur; inscius non nocet: si autem sciens, poenitentiam agat juxta modum pollutionis.

Si quis falsitatem commisit, VII. annos poeniteat. Qui autem consentit; V. annos poeniteat.

De alio pœnitentiali.

Detractionibus, laici VII. diebus, clericus II. hebdomadas, subdiaconus III. presbyter V. episcopus VII.

Item.

Si quis cum alio iram tenet in corde; sicut homicida judicatur. Si non vult reconciliari fratri suo quem odio habet; tandiu in pane & aqua poeniteat usque dum reconcilietur.

Synodus Arelatensis.

Hi qui publicis inter se odiis exardescunt; & ab ecclesiæ conventu removendi sunt, donec ad pacem recurrant. Conc. Arel. a. Can. 30.

De baptismo reiterato, & de opera die dominico

Qui rebaptizati sunt ignorantes, non indigent pro eo poenitentia, nisi quod secundum canones non possunt ordinari nisi pro magna necessitate. Si autem non ignari iterum baptizati sunt, quasi iterum Christum crucifixerunt, poeniteant VII. annos IV. & VI. feria, & in tribus quadragesimis, si pro vitio aliquo fuerit. Si autem munditia licitum putaverint, III. annos poeniteant. Baptizati a presbytero non baptizato iterum debent baptizari.

Theodorus de opere die dominico.

Qui operantur die dominico, eos Græci prima vice arguunt, fecunda tollunt aliquid ab eis; tertia vice tertiam partem de rebus, aut vapulent, vel VII. diebus poeniteant.

De communicatione.

Si quis autem die dominico per negligentiam jejunaverit, hebdomada tantum debet abstinere: si fecundum, dies XX. Si postea, XL. Si per damnationem diei jejunaverit, sicut Judæi abominantur ab omnibus ecclesiis catholicis. Si autem contemserit indicto jejunio in ecclesia, & contra decreta seniorum fecerit, si non in quadragesima, XL. diebus poeniteat: Si autem in quadragesima, annum poe-

niteat: Si frequenter & in consuetudine erit, exterminabitur ab ecclesia, dicente Domino: *Qui scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt, & reliqua.*

De communicatione die dominico.

Theod. Grec. n. 72. Græci omni die dominico communicant, clerici & laici, & qui tribus dominicis non communicaverit, excommunicantur, sicut canon habet. Romani similiter communicant qui volunt; qui autem nolunt, non excommunicantur.

Synodus Agathensis.

Can. 28. Sæculares verò qui in natali Domini & Pascha & Pentecosten non communicaverint; catholici esse non credantur.

De abstinentia mariti.

Græci & Romani tribus diebus abstinent se a mulieribus ante panes propositionis, sicut in lege scriptum est. Infirmis licet omni hora potum & cibum sumere quandocumque desiderant, si opportuna non possunt manducare, non licet homini a fervo suo tollere pecuniam sine voluntate ejus, quem ille de labore suo adquisierit. Viro licet in baptismo suscipere fœminam; fœminæ verò non licet suscipere virum.

De reverentia ecclesiæ.

Ligna ecclesiæ non debent ad aliud quid jungi nisi ad ecclesiam aliam, si necesse est, vel igne comburenda, vel ad perfectum in monasterio fratribus: in laicali tamen opere non debent procedere, & in loco altaris erux ponatur.

Pro infantibus licet missas facere cui vult ante VII. annos. Si clericus pervenerit ad infirmum paganum, melior est baptizare cum aqua lignata in nomine sanctæ Trinitatis.

De usuris.

Si quis usuris undique exierit, III. annos poeniteat, I. ex his in pane & aqua.

Si quis dilaturus fecerit quod detestabile est, III. annos poeniteat.

Si quis laicus per ignorantiam cum hæreticis communicaverit; fiet autem cum cathecumenis, idest separatus ab ecclesia, & XL. diebus poeniteat.

Si in captivitatem per vim ducta, aut ductus redimi non potest, post annum accipere alterum virum.

Item.

A Mulier nupta uni viro, quæ vovet Deo, ut post mortem viri non accipiat alium; eo mortuo, prævaricatrix voti, si acceperit alterum; iterumque nupta cum eo poenitentia mota, implere vota sua vult; non potestate viri ejus est utrum impleat, an non. Æger unam licentiam dedit nubere cum illo viro cui confessa est vota post X. annos.

Item.

B Muliere mortua, licet viro post mensem alteram accipere.

Item.

Post annum licet mulieri tollere virum.

De voto mulierum.

Si quis maritus vel si qua mulier votum habens virginitatis adjungitur matrimonio, non dimittat illud, sed poeniteat IV. annis. Mulieri non licet votum vovere sine consensu viri sui: sed & si voverit, dimitti potest. Maritus non debet uxorem suam nudatam videre.

Item.

Quæcumque mulier adulterium perpetraverit, in potestate viri est si velit reconciliari mulieri adulteratæ. Si reconciliaverit; in clero non proficit. Vindicta illius ad primum virum pertinet, non ad regem.

Ad menstruum.

C Ad mulierem quæ patitur menstruam non accedas. Si aperuerit fontem sanguinis sui moriatur.

Greg. Audiitis ut morte lex sacra feriat. Si quis vir ad menstruatam mulierem accedat. Nunquæ tamen mulier, dum confuetudinem menstruam patitur prohiberi ecclesiam intrare non debet, quia ei naturæ superfluitas ad culpam non valet reputari, & per hoc quod in vita patitur, justum non est ut ingressu ecclesiæ privetur. Novimus namque quod mulier quæ fluxum patiebatur sanguinis post tergum Domini humiliter veniens, vestimenti ejus fimbriam tetigit, atque ab ea statim sua infirmitas recessit. Si ergo in fluxu sanguinis posita laudabiliter potuit Domini vestimentum tangere: cur cui menstruum sanguinis patitur, non licet Domini ecclesiam intrare?

Si dicis: illam infirmitas compulit medicamentum quidem contra ægritudines explorare.

Fœminæ utique & menstruus sui sanguinis fluxus ægritudo est. Si illa sanguinaria conceditur sanitas, cur non cedatur tunc mulieribus quæ naturæ fluxu vitio infirmantur. Sanctarum communis mysterium in eisdem diebus percipere non debet prohiberi.

Moyses.

Si mixtus vir mulieri & lavari aqua debeat, & ante solis occasum ecclesiam non intrare lex veteri populo præcepit, quæ autem intelligi spiritualiter potest. Nunc autem vir cum propria conjuge dormiens nisi lotus aqua intrare ecclesiam non debet; sed neque lotus intrare statim debet. Romano rum tamen semper ab antiquioribus usus fuit post ammixtionem propriæ conjugis, & lavacri purificationem, & ab ingressu ecclesiæ paulum reverenter abstinere: quia ipsa licita ammixtio conjugis sine voluptate carnis fieri non potest. A facti loci ingressu abstinendum est æquia voluptas ipsa esse sine culpa nullatenus potest. Vigilanti verò menti pensandum est, quia in Sina monte Dominus ad populum locuturus, prius eundem populum abstinere a mulieribus præcepit.

Greg. Si quis verò suam conjugem non cupidine voluptatis raptus, sed voluntate tantummodo creandorum liberorum gratia utitur; iste profecto sive de ingressu ecclesiæ, sive de sumendo Dominici corporis sanguinisque mysterio, suo est relinquendus judicio, quia nobis prohibere non debet, cum ei juxta præfinitam sententiam etiam ecclesiam licuerit intrare. Hinc de pueris David dicitur, ut si a mulieribus mundi essent, panes propositionis acciperent: quos omnino non acceperunt, nisi prius eos mundos David a mulieribus fateretur. Tunc autem vir qui post ammixtionem conjugis lotus aqua fuerit, etiam sacræ communionis mysterium valet accipere.

Post quos dies purificari debent.

Cum verò enixa fuerit mulier, quadie debeat ecclesiam intrare Testamenti veteris præceptione dicitur, ut pro masculo diebus XXXIII. pro fœmina autem LXVI. diebus debeat abstinere. Quæ tamen sciendum est quæ ei in mysterium accipitur. Nam si hora eadem qua generit actura gratias intrat ecclesiam, nullo peccati pondere gravatur. Voluptas etenim carnis, non dolor in culpa est. In carnis commixtione voluptas est. Nam in prolis procreatione genitus: unde & ipsi primæ matri omnium dicitur, *in doloribus paries*. Si itaque enixam mulierem prohibens ecclesiam intrare; ipsam gi pœnam fuam in culpam deputamus.

De pragnantis baptismo.

Baptizare autem prægnantem vel enixam mulierem, vel hoc quod genuerit, si mortis periculo urgeatur, vel ipsa hora eadem qua gignit, vel hoc quod gignetur, eadem qua natum est, nullo modo prohibetur.

Greg. de purificatione post partum.

S. Greg. in Resp. ad inter. S. Augustini. Ad ejus concubitum vir suus accedere non debet, quo ad usque qui gignitur ablactetur. Prava autem consuetudo in conjugatorum moribus surrexit, ut mulieres filios, quos gignunt, nutrire contemnant; eos aliis mulieribus ad nutriendum tradant, quod videlicet ex fola causa incontinentiæ videtur. Attamen nisi purgationis tempus transierit, viris suis non debent misceri.

Theodorus.

Ergo cujus uxor est infidelis & gentilis, & non potest converti, dimittatur. Si mulier discesserit a viro suo difficiens eum, nolens revertere, & reconciliaro viro, post quinque annos cum consensu episcopi aliam accipere licebit uxorem.

Moyses de nocturna pollutione.

Si fuerit inter vos homo qui nocturno pollutus sit somno, & nisi lotum aqua, ei usque ad vesperam intrare ecclesiam non concedit.

Gregorius in responsis Augustino.

Populus spiritualis intelligens sub eodem intellectu accipiet, quia quasi per somnium illudetur qui tentatus immunditia variis imaginibus in cogitatione inquinatur, fed lavandus est aqua, ut eclipas cogitationis lacrimis abluat, & nisi prius ignis tentationis recederit, sese quasi usque ad vesperum agnoscat. Sed est in eadem inlusione valde necessaria discretio, qua subtiliter pensari debeat ex qua re accedat menti dormientis. Aliquando enim ex crapula, aliquando ex na-

naturæ superfluitate, vel infirmitate; aliquando ex cogitatione contingit. Et quidem cum ex naturæ superfluitate, vel infirmitate evenerit, omnimodo hæc animo non est ei timenda, quia hanc animus nescius pertulisse magis dolendum est, quam fecisse. Cum verò ultra modum speciosus guttæ in fumendis alimentis rapitur, atque idcirco bonorum receptacula gravantur, habet exinde animus aliquem reatum, non tamen usque ad prohibitionem percipiendi sancti mysterii, vel missarum solemnia celebrandi; cum fortasse aut festus dies exigit, aut exhiberi mysterium pro eo quod facerdos alius in loco deest, ipsa necessitas compellit. Nam si adsunt alii qui implere ministerium valeant, infulo per crapulam facta a perceptione sacri mysterii prohibere non debet; fed ab immolatione sacri mysterii abstinere, ut arbitror, humiliter debet, si tamen dormientis animam turpi imaginatione non conculcavit. Nam sunt quibus ita plerumque infusio nascitur, ut eorum animus etiam in somno corporis positus turpibus imaginationibus non feredur: qua in re unum ubi offenditur ipsa mens rea, non tamen vel suo judicio libera, cum se esti dormiente vidisse tamen in vigilijs corporis meminit, corpore nihil meminit lugluem cecidisse. Sin verò ex turpi cogitatione vigilantis oritur infusio dormientis, patet animi sui reatus, videt enim a qua radice inquinatio illa processerit: quia quæ cogitavit hæc pertulit nescions.

Qui in somnis non volens pollurus sit, surget canetque VII. psalmos pœnitentiales, idest: *Domine ne in furore tuo. Beati quorum. Domine ne in furore tuo. Miserere mei Deus. Domine exaudi orationem meam. De profundis. Domine exaudi orationem.* Vel unusquisque secundum suam virtutem, & in mane XXX. psalmos cantet. Volens autem in somnis peccare, sive qui pollutus sit sine voluntate, XV. psalmos. Si in somno peccans sine cogitatione, XV. psalmos. Item in somno peccans si ex cogitatione pollutus est, XXV. psalmos. Si semen fundit in ecclesia per dormitationem, cantat psalterium, vel III. dies pœnitet. Si voluntarie semen in ecclesia fundit mala cogitatione: si clericus XVII. dies pœnitet; diaconus XXV. presbyter XL. episcopus L. monachus XXX.

Sacerdos tangendo osculando mulierem coinquinatus, XL. dies pœnitet.

Si osculatur facerdos feminam per desiderium, XX. dies pœnitet. Si femen per osculum fuderit, XL. dies pœnitet. Si per cogitationem fuderit semen, hebdomada jejunet. Si tangit manum cum manu, III. hebdomadas; episcopus IV. hebdomadas; si monachus, VII. dies; si diaconus, IV. dies; si clericus, II. dies; laici I. diem pœnitent. Si tangit manu die, XIV dies pœnitet; monachus tres hebdomadas; clerici VII. dies pœnitent. Aliter si clerici manum cum manu, XXX. dies pœnitet vel XX. quanto magis alii gradus? Qui impugnatione mentis violenter coinquinatus est, VII. dies pœnitet, vel quousque cogitatio vincitur. De his apostolus Jacobus melius intimabat: *Confitemini*, inquit, *alterutrum, peccata vestra, & orate pro invicem ut salvemini*.

Si quis sæpe per violentiam cogitationis semen fuderit, XX. dies.

De ritu mulieris in ecclesia vel ministri.

Mulieres non velant altare cum corporali, nec oblationes super altare, neque calicem ponant, neque stent ordinate in ecclesia, neque in convivio sedeant. In re sacerdos, mulieres non est licitum alicui pœnitentiam indicare, quia in canone nulli licitum est, nisi solis sacerdotibus. Mulieres possunt sub nigro velamine accipere sacrificium, ut Basilius judicavit. Mulier potest oblationes facere secundum Græcos. Non est ad Romanos.

De servis & ancillis.

Pater filium necessitate coactus potestatem habet tradere in servitium VII. annis. Deinde sine voluntate filii licentiam tradendi habet. Homo XIII. annorum seipsum potest facere servum. Non licet hominia servo suo tollere pecuniam quam ipse acquisierit. Si servum & ancillam dominus amborum in matrimonium conjunxerit, potest deliberato servo vel ancilla, si non potest redimi qui in servitio est, libero licet ingenuo conjungere. Si quis liber ancillam in matrimonio acceperit, non habet licentiam dimittere eam, si ante cum consensu amborum conjuncti sunt. Si prægnantem mulierem quasi liberam comparat, liber est qui ex ea generatur. Qui ancillam prægnantem liberat, quem genuerat, sit servus.

De diversis quæstionibus.

Jejunia legitima tria sunt in anno pro populo, XL. ante pascha, ubi decimus anni solvimus, & XL. ante natali Domini, & post Pentecostem XL. dies & noctes.

De promissione sua laici non debent moram facere, quia mors non tardat. Servo Dei nullarenus licet pugnare, multorum licet sit consilio servorum Dei.

Infans pro infante potest dari ad monasterium Dei, quamvis alium vovisset; tamen melius est votum implere. Similiter pecora æquali pretio possunt mutare, si necesse sit.

Rex si alterius regis terram habet, potest donare pro anima sua.

Inventio in via tollenda est. Si inventus fuerit possessor reddatur ei tributum; si non fuerit inventus, ecclesiæ sit. Consuetudo provinciæ, id est ne tantum paupetes in decimis aut in aliquibus rebus vim patiantur. Decimas non est legitimum dare nisi pauperibus & peregrinis, sive laici suas ad ecclesiam. Pro reverentia regenerationis in albas pentecostem orandum est ut in quinquagesima oratur. Oratio potest sub velamine esse, cum necessitas cogit. Qui pro homine mortuo jejunat, seipsum adjuvat. De mortuo autem Dei solius est notitia.

De pœnitentia adulteri synodus Quiriniensium.

Conc. Ancyr. Can. 19. Si quis adulterium commiserit, VII. annos pœniteat, completis perfectionis secundum priscinos gradus.

Si quis adulterium commiserit, idest cum muliere aliena, vel sponsam vel virginem corruperit; laicus III. annos pœniteat, unum ex his in pane & aqua: clericus V. diaconus V. integros; presbyter five monachus VII. annos, III. D ex his in pane & aqua; episcopus XII. V. ex his in pane & aqua.

Si quis clericus postquam se Deo voverit, ad fœcularem habitum iterum reverfus fuerit, aut uxorem duxerit, X. annos pœniteat, III. ex his in pane & aqua, & nunquam postea in conjugio copuletur. Quod si noluerit, sancta synodus, vel sedes apostolorum separabit eos a communione & convivio catholicorum. Similiter mulier postquam se voverit Deo, si tale fœdus commiserit, pari sententia subjacebit. E

De sanctimoniale fornicaria.

Si quis fornicaverit cum sanctimoniali vel Deo consecrata; sicut in superiore sententia unusquisque juxta ordinem suum pœniteat, diaconus & presbyter & episcopus, ipsa virgo sacra fornicans VII. annos pœniteat. Una est pœnitentia puellæ & viduæ, VII. annorum. Majorem meruit quæ virum habet, si fornicationis crimen admisit.

Si quis cum ancilla Dei, annos VII. pœniteat. Laicus maculans se cum ancilla Dei, II. annos pœniteat. Si generit ex ea filium, III. annos pœniteat. Si sine conjugio sunt, III. quadragesimas pœniteat. Quidam dicunt XL. diebus.

Si quis vacans uxorem alterius polluit, annos II. pœniteat. Si quis uxoratus virginem, similiter pœniteat. Si uxoratus ancillam suam, I. annum & III. quadragesimas & legitimas ferias tribus mensibus primis, & a sua se contineat. Illa si invita passa est, XL. dies; si consentiens, III. quadragesimas & legitimas ferias. Si genuerit ex ea filium, liberet eam.

Puer cum aliqua puella fornicari nitens, nec coinquinatus, XX. diebus pœniteat: Si autem coinquinatus est, C. diebus. Si verò, ut moris est, suam, complet voluntatem, annum pœniteat.

C Si quis presbyter, vel diaconus, vel monachus uxorem duxerit in conscientia populi, deponatur. Si adulterium, perpetrayerit cum ea, & in conscientia populi decernit; projiciatur extra ecclesiam, & inter laicos pœniteat, quandiu vivit.

Qui dimiserit alteri uxorem suam conjungi, VII. annos pœniteat cum tribulatione, vel XV. levius.

De raptoribus & incestoribus.

D Si quis virginem aut viduam raptus fuerit, III. annos pœniteat. Si quis donum vel æream cujuscumque voluntatis igne cremaverit, superiore sententia subjacebit.

De machina mulierum.

Mulier qualicumque molimine aut per seipsam aut cum altera fornicans, III. annis pœniteat, unum ex his in pane & aqua.

Sanctimonialis femina.

Cum sanctimoniali per machinam fornicans, annos VII. pœniteat, II. ex his in pane & aqua.

Qui sæpe fornicatur, laicus cum laica, III. annos pœniteat, & quanto sæpius ac negligentius, tanto magis & tempus addat & modum.

Qui diutius fornicationi, perjurio, la-

latrociniis, ceteris que flagitiis servivit, annos VII. poeniteat.

Mulier abstineat se a viro III. mensses quando concepta est, antequam pariat, & post partum, XL. dies. Qui autem nupserit his diebus, XL. dies poeniteat, vel XXX. vel XX.

Qui in matrimonio sunt, abstineant se in III. quadragesimis, & in Dominica nocte & in sabbato & fer. IV. & VI. quæ legitimæ sunt, & III. noctes abstineant se antequam communicent.

Qui in quadragesima ante pascha cognoscit mulierem suam & noluit abstinere, annum unum poeniteat, vel suum pretium reddat ad ecclesiam, vel pauperibus dividat, vel XXVI. solidos reddat. Si per ebrietatem vel aliqua causa acciderit, sive consuetudine, XL. dies poeniteat.

Si vir cum muliere sua retro nupserit, poeniteat quomodo de animalibus, id est si consuetudine erit, III. annos. Si vero in terga nupserit, & consuetudo erit, VII. annos poeniteat.

Si mulier cum muliere, annos III. ideſt si mulier quæ se more fornicatoris ad alteram conjunxerit, III. annos sicut fornicator poeniteat. Sic & illa, quæ semen viri sui in cibo miscens, ut inde plus ejus amorem accipiat, poeniteat similiter.

Muliere si inter imitante maleficia sua, ideſt per poculum, aut per artem aliquam, VII. annos poeniteat. Si paupercula, III. annos pœniteat. Si quis fornicatur cum virgine, IV. annos poeniteat: Si cum maritata, quatuor annos integros, II. alios, II. quadragesimis tribus & tribus diebus hebdomadæ poeniteat.

Si mulier sola cum seipsa coitum habeat, III. annos poeniteat. Uxor quæ sanguinem viri sui pro remedio gultaverit, XL. dies plus minusve jejunet. Similiter poeniteat.

Quirinensium.

Conc. Ancyr. Can. 24. Si quis sponsam habens sorori cujus fuerit sponsa intulerit violentiam, eique inhæserit tanquam uxor, hanc autem decegram poltea duxerit uxorem desponsa- E tam: illa vero quæ vitium passa est, si forte necem sibi intulerit, omnes hi qui facti hujus conscii sunt, X. annos in poenitentia redigentur secundum canones constitutos.

De canone Cæsarii. A

Concil. Neocæs. 2. Mulier si duobus fratribus nupserit, abjici debet usque ad diem mortis: Sed propter humanitatem in extremis suis sacramentis reconciliari oportet: ita tamen ut si forte sanitatem receperit, matrimonio soluto ad pœnitentiam admittatur, quæ si defuncta fuerit mulier in hujusmodi consortio constituta, difficilis erit poenitentia remanenti, qua sententia tam viros quam mulieres teneri debebunt. B

Theodorus.

Qui nubet Dominico, petat a Deo indulgentiam, & II. vel III. diebus poeniteat.

Basilius judicavit.

Mulieres menstruo tempore non intrent in ecclesia, neque communicent, nec sanctimoniales, nec letatæ. Si præsumant, III. hebdomadas poeniteant. C Similiter poeniteat qui intrat in ecclesia ante mundum sanguinis post partum, ideſt XL. diebus.

Incipit de diversis malis.

Diversitas culparum diversitatem facit poenitentiarum. Nam & corporum medici diversa medicamenta generibus componunt. Aliter enim vulnerat mortibum, aliter enim tumores, aliter putredines, aliter caligines, aliter contractiones, aliter combustiones curant. Ita igitur etiam & spiritales medici diversis curationum generibus animarum vulnera, morbum, culpas, dolores, ægritudines, infirmitates fanare debent. Sed quia hæc paucorum sunt; ad purum scilicet cuncta cognoscere & curare ad quæ integrum salutis statum debeant revocare: ideoque vel pauca, juxta seniorum traditiones & juxta nostram ex parte intelligentiam: ex parte namque prophetamus, & ex parte cognoscimus, aliqua proponamus, quod ad remedium animæ pertinet, & de remediis vulnerum, secundum priorum patrum, ideſt diffinitiones dicturi.

Sacri tibi eloquii, fidelissime frater, ante medicamina compendii rationem intimemus. Prima itaque est remissio qua baptizamur in aqua secundum illud: *nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest videre regnum Dei.* Secunda caritatis effectus, ut est illud: *Remittuntur ei peccata multa quia dilexit multum.* Tertia eleemosynarum fructus, secundum hoc: *Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum.* Quarta perfusio lacrymarum, Domino dicente, *quia flevit in conspectu meo, & amindavit tristis contra me, non inducam malum in diebus ejus.* Quinta criminum confessio, Psalmista teste, *Dixi confitebor adversus iniquitatem meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.* Sexta affictio cordis & corporis, Apostolo consolante: *Dedi huiusmodi hominem in interitum carnis Satanæ, ut spiritus salvus sit in die Domini nostri Jesu Christi.* Septima emendatio morum, hoc est abrenuntiatio vitiorum, evangelista contestante: *Jam sanus es, noli ultra peccare, ne quid tibi deterius fiat:* Octava intercessio Sanctorum, ut illud: *Si quis infirmatur, inducat presbyteros, & orent pro eo. Multum enim valet apud Deum imprecatio justi assidua.* Nona misericordiæ & fidei meritum, ut est hoc: *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Decima confessio & salus alienorum, Jacobo confirmante, *qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, salvabit animam suam a morte, & cooperiet multitudinem peccatorum suorum.* Sed melius est tibi ut infirmus sis, & vitam solitariam ducere, quam perire cum plurimis. Undecima indulgentia & remissio, Veritate promittente & dicente: *Dimittite & dimittetur vobis.* Duodecima passio martyrii spes unica salutis, indulgente & latroni crucifixo Deo respondente: *Amen dico tibi quia hodie mecum eris in paradiso.* His ergo de canonica auctoritate prælibatis, patrum etiam statuta subrogaturum inD- & si quidem fraudavit, quadruplum redvestigare conveniet, secundum illud: *Interroga patrem tuum & adnunciabit tibi, presbyteros tuos, & dicent tibi.* Iterum causa deferatur ad eos. Statuunt ergo octo principalia vitia humanæ saluti contraria his octo contrariis remediis sanentur. Vetus namque proverbium est: *contraria contrariis curantur.* Qui enim inducta licenter commisit, a licitis coerce- se debet, sed hoc omni poenitentia foleret est intuendum, quantum quis tempore in delictis remaneat, qua eruditione imbutus, quali impugnatur passione, quali exiitat fortitudine, quali detur affligi lacrymabilitate, quali compulsus est gravatione peccare. Omnipotens etenim Deus, qui cor omnium novit, diversasque naturas indidit, non æqualentiæ poenitudinis pondera peccaminum penſavit, ut illud propheticum: *non enim ferris tristarudictur Gilb, neque rosa.*

plansti super eiminum circuniet, sed virga executieum Gith, & eiminum. In baculo autem panis comminuetur, ut est illud: *Potenter potenter tormenta patiuntur.* Un- de quidam sapiens, *Cui plus creditur, plus ab eo exigitur.* Dilcant igitur sacerdotes Domini qui ecclesiis præsunt, quia pastis data est cum his quorum delicta repropitiaverint. Quid est autem repropitiare delictum, nisi cum assumseris peccatorem, & monendo, hortando, docendo, adduxeris eum ad poenitentiam, ab errore correxeris, a vitiis emendaveris, & secteris eum, ut ei taliter conferas propitius sit Deus? Cum ergo talis fit sacerdos, & talis sit doctrina tua, & sermo tuus, pars tibi datur eorum quos correxeris, ut illorum meritum tua sit merces, & illorum salus tua sit gloria.

Sap. 6. 7. Reg. 3. Bes. Cap. 2.

Et alibi de modis pœnitentia.

Sciendum verò est quanto quis tempore moratur in peccatis, tantum ei augendum est poenitentia.

Item alibi.

Alii statuunt duodecim triduanas per annum repensandum, quod ego non laudo, nec vitupero, sicut *Theodorus* laudavit. Alii centum dies cum semipane mensuræ paximatium aqua & sale & psalmos L. in unaquaque nocte. Alii L. interpositiones in una nocte intervenientes. Alii poenitentiam egenis statuunt eleemosynam, hoc est præsentem viri vel ancillæ, sed posterior est, sed dimidium omnium quæ possidet unusquisque det:

Theodorus.

De ægris quoque præsium viri vel ancillæ pro anno, vel dimidium omnium quæ possidet dare, & si quidem fraudaverit reddere quadruplum, ut Christus judicavit; & legimus in poenitentiale pro criminalibus annos aut duos vel tres poenitentiam agere in pane & aqua: vel pro aliis minutis culpis mense uno aut hebdomada. Simili modo & apud aliquos hæc causa archus & diffinis est: ideo qui ita non potest facere, consilium damus ut psalmos & orationem, vel ad eleemosynam, cum aliquis diebus in poenitentiam pro hoc esse debeat, ideſt psalmodias. Et qui potest implere quod in poenitentiale scriptum est, bonum est. Et hic est ordo idem psalmo-

dix pro poenitentia, pro uno hoc funt quando in pane & aqua debet poenitere. Hoc funt pfalmi L. flectendo genua aut fine genua flectendo LXX. infra ecclefiam, aut in unum locum per ordinem pfallat. Pro bebdomada quando in pane & aqua debet poenitere, CCC. pfalmos flectendo genua per ordinem pfallat infra ecclefiam, aut in unum locum, aut fine genua flectendo CCCCXX. Et pro uno menfe quando in pane & aqua debet poenitere, pfallat pfalmos MCC. cum genua flectendo, aut fine genua flectendo MDCLXXX. Et poftea per omnes dies refciat ad fextam, nifi quarta, nifi & fexta feria jejunet ufque ad nonam. A carne & vino abftineat fe. Alium cibum, quem ei dederit poft-quam pfallat, fumat. Et qui pfalmos non novit, & ita poenitere debet, & jejunare non poteft, per unumquemque diem redentio valenti denarium in pauperibus eroget, & in unaquaque hebdomada jejunat unum diem ufque ad nonam & alium ufque ad veſperam, & quod habet manducat. Quando in uno anno cum pane & aqua poenitere debet, donet in eleemofynam folidos XXVI. & in unaquaque hebdomada unum diem jejunet ufque ad veſperam, & in tribus quadrageſimis de quantum fumat, penſet & tribuat medietatem in eleemofynam. In fecundo anno remiſſio poenitentiæ eſt de Natali Domini uſque ad Epiphaniam, & de Paſcha uſque ad Pentecoſtem. Et qui non poteſt ſic agere poenitentiam, ſicut ſuperius diximus, in primo anno eroget in eleemoſynam ſolidos XXVI. & in ſecundo XX. & in tertio XVIII. hoc funt ſolidi LXV. Et de potente quomodo ſibi redimat de criminalibus culpis, recutrat ad evangelium, ſicut Zacheus Domino dixit: Luc. 19. 8. *Domine, omnium dimidium bonorum meorum do pauperibus*, & extra hoc adjungit: *Et ſi alicujus aliquid injuſtum abſtuli, in quadruplum reſtituam.* Et ille a Domino meruit audire: *quia hodie ſalus huic domui advenit*, hoc eſt remiſſio omnium peccatorum ſuorum, & ſecundum patrum traditionem forſitan in præſenti. A Non funt ..... cui aliquid injunctum abſtulit, aut non poſſet animus ejus, ſicut evangelium facere mediocrem, donec conſideratur hoc, quantum ipſe eſt penſatus in argentum, eroget in eleemoſynam, & alium tantum quantum valet ipſum argentum, de terra eccleſiis Dei conferat in eleemoſyna, & tertia tantum quantum valet ipſum argentum, aut de mancipiis dimittat liberos, aut captivos redimat, & omnia qua injuſte egit, ab illo die non repetat, & de quod definierat peccare, non deſinat corpus & ſanguinem Chriſti communicare. Sciat ſe illam ſententiam adjungi quæ Zachæus meruit, & illud non eſt dimittendum quod Apoſtolus ait: *Qui per corpus peccavit, per corpus emendet*; hoc eſt jejunium, vigiliæ, orationes & obſecrationes ad Deum, quia ſcriptum eſt: *nemini dantes* 1. Cor. 6. 3. *ullam offenſionem, ut non vituperetur miniſterium Dei, ſed in omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros*. Legitur quia Chriſtus jejunavit, quia nullum peccatum commiſit, ſimiliter & apoſtoli C poſt donum Spiritus Sancti. Igitur eorum nos debemus imitatores eſſe, quorum volumus eſſe participes regni cœleſtis. Propterea ſuper his oportet nos aliquid adaugere de expenſo, idest jejuniis in unaquaque hebdomada quarta & ſexta feria a vino & carne vel epularibus cibis. Similiter & de continentia conjugis fux, abſtineat ſe ab his diebus, juxta quod in canones ſanctì conſtituerunt, hoc funt diebus Dominicis & ſolemnitatibus, ſeu & legitimis quadrageſimis tribus, vel quarta & ſexta feria, ſciens ſcribtum eſſe, qui plus laborat plus mercedem accipiet. Hi funt dies qui non computantur in poenitentia, dies Dominici, Natale Domini, Epiphania, Paſcha, Aſcenſio Domini, Pentecoſtes, S. Joannis Baptiſtæ, & S. Mariæ ſemper virginis, & SS. Apoſtolorum XII. vel S. Martini, ſive veneranda ſolemnitas illius ſancti, qui in ipſa provincia corpore quieſcere videtur.

ANNO CHRISTI 752.

STEPHANUS PAPA II.

Sedit ab anno 752. uſque ad 757.

ANNO CHRISTI 752.

AD EPISTOLAS STEPHANI PAPÆ II.

APPENDIX.

Admonitio collectoris in ſequentem epiſtolam.

Stephani papæ II. ad Fulradum S. Dionyſii abbatem epiſtola ſex bulla, qua plura in monachos Sandionyſianos plane nova & inauditata confert, notior eſt, quam ut Labbeum latuerit. Dedit illam ex Sirmondi editione, & quidem opportune, cum ſincerior eſt præ altera quam Mabillonius in tertio ſæculo ordinis S. Benedicti e codicibus MSS. Benedictinis expreſſit. Cum tamen de ſinceritate quæ ſervent controverſia inter doctos, juvat ex utraque editione Mabillonii & Labbei ſin Sirmondi reprodurere.

EPISTOLA STEPHANI PP.

Ad Fulradum Abbatem.

EDITIO SIRMONDI ET LABBEI.

Stephanus epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Fulrado Deo amabili, archipresbytero & abbati venerabilium monaſteriorum ab eodem Deo auctore fundatorum, & per ſortem omnibus ſucceſſoribus veciſſim abbatibus in perpetuum.

QUoniam ſemper funt concedenda quæ rationabilibus congruunt deſideriis, oportet ut devotio conditoris pia conſtructionis oraculi in privilegiis præſtandis minime denegetur. Igitur quia poſtulaſti a nobis, dilectiſſime noſter fili, quatenus in provincia Francie, ubi & ubi tibi placitum fuerit in diverſis locis, ſive in his, quæ proprietatis tuæ juri pertinent, ſive etiam iis, quæ per emptionis paginam tibi advenerunt, quamque etiam in rebus parentum tuorum, vel unde tibi contingat, monaſteria conſtruendi licentiam tribuerimus, ipſaque monaſteria, a te fundata, privilegiis ſedis apoſtolicæ munierimus, ut ſub juriſdictione ſanctæ, cui, Deo auctore, deſervimus, eccleſiæ conſtituta nullius alterius eccleſiæ juriſdictionibus ſubmittantur. Pro qua re piis deſideriis faventes, ac noſtra auctoritate, id, quod expoſcitur, effectui mancipamus; & ideo per hanc apoſtolicam auctoritatem tibi, cui ſupra, dilecto filio noſtro Fulrado, vel cereris tuis ſucceſſoribus abbatibus, licentiam & poteſtatem largientes concedimus ædificandi monaſteria, ubicunque in Francie provincia voluerint, ſive in locis proprietatis veſtræ, ſive etiam in his, quæ per conparationis feriem tibi prædicto filio noſtro obvenerunt, ac obvenient, vel unde unde ad te pervenerunt, vel pervenerint.

EPISTOLA STEPHANI PP.

Ad Fulradum Abbatem.

EDITIO MABILLONII.

Stephanus epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Fulrado Deo amabili, presbytero & abbati venerabilium deſervorum monaſteriorum, Deo auctore, fundatori, & per ſortem omnibus ſucceſſoribus ejus veciſſim abbatibus in perpetuum.

QUoniam ſemper funt concedenda, quæ rationibus opportune congruis, oportet ut devotio conditoris ſancti Oraculi in præſtandis privilegiis a nobis augeatur. Igitur quia poſtulaſti a nobis, dilectiſſime noſter fili, quatinus in regno Francie, ubi & ubi tibi placitum fuerit in ruris arque mœnis diverſorum locorum, ſive in his, quæ proprietatis tuæ juri pertinent, ſive etiam, quæ per emptionis paginam tibi advenerunt, ſive in rebus parentum tuorum, vel unde cumque tibi advenerint, monaſteria conſtruendi licentiam triburemus, ipſaque monaſteria, ſicut a te fine refragatione de illo quo judice vel reclamatore conſtructa ſunt, ita libera ſub jure ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, cui, Deo auctore, deſervimus, a nobis firmata privilegiorum munimine permaneant. His igitur quam piis deſideriis faventes, ac noſtra benedictione id, quod petis, effectui mancipantes, per hanc apoſtolicam auctoritatem tibi, certeriſque ſucceſſoribus tuis abbatibus cœnobii ſanctorum martyrum, Dionyſii, Ruſtici, & Eluthcrii, licentiam & poteſtatem concedimus ædificandi monaſteria ubicumque in Francie regno voluerint, ſive in locis proprietatis veſtræ, ſive in his, quæ per comparationis ſeriem, vel conceſſionem regum, vel parentum veſtrorum dono, vel undecumque, vel quomodo vobis quolibet juſto modo obvenerint.

Et quoniam ad preces Chludovii, filii Pagoberti regis, domnus Landericus Pariſiacæ urbis epiſcopus, a ſua, & omnium ſucceſſorum poteſtate deinceps, cum conſilio ſuorum canonicorum, & fratrum ſuorum coequiſoporum regionis illius cœnobium veſtrum, & omnes ad eum fervientes clericos, quorumcunque ordinum incrocitru veſtri monaſterii abſolvit; nos

Et omnem cujuslibet ecclesiæ episcopum, aut alium quempiam faccerdotem, in præfatis monasteriis ditionem quamlibet habere, præter sedem apostolicam, hac auctoritate prohibemus. Ita ut nullus episcopus, aut alius sacerdos, vel etiam quispiam è laicis, in quoquam contrarietatem eisdem monasteriis inferre præsumant, nisi tu, Deo amabilis vir, vel successoribus tui abbates, quempiam fortitan sacerdotum permiseris ad quodlibet opus peragendum, quando ipsa venerabilia loca ædificaveris. Sed & hoc omnino interdicimus, ut nullus episcoporum præsumat presbyterum aut diaconem, vel reliquos ordines ecclesiasticos in præfatis monasteriis ordinare, vel missas eisdem celebrare, nisi ille, qui ab abbate, quempiam fortitan sacerdotum permiseris ad quodlibet opus peragendum, quando ipsa venerabilia loca ædificaveris. Sed & hoc omnino interdicimus, ut nullus episcoporum præsumat presbyterum aut diaconem, vel reliquos ordines ecclesiasticos in præfatis monasteriis ordinare, vel missas eisdem celebrare, nisi ille, qui ab abbate, in tempore existente fuerit invitatus. Episcopum illum, qui hujusmodi consecrationem facere ordinis in ipsis cœnobiis consentiret, nullo modo alius episcopus, aut ecclesiæ episcopus pro eadem causa condemnare audeat. Sed & fabulas & christma similitcr conferandi vobis licentiam tribuimus. Et hoc B. Petri principis apostolorum auctoritate promulgantes sancimus, ut nullo modo conclium episcoporum & laicorum absque voluntate excellentissimi filii nostri Pippini regis, vel tuæ dilectionis, Deo amabilis vir, te audeat quoquo modo episcopum consecrare.

Et omnes causas tuas vel cœnobii tui, per tedium sacrastiffimum apostolicum reclamare licentiam habeas, & proprietate tua in omnibus fruaris, dum rationes deducere malueris, una cum missis Francorum, ad sedem apostolicam; & interim nullus te condemner: potius autem, sicut vere sacratissimus sedis apostolicæ proprius familiaris ab omnibus optimi vigoris honorem percipias, ipsaque venerabilia ædificata a te monasteria, sub ditione sacratissimæ sedis beati Petri apostolorum principis confirmata, protectione apostolica in omnibus ut tuentur promulgamus: qualiter profecto juxta id quod stabilita apostolicis privilegiis constitunt, inconcusse dotanda permaneant.

Constituentes per hujus decreti nostri paginam, atque interdicentes omnibus cujuslibet ecclesiæ præsulibus, vel cujuscumque dignitatis præditis potestate, sub anathematis interpositione qui eis præsumpserit præsentis constituti, a nobis præfatis monasteriis induti, quolibet modo existere temeratores.

Tuas autem & tuorum monasteriorum causas, tu, atque tui successores per tempora, quæ ventura sunt, ad nostram & apostolicam audientiam reportare & reclamare per nostram præceptionem licentiam habeas, & cum veneris ad nos, vel legatos tuos miseris, nullus interea te vel illos videlicet tuos successores condemnare valeat, vel res tuas quoquo modo invadere præsumat.

Si quis autem rex, vel episcopus, vel aliquis de potestibus hujus sæculi, contra istam nostram auctoritatem facere voluerit, & de nostra apostolica auctoritate aliquod fraudare tempaverit, habeatur ficut sacrilegus, nec habeat partem neque societatem in regno Christi & Dei, sed sit anathema Maranatha in perpetuum.

Qui autem nostram hanc & apostolicam auctoritatem confervaverint, benedictione cœlesti repleantur a Domino Jesu Christo in sæcula sæculorum.

Be-

etiam idem, & habere vobis episcopum, per singulare privilegium, concedimus, qui de vobis ab abbate, vel a fratribus in monasterio vestro electus, & a fratribus nostris episcopis de illa regione consecratus, illa vestra monasteria a vobis ædificata providerat, & vice nostri nominis ubi & ubi fuerint, regat, & prædicationi tam in ipso vestro monasterio, quam in sibi subjacentibus deserviat.

Ut autem alicujus ecclesiæ episcopus vel sacerdos illa monasteria a vobis ædificata aliquo cupiditatis vinculo deceptus invadat, & illi episcopo, quem tu vel successores tui elegerint & ordinare fecerint, per invidiam: aut per quamlibet occasionem aliquam contradictionem inferat, prohibemus; sed sint reliqua vestra monasteria sub apostolica ditione, sicut & ipse sanctus locus constitutus est, ad quem ipsa omnia prædicta monasteria pertinere videntur. Hoc autem Christi Dei & Domini nostri, & beati Petri apostolorum principis, & nostra auctoritate promulgantes sancimus, ut ista, quæ dictavimus, itaroborata permaneant, & nemo episcoporum de quacumque Ecclesia presbyterum, vel diaconum ordinare, vel aliquod ecclesiasticum ministerium celebrare, vel concilium convocare, in prædictis monasteriis audeat, nisi ille, quem abbas illo in tempore existens, ad hæc officia peragenda invitaverit.

(*) f. debuit.

(a) Lege *pedules*, quorum usum ante mille annos abbatibus concessum cum baculo fuisse docet nos Theodorus Cantuarius fi archiepiscopus in collectione canonum, ubi agit de ordinatione abbatis per episcopum; qui *sit si baculum, & pedules*. De his alias fusius. MURATOR.

(b) Et tamen corpus S. Sylvestri, forsan ejus partem Romani contendunt apud se adservari in ecclesia SS. Sylvestri. & Martini de montibus. MURATOR.

Bene valete, IV. Kalendas martias, imperante Domno piissimo Constantino a Deo coronato magno imperatore, an. XXXVIII. post ejus Consulatum anno XVIII. sed Leone majore imperatore ejus filio, anno IV. indictione X.

Bene valete. Datum IIII. Kal. martias, imperante domno piissimo Augusto Constantino a Deo coronato magno imperatore, anno decimo octavo imperii ejus, sed & Leone majore imperatore ejus filio, anno quarto, indictione decima.

ROMANUM CONCILIUM DUBIUM

In quo Nonantulani Monasterii Abbati Anselmo jura quædam concedantur, largiente Stephano II. Pontifice

Anno 753.

COLLECTORIS PRÆMONITIO.

ROmani concilii sub Stephano II. nomen quidem non latuit Venetum Labbei editorem, sed acta ejus omnia penitus ignoravit; quare non injuria mihi duxerim affirmandum in meis ad Pagium adnotationibus concilium hoc in collectionibus adhuc deperditum. Id enim quamvis de nomine concilii falsum est; veriffime tamen de actis ejus affertum. Ne igitur ultra ea queratur eruditi, hic illa supplemus accepta ex opuscolo de fundatione Monasterii Nonantulani in agro Mutinensi vulgato a Muratorio Tom. I. part. 2. rer. Italic.

Stephanus servus servorum Dei omnibus venerabilibus fratribus, & corepiscopis, cunctisque religiosis christianis Deo desiderantibus regnum Italiæ, & patriarchatus Romano.

REsidentibus nobiscum plurimis episcopis ad beatorum Petri & Pauli Apostolorum principum limina, synodale commanente concilio, venit Flavius Aistulfus, vir excellentissimus, rex Italici regni, ad prædictorum Apostolorum vestigia; inter cætera, quæ conveniebant, dona beati Petri Apostoli ecclesiæ, obtulit præceptum unum, in quo continebatur, quod ob reverentiam domini Salvatoris, atque beatæ semper Virginis Mariæ, omniumque sanctorum Apostolorum, constituisset monasterium in territorio Mutinensi, loco nuncupato Nonantula, ipsumque præceptum concessisset viro venerabili nomine Anselmo abbati: & eundem virum Anselmum cum sociis habuerit, obtulit illum pariter, & præceptum supra facratiffimum corpus Sancti Petri Apostoli, sicque dotavit (*) prædictum monasterium Sanctæ Sedis Romanæ, quam Deo auctore regere cernimur. Perlit præfatus Rex noftram munificentiam, ut corpus sanctiffimi papæ Sylvestri cum aliis Sanctorum pignoribus eidem Anselmo abbati ad prædictum venerabile monasterium deferre concederemus, & per benedictionem proprina nostris manibus concederemus ipsum abbatem, & cucula induemus secundum regulam S. Benedicti; ejus nuanibus traderemus simul & baculum pastoralem, & pedales (a) secundum ordinem: Cujus sanctiffimam petitionem hilari vultu, quam petebat, concessimus. Et quoniam nobiscum aderat sanctissimus confrater noster Sergius sanctæ Ravennatensis ecclesiæ episcopus, commendavimus ipsum venerabilem abbatem & ejus monasterium sub tuo regimine nostra vice gubernandum omni tempore, ut nunquam si ab abbate monasterii fuerit invitatus: & si el, vel suis successoribus aliqua adversa contigiffent a quocumque præsule maxime ab episcopo Mutinensis ecclesiæ, in cujus parrochia constat esse constructum sub sancta Ravvenatensi ecclesia habueret refugium propter terrarum longitudinem, qua distat a sede. Præcipimus ei, etiam ut præditum sanctum corpus (b) S. Sylvestri, & alias Sanctorum reliquias per se ipsum ad jam dictum cœnobium deferat, & recondat, aliquæque simul, & aeclesiam noftra apostolica authoritate confecrarer. Robur etiam noftræ S. Romanæ ecclesiæ eidem sancto loco per apostolicum privilegium contulimus, veluti sanctiffimus papa Gregorius pluribus ecclesiis protulit. Et jussimus huic opuscolo subterscribi.

Stephanus servus servorum Dei S. R. E. apostolicus Anselmo religioso abbati venerabilet monasterii S. Sylvestri siti Nonantula, territorio Mutinensi, & per te in eodem venerabili monasterio in perpetuum.

QUecumque ad laudem redemptoris domini noftri Dei, & Salvatoris pertinere noscuntur, & ad stabilitatem venerabilium locorum respicitur, cum magno solicitudinis studio nos convenit apostolica & rationali cenfura procurare; quatenus ex hoc ages eidem propitiatori noftro domino Deo efficacius perfolvi possint cardinum (*) laudes; & nobis, qui licet immeriti, Divina tamen gratia proveniente, pastoralis regiminis curam gerimus, optima in fydereis arcibus remunerationis præmia adscribantur. Igitur quia

(*) f. carminum.

ANNO CHRISTI 755.

quia conſtat religioſitatem tuam nobis deſignaſſe præceptum D. piiſſimi regis Aiſtulfi de præfato monaſterio, & omnibus ei pertinentibus locis, ac poſſeſſionibus, atque petitiſſis, ut per noſtri apoſtolici privilegii paginam reconfirmaremus. Unde nos precibus veſtris inclinati hac hora præſenti XIV. (*lege VI.*) indictione in perpetuum ſupradictam monaſterium ſucceſſorum tuorum abbatum ditione, & poteſtate cum omnibus ſibi pertinentibus confirmantes, & irrefragabili jure decernimus permanenda, ut eſt monaſterium S. Sylveſtri, quod & Nonantula in territorio Mutinenſe. Quapropter autho-
ritate B. Petri Apoſtoli, cui a domino Deo noſtro corforum regni claves traditæ ſunt, & poteſtas ligandi, & ſolvendi cuilo rertaque conceſſa eſt, præſegantes decernimus, & firma ſtabilitate cenſura ſtatuimus, ut ipſum venerabile monaſterium cum omnibus locis, mantis, fundis, & caſalibus, dominis, atque familiis, cuvis originalibus ſimulque rebus, & poſſeſſionibus, & frugibus, & decimationibus, nec non aquis, nobilis, olivetis, vel quodquid in quibuscunque locis habere, vel tenere videtur, vel in quid in poteſtate legaliter donatum, vel largitum fuerit, aut quolibet modo juſte evenire, tenere, & poſſidere ſine qualibet controverſia perpetuis temporibus valeat, & malli unquam liceat regum, epiſcoporum, ducum, vel aſtorum parvæ, vel magnæ perſonæ in prædicto venerabili monaſterio, vel in eis, quæ eidem pertinere noſcuntur, quocunque modo incumbere, atque invaſionem facere, nec quiſpiam ſacerdotum ibidem præſumat accedere, vel miſſarum ſolemnia celebrare, & neque epiſcopus, neque alius vel comes, aut quelibet magna parvaque perſona in præfato monaſterio vel in ejus cellis, aut eccleſiis manſiones facere, aut expectas expetere, aut aliquod per paſcuitatem ſervitium, præter pertigenas & inſtitas, & neque colloquium qualecunque, aut placitum in ipſo monaſterio, aut in ejus prænominatis cellis tenere quis audeat, niſi ab abbate fuerit invitatus: quatenus hoc, quod D ad laudem Dei, & ſtabiliratem prædicti monaſterii ſtatuimus, firma ſtabilitate permaneat, interdicentes omnino epiſcopo, in cujus parochia eſt videtur ſupradictum monaſterium conſtitutum, ut nihil contra tenorem præſentis decreti pia poſſulatione indulti quidquam arrentet, neque ullo modo ejus baptiſmales eccleſias ſibi vindicet, neque ipſe, ſuique ſucceſſores præſumant prohibire contingere; ſed neque miſſarum ſolemnia ibidem perficere præſumat, niſi ab abbate ſupraſcripti monaſterii fuerit invitatus: neque ordinationem faceredorum quilibet epiſcoporum in præfato monaſterio, vel ejus jure, aut ſuo clero agere audeat, niſi, ut præfatum eſt, ab abbate fuerit invitatus: chriſmaque, vel quidquid ad ſacramyſteria pertinet, ſi a parte monaſterii fuerit poſtulatum, a quibuscunque præveluerit præſulibus, concedimus tribuendum. Sed neque decimas unquam dare concedimus, niſi eccleſiis ſupradicti venerabilis monaſterii ad noſtram diceſim pertinentibus. Sed & abe ſtatuimus, & inviolabili ſanctione apoſtolica authoritate ſtimamus, ut nullus aliquando in prædicto monaſterio de aliis monaſteriis, ſeu quibuſcumque eccleſiis, atque locis abbas eſſe præſumat, neque a quacumque poteſtate eis introducta: Sed cum divina vocatione abbas præfati monaſterii pertinxerit, & reſolutionis tempus adveneric, de propria ſemper congregatione eligatur abbas, qui ab omnium monachorum conſenſu in eis conſtituatur ad ſervitium, & ſolerriſſimam gubernationem eorum pro Dei amore morantium monaſtico ordine militantium; nihilominus hujus noſtri pontificis interdictione inhibemus præfatum monaſterium, vel confirmationem de prædicti monaſterii rebus, vel de prænominata Abbatia quoquo ingenio contra hoc noſtrum præceptum petere. Si qua vero ſcriptura vel petitio impetrata fuerit, vel in reliquo apparuerit, has irritat eſſe, vacuaſque omni robore jubemus. Si quis præterea, quod non credimus, præſumpſerit hoc noſtrum apoſtolicum privilegii conſtitutum in aliquo tranſgredi, aut convenerre, reiat, ſe authoritate BB. Petri & Pauli Apoſtolorum Principum, & eccevrit ✠ eni Patrum anathematis vinculis eſſe innodatum, anat, & cum diabolo, & ejus atrociſſimis pompis, atque cum Juda traditore domini noſtri Jeſu Chriſti æterni incendii ſuppliciо concrenandum deputarum, & a regno Dei penitus ſegregatum. Porro qui obſervator, & cuſtos exiterit benedictionis gratiam a miſericordiſſimo domino Deo noſtro, & vitam perpetuam conſequatur.

Scriptum per manum Sergii S. R. E. Scriniarii indictione VI. menſe Januario. Data idibus Januarii per manum Anaſtaſii I. epiſcopi Diecoanorum S. ſedis apoſtolicæ anno Deo propitio Pontificatus D. Stephani ſummi pontifici, & univerſalis papæ in ſacratiſſima ſede B. Petri Apoſtoli primo. Bene valete.

JOANNIS DOMINICI MANSI

In hos literas Stephani II. papæ

CENSURA.

Literas hasce Stephani totumque item ſub illo concilium *ſuſpectum* mihi eſſecit inſolens & a moribus ætatis illius plane abhorrens *illarum* literarum præſcriptio. Quis enim unquam ex ſincera ætatis ejus documentis audivit illud: *Deſcrivientibus in regno Italico, & patriarchatu Romano?* Nunquam etiam in genuinis Stephani epiſtolis anni pontificatus ejus adſcribuntur; quin potius anno Graccorum imperatorum vel etiam interdum Regum Longobardorum epiſtolas conſignare mos erat. Vix etiam credercitur Aiſtulphus, qui per hot annos inviſum habebat pontificem Romanoſque, tanus fuiſſe religionis erga S. Petrum ut Romam inviſerit, & obſervantem ſe adeo erga Pontificem præbuerit. Hæc ſunt, & ut alia ſilcum, quæ concilium hoc inter ſuſpecta rejici ſuadent.

ANNO CHRISTE 755.

MABURGENSIS ſeu HIERAPOLITANA SYNODUS EUTYCHIANORUM

Pro electione patriarchæ Antiocheni celebranda

Anno Græcorum 1066. Chriſti 755. celebrata.

DEfunto Joanne patriarcha, Abdallas Meſopotamiæ præfectus, qui poſtea rex Arabum, & Perſarum fuit, eligi in patriarcham curavit monachum quemdam, Iſaac nomine, qui Edeſſæ ceſſam ibi conſtruerat, ubi chymicæ arti ſtudebat; ſed paulo poſt ab eodem Abdalla interemptus eſt.

Iſaaco ſubrogatus Athanaſius Sandalenſis patris ſui diebus, juſſu ejuſdem Abdallæ, interiit: eique ſucceſſit Georgius ex monaſterio *Cauſeæ* electus in ſynodo Maburgenſi in eccleſia S. Thomæ extra urbem poſita. Ei autem Synodo interfuere Joannes epiſcopus Callinici, Timotheus Edeſſæ, David Dareæ, Aba Amidæ, Serguna Mardæ, Stephanus Chalybæ, Conſtantinus Samoſatæ, Cyriacus Tur-Abdini, Dionyſius Harani, Elias Sigar, Paulus Tagrit, Zacheus Charmæ, Jonas Be-Nuhadræ (quæ & *Nuarda*, *Nerdæ*, & *Neardea* dicitur) aliique ex Syria bene multi. Quum verò abſenti Georgio ſuffragium ſcripta manu deciſſent, & conſecrationis munus ipſi jam collaturi eſſent, Joannis cujuſdam monachi impulſu ſchiſma inter eos ortum eſt. Nam qui ex inſula Meſoporamena erant, ac præſertim Cæſarienſes & Athanaſiani, antequam Georgius ordinaretur, ſeſe ſubduxere, factoque conventu Joannem Callinici epiſcopum, qui primus omnium Georgio ſuffragium dederat, in patriarcham conſtituunt. Et occidentales quidem omnes atque Moſulani Georgio parebant; orientales verò Joannem ſequebantur.

SYNODUS IN SARUG JACOBITARUM

Qua ſebiſma ſublatum eſt,

Anno Græcorum 1076. Chriſti 755. celebrata.

Ex Dionyſio Patriarcha apud Aſſem. Bibl. orient. to. II. pag. 122.

IAm inde ab an. 755. ortum ſchiſma Monophyſitarum eccleſiam affligebat; qua de cauſa duo conſtituti patriarchæ, alii quidem, nempe qui e Meſopotamia erant, cum Cartaminenſibus & Athanaſianis Joanni patriarchæ parebant; occidentales verò cum Moſulanis Georgio a ſe electo in concilio Maburgenſi obſequebantur. Eam tandem diſſenſionem ſuſtulit ſynodus epiſcoporum Moſulenſium in Sarug collecta poſt obitum Joannis epiſcopi Callinici, quem Gezirei in patriarcham ſibi elegerant. In ea ſynodo omnes Georgio patriarchæ conſenſere: decreverunt propterea epiſcopali honore amovendos eſſe quotquot Joannes ordinaverat. Præſuit huic ſynodo Georgius patriarcha, præſentibus David epiſcopo Dareæ, Aba epiſcopo Amidæ, Serguna Mardæ, & Conſtantino Samoſatæ.

ANNO CHRISTI 750. 751.

AD VERNENSE CONCILIUM

Anni 755.

ADNOTATIO CHRONOLOGICA.

Ex Anno 755. ad ann. 756.

VErnense concilium sequenti anno 756. celebratum fuisse colligo ex die, qua primum ejus synodi patres convenerunt, subscripto præfationi ejusdem concilii. Cum enim die dominica patres in synodum primo coire ex veteri disciplina consuevissent, ut passim per totam criticam suam Pagius animadvertit, annus ille concilio adscribendus quo dies Indicti concilii in dominicam, vel in feriam secundam cadebat. His constitutis, dies V. Idus julii non quidem anno 755. quo cum feria sexta componebatur, sed anno 756. in dominicam incidit, cui proinde anno concilium Vernense illigandum est. Tunc quidem, fateor, annus quintus Pippini juxta Pagii supputationem, non quartus, ut præfertur in data concilii, currebat. Sed error facile in nota numerali irrepere potuit. Forte etiam Pippinus regnum inivit anno quidem 752. ut egregie Pagius defendit, sed aliquandiu post mensem martium, imno & post V. Id. julii ejusdem anni. Licet enim initio illi sic stabilito reppulerit diploma Goldastianum a Pagio ad A. 752. 3. produdum, quo ante V. Id. mjas regnum illud capisse Pagius probat; cum ante illud pugnet cum altero Goldastiano diplomate a Mabilonio producto, & Pagio ad A. 752. 6. memorato, quod regnum illud ne in decembri quidem anni 752. cœptum præfert; hinc nihil ex eo certi adstrui potest. Hæc igitur concilii epocha ut genuina admitti potest, & ex ea non incpte Pippinani regni epocha... ante diem XI. julii retrahereturi.

B

AD CONCILIUM LIPTINENSE II.

Anno 756.

ADNOTATIO CRITICA.

COncilia Liptinensia duo Labbeus distinxit, quorum alterum anno 743. aliud verò anno 756. assignandum opinatur. Id verò eruisse sibi visus est ex epistola synodica patrum concilii Carisiaci, in qua synodi cujusdam Leptinensis sub Pippino rege mentio ingeritur. Constat autem tyrnodum Liptinensem primam anni 745. longe ante convenisse quam Pippinus regnasset. Quamquam, ait idem Labbeus, Patres illi Carisiaci secundam hanc Liptinensem synodum cum priori illa in eo confuderunt, quod huic, sub Pippino rege habitæ, præsuisse S. Bonifacium, Moguntinum (qui reipsa priori Liptinensi præfuit) fecibant. Sed inanc esse discrimen hoc concilionum Pagius in critica ad A. 745. 12. 13. demonstravit. Æque fane errare potuerunt patres illi in eo concilio sub Pippino rege constituendo; quemadmodum erraste duo concilia in unum ex Labbei sententia confundendo. Ad hæc, ea quæ in concilio Liptinensi sub Pippino desnita esse Patres Carisiaci adnotarunt, de decimis scilicet & duodecim denariis in singulas familias pendendis ecclesiæ, hæc in priori concilio anni 745. sub Carlomanno definita ex epistola IX. S. Zachariæ ad S. Bonifacium dicimus. Igitur concilium Liptinense e collectionibus posthac eliminandum est.

C

D

AD COMPENDIENSIA CONCILIA duo

ADNOTATIO CRITICA.

Anno 756. & 757.

COmpendiensia concilia duo per hos annos Labbeus adnotavit, quorum alterum statuit anno 756. cujus etiam canones XVIII. dedit; aliud verò anno 758. vel potius 757. in quo Tassilo pro recepto a Pippino Bavariæ principatu fidem illi suam obstrinxit. Priori illi concilio quod anno 756. affingandum arbitratur privilegium Chrodegangi archiepiscopi Metensis, quod episcopi in synodo Compendiensi *congregato anno ab incarnatione Domini DCCLVI. ind. IX. anno VI. Pippini gloriosi regis sub die X. Kal. Julii*, subscriptionibus suis, quæ extant, munierunt. Cum verò inter scriptorum nomina, nec Georgius Romanus episcopus, nec Joannes Sacellarius A. S. occurrant, quos concilio Compendiensi, cujus canones extant, interfuisse ex ipsis canonibus planum est; hinc facile deducimus privilegium illud Metense anni 756. in alio concilio, quam in eo quod anno illi Labbeus affignat, latum fuisse. Rebus ita constitutis ita definiendum est. Anno 756. habitum est concilium Compendiense, è quo privilegium Metense prodiit. Anno sequenti 757. affignandus est conventus, seu concilium Compendiense, in quo Tassilo dux Bojariorum Pippino regi juravit. Eodemque pariter in concilio sanciti sunt canones illi, quos sub nomine concilii Compendiensis Sirmondus primum, dein Labbeus exhibuit. Ad hos vero canones additamentum factuo canones illos quos Compendiensi concilio Burchardus & Gratianus affignant.

AD

ANNO CHRISTI 757.

AD COMPENDIENSE CONCILIUM

CANONES ADDITI.

Ex Decreto Graziani, Decretalibus, & Burchardo.

Ca. 60. 2. 9. 2. Hæc additio est in Burchar. lib. IV. cap. 48. XVI. q. 1. 74. 3. XXXIII. q. 1. (*) Deest *femina* in MS. codice meo.

SI presbyter ordinatus deprehenderit se non esse baptizatum, baptizetur, & ordinetur iterum, *& omnes quos prius baptizavit.*

Ecclesiæ antiquitus constituta nec decimis nec ulla possessione priventur, itaut novis oratoriis tribuantur.

Si quis accepit uxorem & habuit eam aliquo tempore, & ipsa femina (*) dicit quod nunquam coisset cum ea, & ille vir dicit, quod sic fecit; in veritate viri consistat: quia vir caput est mulieris.

Omnes dies dominicos a vespera in vesperam cum omni veneratione præcipimus observari, & ab omni illicito operc abstinere, ut in eis mercatum minime fiat, neque placitum; neque aliquis ad mortem vel ad poenam judicetur, nec sacramenta (nisi pro pace vel alia necessitate) præstentur.

tit. de Feriis cap. Omnes.

C

Ex Compendiensi cap. III.
Burch. lib. VIII. cap. 72.

De juris Deo dicatis & ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi nulla legitur laicis, quamvis religiosis, unquam attributa facultas.

Ex Compendiensi Cap. III.
Burch. lib. IV. cap. 6.

Ut extra statuta canonum, ideft pascha, & Pentecosten baptisma non celebretur, quia sancti canones hoc modis omnibus, nisi aliquod periculum insti. terit, fieri prohibent. In tantum, ut etiam eos, qui alio tempore baptizantur, a gradibus ecclesiasticis abstineant, nec ad clerum admittantur.

Parisienses an. 829. ca. 8.

Ex Compendiensi Cap. X.
Burch. lib. VIII. cap. 72.

Synodali decreto sancitum est, ne laici, vel sæculares de juris Dei dicatis ecclesiæ, quæ facultatibus aliquid ad fe, putent vel præsumant propter reverentiam pertinere, quarum quarumcumque facerdotibus dispondi indiscussæ a Deo cura commissa docetur.

Ex Compendiensi
Burch. lib. XI. cap. 12.

Placuit etiam pro communi utilitate, & instanti, necessitate, ut nullus episcoporum graviter ferat si ejus parocchianum pro depradationis causa alter episcopus ex communicaverit.

SYNODUS ROMANA II.

A Stephano II. pontifice habita in causa Sergii archiepiscopi Ravennatis circa annum 757.

Anno 757.

Oncilii hujus hiſtoriam ita narrat Agnellus Ravennatensis, author ſubſimus Ravennatenſium additus in libro Pontificali ejus epiſcopi Sergii cap. III. Cum Paulus (lege Stephanus *ut ex tota narratione ſeve liquet*) Papa Romanus iter per Franciam pergens, non ex obvius fuit (*Sergius*) & reverſus (*Pontifex*) Sergium archiepiscopum vexare cœpit. Ille autem fiduciam habens in rege, (*Aiſtulpho Longobardorum rege*) ut adminiculum ei præberet, & fefellit illum, & deduxit eum Romam a ſuis civibus, & fefellit illum. Et congregatis episcopis, jubente Papa, voluerunt illum honore privare, & de gradu pontificatus. *Conciliar. Supplem.* Tom. I.

Concilii hujus hiſtoriam ita narrat Agnellus Ravennatenſis, author ſubſimus Ravennatenſium additus in libro Pontificali ejus epiſcopi Sergii cap. III. Cum Paulus (lege Stephanus ut ex tota narratione ſeve liquet) Papa Romanus iter per Franciam pergens, non ex obvius fuit (Sergius) & reverſus (Pontifex) Sergium archiepiscopum vexare cœpit. Ille autem fiduciam habens in rege, (Aiſtulpho Longobardorum rege) ut adminiculum ei præberet, & fefellit illum, & deduxit eum Romam a ſuis civibus, & fefellit illum. Et congregatis episcopis, jubente Papa, voluerunt illum honore privare, & de gradu pontificatus. Conciliar. Supplem. Tom. I.

E

li projicere. Apoſtolicus talem contra eum proferebat ſententiam: *Neophitus eſt* (neque ex laico epiſcopus, ut ex Anaſtaſio in vita Stephani III. diximus) *non ex ovile* (i. e. ex clero) *fuſti, nec ſecundum canones in Ravennenſi eccleſia voluiſti, ſed ſubito invaſiſti catheddram, quaſi latro; & facerdotes tuos, qui digne de his eccleſiæ perfrui, repulliſti, & per ſæculariſum favorem, potenter tamen, ſedem obtinuiſti.* Ad hæc Ravennæ pontifex ajebat: *& non mea præſumptione, ſed elegerunt me clerus, & plebs univerſa. Interrogaſſe per ordinem canonico more, & de me omnia quæ patefacta ſunt, & quomodo laicus fui & ſpontam habui, & ad clericatum*

perveni, & cognitum vobis factum est, & dixistis, nullum obstaculum mibi esse potest. Postquam talia de me sensisti, cur me consecrasti? Diversas autem sententias inter se episcopi ferebant. Dicebant enim omnes: *quomodo possumus cum simus discipuli magistrum judicare?* (e Ravennatensi enim provincia episcopos Stephanus acciverat). Hæc audiens Papa in furore versus, asseruit se die crastino manibus suis orarium è collo ejus evelleret. *Narrat dein Agnellus Sergium bis pressum angustiis in preces ad Deum conversum* impetrasse, ut nocte illa Paulus (lege Stephanus) repente occumberet; qua de re mane alterius diei a Stephano (lege Paulo) urbis Romæ diacono germano prædicti Papæ, *certior factus est. Accessit ad gaudii cumulum ipsius Pauli ad pontificatum assumptio* : in ipsa die *peracta, ait Agnellus, cujus novi pontificis beneficio e carcere ereptus, ac pristinæ dignitati Sergius restitutus est. An vera sint omnia quæ Agnellus hic tradit, ambigere me plurimum fateor, multaque ad genium illius, quod author iste fovebat, in pontifices Romanos odii conficta esse non dubito. Quæ verò ait de synodo cur suspecta esse possint nihil succurrit. Hoc verò concilium aliud plane esse oportet ab eo quod Stephanus ante suam in Gallias profectionem ineunte anno 753. celebravit, legiturque in editione Veneto-Labbeana tom. VIII. pag. 410. Quanquam enim in illo Sergius pariter adfuit, sedit tamen inter patres, non verò stetit ut reus, nullamque tunc iram pontificis incurrit, cum ejusdem synodi occasione bullæ quædam Pontificis ab Ughellio in Mutinensibus recitatæ, ad illum directæ fuerint. In hoc verò posteriori concilio alia plane rerum Sergii constitutio fuit, cum reus adesset, non judex; & damnatus, non absolutus & amicus discessit. Ad hæc, tempus utriusque concilii minime congruit; nam postremum hoc post reditum Stephani e Gallia, & sub extremum vitæ ejus tempus, adeoque anno 757. quo obiit, celebratum fuisse ex Agnello discimus.*

AD EPISTOLAS STEPHANI PAPÆ II.

ADDITAMENTUM ALTERUM.

COLLECTORIS ADMONITIO.

Epistolas Stephani papæ Labbeus septem dedit, quibus & alias nonnullas hinc inde acceptas adjecit. Inter eas verò omnes illæ continentur, quæ in codice Carolino a Gretsero vulgatæ sunt; sed ex ejus codicis collatione constat, epistolam, quæ inter Labbeanas ordine quarta est, confusam esse ab amanuensi cum geminis illis quæ in codice Carolino ordine VI. & VII. exhibentur, ut ex duabus genuinis unam reddiderit, male ex utraque consertam. Oscitantiæ hujus causa inde nata, quod Stephanus plura repetit in secunda, quæ eisdem verbis in priori expresserat. Juvat ergo utramque sinceram hic dare ex codice Carolino juxta lectionem Muratorii Rer. Ital. tom. III. par. II. pag. 96.

EPISTOLA STEPHANI II. AD DOMINUM REGEM PIPPINUM, ET CAROLUM, VEL CARLOMANNUM,

Seu omni generalitati in nomine ipsius Papæ comprehensa, pro desolatione & devastatione sanctæ Dei ecclesiæ & Urbis Romanæ, per Georgium episcopum & Vuarnebarium abbatem, & Thomaricum comitem, missos ipsius Apostolici directa, postulando,

Nimiis cum adjurationibus, adjutorium contra Langobardos.

Dominis excellentissimis Pippino, Carolo, & Carlomanno tribus regibus, & nostris Romanorum patriciis; seu omnibus episcopis, abbatibus, presbyteris, & monachis, seu gloriosis ducibus, comitibus, vel cuncto exercitui regni & provinciæ Francorum, Stephanus papa, & omnes episcopi, presbyteri, diacones, seu duces, carthularii, comites, tribuni, & universus populus, & exercitus Romanorum, omnes in afflictione positi.

Quanta luctuosa & amarissima tristitia circumvallati, quantaque anxietate atque angustia coartati simus, & quantas, crebescentibus continuis malis, oculi nostri destillantes profundant lacrymas, credimus, quod & ipsa omnium elementorum figmenta enarrent. Quis enim harum tribulationum conspector non lugeat? quis auditor harum nobis inhærentium calamitatum non ululet? Quamobrem cujusdam bonæ mulieris, Susannæ pudicæ verba loquimur: *Angustiæ nobis undique, & quid agamus, ignoramus.* (a) O Christianissimi, ecce venerunt nobis dies angustiæ, præsto sunt dies fletus & amaritudinis: quoniam quod timebamus, a Langobardis evenit. Pro quo angustiati, afflicti, & ex omni circumquaque parte circumdati ab eorum nequissimo Haistulfo rege, & gente, cum Propheta, Dominum deprecantes, dicimus: *Adjuva nos Deus salutaris noster, & propter honorem nominis tui libera nos &c.* (b) Et rursum: *Apprehende arma & scutum, & exurge in adjutorium nostrum* (c). Ecce enim cognitum habetis, quomodo pacis fœdera a præfato impio Haistulfo rege, & omni gente dissipata sunt, & qualiter nihil juxta, ut constituit, & per vin-

(a) Dan. XIII.
(b) Ps. XXVII.
(c) Ps. XXXIV.

vinculum sacramenti confirmatum est, valuimus impetrare; & jam in ipsis Januarii Kalendis cunctus ejusdem Langobardorum exercitus Tusciæ partibus, in hanc civitatem Romanam conjunxerunt, & resederunt juxta portam Beati Petri, atque Beati Pancratii & Portuensem. Ipse verò Haistulfus cum aliis exercitibus conjunxit ex alia parte, & sua fixit tentoria juxta portam Salariam, & cæteras portas, & sæpius nobis direxit: *Aperite mibi portam Salariam, & ingrediar civitatem: & tradite mibi pontificem vestrum, & patientiam ago in vobis. Si minus, ne muros evertens, uno vos gladio interficiam, & videam quis vos eruere possit de manibus meis.*

Sed & Beneventani omnes generaliter in hanc Romanam Urbem conjungentes, resederunt juxta portam Beati Joannis & Beati Pauli apostoli, & cæteras istius Romanæ Urbis portas, & omnia extra Urbem prædia longe lateque ferro & igne consumserunt, domos omnes comburentes pene ad fundamenta destruxerunt, ecclesias Dei incenderunt, & sacratissimas sanctorum imagines in ignem projicientes suis gladiis consumserunt; & munera sancta, idest, corpus Domini nostri Jesu Christi, in suis contaminatis vasibus, quos folles vocant, miserunt. Et cibo carnium copioso saturati, comedebant eadem munera. Velamina altarium ecclesiarum Dei, vel omnia ornamenta, quod nimis crudele etiam dici est, auferentes in propriis utilitatibus usi sunt. Servos Dei monachos, qui pro officio divino in monasteriis morabantur plagis maximis tundentes, plures laniaverunt, & sanctimoniales fœminas, atque reclusas, quæ ab infantia & pubertatis tempore pro Dei amore sese clausuræ tradiderunt, abstrahentes, cum magna crudelitate polluerunt. Qui etiam & in ipsa contaminatione alias interficere visi sunt, & omnes domos cultas Beati Petri igni combusserunt; vel omnium Romanorum, ut dictum est, domos comburentes extra urbem funditus destruxerunt, & omnia peculia abstulerunt, & vineas fere ad radices absciderunt, & messes conterentes, omnino devorarunt. Et neque domui sanctæ, nostræ ecclesiæ, neque cuiquam in hac Romana Urbe commoranti spes remansit vivendi: quia, ut dictum est, omnia ferro & igne consumserunt, & multos homines interfecerunt. Sed & copiosam familiam Beati Petri, & omnium Romanorum, tam viros quamque mulieres jugulaverunt, & alios plures captivos duxerunt. Nam & innocentes infantulos a mammillis matrum suarum separantes, ipsasque vi polluentes, interemerunt ipsi Langobardi. Et tanta mala in hac Romana provincia fecerunt, quanta certe nec paganæ gentes aliquando perpetratæ sunt. Quia etiam (si dici potest) & ipsi lapides, nostras desolationes videntes, ululant nobiscum. Quinquaginta & quinque dies hanc afflictam Romanam civitatem obsidentes, & ex omni parte circumdantes, prælia fortissima die noctuque cum pessimo furore incessanter cum diversis machinis & adinventionibus plurimis contra nos ad muros istius Romanæ Urbis commiserunt; ut suæ potestati, quod avertat Divinitas, subjiciens, omnes uno gladio idem inimicus Haistulfus interimeret. Ita enim cum magno furore exprobrantes nos asserebant. *Ecce circumdati estis a nobis. Veniant nunc Franci & eruant vos de manibus nostris.* Nam & civitatem Narniensem, quam Beato Petro concessistis, abstulerunt, & aliquas civitates nostras comprehenderunt. Quamobrem constricti vix potuimus, marino itinere, præsentes literas, & missum ad vestram Christianitatem dirigere; quas & cum magnis lacrymis scripsimus.

Unde, dilectissimi nobis, peto vos, & tanquam præsentialiter adsistens cum divinis mysteriis, conjuro coram Deo vivo & vero, & ejus principe apostolorum Beato Petro, ut sub nimia festinatione nobis subveniatis, ne pereamus. Non nos derelinquatis; sic non vos derelinquat Dominus in omnibus vestris actibus. Non nos spernatis: sic non nos spernat Dominus, ejus invocantes potentiam. Ne elongetis a nobis auxilium vestrum, Christianissimi; sic non elonget Dominus auxilium suum a nobis, dum ingressi fueritis contra inimicos vestros ad dimicandum. Adjuvate nos sub magna velocitate, dilectissimi nobis, occurrite, occurrite, & subvenite nobis, antequam gladius inimicorum ad cor nostrum pertingat. Peto vos ne pereamus. Ne quando dicant gentes, quæ in cuncto orbe terrarum sunt: *ubi est fiducia Romanorum, quam post dominum in regibus & in gente Francorum habebant?* Nos non permittatis perire, & ne differatis nobis ad solatia dandum, nec a vestro separetis auxilio. Sic non sitis alieni a regno Dei, & ne obduret Dominus aurem suam vestras ad exaudiendas preces, & ne avertat faciem suam a vobis in illo futuro examinis die, quando cum Beato Petro & ceteris suis apostolis ad judicandum sederit omnem ordinem, omnemque potestatem humanam, & seculum per ignem, dicaturque, quod avertat divinitas: *Nescio vos*, quia non auxiliati estis Dei ecclesiæ, & defendere minime procurastis ejus periclitantem peculiarem populum.

Audite nos, dilectissimi; audite nos, & subvenite nobis. Ecce adest tempus salvandi nos. Salvate nos, antequam pereamus, Christianissimi. Omnes enim gentes, quæ circumquaque sunt positæ, & ad vestram, per Dei potentiam, Francorum fortissimam gentem refugium fecerunt, salvæ factæ sunt; & si omnibus auxilium impertire non differetis, multo amplius sanctam Dei ecclesiam, & ejus populum de inimicorum impugnatione debueratis liberare. Considerate, dilectissimi, & omnino percogitate, per Deum vivum vos conjuro, quoniam post Deum vivum, & ejus principem apostolorum, nostræ omnium Romanorum animæ in vobis pendent, & si perire, quod absit, contigerit, pensate, in cujus animam respiciat ad peccatum. Certe enim omnino credite, Christianissimi, si nobis aliqua evenerit calamitas, quod absit, periclitandi, vos de omnibus ante tribunal Dei eritis redditurі rationem. Sed magis, dilectissimi no-

ANNO CHRISTI 757.

bis, agite & liberate, poſt Deum in vobis confiſi gentes, ut fruſtra bonum aſſerentes in futuri examinis die mereamini dicere: *Domine noſter, præcepiſti Apoſtolorum Beato Petro, ecce nos clementiæ tuæ cœpimus conſummatores, fidem ſervantes tibi, eccleſiam Dei a ſuperna clementia tibi commendatam de manibus perſequentium defendentes terræ nos, percipite regnum, quod nobis præparatum eſt ab origine mundi.* (a)

(a) Matt. XXV.

Quare diximus præſentem noſtrum miſſum Georgium reverendiſſimum ac ſanctiſſimum fratrem & coepiſcopum noſtrum, atque Warnecharium religioſum abbatem miſſum veſtrum, & Thomaricum comitem, examini. Præfatus vero Warnecharius pro amore Beati Petri loricam ſe induens, per muros illius aſſiſtæ Romanæ civitatis vigilabat die noctuque, & pro noſtra omnium Romanorum defenſione atque liberatione, ut bonus athleta Chriſti, decertavit totis ſuis viribus. Bene valete.

ANNO CHRISTI 757.

ſtram liberationem nimis feſtinanter procurare. Et conjuro vos per Deum vivum & verum, ut nequaquam amplius diſcredatis noſtras afflictiones, & negligentim ponatis ad liberandum nos. Ne, quod abſit, ſi amplius credere diſtuleritis, & neglexeritis nos eruendum, nobis, quod avertat Divinitas, ſtrues calamitas perveniat; & vobis pertincat ad magnum detrimentum & peccatum, atque condemnationem in præſenti & æterna vita, quia vobis animas omnium noſtrorum Romanorum traxidimus, ſed magis magiſque vos, ut præfatum eſt, conjuramus per Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, Trinitatem Individuam, ut noſtras tribulationes, & angultias, atque dolores & deſolationes credere ſine qualibet ambiguitate jubeatis, & nobis propter Deum ſubvenire, & ad liberandum nos de manibus Longobardorum inimicorum noſtrorum nimis feſtinanter occurrere jubeatis; ut fruſtum affecentes copioſum, vitam æternam, intercedente Beato Petro perfrui mereamini. Præfatus vero Warnecharius pro amore Beati Petri loricam ſe induens, per muros illius aſſiſtæ Romanæ civitatis vigilabat die noctuque, & pro noſtra omnium Romanorum defenſione atque liberatione, ut bonus athleta Chriſti, decertavit totis ſuis viribus. Bene valete.

ITEM EPISTOLA STEPHANI II. PAPÆ

Ad Dominum Pippinum regem, ſpecialiter & ſingillatim pro defenſione Sanctæ Dei eccleſiæ directa, ut in ſuperiore ejuſdem continetur epiſtola.

Adjutorium volens obtinere contra Langobardos. Per Georgium & Warnecharium ſimiliter directa.

Domno excellentiſſimo filio, & noſtro ſpirituali compatri, Pippino regi Francorum, & Patricio Romanorum, Stephanus papa.

Quanta luctuoſa, & amariſſima triſtitia circumvallati, quantaque &c. (*ut in ſuperiori epiſtola.*) O filii excellentiſſimi & Chriſtianiſſimi, utinam omnipotens rerum creator Dominus, quemadmodum priſcis temporibus Abacuc illum propheten ab angelo reſecitandum & conſolandum Danielem præcipuum propheten, abſtrufum in leonum lacu, repentino volatu adportatum ab angelo miſerat; ita & nunc, ſi dici potest, ejus miſericordiſſima longanimitas a Deo ſervatam excellentiam tuam vel unius horæ momento præſentem feciſſet ad contemplandas enormoſas luctuoſas angultias, & tribulationes, quas immaniter a Langobardorum gente & eorum nefando rege patimur. Eece venerunt nobis dies angultiæ. Pvelio ſunt dies letus & amaritudinis, dies anxietatis & gemitus doloris, quoniam quod timebamus evenit, & quod verebamur accidit. Pro quo angultiarum, atque opprelſi, & ex omni circumſtantiaque parte circumdati ab eorum nefandiſſimo Haiſtulfo rege; & eorum Langobardorum gente, profuſis lacrymis, percuſſoque pectore cum prophera Dominum deprecantes dicimus. *Adjuva nos Deus, ſalutaris noſter, & propter honorem nominis tui libera nos.* Et rurſum: *Apprehende arma & ſcutum, & exurge in adjutorium noſtrum. Domine, ſpatium accendat iras, & expugna impugnantes nos.* Etenim cæpius bonitati rua innotefcere videmur licet noſtras tribulationes, tamen & nunc luctu & gemitu referendum maiorem periculi, quæ ab eodem protervo rege paſſi ſumus, & ejus gente Langobardorum, magno cogente periculo, ſignificandum habuimus.

Jam credimus Chriſtianiſſime & excellentiſſime fili & ſpiritalis compater, omnia nobiliari tuæ eſſe cognita, quomodo pacis fœdera ab impio Haiſtulfo rege, & ejus gente diffracta ſunt, & qualiter nihil juxta ut conſtituit, & per vinculum ſacramenti confirmatum eſt, valuimus impetrare; etiam quia nullum augmentum nobis fadum eſt: potius autem poſt deſolationem totius noſtræ provinciæ, & plura homicidia ab eadem gente perpetrata, etiam, quod cum magnis lacrymis & dolore cordis dicimus, cognoſcas, excellentiſſime fili & ſpiritalis compater, in ipſis Januariarum kalend. cunctus ejuſdem Haiſtulfi Langobardorum rex exercitus e Tuſciæ partibus in hanc

ANNO CHRISTI 757.

hanc civitatem Romanam conjunxerunt & reſederunt juxta portam S. Pancratii & Portuenſem. Ipſe verò Haiſtulfus cum aliis exercitibus conjunxit ex alia parte, & ſua fixit tentoria juxta portam Salariam, & cæteras portas, & nobis directi dicens: *Aperite mihi portam Salariam, & ingredior civitatem; & tradite mihi pontifcem veſtrum, & habebo eum pro ſpatulam. Alioquin muros ſubvertam, uno vel gladio interficiam, & videam quis vos eruere poſſit e manibus meis.*

Sed & Beneventani omnes &c. Et tanta mala in hac Romana provincia fecerunt, quanta certe nec Paganæ gentes aliquando perpetrarunt; quia & dici poteſt, & A ipſi ſagibus, noſtras deſolationes videntes, ululant noſtrum. Quinquagintæ & quinque dies hanc afflictam civitatem Romanam obſidentes, & ex omni parte circumdantes, prælia fortiſſima cum peſſimo furore incefanter contra nos ad muros illius Romanæ Urbis commiſerunt, & non deficiebant impugnantes nos, ſed fœtoſiori, quod avertat Divinitas, ſubjicieris, omnes uno gladio idem iniquus Haiſtulfus interimeret. Ita enim exprobrantes nobis dicebant: *Ecce circumdati ſpiſ e nobis, & non effugietis manus noſtras. Veniant nunc Franci, & eruant vos de manibus noſtris.* Nam & civitatem Narnienſem, quam Beato Petro tua Chriſtianitas conceſſit, abſtulerunt; & aliquas civitates noſtras comprehenderunt. Quamobrem affecti vix potuimus per maximum ingenium marino itinere nuntios noſtras literas & miſſos ad tuam excellentiſſimam, Chriſtianitatem dirigere, quas & cum magnis lacrymis ſcribimus. Qui etiam probantur veritate dicimus per utramque literam, lacrymas ſanguine mixtas exprimeremus. Et utinam præſtaret nobis Dominus, ut quamhora mittenda ſanctam exhortationem legeris, in præſentia tua per omnem literam ſanguine plenæ lacrymæ fluerent.

Unde, fili excellentiſſime & ſpiritalis compater, pete te, & tanquam præſentialiter adſiſtens, provolutus terræ, & tuis vestigiis me proſternens, cum divinis myſteriis conjuro coram Deum vivo & vero, & ejus principe apoſtolorum Beato Petro, ut ſub nimia feſtinatione & maxima celeritate nobis ſubvenias, ne pereamus: quoniam poſt Dominum in tuis manibus noſtrum omnium Romanorum commiſimus animas. Non nos derelinquas, ſic non te derelinquat Dominus in omnibus tuis actibus & operibus. Non nos ſpernas, ſed non te ſpernat Dominus invocantem ejus potentiam. Ne elonges a nobis auxilium tuum, Chriſtianiſſime fili & ſpiritalis compater, ſic non elongent Dominus auxilium ſuum & protectionem a te, tuaque gente, dum ingreſſi fueritis contra inimicos veſtros ad dimicandum. Adjuva nos, & auxiliare nobis ſub magna velocitate, Chriſtianiſſime, ſic adjutorium ſumas a Deo Omnipotente, qui te uxit ſuper tuas populorum per inſtitutionem Beati Petri in regem. Occurre, occurre, fili, occurre, & ſubveni nobis, antequam gladius inimicorum ad cor noſtrum pertingat. Peto te, ne pereamus; nequando dicant gentes, quæ in cunctio orbe terrarum ſunt, *Ubi eſt Deus Romanorum, quem poſt Dominum reregibus Franciorum habebant?* Non nos patiaris perire & moreris aut differas nobis ſolatia nudum. Nec a tuo nos ſeparet auxilio, ſic non ſis alienus a regno Dei, & inſeparatus a tua dulciſſima conjuge, excellentiſſima regina & ſpiritali noſtra commatre. Non nos a tuis animabus inviſti & periclitari, atque in luctu & fletu perſeveranpermittas, bone excellentiſſime fili & ſpiritalis compater, ſic non ſuperveniat tibi luctus de tuis dulciſſimis dilectiſſimis filiis, Domno Carolo, & Carolomanno excellentiſſimis regibus & patriciis. Ne obdures autem tuam auditudinem nos, & ne avertas faciem tuam a nobis. Ne conſanuiamus in nobis petitionibus, & ne periclitemur ulque in finem. Sic non obdurent Dominus aures tuas &c.

Audi me, fili, audi me, & ſubveni nobis. Ecce adeſt tempus ſalvandi nos. Salva nos antequam pereamus, Chriſtianiſſime rex. Quid enim nutlius, quidve elegantius, aut egregius, quam periclitantes, & in angultia poſitos ſalvare? Scriptum quippe eſt: *Qui ſalvat, retorquet omnia mala.* Hinc enim præcipuus Iſaias propheta ait: *Subvenite oppreſſo.* Omnes enim gentes, quæ circumquaque ſunt poſitæ, & ad veſtram per Dei potentiam Francorum, fortiſſimam gentem, confugium fecerunt, ſalvæ factæ ſunt. Et ſi omnibus gentibus auxilium impertire non differtis, & per vos ſalvæ effecuntur, multo amplius fandam Dei eccleſiam, & ejus populum de inimicorum impugnatione deliberatis liberare. O quanta fiducia in nobis ineral corde, quando veſtrum nullibium conſpicere meruimus vultum, & in coritatis vinculo fumus alligati atque connexi, in magna quiete & ſecuritate nos permanere? Sed dum a nobis ſperabamus lucem videre, eruperunt tenebræ, & facta ſunt nobiſſima noſtra pejora prioribus. Conſidera, fili, conſidera, & omnino peregria, per Deum vivum te conjuro, quoniam & noſtra, & omnes Romanorum populi animæ poſt Deum, & ejus principem apoſtolorum in tua, a Deo protecta, excellentia, & gente Francorum a Deo tibi commiſſa pendent. Quia, ut præfatum eſt, in gremio tuo noſtras commiſimus animas; & ſi perire, quod abſit, & avertat divina clementia, non contigerit, perpende, obſecro, & omni modo perpetua, in cujus animam reſpiciat ad peccatum. Certe enim omnino crede, fili Chriſtianiſſime, ſi nobis aliqua evenerit calamitas, quod abſit, periclitandi, tu de omnibus, a Deo protecte dilectiſſime nobis, ante tribunal Dei eris redditurus rationem cum omnibus tuis judicibus. Quoniam, ut præfatum eſt, nulli alio, niſi ratiumodo tuæ amandiſſime excellentiæ, vel dulciſſimis filiis, & cunctæ genti Francorum, per Dei præceptorem, & Beati Petri, fandam Dei eccleſiam & noſtrorum Romanorum reipublicæ populum commiſimus præcorpendum.

Ecce omnes noſtros dolores & anxietates, atque angultias tuæ a Deo protecte honitati innotuimus. To verò, excellentiſſime fili & ſpiritualis compater, age & libe-

ANNO CHRISTI 757.

ANNO CHRISTI 757.

libera post Dominum, in te confugientes, ut fructum bonum afferens &c. fospites at- que incolumes existentes. Tunc & in præsenti vita regni gubernaculis tenens, etiam & in futuro seculo cum Christo regnans, cœlestium præmiorum gaudia adipisci meearis, audiens nimirum paternam desiderabilem vocem illam inquientis: *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis præparatum est ab origine mundi.* Incolumem excellentiam tuam superna gratia custodiat.

ANNO CHRISTI 757.

EMBOLUM.

OPere namque direxinus ad vestram Christianissimam excellentiam præsentem nostrum missum Georgium reverentissimum ac sanctissimum fratrem & coepiscopum nostrum, atque Warnechārium religiosum abbatem, missum vestrum, seu Thomaricum & comitem; magnificos item missos nostros, qui vobis nostros omnes dolores, & cunctas desolationes, quas a Langobardorum gente, & eorum protervo rege passi fumus, & assidue patimur, vobis subtili enarratione, sicut oculis propriis videramt, viva voce dicere debeant: quibus & in omnibus tanquam nobismetipsis credere jubeat Christianissima excellentia vestra, & nostram filiationem nimis fidissanter procurare. Et conjuro te per Deum vivum & verum, a Deo protecte filii & spiritalis compater, ut nequaquam amplius differedas nostras afflictiones, & nullo modo negligendum ponatis ad liberandum nos, ne, quod absit, si amplius crederc disfuleris, & negligentis nos eruendum, nobis, quod avertat divinitas, interat calamitas perpetua, & vobis pertineat ad magnum detrimentum & peccatum, atque condemnationem in præsenti & æterna vita: quia vobis animas omnium nostrum Romanorum tradimus, ad magis magisque, ut prælatum est, conjuramus te, a Deo servate excellentissime fili, & spiritalis compater, per Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, Trinitatem indivisam, ut nostras tribulationes atque dolores & desolationes crederc luboatis fine qualibet ambiguitate, & nobis propter Deum subvenire, & ad liberandum nos de manibus Langobardorum inimicorum nostrorum nimis festinanter occurrere dignetis, ut fructum afferens copiosum, videar, intercedente Beato Petro, super omnes barbaras nationes efficiaris, & vitam æternam possideas. Præfatus vero Joannem abbas pro amore dicti Petri lovicam te indueus, per muros illius affidue Romanæ civitatis die noctuque vigilavit, & pro nostra omnium Romanorum defensione atque liberatione, ut bonus athleta Christi, totis suis viribus decertavit,

ANNO CHRISTI 759. circiter.

magis intuitum, quam Dei timorem præ oculis tuis adhibeas. Debueras enim excellentissima prudentia tua de suis propriis opibus, locis, atque amœnis eidem venerabilibus præregativa subsidii adminicula impertiri. Quoniam scriptum est. *Honora Deum de tua propria substantia.* (a) Qualiter ergo horum vestrum vestram, & per apostolicam sedem admonemus, ut sibi vere obedientes, prout debetis, ob amorem protectoris vestri prælatos Fortbredo abbati ipsa tria monasteria restituatis; quatenus, juxta quod a præfata abbatissa illi concessa fuit, sine qualibet ambiguitate aut infesta molestia perfrui mereatur, & secundum præditum

(a) Prov. 111. 9.

ANNO CHRISTI 759.

& instam vobis solertiam cuncta vene. abilia loca pro intuitu fovere, & in omnibus protegere maturatu. Atque quod ab eis a- blatum est, modis omnibus eisdem fandis re- cieeiter. stituendum vestre adhereat curæ; ut ex hoc prava virtorum usurpatione amputata, nulli laicorum, vel alie cuilibet persone deinco licentia admitratur plorum locorum invadendi; sed magis vestro studio ea, quæ reficiant ad religiositatis propositum, impensius propagentur. Ex hoc enim, excellentissime fili, divinum adsumes remuneratorium adminiculum, & contra hostis feroci- tas verturiam prævalebis, & æternam procul dubio consequi promereberis viram.

TELENSIS SYNODUS JACOBITARUM,

In qua Athanasius Sandalensis Jacobitarum metropolita constituitur,

Paulo ante annum 1070. Græcorum, Christi 759. celebrata.

Anno 759. Quicter.

POst conciliatos animos in synodo Tarmanensi inter Joannem patriarcham, & Athanasium, de quo nos ad eam synodum anno 755. literam (*Athanasius*) *ad suam impietatem reversus*, aic Abulpharajus apud Assemanum Biblioth. Orient. to. II. pag. 340. *episcopos in urbe Tela congregavit, a quibus princeps & metropolita magnus proclamatus est.*

AD CONVENTUS ATTINIACENSES DUOS

ADNOTATIO CRITICA.

Anno 762. & 765.

COnventum Atriniacensem unicum anni 765. Labbeus agnovit; geminos distinguendos esse Pagius opinatur, quorum alterum affignat anno 762. alterum anno 765. qua in re corrigendum Labbeum judicavit. Quem pariter eroris in eo accusat, quod decretum conventus Atriniacensis, cui episcopi plures cum abbatibus plane multis fubscribuer, conventui anni 765. adscripserit, cum reipsa conventui priori anni 762. adsignandum fuerit. Cujus rei ratio patitur ex eo, quod conventui anni 765. adhuerit Adserus abbas, cujus tamen nomen inter fubscriptiones decreti Attiniacensis, ad annum 765. perperam relati, non legitur. Patet ergo, ait, decretum illud ad conventum anni 762. retrahendum esse. Hanc Pagii criticam ita ego dudum refutavi in meis ad Pagium adnotationibus ad annum 762. 5. his verbis: Conventum quendam Francorum hoc anno habitum Attiniaci; ac proinde uno eodemque in loco duplicem diversis annis conventum celebratum fuisse, alterum hoc anno, alium vero 765. vix credo. Apud Mabillonium tom. I. Annalium Ord. S. B. Append. 2. num. XXVI. legitur diploma Pippini pro conftruendo monasterio Prumiensi datum in *Treffordus villa, publicat menfe Augusto die XIII. anno XI. regnante Pippino &c.* Subscribunt huic chartæ episcopi novem cum comitibus & principibus plane multis. Pertinere hæc ad annum 762. nemo prudens dubitaverit; & cum tot nomina episcoporum, & comitum legantur, non inani prorsus conjectura deduci posset, prodisse in conventu, qui hoc anno de more habebatur in villa, quæ hic *Trefgodus* dicitur. Quanquam enim conventus mense majo haberi consueverunt; nihil prohibet quominus extraordinaria forte de causa ad duos vel tres menses differrentur. Simili exemplo conventus Wormatienfis IV. non majo, ut moris erat, sed aprili mense celebratus legitur in chronico Moiffiacenfi ad A. 786. Similis pariter conventus ad villam Duciam anno 775. ad julium menfem prolatus fuit, ut Pagius ad A. 775. animadvertit. Hæc fi admittantur, plura ad emendationem ecclesiasticæ historiæ deducemus. Primo duplex Attiniacensis conventus, prisciis omnibus hiftoricis ignoratus, commentitius est. Secundo episcopi illi & abbates, quorum nomina conventui Attiniacenfi apud Labbeum fubscripta leguntur, ad conventum anni 765. reipsa pertinent. Hoc autem, in quo rei cardo verfatur, ulterius demonstrantur, quia & fi conferimus diplomata illud Pippini non in ipfo E conventu anni 762. (utpote qui majo mense de more celebrandus fuerit) sed post duos mefve menfes prodiiffe, vix tamen perfuadebimur epifcopos illos, qui diplomati fubscripferunt, & regi tunc præsentes aderant, eofdem pariter & conventui, parum antehac celebrato, non interfuiffe. Si autem interesant, cur non omnium illorum, fed trium tantummodo ex illis nomina decreto conventus Attibiacenfis fubduatur? Hæ igitur ut

Extat apud Willelm. to. I. pag. 444.

ARbiter rerum & opifex, qui folo verbo cuncta ex nihilo fingens, humanam (de) limo creavit naturam, trinus & unus Dominus Deus noster, cui machinæ polli ac telluris materia perenni legeffamulatur, ad hoc prudentiffimam nobilitatem vestram dominice plebis fuæ curam inftituit exequi, ut ea, quæ ad ejus divinæ majeftatis cultum respiciunt, foleati cura inhianter E perficere fludeatis, quatenus veftræ inluftriæ præfidio protegatur eorum falus, qui hujus mundi fatebrofis infidiis (non) cauerent. Etenim, nobis difcuffimæ, multorum relatione affatim comperimus efficaci folertia vos pollere. Et quia attentius de illa fcrigere vita, quæ nullo terminorum fuccinctur fine, mente devota cogitare anhelas, hoc libentiffime ea, quæ ad veftræ animæ refpicunt falutem, per noftram appofitam admonitionem, dilectionem, atque excellentiam veftram poftulare aptum profpeximus. Itaque veniens ad limina protectorum veftrorum beatorum principum apoftolorum Petri, ac Pauli, præfens Fortbredus religiofus abbas retulit nobis, inquiens: Quod tria monafteria illi conceffa fuiffent a quadam abbatiffa, id eft, monafteria quæ *Statuagrave* feu *Cuchenvilla* & *Donenmothe* dicuntur. Quæ videlicet monafteria per vim ab eo tua abftulit excellentia, & cuidam Patricio, fratri ejus, *Moll* nomine tribuit. De qua re nimis triftes effecti fumus, excellentiffime fili, quoniam extra præceptum Dei hoc omnino egifti. Et liquet profecto, quod ad excidium animæ tuæ pertinet, dum eadem monafteria ab eo, qui in officio divini cultus perfeverat, abftulifti; & qui in hujus mundi curis defudat, concedere ftuduifti. Neque enim fas eft, excellentiffime fili, ut humanæ favoris magis

ANNO CHRISTI 766. 767.

ut conventus Attiniacensis Labbeanus non quidem anno 762. sed potius anno 765. habitus renetur. Quod verò Afferti abbatis nomen cæteris non accenseatur, id quidem

monstri loco habendum non est; cum eæ sint veteris concilia, quorum subscriptiones integræ ad nos usque pervenerint.

ANNO CHRISTI 766. 767.

AD GENTILIACENSE CONCILIUM

De cultu sanctarum imaginum

ADNOTATIO CHRONOLOGICA.

Concilium illud pro anno 767. cui ab omnibus assignatur, ad præcedentem revocandum esse suadent verba Eginarthi in annalibus Francorum ad annum 767. ubi postquam narravit brevem de synodo hac historiam, dein subdit, *eoque peracto* (Concilio) *ad bellum conficiendum post Natalem Domini in Aquitaniam proficiscitur*; tum subdit quo loco Pascha egerit, quò tandem venerit mense augusto &c. Quæ omnia satis demonstrant synodum habitam ipsa die Natalis Domini anni præcedentis 766.

CONCILIUM IEROSOLYMITANUM

In cultu sacrarum imaginum

Anno 767. circiter habitum.

Concilii hujus meminit Græcus Author Vitæ S. Joannis Gotthiæ episcopi, quem e vetusto vaticano codice Græce & Latine dederunt Bollandiani tocii ad diem XXVI. junii pag. 190. cujus hæc sunt verba: *Scripsit itaque per discentem suum Longinum ad patriarchum Jerosolymitanum, ut synodum convocet ad finem mittat fidei definitionem; quod factum est. Nam excerpta tam ex veteri novoque testamento, quam ex omnium probatorum patrum scriptis testimonia de sanctis imaginibus, de venerandis reliquiis, de intercessione sanctorum misernnt ad præfatum Sanctum.* Porro Joannes post Synodum Copronimianam episcopus electus fuit, ac tribennio post consecratus, dein Hierosolymitanos de synodo indicenda admonuit. Quare synodus hæc Hierosolymitana circa annum 760. conignanda est.

Hæc olim ego de concilii hujus epocha in meis ad Paglum adnotationibus ad An. 760. I. conjiciebam; nunc verò paulo ulterius promovendam illam arbitror. Constantinus Pseudo-pontifex datis ad Carolum Francorum regem literis, recitatis in codice Carolino num. XCIX. transmittere ad illum nunciat *synodicam fidei, missam a Theodoro* Hierosolymitano patriarcha; Paulo Papæ directam, *in quo*, ait, *& reliqui patriarchæ, ideoque Alexandrinus & Antiochenus, & plurimi metropolitani episcopi orientalium partium wisi sunt concordesque*. Literas hasce Græce & Latine scriptas Gallis destinavit Pseudo-pontifex, *ut agnoscerent quoliter sanctarum imaginum orientalibus repugnantibus sanctis Christianis immineret*. Habemus hic synodicam a concilio, ut credere par est, cui Theodorus Hierosolymitanus præerat, scriptam in causa sacrarum imaginum. Quis porro vetat concilium illud cum eo confundere, quod S. Joannes Gothorum episcopus sollicitavit? Cum verò synodica illa Romam pervenerit *augusto mense Vendelinorum*, ideoque anno 767. hinc opinari licet concilium vel anno illo, vel præcedenti venisse. Porro synodica hæc epistola in actis synodi VII. actione III. integra legitur.

ANNO CHRISTI 768.

STEPHANUS PAPA III.

Sedit ab anno 768. usque ad annum 772.

ANNO CHRISTI 768.

CONCILIUM RATISPONENSE

In quo Chorepiscopi vetitum ne episcopalia munia exercent.

Concilii hujus mentio fit a Carolo Magno lib. 7. Capitular. cap. 187. his verbis: *Decretum est in illa synodo, quam Regensburc pro eodem vel pro aliis causis apostolico authoritate profato prætextu habuimus, ubi ex præsulis* (nempe episcopali- bus nunceibus) *a quopiam eorum* (chorepiscoporum) *agere nec facere volentibus confutare*. Quo postissimum anno synodus illa convenerit, disputant eruditi. Labbeus in annum 799. refert. Pagius cum Cointio annum 803. malunt, quod in eodem capitulari dicatur ea de causa missus Anno archiepiscopus Salisburgensis *ad Leonem apostolicum*, nempe pontificem, ut scilicet sententiam ejus de chorepiscopis exploraret. Id verò falsum arbitrantur viri illi docti anno 803. Verum in sententiam plane diversam concedendum duxi in meis ad Pagium animadversionibus ad annum 803. 7. quamtoram adnotationem hic subjicio. In Libello de gestis episcoporum Cenomanensium a Mabillonio Analectorum pag. 288. edit. in fol. vulgato, quædam occurrunt, ex quibus certiora quoad chronologiam concili Ratisponcntis erui possit arbitror. Narratur ibi cap. XVII. Gaudiolenus quidam Cenomanorum episcopus, cum mania episcopalia exercere præ excitate impediretur, initiari a tribus episcopis in Chorepiscopum cuiusse Merolum quendam, eo quod per illa tempora Carolus Pippini filius, una *cum legato apostolicæ, & omnibus episcopis in*frequenti concilio sanxisset, ut nullus Chorepiscopus *chrisma conficeret, neque sacraret, Spiritum Paracletum traderet, neque tuelephas dedicaret, vel altaria erigeret, aut sacraret, etiam oleos ad infirmos unguendos benedueeret, nisi a tribus esset ordinatus*. Sermonem hic esse de concilio Ratisponenti, in quo sanctitum fuit ne chorepiscopi a tribus non ordinati munera episcopalia exercerent, facile cuivis suaderetur. Merolus iste annis 30. sedit, incompletis tamen; nam Carolo jam terram pomente cepit, ejusdem regni anno regni 29. mense decembri, ideoque Caristi 796. vacuam, ejus morte cathedram Franco occupabat, ut liquet ex diplomate ejusdem Caroli dato anno & mense eodem in eo libello recitato. Hinc fit concilium Ratisponense tempore ordinationis Meroli habitum, ad annum 788. circiter pertinere. Neque Carolus in capitularibus, in loco a Pagio hic allato, contrarius est; non enim ait, ut Pagius explicat, concilium Ratisponense, celebratum occasione legatorum, quos miserat ad Leonem III. ad causam chorepiscoporum tractandam; per hæc enim narrasset legatorum illorum missionem, nunc apte subdit mentionem de concilio Ratisponensi a *se pro eadem causa* non verò eodem tempore, sed ante aliquot forte annos celebrato.

Ita verò explorata concilii Ratisponensis epocha, juvat nunc integrum fragmentum Libelli mox laudati recitare, cum in eo plura quam in capitularibus de concilio hoc reperantur.

Qua de re inveniemus sapientes & doctos viros ejusdem Caroli sapientissimi regis una cum legatis apostolicis, & omnes episcopi inter se tractarent, secundum SS. Patrum instituta, ne nullus chorepiscopus chrisma conficeret, virginet sacraret, Spiritum Paracletum traderet; neque ecclesias dedicaret, vel altaria erigeret, aut sacraret, etiam oleos ad infirmos ungendos benedicere, nisi a tribus esset ordinatus episcopis, quo vero unum summus Sacerdotibus & non chorepiscopos deberet, qui licet ordinationem habeant; tamen summi pontificatus apicem non habent; quia nec in tabernaculo Domini quod Moyses fecerat, alias altaria non erigebat, aut deponebat, nisi tantummodo Moyses & Aaron qui summi pontifices erant, & quorum typum hodie in sancta ecclesia gerunt episcopi. Filiorum quoque eorum nullum reliqui sacerdotes tenent. Assumentes etiam aliud exemplum de libro domini Bedæ, ubi ipse narrat, quod oleo infirmorum benedictio summus sibimodo pontificibus detur. Quanto magis ea quæ majora sunt nullis aliis exercere licet, nisi qui summi pontificatus apicem tenent. Ideoque unodecimum invenientes prædicti pontifices, & eruditi doctores renuntiaverunt domino Carolo prædicti sacerdotes ut chorepiscopus sua dicti Gaudioleni vacuata episcopo a tribus episcopis in ejusdem comprovinciibus ordinaretur.

ANNO CHRISTE 769.

A STEPHANO III. PAPA COACTUM,

In quo Constantini Pseudopontificis causa judicata & SS. Imaginum cultus vindicatus est.

Anno 769. habitum.

PAstor Romano pontifice e vivis sublato, ecclesiæ illius pacem ambitiosè turbarunt, inter quos Constantinus quidam laicus, federis sanctum quorundam sacrilegè pronotus in solium pontificale sese per vigiliam intrusit. Obtenta igitur per vim ab episcopis Ostiensi consecratione sacrum præsumptuosa non integro & mense detinuit. Tandem porro quorundam studio prevalente, invasorem illum depulsum est, ac Philippus quidam diaconus pascendum suffragio delectus. Enque... pariter abstinere jussus, Stephanus III. electus assumptusque est. Ille ut ecclesiam pacaret, cum Constantini fautores a turbis excendis non desisterent, concilium indicendum statuit, ratusque id opportunum ad majorem authoritatem synodi, datis ad Gallos regem literis, rogavit ut ex Gallia ad sedem sacri episcopi mitterentur. Rex pro voto facessit; venerunt e Gallia episcopi, & synodus Romæ convenit, cujus acta hic magis integra damus quam hucusque in Collectionibus. Hadrianus V. Cl. actionem secundam & tertiam excerpta quadam hinc inde ex autore coætaneo dedit, eademque ex Libberianum translata sunt; atque in hac vet ad nostra... usque tempora confixit. Cum tandem V. Cl. Cajetanus Cenni Pistoriensi priorem ejusdem synodi actionem, ex antiquissimo Veronensi MS. codice accepto, Vaticani typis anno 1735. vulgavit, dissertatione adjecta in qua sacram Geographiam eruditè illustrat. Hanc differationem ne quod desiderandum relinquam, hoc transibere. Hujus proinde uiri beneficio integra jere concilii hujus acta suppeditamus; nam actionem primam ex illo damus; duas reliquas, licet autem in collectionem Labbeanam prodnctas, addimus, ne è diversis concilium hoc petere lectores cogantur. Sed & labori eorumdem eruditissimorum symbola de meo conferre obtigit; nova scilicet actionis IV. fragmenta, persita ex epistola Hadriani papæ I. ad Carolum Regem pro defensione concilii Nicæni II. legenda Labbei to. VIII. pag. 1558.

ANNO CHRISTE 769.

CAJETANI CENNI V. CL.

PRÆFATIO ET COMMENTARIUS PRÆVIUS

in Concilium Lateranense.

1. Inventio Concilii Lateranen. sis.

INter plurimas, singularesque insignis Bibliothecæ Capitularis Veronensis laudes, constanti eruditorum testimonio celebrores, perpetuæ memoriæ Præsul Franciscus Blanchinus eam jure numerat, quæ privatam... Amplissimi Capituli posscssionem gloriant attingit. Postquam enim decuit, vix ullam Sedem Episcopalem esse in tota Italia, finitimisque regionibus, quæ tot scriptos vetercs Codices ab nono ante nos ſeculo cudiodes ofendat in fuis plutei, in ipſos Cuſtodes Diplomatiæ ſemper cel ſcientiſſimos ex eodem Collegio Capitulari electos meritas laudes effundit: Ii quippe ex tantoo, quem cuſtodiunt theſauro, maxima Eccleſiaſticæ hiſtoriæ emolumenta omni tempore atulerunt. Horum ille plures enumerat, facienis initium a librariæ ejus ſupelleciilis fundatore, feu potius amplificatore Pacifico Archidiacono, qui ſupremum obiit diem anno Chriſti 846. Ecclaſio Imperante: vereque ut admodum ſimile mihi videtur, Concilium hoc Lateranenſe, quod ex celebri ea Bibliotheca nunc primum in lucem prodit, Archidiacono illi Pacifico referur acceptum; nam teſtatur V. C. Bartholomæus Campagnola Archipresbyter S. Ceciliæ, & Cancellarius Capitularis, quod Codici eſt adnexum, in quo Concilium Epheſinum, & epiſtolæ ad id ſpectantes continentur, diverſi quidem Scriptoris manu exaratum, at non minus antiqua ea, quam refert Codex, ſeculi nimirum noni. De præſtantiſſimo eodem Cancellario dixi alibi, quid præcipue ſenſerint æqui eruditorum æſtimatores VV. CC. laudatus Præſul, & Ludovicus Antonius Muratorius Sereniſſ. Ducis Mutinenſis Bibliothecæ Præfectus, neque enim tantum mihi tribun, ut præclaro ejus nomini ullum addi poſſe incrementum putem meo ſuffragio. Ad ipſum vero Concilium quod ſpectat, ſtatim præterire non poſſum duos ſingulari eruditione ornatiſſimos cives Veronenſes, quorum beneficio tantæ veruſtatis monumento utimur: nempe nobiliſſimum Comitem Ottolinum Otrolini generis claritate, doctrinæ Theologicæ, atque multimodæ eruditionis præſtantia Literatorum Reip. notiſſimo, ac fama nominis celeberrimo; necnon Patrem Joſephum Blanchinum Congregationis Oratorii Preſbyterum, qui in urbe omnibus ſpectatiſſimum, cujus laudibus parcere juſſus cogor, ne Cenſoris mei integerrimam fidem, ſinminus violare ſaltem verborum licentiolitate ſollicitare videar. Hujus autem ſingulari erga me benevolentiæ monumentum hoc acceptum refero: quippe idem rediens in illius memoriam viſi olim inſigni in ea Bibliotheca, cujus Præfectus erat, dum amplifſimo Capitulo Veronenſi accenſebatur; a laudato Comite Ottolinio impetratum dono mihi dedit. Sue etiam partes deſcripturi V. C. Bartholomæi Campagnolæ debebitur; illius ſiquidem ſtudio, & opera nos (qui rem Pontificiam ab utroque Blanchino adeo illuſtratam vidimus tot Bibliothecæ Veronenſis Codicibus tum editis, tum ineditis) modo utimur tam præclaro monumento, ut æquus quiſque æſtimator fatentur neceſſe erit.

ANNO CHRISTE 769.

ANNO CHRISTE 769.

Anaſt. in 4. pag. 134.

Anaſt. in 4. pag. 136.

II. Occaſio ſcribendi de Concilio Lateran.

Opprandum fane erat a Deo Optimo Maximo, ut gloriæ Apoſtolicæ Sedis documentum integrum proferretur; modica tamen... partis, quam edaci eripuit tempori bene de eadem meritus Campagnola, quanta futura eſſet æſtimatio apud eruditos intellexit, quumprimum ſumta mente hujus anni dono, ut ajebam, acceptum carptim oculis uſurpavi, deinde ſemel, iterum, tertio relegens, novum ſemper, ſempergue magnum inveni. Quare non potui, quin fabulagerem Nouis Chronologicis Pauſi I. quas prælo mandabam, thcſauri inventi notitiam; promitterremque anxietati publicæ eruditorum, fore ut propediem iis faceremus ejuſdem copiam, ne quintum Anaſtaſianæ editionis tomum, quo pertinet, manere cogerentur. Et ſane, dum primum ſuis occupationibus licuit, fideli promiſſis, & quas ibidem Notas pollicebar, unica diſſertatione ampliexus fum. Neque id quidem, ut monumentum per ſe ſatis illuſtrare, aut docuerre alios, maxime docendus ipſe, præſumferim; verum ut quæ lectori gravioribus haudabie ſtudiis occupato continuo non ſuppetere hiſtoriæ videtur, reverentiam in mentem. Quæ etiam eſt cauſa, cur exſcia aliquot verba *italico*, quem vocant, characterc, ipſo in Appendili textu auſus ſum reponere, &, ubi expliciit Codex, partim ex Anaſtaſio, partim ex Collectione Romana... Lucæ Holſtenii, & Spicilegio Acheriı ſupplere, quæ ex Codicibus habentur edita, ne ſupellex libraria neceſſaria eſſet paucarum monumento rabularum interpretandio: ſi modo aliqui illuſtrior rem integram ex tanta veruſtate repetero.

III. Occonomia Diſſertationis de Cauſ. Conc. Lat.

Equidem vereor, ne nimius fuiſſe videar in re Epiſcopali, jejunus in reliquis, ex... quippe utplurimum tetigi illas res agens. Qui autem ſecum reputet, Eccleſiaſticum me geſſiſſe hiſtoricum, non diſceptatorem, cujuſmodi hominum doctiſſimorum copia obſtruimur, excuſa fenſim. Quum præterea me eſſe intrarum videar VV. CC. Lucæ Holſtenii, & Ludovici Antonii Muratorii exempla, qui vel Concilia, vel eorum fragmenta etiam edita evulgantes, ſiquando melioris Notæ Codices nacti ſunt, eam in ampiore Epiſcopalem curarunt. Quin eorum poſtremo felicior mihi videor fuiſſe, nam is invento Concilii Romani fragmento, quod anno 863. celebrabatur, gaudio exultavit, ut debuit, quod Nandeciſium Ughelli ignorum, Catalogo Epiſcoporum Polenſium in Italia Sacra addendum repererat; ego vero non unicum, ſed fere quadraginta Epiſcopos Italiæ Sedium Catalogis adjungendos emitto. Præterea Gallicanos duodecim ante hunc diem non recte cognitos demonſtro, Recentioreſque eruditiſſimos, Sirmondium ſequutes, deceptos eſſe palam facio. Hæc accedit, quod magnum illud totius Eu-

Anaſt. in 4. pag. 136.

ropæ decus, ac portentum memoriæ, Anſelmus Magliabekius Africanorum aliquot Epiſcoporum nomina, & Sedes examinare, occupationem dignifſimam judicavit, quam... tanto viro committeret, quantus erat Henricus de Noris, poſtea Cardinalis amplifſimus; tamenſi gravioribus eum curis impedium non ignorabat. Nihilo tamen minus, quum Scriptori honeſto, & integro reprehenſioni nullus relinquendus ſit locus, nonnulla, quæ in Diſſertatione locum non habuerunt, præſvio velut Commentario, mox attingam: ineditæ tamen partis continentiæ limite, quippe quæ mei juris eſt facta. Quidquid autem ex collectione Romana, & e ſpicilegio Acheriano decerpſi, intactum reſinquam, non enim eſt æquum alienæ meſſi falcem admovere injuſtum hominem, ac præſertim meſſi magna ex parte direptæ.

Noris Cent. in Jo. Garn. to. 2. col. 1109.

IV. Concilii principium notatur.

Anaſtaſ. fecta. 129.

Pag. r. *Incipit Concilium Domni Stephani tertii Papæ.* Poſt S. Zachariæ mortem an. 752. *Stephanum quendam*, ait liber Pontificalis, *Presbyterum ad ordinem Pontificatus conſulut populus ſibi elegit, & intra Lateranenſe Patriarchium miſit, ubi bidno manſit, tertio vero Sabbato ſuprà ſcripto ſummo, & ſedente familiares cauſſe ſuæ diſponeret, ſubito dum ſpiraret, alienatus obmutuit, & ſuperſtes die deſpectus eſt.* Quare hunc inter Pontifices, utpote non conſecratum, haud recenſet, infra enim in vita Hadriani loquens de Stephano, qui nimirum celebravit Lateranenſe Concilium, appellat tertium, non quartum. Fabrettus, Pagius, Baronius, aliique hos ſequuti inter Pontifices numerant Stephanum quoque... alium non conſecratum; quare nobiſcum ſi dicitur III. al. IV. Hocum ego obſequium in Summos Pontifices, vel electos damnatenon aulim; quum tamen & a libro Pontificali, & a Concilio Lateranenſi admonear a numeratione Recentiorum recedere, Tertium ſemper appello. *Regnante nos, & ſeranto Sancte Trinitate.* Nonnulle principium! Celebrabatur Concilium anno Conſtantini Copronymi 28. Leonis IV. 18. vetuſque conſtetudo erat Imperiales annos non negligere. Quin etiam Anaſtaſio Bibliothecario hæreſi glifcente S. Zacharias anno 743. Arravaſii, & 745. Conſtantini ejuſdem annos de more in tuis Concilliis nnmeravit. Undenam igitur novum hoc, Inauditumque ſilentium? Haud longe petenda eſt ratio. Zacharia Pontifice adhuc tuebatur pro Orientis Imperio partem Italiæ Exarchus Eutychius; quumque hic adhæreret Pontifici, cujus opem contra Liutprandum impetraverat, ipſes adhuc aliqua erat, poſſe Iconomachos refpiſcere: At fedente Stephano III. nulla amplius ſpes eſſo reliquavidebatur; impius enim Cæſar eo uſque temeritate deveverat, ut Pſeudo-Synodo celebrata Cruentiſſimum facerit imaginibus bellum indixerit, eaſdem omnes everterit, atque contrivcrit, Sacerdotes, & Monachos earum tcfenſores tormentis, exilio, morte damnaverit. Præterea nulla amplius Italiæ pars ſervabatur ab Exarchis Imperio, immo Exarchatus ipſe in Dictionem S. Sedis conceſſerat, omniſque Italia ab Impiis Græcis defecerat. Regis Deſide-

ANNO CHRISTI 769.

til allorum inſtar Regnorum forte anni numerati eſſent, quod & S. Zacharias de Liutprandi fecerat anno 742. at fardicatus Rutilie, nulla motus religione, Pontifici & Eccleſiæ infenſus, Apoſtolicæ Sedis Ditionem undequaque pervaſerat, flammisque, & ferro vaſtaverat. Quid igitur Papa inditis, & congregati Patres Imperatoris aut Regis auſpicio Concilium coeperint? *In nomine*, inquiunt, *Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Regnante nos, & ejusdem Sanctæ Trinitate.* Unius Trinique Dei ſub auſpiciis Lat. Concilium celebrari poterat, & debebat.

Menſe Aprile, die duodecima, Indictione ſeptima. Character temporis indicat, inclinatum eſſe Concilium ſecundo anno Stephani, qui erat in curſu uſque ad dum Auguſti ſequentis 769. per Indictionem demonſtrat, & quidem feria IV. cui reſpondet dies duodecima Aprilis. Secerni hic poſſunt initia duo, quæ in Ordine de celebratione Concilii ſunt perſpicua. Primum videlicet, quam *Regnatoque lectatorum* conſtituatur per Ditionum incipiunter: alterum vero, quod *omnes, qui de Reſeptis in retractatis decreto, hoc pro ſpiritualis inſtructione interfuerunt Concilio, ſorte egredientur . . . & conſilio aſſurtibus oratio colligenda erat; & ſic conſedentes canſarum negotia juſte, & reſpiciebat* colligebane. Quare prima Concilii collatio fuit ille Dominica 9. *Aprilis: ita tamen*, quemadmodum ordo præſidibus monet, *ut totus tres dies lectationum nihil aliud agatur, nec retractatur, niſi de miſſeria S. Spiritualis, & de Ordinibus Patrum, vel aſſertionum inſtituta*. Id autem triduum, quippe ad res agendas præparatorium, non erat, quid in Actis reconnierunt. Sexus eſt, quam de Concilio indicendo ſi certum diem res erat, ut præfertim de Synodo V. leginus indicta ad IV. Nonas Majas, qui dies annono 533. in Dominicam incidebat. Nec memorabilique cum Anaſtaſio Pagius Baronio & Codd. editis adverſetur, Garnerii auctoritate reponentis ex Codd. Bellovacenſi, & Pariſienſi *die III. Nonis Maji*, ut feria ſecunda inchoari Synodus dicatur, exemplo Nicænæ, Conſtantinopolitanæ primæ, Epheſinæ, & Chalcedonenſis; nam ſequentes Synodi generales, ipſo teſte, non fuerunt obnoxiæ ibi legi: Præterea Card. Noritius ſæpe ab eodem laudatus retinet cum Baronio IV. Nonas, ideſt diem Dominicum. Quamquam vero præter generales, aliæ etiam Synodi feria ſecunda inchoari celebratæ, ut Lateranenſis ſub Martino; tamen certa dies Conciliorum celebrationi ſtabilita non debet, ut ut Dominicæ inclinationibus vitandæ aptior; nullibi enim lege Epiſcoporum libertati oppoſitam contrariam legem: quin Concilia Romana duo ſepe a die laudata In Diſſertatione, nempe Eugenii II. anno 826. & Leonis IV. anno 853. inchoata fuerunt, primum feria V. alterum feria VI. at Cyeli obſervatione aperitur erit.

Pag. 4. *Veſtrum Deo amabilem, atque conſtituam Sanctitatem in hanc ſacroſanctam matrem omnium Eccleſiarum Dei Romanam Ecclesiam aggregare de diverſis Provinciis ſuis . . . .* Hanc Summi Pontificis alloquutionem, qua æque Italos, ac Gallicanos Epiſcopos, eoſque tam ſuffraganeos, quam urbium Metropoleos, dignitate etiam Metropolitica conſpicuos, ſe ait congregaſſe, factis multis in Diſſertatione explanavi, deemonſtratus non modo Gallicanorum Patrum obedientiam, ſed & ſubjectionem proprio eorum ore promiſſam S. Sedi, adverſus Hincmarum Remenſem, & præcipue contra Pariſienſem Archiepiſcopum Seſtrinum de Marca. Ea igitur conſulenda. Pag. 5. *Chriſtophorus Primicerius Notariorum*. Ab ipſis Romanæ Eccleſiæ primordiis fuiſſe conſtitutos Scriptores Notarios, quorum primus appellabatur Primicerius, compertum eſt. Hi feliciter pertecutionum tempore Acta Martyrum colligebant, eratque id munus eorum præcipuum: at ceſſante perſequutione officium illud eſt factum inutile. Quamobrem S. Julius, qui Apoſtolicam Sedem, afcendit anno 337. aliud Notariis munus demandavit *Conſtituimus ſecet, ut nullus Clericus eandem quantibet in publico agere, nisi in Eccleſia, & notitia, quæ omnibus pro fide eccleſiaſtica eſt, per Notarios collegerantur, & unusquisque manumenta ex Eccleſiis per Primicerium Notariorum conſecta celebrantur . . . inſtrumenta, aut donationes, vel commutationes &c. Clerici in Eccleſia per Scrinarium celebrentur*. Quod viguiſſe eodem Blanchinus a quarto ad undecimum ſeculum, probatu exemplo ceſſionis ex Farfenſi a Scrinario Sanctæ Sedis celebratæ Ecclo anno Dominicæ. Superſedeo exempla plura ex libro Pontificali congerere uniculque obvia: at verba Primicerii Chriſtoſori de inſtauratione Sanctæ Sedis ad Concilium, ſubjicio ſculis; *Accepiſtis inquit, hoyus yeraſ de cauſa ſe proloxi eſt, & dum multa ſunt, quæ referuntur, exarari ſeci ea, quæ in veſtri offerto profuſtia vobis relegenda*. Ea inquidem animadverti velim lectores, an noſtræ eruditi aliqui fugillent Autorem (quem putant Anaſtaſium) libri Pontificalis, tanquam expilatorem Pauli Diaconi; dum omnia monumenta in Eccleſiam per Primicerium referebantur; & cura omnis Notariorum ſeptem Regionatiorum verſabatur circa Eccleſiam Romanam, ejuſque Patrimonium.

Ad Primicerium vero, quod attinet, non eſt mirum ſi in ſcniſmate Conſtantini, magnæ eum fuiſſe autoritatis Blondus agnovit: quem enim latet, Primicerium Sedi vacante, Romæ appellatæ nomine invaſionis menſes 13. liber Pontificalis) unum rexiſſe ex triumviris, penes quos eſt rerum gerendarum poteſtas? Nam ex Diurno patet, quod tranſitum Pontificis celebrabant *Exarcho Italiæ III. Archipresbyter, III. Archidiaconus, III. Primicerius Notariorum, ſervantes ſeptem S. Sedis Apoſtolicæ*. Quin etiam a S. Leone Papa dictinus, vel ubcunte Pontifice curam hujuſmodi apud laudatos Triumviros extitiſſe. *In abſentia Pontificis Archidiaconus, & Archipresbyter, loco eum profetunt Pontifices*. Hic obiter examinaſſe Pagii notandus error aſſerentis, quod addebatur *nomen Pontificis electi* (in epiſtolam inſcriptionibus) *ſi unus ex illis tres elegerentur*. Quid? & Notarii Regionarii ad Pontificatus apicem aſcendebant Pagio?

ANNO CHRISTI 769.

ANAST. 5 5. Jul. 190.

Mabillon. Mus. Ital. to. 1. p. 395.

Pag. an. 555. num. 9.

De Synod. v. cap. 3.

VI. Notarii Regionarii, & eorum offic.

ANNO CHRISTI 769.

In S. Dam. num. 2.

Anaſtaſ. ſcft. 191. & 192.

Mabill. Mus. Ital. to. 1. p. 370.

Idem Ord. Rom. I. n. 13. ex. Ord. Rom. III. n. 11.

VII. Primicerii Notariorum & Palatini.

Cap. 3 tit. 1.

VIII. Subdiaconi ab ipſo Pontifice tunc renovabantur.

Cafteli Anaſt. 9.

In S. Bonif. II. 5.

Baron. an. 615.

Concil. Lateran. I.

Ibid.

Anaſtaſ. to. 1. ſcft. 200.

IX. Pontifex nus eligebatur præ Diaconibus, aut Presbyteris Cardd.

ANNI CHRISTI 769.

Baron. an. 769. num. 2.

ſtimus Cardinalis non potuit, quin adniteretur: Or Subdiaconus, inquiens, Romanus Pontifex crearetur, nunc primum accidit. Pagius vero, qui eam vidit, ac præterea eccloſemum aucupatur adverſandi Baronio, eam nunc fibi haud ægre ſeet elabi, ut qui alias confecrationem Romani Pontificis a die Dominico ægre decoluit, novum nunc offendat non ante Stephanum III. eligere Pontificem e Subdiaconorum ordine. Quidquid ſit de Liberati Diaconi autoritate, qua etiam Silverium, ante Deuſdedit fuiſſe electum ex Subdiacono contendit, en Lateranenſis Concilii, quod ipſe non videat, autoritatem certam Electionis e *Sacramentum mutuo prabuimus, quod nullus ex nobis aliam electionem Pontificatus egiſſet, ſed eum, quem ex ſuo Conſilio Divina Providentia triumphiſſet ex corpore Sanctæ noſtræ Eccleſiæ, videlicet de Sacerdotibus, ſui Diaconibus, juxta hujus Apoſtolicæ Sedis traditionem . . . nobis eligere diſſiſſemus*. Facere enim eodem Pagio, paſſimque omnibus decentibus, quod vix Pelagius II. Romanæ Eccleſiæ Subdiaconis, & S. Gregorius M. Pelagii Successoribus Subdiaconium Eccleſiarum Subdiaconis c. nitinentiam præferiſſent, quis non vid at, Subdiaconi nomen, quotiescumque occurrat, patri Eleſio, non ipſi Electo tribui oportere, ante Pelagium, ſex videlicet primis Eccleſiæ Ecclis? Huc accedit, quod doctrinam aquæ conſtantem de Subdiaconum ad ſacrorum Ordinum dignitatem non elevato ante duodecimum Eccleſiæ ſeculum, Concilium idem Lateranenſe Pſeudo-Petenſis ordinatione, evidenter comprobat: *Conſtituimus, ut nemo, laicus exiſtens cum armis Apoſtolicum invaſerit Sedem, & Clericus in eodem Patriarchio effectus eſt . . . . Nec non & ſecunda Synodus eadem invaſor Apoſtolicæ Sedis Diaconus ſe renuſit in Oratorio Patriarchii Lateranenſis conſecratus eſt*. Quid clarius deſiderari poterit ad evincendum, quod Concilii noſtri tempore, ac proinde ante ejuſdem ærarem, Subdiaconatus minorum ordinum conditionem non excederet? Quæ quum ita ſint, fides habenda erit docentibus Pagiis, ante etiam, quam Subdiaconis continentia præſcriberetur, eoſdem in corpore Sanctæ Romanæ Eccleſiæ conſtitutos fuiſſe, unde Summus Pontifex eligebatur? Rerum Eccleſiæ ſcientes appello. Nec tamen Subdiaconos contendo, minoribus Clericis, ipſique Notariis Regionariis officio etiam Palatino conſpicuis, ut Primicerius, gradu non præſtitiſſe. Ipſa enim ab eorum inſtitutione per ſeculum tertium, a S. Fabiano vide perpoſitos iis fuiſſe: *Hic fecit*, ait libet Pontificalis, *ſeptem Subdiaconos, qui ſeptem Notarii ſunt nuncupati*. Verumtamen pro certo habeo, Subdiaconos peritos, ac cæteros minores Eccleſiæ Clericos ab excelſo S. Sedis faſtigio eſſe removendos.

Quamobrem Sacerdotes, & Diaconi conſtituentes corpus Romanæ Eccleſiæ, unde Pontifex educebatur, poſt Presbyterorum Cardinalium titulos ad odo, & viginti amplificatos, *ut ſupra in Diſſertatione*, erant omnino xxxv. 28. Presbyteri, & ſeptem Diaconi, videlicet Regionarii, quorum primus

ANNO CHRISTI 769.

mus est Archidiaconus, cui ceteri obtemperant. Diaconos siquidem Concilii tempore, septenarium numerum non excedere tellatur Ordo Romanus I. Mabillonii, cujus de ætate alii quidem aliam tuentur opinionem, at quemadmodum ne junioren faciant Carolo Magno, ita prohibentur certis illico characteribus: *Sabbato tempore Adventus institutum est, ut sicelleretur pro Carolo Rege, autea vero non fuit constitutum: & : Dicit orationem pro Rege Francorum:* ita, utquumque verustiorem, additamenta passim esse fateantur oportet, quæ ad ipsiusmet Concilii Lateranensis ætatem referantur. Ipsum vero principium Ordinis, ita habet: *Primo omnium observandum est septem esse regiones Ecclesiasticas Ordinet urbis Romæ; & unaquaque regio singulos habet Diaconos regionarios, & unumquisque regionis acolythi per manum Subdiaconos regionarii Diacono regionis sue officii cauſa subdantur.* Quando igitur Primicerius Notariorum, tanquam Judicum Palatinorum primus, aliosque Judices de Clero ſupra numeratos propriis in ædibus, ut conſtat ex Concilio noſtro, ſuper libro Evangeliorum ſacramento obſtrinxit, ne aliquem ex Clero, aut ex populo Romanæ Eccleſiæ eligerent, ad quinque & triginta eos Candidatos reſpexit: Concilium que ipſum, quum decrevit, Actione ſecunda, ait: *Nullus unquam præsumat sacerdos, neque ex alio ordine, usſi per diffinitum gradum ascendere, Diaconus, aut Presbyter Cardinalis factus fuerit, ad sacrum Pontificatus honorem promoveri.* Et quinque & triginta laudatorum numero quemquamque, alium ordinem Cleri Romani excluſit, præſertim Subdiaconos, quod Pagius negare non poteſt, & ſeptem Eccleſiæ Cardinales, qui poſtea nono ab exeunte ſeculo Pontifices Epiſcopi Formoſi omnium primi e ſeptemviris ex Clerico aſſumti exemplum ſequuti ſunt. Quam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ conſuetudinem nitentem Apoſtolicæ Sedis traditionæ aliquando eſſe variatam Eccleſiæ rerum ſcientes non ignorant; etenim conſtat, vel extra Sacrum Cardinalium Collegium electos eſſe Pontifices, quorum identidem reperire eſt aliquem ab exeunte Seculo X. quum creatus eſt Gregorius quintus Saxo Othonis III. Capellanus, per quatuor ſequentia ſecula. Verum quemadmodum confirmationem electi a Principe uſurpatam die toleravit Eccleſia ob temporum difficultatem, qua de re paſſim in libro Pontificali, ita ob eamdem cauſam aliquandiu paſſa eſt hujuſmodi traditionem variatam eſſe. Verum ubi primum per ceſſatam tranquillitatem licuit, tradito Apoſtolicæ Sedis & revocata eſt, & ſanctiſſime ſemper cuſtodita. Sed redeo ad Concilium.

X. Antiqua Rom. Pontif. electio.

Cap. 22. ſt. 8.

Pagius, *Nonnulla præluimus ob & conservandas unicuique justitias.* Ad ipſum Pontificis electionem, quod ſpectat, competere eſt ex libro Diurno Romanorum Pontificum ſtati ritus confuetudo: *Cum Concilii consensu, & omnium, ut moris est, cunctis Sacerdotibus, ac Presbytero Ecclesiæ, & universis Clero, atque Optimatibus, & universis militari præfectibus, seu civibus honestis, & cuncta generalitate populi ſtitut & Deo ſervatæ Roma-*

A *næ urbis.* Non enim ad Sacrum Collegium contracta eſt ante ſeculum undecimum, quum Nicolaus II. decrevit, ut a ſolis Cardinalibus Pontifex eligeretur; quod poſtea decretum ab Alexandro III. confirmatum fuit, ac ſtabilitum præcipuis Cleri ereatis Cardinalibus, præterquam ſeptem ex Judicibus Palatinis, quos nuper memorabam ex Joannæ Diacono, videlicet Primicerio, Secundicerio, Arcario, Saccellario, Protoſcrinario, Primicerio Judicum & Admiculatore. Priſci autem Romani Pontificis Electores haud mihi videntur ita leviter prætereundi, ut liberum omnibus relinquatur quidlibet de eorum officio poſtea judicare: quum præſertim Concilium noſtrum evidenter oſtendat rem, quam parum videntur Recentiores eruditiſſimi aſſequuti. Qui enim ſtilcam dum video Scriptorem veteris B diſciplinæ interpretari Proceres Cleri, tanquam Cardinales, coſdemque Garnerio eſſe tanquam laicos ceteros? Ratiocinia non, ſunt quos, ubi res per ſe ipſa patet. Eligebant Pontificem Clerici, & laici, & alii, que in tres claſſes dividebantur. De prima lucrorum claſſe, nempe civium, militum, & univerſorum, quæ nihil ad rem, ſcio perſpicua. Clericorum vero diviſio in tres claſſes, amplectebatur Sacerdotes, Proceres Eccleſiæ, & univerſum Cleri um. Sacerdotes C Presbyteri item Cardinales, quorum pars inter congregatos Epiſcopos juxta ſuum ordinem ſedet. Proceres Cleri, ſeu Eccleſiæ erant Archidiaconus, feptem Judices Palatini, & ſigui alii officiis Romanæ Eccleſiæ conſpicui jure ſecernebantur a reliquo Clero, ac proinde Diaconi etiam Regionarii eſſem accenſebantur. Univerſus demum Clerus amplectebatur Subdiaconos, Acolythos, Notariolque eos, qui nullo fungebantur Eccleſiaſtico officio. Quorum quidem numerus, ad ſeptem quod ſpectat Epiſcopos, certus erat, ſed num. 28. Cardinalium forte caſu eriam accenſebantur alii Presbyteri, quorum plures aut adſcripros titulo teſtantur D tur monumenta veterum, qui ſcilicet eidem titulo inſerviebant citra Cardinalitium dignitatem. Procerum vero in claſſem cor Diacones reculerim, in cauſa tunc Concilia Romana, in quibus Diaconi ſeecernuntur a Clero, ut e. g. in Concilio a Sancto Zacharia celebrato anno 743. *Assentione quoque Theophylacti, Agrolasi, Gemmuli, Theodori, Stephani, & Paulo Diaconibus, vel cuncto Clero Ecclesiæ Sanctæ,* inquit. Concilio poſt biennium: *Assentiones quoque Diaconorum, vel cuncto Clero;* quod paſſim videre eſt in reliquis. Clerum denique univerſum non ritibus circumſcriptum limitibus puto, ut prater Subdiaconos, & E Acolythos urbi ſuburbiis aſſignatos, eos omnes excludendos ab electione judicem, qui clericali militiæ adſcripti ad alios minores gradus promoti erant.

De conſecratione Pontificis, quæ electionem ſequetur, non eſt quid loquar, nam. Primicerius, relato Invaſoris Enthronimo de conſecratione tumultuarie peracta apud Sanctum Petrum, quæ in S. Sedem reverentia ejus erat, ne verbum quidem facit Concilio.

ANNO CHRISTI 769.

lio. At nonnulla electionem præcuntia, quæ ab ſe facta unarrat, quum de legitimo creando Pontifice agebatur; operæ pretium erit animadvertere; quum enim noſtra ætate fiant eorum perquam ſimillima, gratum erit vetuſtarem tantam inſpicere noſtra temporaferentem, quum de Chriſti Vicarii electione divinitus petenda facti Electores deliberant. Ingraveſcente S. Pauli valetudine deque Antonino imminente Nepeſini Toronis, ejuſque Seſtatorum conſilia de Pontificali ambitu, & quæ erat ejus autoritas, convocatis reliquis Judicibus, accerſitoque conjuncture Torote, nuchinamento ejus ſtulit, quod flagitium antea cautum in Concilio Romano Symmachi, multo poſt Paulus I. peculiari Bulla eſt deteſtatus. Utraque autem Conſtitutio præmittitur ceremonialis electionis Romani Pontificis, quibus facramento ſe bodie adſtringunt Eminentiſſimi Electores. Neque ſecus ab antiquis hisce Electoribus, Proceribus nimirum, qui Cleri erant claſſis altera, videmus factum; nam *offertus in cadem domo .... ſacramentum nunc prabuerunt &c.* Infuper, quod eſt præcipuum, poſt mortem Pontificis, antequam de Succeſſore eligendo quidquam cogitetur, *Cardinales*, verba ipſa ceremonialis uſurpo, *præſtito in primis Congregatione juramento de observanda .... una cum aliis conſtitutionibus, quæ legi, & jurari in eo ſtatuuntur, ſuper quatuor pro quo quisque anima juxta ritum &c.* En autem ſimillimam veterum praxim eo tantum diſcriminе, quod ii multo plures numero, non ita privatarum adhuc quaſi congregantur, ſed in ampliſſimo Divi Petri Templo: *Dum hac regerentur Domnus Paulus exhalavit Spiritum, ſepultus autem unanimiter cum properantes in Basilica Apoſtolorum in ipſo Dominico die deno ſacramenta populo præbuimus ob conſervandas unicuique juſtitias.* Ex quibus ſatis conſtat indubitanter beneficio noſtri Codicis prodeuntem eo libentius in medium attuli, quo aliorum de ea ſtientio compellebar credere, quod ſtatimque Pontifex mortuus, unica omnium ſollicitudo eſſet de Succeſſore eligendo. Neque aliud, ut verum fatear, docet Diurnus: *Magna, inquit, nec teſtimonium nobis est, ſtrinxerat proprio Diſpenſatore ſruſtratos ſed non diu in afflictione perſiſtere conſtituta Dei noſtri benignitas ſperantes in ſe derelinquit; triduo cum nobis exegisse in orationc manentibus, ut omnium mentibus calestis dignatio demonſtraret, quem dignum ad Succeſſionem Apoſtolicæ ſedis subeat eligendum, ejus gratia ſuffragante, & omnium animos inſpirante, in una conveniuntibus nobis &c.* Nam novemdiale ſacrum juſtis perſolvendis morno Pontifici poſtea laudabiliter inſtitutum, ſollicitam & novo eligendo Paſtore multicudinem tunc temporis non morabatur; quin ipſi ſollicitudini admovebat calcar contentionis metus, ita ut præcipiti electioni adhibere oporteuit frenum, ut ſaltem tridui ſpatium Pontificis mortem a Succeſſoris electione ſecernet: quod teſtatur Bonifacii III. decretum ſeptimo inexunte ſeculo. *Niſi tertio die depoſitionis ejus, adunato Clero, & ſilius Ecclesiæ, tunc electionem præuntia, quæ a Deo ſiat.* Et quoniam tribus iis diebus vacandum erat jejunio, & precibus, ut fieret digna electio, raro celebres legimus pompas funebres Romanorum Pontificum. Cujus rei ſingulare exemplum præbet Concilium Lateranenſe: nam Stephanus III. referens mortem Pauli Prædeceſſoris ſui: *Quando*, inquit, *Domnus Paulus Papa de hac vita infe. recesserat, omnes cum dextrisquenter, nisi ego ſumtrix adſiſtebam cuſtodiam ad ſepulturæ tradendum* (erat tunc Stephanus Presbyter tituli S. Cæciliæ). Tot tamen, tantiſque dierum angueſtiis preſſi, Archipresbytero, Archidiacono, & Primicerio tum curam gerentibus, primum omnium præbebant tibi Invicem ſacramentum, ut ſupra, in Baſilica S. Petri, quod a noſtro Cod. dicimus; deinde juſtis defunctis Pontifici perfobris, jejunium, & preces pro novo eligendo inchoabant. Quam profecto conſuetudinem præſenti ſacramenta populo, pro rata certeque habeo; tameth in noſtro Concilio merum ejus indicium deprehendam: quippe fieri potuiſſe nunquam credam, ut ipſo Pauli mortuali die Dominico, toe numero Electores in Baſilica D. Petri congregarentur tanta perniciatate, niſi omnes conſili generedarum rerum conſcii, eo convolaſſent, ut hodie videmus fieri ad audiendam pronunciationem affumti. Idque magis magisque comprobat univerſalis omnium fuga, præter Stephanum, ab Eccleſia D. Pauli extra muros, ubi ſupremum diem obiit Paulus; nam præſto eſſe omnes cupiebant funebri generali ſolemnitati, quæ reliquis omnibus præmittenda erat.

Spectatis rebus præcipuis fragmenti hujus pretioniſſimi ab inquiſitionem vindicati. Codicis ſuo monenda reſtant ad hiſtoriam pertinentia, unum videlicet ad libri Pontificalis auctorem, alterum ad ipſiuſmet Concilii rectum Chronologiæ ordinem. Ad Anaſtaſium, ſeu libruin Pontificalem quod ſpectat, ingenue fateor, me cum utroque Pagio, & quotquot ante hac eum edem de invaſione Cadantini ſcripſerunt, deceptum eſſe narrario in vita Stephani III. ac proinde invaſionem præmiſiſſe monti Pauli in Notis chronologicis ad Stephanum II. non enim habui codicem tempeſtive. Quare reſtituenda Anaſtaſii lectio, juxta Codicem, nobiſque danda venia meliori veterum monumento non inhærentibus. Coplas igitur fidiſſi homines, poſt ſacramentum in ædibus Primicerii præſtitum peperantes, Introducunt in urbem, Romam ipſo die Dominico 28. Junii, inque cuneos militari more diſperdunt. Mositur hæc inter Paulus, omneſque unanimiter, ne feceſſis quidem conjuratoribus exceptis, ad D. Petri Baſilicam quamprimus convolant, ſolenni ſacramento ſe obſtringunt pro Succeſſore Pauli rite eligendo. Poſt hæc ſuam quiſque domum reverſum, fideliſſi vero aclem in cuneos diſperſam colligentes tumultuarii ad Lateranenſe Patriarchium pergunt, omnia occupant armis, Conſtantinum laicum laicum Christum. Inde Primicerio Chriſtophoro pe. unum ex Notariis nunciant, ut ſuo non eſſe affenſu, novumque ad Electum accedat. Sed

ANNO CHRISTI 769.

omnia sunt peracta die Dominico. Sequenti die, nimirum feria secunda Intrusus consecratur Diaconus forensis in Oratorio ipsius Pacriarchii Lateranensis S. Laurentii, quod Joannes Diaconus describit apud Mabillonium, & ita *more illo*, ait Primicerius, *tam terribile, ac metuendum indigne sibi Apostolatus stinguli cultum*. Hanc profecto narrationem ipsis ex Diaconorum locutis tam in libro Pontificali, quam a nobis hactenus, conferri simul velim, ut æstimetur, utra sincerior haberi debeat. *In libro enim* Pontificali rerum summa integra est, quamvis earumdem prosequutio, quas referre Concilio non interest Primicerii, enarratur.

Mab. Ital. to. 1. pag. 572.

XIV. Idem comprobatur.

Nonnullum tamen est, quod liber Pontificalis contra nostri Codicis fidem refertur, Constantinum consecratum esse Subdiaconum, atque Diaconum. At Subdiaconatum nuper dicebam, non esse inter sacros Ordines relatum ante duodecimum seculum; qua de re fusè, & erudite Thomassinus in veteri & nova disciplina, quam adire quisque poterit. Ante autem, quam Sacris asconsecretur Ordinibus, eadem conditio illius erat, quæ minorum, tametsi horum principem locum semper habuit. Auferet mihi verba, & lectori molestiam Ordo Romanus prifcæ Subdiaconatus conditioni conveniens. De Acolytho ordinando ille loquitur: *Prosternit se in terram cum ipso scrutinio, & dat se orationem sic*: „ Intercedente beata, & „ gloriosa semperque Virgine Maria, & „ beato Apostolo Petro, salver, & custo„ diat, & protegat te Dominus. Amen. De Subdiacono: *Et se in terra prosternet, & dat se orationem, ut supra diximus*: ipsissimam videlicet, quam Acolytho. Diacono demum hæc dabatur oratio; „ Oremus „ dilectissimi, Deum Patrem Omnipotentem, „ ut super hanc famulum suum, quem ad „ sacrum Ordinem dignatur assumere, benedictionis suæ gratiam clementer effun„ dat, eique donum consecrationis indul„ geat, per quod eum ad præmia æterna „ perducat.„ Nec præterundum, quod quicumque is fuerit, qui Pseudo-Papæ ordinationem amplificavit, non assignetur *Diaconus Forensis* conditionem, adjunctum illud *Forensis* eliminavit. Reponendum igitur nostri Codicis auctoritate. Eitque eadem ratio de Diaconibus Forensibus, quam de

Mabill. Mus. Ital. to. 1. Ord. VIII. num. 1. & 3.

Presbyteris nos docet Leo IV. dum coarctat eorumdem numerum per titulos, & Diaconias urbis effusorum; quum enim Ordinatores Episcopi Cardinales ab invasore, vim passi, non ignoraverint aut Presbyterum, aut Diaconum inthronizari oportere, monuque omnem scelestus invasor præcipitaret, consecrarunt Diaconum Forensem, sive extra corpus Romanæ Ecclesiæ, quod plenum erat. Cæterum Diaconos intheonizari, creatique Pontifices absque Presbyteratus mentione, de legitimorum Pontificum exemplo fatis superque, non ignoratum enim, & Nicolaus I. non secus consecrari leguntur Pontifices apud Anastasium; & utroque utitur exemplo Mabillonius in Commentario ad Ordinem Romanum, quem videsis hac de re.

ANNO CHRISTI 769.

Concil. Rom. B. cap. 3.

Quod alterum pollicebar, mendum nempe Codicis certum, evidens est. Orditur Primicerius narrare Patribus congregatis scelestum S. Sedis invasionem a morte Pauli, quam illigat cum die 29. Junii; & infra de generali facramento loquens præsito in Basilica Divi Petri continuo post mortem Pauli, *Eodem* id esse ait die Dominico. Nam Indictio quinta ab eodem memorata indicat emortualem Pauli annum 767. eoque anno, ut docemur litera dominicali D, dies 29. Junii erat feria secunda; non igitur dici 29. fed 28. illiganda erat Pauli mors. Proptered tamen non est, cur Primicerii post biennium referenti luceniamus; tum quia diem dominicum memorans fe ipse arguit, tum quia in Acta Ecclesiæ, utplurimum dies depositionis referebatur, quod & Henschenius vidit in conatu Chronico-Pontificio, & quicumque literam Pontificalem fcrio animadvertrerint, perfpicue intelligent, a die enim depositionis numerabantur Interpontificia. At de his rebus nihil fum loquutus. Ita omnibus absolutis, quæcumque aut præfari, aut Commentario apieci oportere constitui, refiat nunc, ut Concilium ipsum, cique adnexam de congregatis Episcopis Differtationem, quam pro meis viribus elaboravi, Eruditorum oculis fubjiciam, atque eam quidem caftigandam, reprehendandamque dumnodo mesim erga Sanctam Sedem obsequium, fludiumque ardent offufas veritati tenebras abjiciendi, æqui, bonique consulant, quod unum ab iis peto.

XV. Epistola Cod. reg. Christ. carolin. ter.

Anast. to. 4.

CON-

ANNO CHRISTI 769.

CONCILIUM LATERANENSE STEPHANI III.

ANNO CHRISTI 769.

Anno DCCLXIX.

In nomine Domini. Incipit Concilium D. Stephani tertii Papæ.

Ex Cod. Mss. Bonavent. ann. Bibliothecæ Capitular. Veron.

IN nomine Patris & Filii, & Spiritus Sancti. Regnante uno, & eodemque Sancta Trinitate cum eodem Patre, & Spiritu Sancto per infinita omnia secula, mense Aprile, die duodecima, indicione septima.

Præsentis in medio sacrosanctis Christi quattuor Evangeliis, præsidente terbeatissimo, & evangelico Stephano Summo Pontifice hujus romanæ urbis Ecclesiæ, & universaliter tercio Papa in venerabile Basilica Salvatoris Domini nostri Jesu Christi, qui appellatur Constantiniana juxta Lateranis, *confidentibus* etiam cum eo reverentissimis, ac Sanctissimis Episcopis: Ideft

Johanne ven. Diacono Sanctæ Ecclesiæ Ravennatis locum præsentante, Sergii . . . .

Voiclechario Archiepiscopo Provinciæ C vicûfenensis,

Georgio Episcopo Ostiensi,

Buiferamo Episcopo Meltensi,

Lullo Episcopo Magnantix,

Gavienno Episcopo Torenorum,

Adone Episcopo Lugdonensi,

Herminario Episcopo Vethoricæ,

Daniele Episcopo Narbonensi,

Hermenberto Episcopo Joahione,

Verabulpo Episcopo Burtevulgi,

Erlulfo Episcopo Lingonicensi,

Thulpino Episcopo Remensi,

Giseleberto Episcopo Noviomu,

Joseph Episcopo Derronæ,

Lanfrido Episcopo Caftri,

Autinando Episcopo Tufcanæ,

. . . . . Balneo Regiensi,

Petro Episcopo Polonii,

Felerado Episcopo Lunensi,

Theodoro Archipresbytero & Petro Diacono locum præsentantibus,

Theodori Episcopi Papiæ Ticini,

Petro Episcopo Cæræ,

Maurino Episcopo Poli Martii,

Leone Episcopo Caftelli,

Sergio Episcopo Ferentini,

Jordane Episcopo Signiæ,

Adone Episcopo Ortensi,

Anfualdo Episcopo Narniæ,

Nirgotio Episcopo Anagniæ,

Agathone Episcopo Sutrii,

. . . . . ano Episcopo centum Cellarum,

Theodorio Episcopo Tiburtinensi,

Pinio Episcopo Tribus Tabernis,

Bonifa Episcopo Priverneni,

. . . . . nino Episcopo Alatrino,

Valerano Episcopo Trebe,

Bono Episcopo Manturinensi,

Gregorio Episcopo Silvæ candidæ,

Eustratio Episcopo Albano,

Potho Episcopo Nepesino,

Cidonato Episcopo Portuensi,

Antonino Episcopo Cesinæ,

Joanne Episcopo Fentiæ missis a prædicto Sergio Archiepiscopo Ravennæ,

Stabilino Episcopo Pensauri,

Mauro Episcopo Fanensi,

Juviano Episcopo Gallis,

Georgio Episcopo Sensogallíæ,

Sergio Episcopo iculcensi,

Sabbatio Presbytero locum præsentante Tiberii Episcopi Ariminensi,

Florentino Episcopo Eugubii,

Gregorio Presbytero & locum præsentante Temaurini Episcopi Ordinii,

Cidonato Episcopo Villitrix; seu venerab: Presbyteris,

Gregorio Archipresbytero,

Theophi Presbytero,

Eustachio Presbytero,

Clemente Presbytero,

Donato Presbytero,

Armogenio Presbytero,

Theophilacto Presbyteto, &

D Theodosio Presbytero, adstante etiam Anastasio Archidiacono, & cunctis Religiosis Dei famulis tam Laicorum Monasteriorum, vel Græcorum Cynoviorum, atque proceribus Ecclesiæ, & cuncto Clero, Optimatibus etiam militiæ, seu cunctí exercitus, & honestorum Civium, & cunctæ generalitatis populo.

Stephanus Episcopus sanctæ catholicæ, & Apostolicæ romanæ Ecclesiæ dixit. Sanctissimi fratres, & consacerdotes, ideo vestram Deo amabilem, atque conspiE cuam fanctitatem in hanc sacrosanctam matrem omnium Ecclesiarum Dei Romanam ecclesiam aggregare de diversis Provinciis studuimus, ut de invasione, & nova temeritatis præsumptione, quæ per Constantinum, & ejus fequaces huic apostolicæ sedi irrepsit, subtile rei meritum perfcrutari jubeatis, & fecundum sanctorum Canonum, atque probabi-

ANNO CHRISTI 769.

lium Patrum decreta, id, quod æquitatis exigit ratio, decernere studeatis.

Sanctum Concilium respondit: veniant in nostri præsentia hi, qui eligerunt, atque enormiter consecraverunt, & dicant; qualiter se rei habet qualitas, ut sciamus, quid exinde canonice cum Dei auxilio decernamus.

Sanctissimus, ac ter beatissimus Stephanus summus Pontifex, & universalis Papa dixit. Ego de hac causa nullam habeo scientiam, quia quando dominus Paulus Papa de hac vita recesserat, omnes eum derelinquentes, nisi ego fueris adfuerunt custodiam ob sepulturæ tradendum. Sed ecce dilectus filius noster Christophorus Primicerius, qui scit, ea dicat.

Tunc ingressus sanctissimus vir Christophorus Primicerius Notariorum sanctæ sedis apostolicæ adsistens in medio venerandi Concilii, dixit. Sanctissimi Patres & Clerum, recensatio hujus peractæ causæ prolixa est, & dum multa sunt, quæ referantur, exarari feci ea, quæ in vestri offero præsentia vobis relegenda. Et accipiens ea Vvilcarius Deo amabilis Archiepiscopus Galliarum, tradidit ea Leoncio Notario Regionario, & Scriniario relegenda. Et ingressus in medio idem Scriniarius cuncta relegit, cujus iste est textus. Christophorus Primicerius Notariorum Sanctæ Sedis apostolicæ ex persona universalis Dei Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & totius Cleri dixit: quanto jocunditatis gaudio sancta universalis Dei pollet Ecclesia, evidentius nunc rei meritum demonstrat, & spiritalis superna confiderationis hujus angelici Collegii..... dum talia præcipua, & a Deo inluminata ob sui defensionem pariter conspicit aggregata luminaria... egregii Dei cultores divino accerstram nutu præsentiam. Inter quos velut splendidissimus Sol..... Domne sanctissime Præsul, & universalis Papa, miro splendore rutilas, qui Apostolorum principis beati *Petri* promeruisti perfrui sedem. Vos enim estis folertissimi Dei cultores secundum sanctorum Patrum traditionem, membra *hujus* sacrosanctæ romanæ Ecclesiæ, quæ caput, & principatum omnium Dei Ecclesiarum exsistit, & oppor- E tet vos vestro capite sincerissimo mentis affectu, & ex intimo cordis annisu obtemperantes ea, quæ pro quiete ejusdem Dei reſpiciunt Ecclesiæ magnopere spiritali profligare intuitu perpendentes illut, quod scriptum est... si caput sanum fuerit, & cætera membra sana efficiuntur, credendum quippe est, quoniam &

ANNO CHRISTI 769.

ipsi Angelorum chori pariter cum omnium Sanctorum cœtu inefabili nobiscum gratulantur lætitia cernentes omnium vivificatorem Spiritum Sanctum, hujus sacratissimo adesse Concilio, quoniam ipsius testatur præsentia Congregatio Sacerdotum.

Stephanus sanctissimus, ac beatissimus Episcopus sanctæ Dei Ecclesiæ catholicæ, atque apostolicæ urbis Romæ dixit. Divina illustratione informatus dilectus filius noster Christophorus Primicerius ea nos adgreditur, quæ profecto ad imagnam sanctæ Catholicæ, & apostolicæ nos oriæ diffusæ nostræ romanæ Ecclesiæ vigoris censuram, & olitanam ejus traditionem pertinere nosscuntur: & nimirum constat, quod inter cætera spiritalium operum studia illa præserenda sunt, quæ ad salutem proficiunt animarum, subsecuntur enim prosperæ, si primitus quæ Deo sunt cariora perficiantur.

Universi venerabiles Episcopi dixerunt. Subtili refertione sanctissimus vir Christophorus Primicerius Notariorum sanctæ sedis apostolicæ nobis adicat ea C quæ brachio fortia trasgressoribus & apostolicæ sedis invasoribus diabolica instigatione perpetrata sunt, & nova præsumptio huic sacrosanctæ romanæ interpositæ Ecclesiæ; quatenus liquido agnoscentes rei qualitatem obtime instrui valeamus ea, quæ fas exigit decernere, & secundum sanctorum Patrum, & Canonum instituta determinare.

Christophorus Primicerius Notariorum sanctæ sedis apostolicæ verba faciens universalis Dei romanæ Ecclesiæ, & totius Cleri dixit. Contigit per transactam D quintam Indictionem mense Junio die, vicesima nona sanctæ recordationis domnum Paulum Papam de hac luce divina vocatione fuisse subtractum. Dum vero in eadem decumberet infirmitatem, de qua & vitam finivit, illico arreptus a Diabolo quidam Nempesini oppidi ortus Toto nomine cum suis germanis, atque aliis nefariis complicibus nitebantur eum interficere, quod mea infelicitas audiens hoc fieri prohibui, & convocato eodem Totone, vel reliquis Judicibus in domucellam meam, falutaribus eos adgressus sum monitis, & validis exortatus fum adjurationibus a tanto reatus flagicio caveri: & vix tandem aliquando eorum procacissimam valui flectere mentem, ne in tali tantoque se inmiscerent piaculo. Post hæc vero affertis in eadem domo pusillitatis meæ sacrosanctis Christi quatuor Evangeliis, & venerabili Chrismate, & cæteris Dei mysteriis, *sacramentum* mutuo

ANNO CHRISTI 769.

mutuo præbuimus, quod nullus extra- A alium electionem Pontificatus egisset, sed eum, quem ex *suo consilio* Divina Providentia tribuisset ex corpore Sanctæ nostræ Ecclesiæ, videlicet de Sacerdotibus, *vel Diaconibus* juxta hujus apostolicæ sedis traditionem nobis eligeremus Antistitem, & præstito inter nos eodem *sacramento*, eorum credidimus sponsioni adhirmantes, & hoc in eodem sacramenti fœdere, ut neminem rusticorum *hujus* Romanæ urbis subjacentium castrorum in hanc civitatem ingredi permitteremus. Illi vero *adjurantes Dei* judicium, & in perjurii reatum delapsi sunt, & plurem rusticorum catervam in hanc Romam intromittentes *urbem*, *ca*pere cum armis hostiliter cuncos constituere: & dum hæc agerentur sæpe factus Domnus Paulus *vocatus* in judicio exhalavit spiritum. Et de præsenti omnes unanimiter properantes in Basilica Apostolorum in ipso dominico die denuo sacramenta populo præbuimus ob conservandas unicuique justitias. His vero peractis, & cunctis propriis domibus revertentibus, repente adgregantes ipsi nefarius Toto, vel B ejus germanus Constantinus universam rusticorum cohortem, brachio forti idem Constantinus laicus existens, cum armis apostolicam invasit sedem, & Clericus in eodem Patriarchio effectis est. Quo audito dubium mihi fuit credendi tam, inauditam novam præsumptionem, & dum ambigerem de hoc, protinus conjunxit ad me Constantinus Notarius asserens, ita ei fuisse ab eis præceptum, ut ad ejus electionem occurrerem, validissime comminacionibus terrens, ut nisi in eodem die ad eum properarem in magno C *malsericordia* vereiam ab eodem facerebatis eveniffem periculo. Quod quidem elegi magis mori, quam in ejus electionem consentire, & nequaquam illuc profectus sum. Alio vero die secunda feria idem invasor apostolicæ sedis Diaconus forensis in oratorio Patriarchii Lateranensis confecratus est: & ita miser ille tam terribile, ac metuendum in ligne sibi Apostolatus sumpsit culmen. Quod quidem ego infelix cernens in tantam humilitatem sanctam Dei devenisse Ecclesiam, cotidie fiumina lacrimarum ex meis fluebant oculis, & in magno lamentacionis D ululatu perdurans, divinam nunquam destiti exorandum clementiam, ut sanctæ sux subveniret Ecclesiæ. Illi autem concipientes tristiciam cordis mei, primitus quidem interficere facientes Gregorium Ducem habitatorem provinciæ Campaniæ ob mei interitum, & postmodum moliebant & me interficere, sed

ANNO CHRISTI 769.

omnipotens Dominus, qui sperantes in E se, sua continua tuetur protectione, eorum mihi manifestavit insidias, & confestim confugium feci cum filiis meis in Ecclesiam beati Petri Apostolorum principis: illicque adsistens nitebatur in eisdem Constantinus variis suasionibus ex eadem sacratissima apostolica eici aula; & dum diu immineret, & nequaquam ad suum potuisset pervenire desiderium, ex eadem me eiciendum Ecclesia, ad ultimum per femetipsum ad me progressus, sacramentum nobis ante sacratissimam confessionem beati Petri Apostoli præbuit, fecundum nostram semper æstimationem voluntatem, scilicet ut usque ad venerandam Paschalem festivitatem mihi filiisque meis liceret in propriis demorari domibus, & postmodum licentiam se nobis daturum monasterium proficiscendi. Igitur transacta Paschali festivitate confestim adpuit *illum eg*i una cum Sergio filio meo nos debere juxta fux pollicitacionis sacramentum monasterio absolvi gradiendum, scilicet partibus Spolitinis, in eum, qui vocatur Salvatoris Domini nostri Jesu *Christi*.

Explicit Codex.

„ Absoluta per Primicerium narratione, cujus summam legere est in vita „ Stephani IV. apud Anastasium, Pseu- „ do-Papa interrogatur, quare tantum „ nefas perpetraverit? Ille vero profes- fus coram omnibus, *quim se a populo per- tuliſſe..... corruens in terram, manibus extensis in pavimento ſe evam, ac ſuper nu- merum arena maris peccaſſe dicebat, petens* D *miſericordia veniam ab eodem facerebatis conſequi Concilio. Quem a terra elevare, facientes ipſo die nullam de eo proferendi ſententiam.*

Anaſtaſ. in vita Stephan. IV. fol. 127.

ACTIO SECUNDA.

Eadem ibi.

Alia vero die; videlicet tertiadecima mensis Aprilis, fer. v. *denuo adfuerunt eum, atque interrogantes de eadem impia novitate, reſpondit nihil novi ſe feciſſe, dicens, quia & Sergius Archiepiſcopus Ravennatum laicus exiſtens, Archiepiſcopus factus eſt. Et Stephanus Neapolitanæ civitatis, & ipſe laicus regenee Epiſcopus conſecratus eſt. Dum vero talia iſdem Conſtantinus perſequeretur, illico irati ſolo Eccleſiaſtica traditionis univerſi Sacerdotes alapis eum cervicum cædere facientes eum extra eandem Eccleſiam ejecerunt.*

Tunc * *dixerunt omnibus ejus rationum & Conſumgeſtis, ſimul & Concilio illo, quod in feri. ſiis.*

ANNO CHRISTI 769.

ptis de ejus quasi confirmatione editum fuerat, igne consumpserunt in medio presbyterii ipsius Ecclesiæ. Et hoc facto projectus est in terram Sanctissimus Stephanus Papa cum universis Sacerdotibus, & populo Romano, clamantesque Kyrie eleison cum ingenti fletu, peccasse se omnes professi sunt pro eo, quod de manibus ipsius Constantini pro eo, quod de manibus ipsius Constantini communionem susceperint, sicque ex hoc omnibus indicta est penitentia. Tunc alii tit sacratissimis Canonibus, cisque liquido perfrunatis prolata est sententia ab eodem sacerdotali Concilio sub anathematis interdicto.

Dist. 79. cap. 4. Idem fecit. 178.

Nullus unquam præfumat laicorum, neque ex alio ordine, nisi per distinctos gradus ascendens, Diaconus, aut Presbyter Cardinalis factus fuerit, ad sacrum Pontificatus honorem promoveri.

ACTIO TERTIA.

Itaque ſi tres poſtremæ Provinciæ tribunitur Italiæ proprie dictæ, ut par eſt; per *Provinciam Etruriam*, *ſive Tyrrenam*, amplifſimam Romanam Provinciam recte intelligemus, quæ parebat Romano Pontifici, ut Metropolitæ, ampleſtebaturque eas omnes Civiles Provincias Continentis, quæ juxta Conſtantinianam diſpoſitionem a Vicario Romæ adminiſtrabantur. Ac proinde quum liber Pontificalis ait *Tuſciam atque Campaniam*, abſque ulla diviſione, non duas diſtinguit Provincias, ut una in Romana Provincia, quam abunde indicaſſet ſolo *Tuſciæ* nomine, diverſos Epiſcopos duarum Civilium Provinciarum enumerat, Campaniæ nimirum, & Tuſciæ, quæ cum Umbria unam

ANNO CHRISTI 769.

XX. Cauſæ cur Tuſcia tantum & Campania ad Concilium evocantur.

Baron. an. 1053. Schelſtrantiq. Eccl. to. 2. pag. 746.

Provinciam faciebat Piceno etiam Annonario eidem ob vicinitatem adjuncto, ut Pancirolus obſervat.

Cod. Can. Eccl. ord. ep. 2.

Hic vero aliquis forſaſſe mirabitur, quod Stephanus III. qui ex Francorum regionibus, & ex Italia Epiſcopos accerſivit, omnino nullum ex Civilibus aliis Provinciis Romanam conſtituentibus, convocaverit. Quum praeſertim ex duobus memoratis, & Capuæ, ex Valeria conſueverint Romani Pontifices Epiſcopi ad Synodos Provinciales vocare Epiſcopos ad Concilium evocantur. etiam avo S. Petri Damiani, per undecimum nempe ſeculum, ut teſtatur Card. Baronius, qui duo & ſexaginta in iis Provinciis numerat, praeter Epiſcopos Cardinales, Baron. an. Schelſtrantiq. Eccl. to. 2. pag. 746.

Sed admiratio omnis ceſſabit, ut arbitror, ſi Stephani tempora & diciillima reputentur. Graecis ſcilicet, Langobardisque eas Provincias indidentibus, non erat liberum Pontificî vocare indidem Epiſcopos Romam; quin etiam Patrimonia S. Sedis ab iiſdem occupata, ut ſibi reddererent, implorataam legimus Francorum opem a Sancto Paulo I. paucis ante annis, quam Lateranenſe hoc Concilium celebraretur. Iv autem invaſa eadem dolore a Cagetanis, Neapolitanisque; & paucos poſt annos Stephanî ſucceſſor Adrianus teſtatur Graecorum invaſionem ufque Terracinam protendi. Huc accedit ipſa Romani Pontificis juriſdictio cap. per id temporis temere ab iiſdem Graecis deruncata; nam Leo Iſaurus vel ab anno 730. in odium Imaginum Eccleſiaſticis ſacrarum Imaginum, pree aliis Provinciis, Calabriam quoque & Siciliam a Romano Patriarchatu diſtraxerat, & Conſtantinopolitano Patriarchæ in ſua Sedis jura ſcripſerat, ut eruditæ Francicus Macedo hanc hiſtoriæ Responſ. ad Germ. num. 18. partem enarrat. Quamobrem Adrianus Papa ab Imperatore Conſtantino, & Irene Auguſta eſtlagitat: *Ut conſeruatoues Epiſcoporum, ſeu Archiepiſcoporum, ſicut olentia conſtat traditio, noſtræ Dioeceſi exiſtentes, penitus cessauce faciant Romane reſtituantur Eccleſiæ*. Nam, ut docet Chriſtianus Lupus, Christ. Lup. Schol. in Can. 12. Conc. Chalc. Leo Iſaurus dum Illyricum Siciliam, & Citeriorem Italiam tranſcripſit Patriarchæ Conſtantinopolitano, in Calabria, & Apulia erexit quoſdam ſolo nomine Metropolitas, ſeu Archiepiſcopos, ut dicebantur, quo ad illius manus deberent confeccandi accedere. Unde liquet, quod Pelagius Confentinus, & Aufredus Tarentinus, qui anno 743. Concilio Romano S. Zachariæ interfuerunt, de ſupi alii reperiuntur inddem ſuffcipiſſe Romanis Conciliis per hæc tempora, aut forſuito Romæ, aut in comitatu Pontificis degebant.

XXI. Civilis Provincia Italiæ media dixero proſus a Romana.

Cæterum mihi eo revertenti, unde jam ſatis digreſſus videor, nil melius compro- Ebat, quod Canone XII. Chalcedonenſis Con- cilii lanctium legimus, quæ convocatis hæc Epiſcoporum Dioeceſis Italiæ in libro Pontificali memorata. Inde enim conſtat proſus a Romana Provincia Italiæ media- qua.

Notit. Occid. cap. 51.

Scriptor. Italicor. to. 1. pag. 228.

ANNO CHRISTI 769.

se Provinciales designatas, novoque excitatos Magistratus ? Provinciae vigilis et vigintì connectat Anonymus Mediolanensis, earumque administratores obsoleto Consulari, Praesidum, Correctorumque prisco nomine, Duces, Patricioque appellatos eos, Principes, Patricioque appellatos cum Blondo, aliisque Italicarum rerum Scriptoribus notat. Certe Flaminiae antiquum nomen Exarchatus, Picenum, Pentapolis, Umbriae Ducatus Spoletinus abolevernt. Sic enterarum nomina Provinciarum majori ex parte immutata, quae, quia minime ad rem faciunt, praetermitto. Tuscia ipsa, quae antiquum nomen conservavit, tripertito dividi, appellaque triplici nomine coepta est. Alia enim erat Tuscia Regalis, alia Ducalis, seu Langobardica, alia demum Romana, quae Ducatus Romani partem tam Tiberim faciebat. Ducatus etiam Romanus, qua Umbriae, Sabinae, Campaniae partes cis Tiberim comprehendebat, variabilem, Provinciarum nomina antiquaverat : ac proinde Italiae facies mutata omnino erat Stephani III. tempore, ab ea quam primi Orientis Imperatores constituerant. Tempore, inquam, Stephani III. nam paulo post Langobardica haec politia & ipsa perivit, nova per Francos Reges emergente, quam Marchiae, & Comitatus Provinciis nova

Notit. Imper. Occid. c. 28. tamina tribuerunt (duabus tamen exceptis Marchiis Trivisiana, & Anconitana, quibus facta ex romina vult Pancirolus a Marchionibus Langobardorum) Ducatus vero, quae post Pipini donationem ad Romanum, seu S. Sofis Territorium spectare coepit, Pipiniana donatione per Carolum Magnum confirmata, Romanorum Pontificum patrimonia dicti sunt.

XXIII. Ecclesiae Metropolitanae Italicae institutio, & Provinciarum ordinatio ad eodem Rom. Pont. spectat, denique civilibus variietatis, non est obnoxia.

Ea tamen civili dispositione Italiae nostrae non obstante, refert liber Pontificalis congregatos esse Episcopos *Tusciae atque Campaniae, & ipsius Provinciae Italiae* ; nempe Provinciarum ab Ecclesia constitutarum, juxta Constantinianam Civilium Provinciarum divisionem bipertitam, ut abunde demonstravimus. Quod clarius etiam percipi, qui convenerunt, Sedes singulas : ex tripli- ci siquidem Tuscia, ex Ducatu Romano, Spoletino, Campania, Exarchatu, Pentapoli, & Liguria eos advenisse comperiet. Horum vero *à aliquantor* , ut habet liber Pontificalis, sex videlicet folios Episcopos Vicarium Archiepiscopi Romani Pontificis, hujusque Suffraganeos tres, Casenatem, Faventinum, Ficoclensem, Paplensem exemtum, & Dertonensem Archiepiscopi Mediolani Suffraganeum, tribusque Italiae propriae diae; Episcopos quatuor & triginta reliquos ex unius Ecclesiasticis Provinciae Romanae duabus civilibus in eodem Pontificali memoratis Tuscia, atque Campania omnes convocatos agnoscet: modo in memoriam redeat corum, quae supra cum Guido Pancirolo affirmabam de Tuscia, cum hac videlicet Umbriam, & Picenum Annonarium, connecti, unicamque Civilem Provinciam constituerim. Quamobrem unusquisque mecum sentiat necesse erit, quod Ecclesiastici Ordinis Monarchia Romanus Pontifex, tum

Ecclesiae Romanae Pontificis, adolescentisque Ecclesiae

fatagens, civilem politiam est sequutus, quod factum docet Praesul Blanchinus in rebus Ecclesiae veteris verfatissimus, ut Ecclesia ubique instituerentur ; tum quando Constantinianam sequutus dispositionem ex- tra Italiam, Ecclesiasticam illi Hierarchiam accommodari consensit, ut ita planius facilusque tum Ecclesiasticum ubique terrarum Eccles. constaret, nulla ad mortem adhaerendi ordinationibus Principum est coactus: at quia optimum, utilissimamque esse vidit civilem orbis dispositionem, dicitco Ecclesiasticam illius fere Quadrare, ac ordinavit. Hanc enimvero semel institutam, non licuit arbitrio Principum immutare. Hinc est, quod lustrinum quatuor Armeniarum Provinciarum ordinatio, quas fuit Ecclesiarum regimen instituendi reliquerit ; quin etiam ad Episcoporum ambitum comprimendum lege lanciret, ut Ecclesiasticae non augerent Metropolitani, inter Civilium : *Quae ad faceredotia spectant, ea volumus in prisinis autuere forma, negotio ipso neque circa jus Metropolitanum neque circa ordinationes aut mutationem, vel neque circa ordinationes aut mutationem, vel quemodo cumque suspendere.* Quod tamesti Imperatorii non erat juris definire, quum tamen Patrum Chalcedonensium decreto Summi Pontificis autoritate firmato inhaeraret, non legislatorum Principum ; at confirmatorem Ecclesiae legum, non ut major iisdem vis accederet, sed ut Principis fulcitae praesidio majoris obtervantiae essent, notio exhibet.

Eumdem profecto Justinianum & Ecclesiae, & sue legis alias oblitum Ecclesiasticas etiam Provincias disturbasse, quod poscitea exemplum sequuti fure Schismatici pergare non audere, quin etiam idem esse factum in Hispania, & Gallis in Civilium confusione Provinciarum, affirmo. Verum quemadmodum ipse in Decretis suarum Pontifex Augustus hujusmodi sanctiones aut pro bono pacis ratas haberi voluit, aut tempore, & occasione id exigente, improbavit, ut de nova Tyranesi Exarchatus Valente infausta, & innocentio autem Papa improbata, refertur ; ita in Occidente, ubi praeter supremum Pontificem, Patriarchali etiam jure pollebat Pontifex, aut nullibi Metropolis absque eius assensu excitata, aut fiqua temere est erecta, brevi eadem corruit, quod de Lucensi in Hispania comperum est, necnon de bipertita Charthaginensi Provincia constat, ut palam crit in antiquitate Ecclesiae Hispaniensis. Caeterum ipse ingens Metropoleon, Provinciarumque Ecclesiasticarum numerus, quae insequenti aetate emerserunt, ubi Romanis Pontificibus non arrisit Constantinia divisio, evidenter rem ostendit : nullaquidem Civilis Provincia est, quae respondeat Ecclesiasticae ; Hierarchiam quippe Romani Pontifices usque ad hunc diem, aut priscis intactis Provinciis, aut iisdem dividendis, aliisque recens excitandis, prout commodior Ecclesiae moderatio perfuasit, ordinavcrunt, semperque deinceps ordinabunt, quoad Christus Dominus, cujus ii visibile eaput sunt, Ecclesiam, quam moderatur, triumphum differre dignatus erit.

CA-

ANNO CHRISTI 769.

CAPUT II.

Sedes Episcoporum Franciae, qui Concilio Lateranensi adfuerunt.

Asuk. tom. 2. pag. 1. Eluch.

I. Duo genera condendi S. Pallii. Primum ante E. feculum, metropolitorum ut plurimum fa.

INstituenti mihi de Franciae Episcoporum Sedibus verba facere, quoniam, ut ajebam superiori capite, illarum aliquot crediderunt Metropoles, quam vere non fint, necessarium erit nonnihil de Pallio dicere, cujus collatione honor Metropoliticus antea in Francorum Regno evertus, post Concilii hujus aevum est restitutus. Pallii collationem, de ufu enim & autoritate Pontificii jurisperiti fatis multa, ad duo passim genera Scriptores referunt, fuamque utri- Bouchel Biblioth. Franc. que Ecclesiae ortum adscribunt. Primi folicet generis collationem ad septimum, oftavumve faculum producunt ; alterius vero ad noftram inde aetatem pervenire contendant. Primum igitur genus quamquam minime ad rem facit, ne prorsus fileam, Magni Gregorii verbis quidquid dici de eo potest, amplectar. Noluit Gregorius Siagrio Augustodunenti Episcopo concedere ulum Pallii ; &, ne Francorum Regina Brunechildis nequicquam id petiisse animus laederetur, scripsit eidem literis negatae concessionis causas hafce enumerat : *Quod Pallium non obtento , in fuis literis Archiepiscopum fe nominare praefumferit. Id vero autem* Gregor. M. lib. 7. epist. 3. S. Greg. M. lib. 7. epist. 5. *ignoranter, & non ex Sedis Apostolicae autoritate praesumtum voluisse intelligo. Extra hoc autem quia ut, qui eo nos defecerat, diadema ad nos hoc sibi largiri fecerit petitione postulet, & Pallium nullo modo poterit obtinere fine ejus poftulatione debuimus: unusque quia & prisci confuetudo obtinuit, ut honor Pallii nunquam nisi in Ecclesia meritis, & foriuter poftulanti dari non debeat.* Quamobrem ut reliqui animadvertit Pagius in vita S. Marci, Pallium, quod solis Patriarchis post Apostolorum Concilii celebrem, annotionem videlicet 743. (ut ibi erudite oftendit Pagius num. 8.) in quarta ad S. Bonifacium Epistola : *De Episcopo vero, ait, Metropolitano vero, quem per Archiepiscopum Metropolitum per Provincias conftituifti, hoc per tenorem teftimonium confirmamus ; & Pallia dirigimus ad eorum firmiffimam ftabilitatem.* Ac denique, quod vellim attendi ab iis, qui cum Pallio Apostolicas vices confundunt, ann. 731. Apostolicos per Germaniam Legatos Sanctus Bonifacius, qui Summi Pontificii vices gesserat annis duodecim, novemque ante annos Romae ordinatus erat Episcopus, monuso Sancto Gregorio II. ab hisce Successore Apostolicam legationem fibi confirmari effagitat ; hic vero, nempe Gregorius III. sequenti anno 732. de Legatione confirmat Bonifacium, & Archiepiscopum creat . Quodnam autem creat ? Ejus S. Pontificis verba: *Jure tibi fuori Pallia dixeramus manus, quod B. Petri Apoftolo fuccipitur autoritate, indicavit : atque inter Archiepiscopor unus , Deo autore , praecipimus, ut confecraris .* De his autem satis, nemo enim dubitat, quin ab oftavo feculo Archiepiscopis, feu Metropolitis omnibus datum fit Pallium, falvis aliorum Metropoli-

Concil. Gen. VIII. Can. XXII.

V. Innoc. III. num. 10.

Manfi in Not. I. Can. 27.

Cod. Bonifac. ep. 67.

Hild. Rom. II. Can. 27.

Baron. & collect. Concilior.

ANNO CHRISTI 769.

politarum privilegiis, itaut uniuscujusque jurisdictio intra suæ Provinciæ limites contineretur.

III. Sanctus Bonifaciu autoritatem aliis Metropolitis majorem non accepit cum Pallio.

Neque vero illud mirandum subit, quod nulla a Principe, nullaque ab ipso Bonifacio petitione facta concederetur Pallium: nuper enim a Gregorio Magno didicimus, priscam consuetudinem obtinuisse, ut vel *exigentibus causarum meritis*, vel *fortiter postulanti* concederetur. Quæ autem merita causarum majora essent? Innumeras prædicatione victorias de iniquo dæmone reportasse, tot hominum millia sacris Baptismi undis rigasse, tot gentes ab Idolis ad Evangelium revocasse, alibi Ecclesiam fundasse, alibi dirutam instaurasse: Pastores præterea, qui novos pascerent greges, constituendi, celebranda Concilia, iisque præsidendi necessitas, atque alia multa, quæ ex epistolis trium SS. Pontificum Gregorii II. & III. ac Zachariæ, necnon ipsius Bonifacii palam fiunt, erant profecto causarum merita, quæ Pallium, ut ait Gregorius Magnus, exigebant. Ad Francorum autem Archiepiscopos quod spectat, ii pristinam dignitatem Pallii traditione, & quidem ab ipsis, & a Rege petiti, recuperarunt, quod patebit infra, quum de iisdem singillatim sermo erit: tametsi Metropoli semel restituta non fuit opus nova Principis petitione successoribus Episcopis, quibus Pallio ab Apostolica Sede & confirmabatur ordinatio, & Archiepiscopi nomen tribuebatur. At quia compendiaria lubet via ad persequendum cætera properare, ipsius Bonifacii autoritate ob oculos ponam, tum omnes Franciæ Metropolitanos petiisse Pallium ab Apostolica Sede, tum eos omnes parem autoritatem esse assequutos per Pallium, ne Bonifacio quidem excepto, cujus quæ erat major cæteris potestas, non ab usu Pallii, sed Apostolico a Vicariatu proveniebat: qui enim Pontificem refert, vel merus Presbyter non in Regni unius, at in universi orbis Ecclesia est caput & Princeps, idque œcumenica Orientis Concilia testantur. Sanctus igitur Bonifacius Dorovernensi Archiepiscopo Cuthberto sibi amicissimo (a quo tanta in veneratione habebatur, ut ejus martyrio audito statim decroverit, diem quintam Junii solennem fore omnibus Anglo-Saxonibus in S. Bonifacii, & sociorum martyrii memoriam) scribens: *Major*, inquit, *nobis sollicitudo Ecclesiarum, & cura populorum propter Pallia credita, & recepta, quam ceteris Episcopis, qui proprias tantum procurant Parochias, incumbit*. Infra autem referens, quæ decreverat in Synodo apud Francos celebrato: *Decrevimus in nostro synodali conventu, & confessi sumus fidem Catholicam, & unitatem, & subjectionem Romanæ Ecclesiæ, fine tenus vitæ nostræ velle servare: S. Petro, & Vicario ejus velle subjici: Synodum per omnes annos congregare: Metropolitanos Pallia ab illa Sede quærere: & per omnia præcepta Petri canonice sequi desiderare; ut inter oves sibi commendatas numeremur.... Decrevimus, ut Metropolitanus, qui sit Pallio sublimatus hortetur ceteros, & admoneat, & investiget, quis sit inter eos curiosus de salute populi, quisve negligens servus Dei.. Statuimus quod proprium sit Metropolitano juxta Canonum statuta subjectorum sibi Episcoporum investigare mores, & sollicitudinem circa populos, quales sint..... Et unusquisque Episcopus, siquid in sua Diœcesi corrigere, vel emendare nequiverit, itidem in Synodo coram Archiepiscopo, & palam omnibus ad corrigendum insinuet, eodem modo, quo Romana Ecclesia nos ordinatos cum sacramento constrinxit, ut si Sacerdotes, vel plebes a lege Dei deviasse viderim, & corrigere non potuerim, fideliter semper Sedi Apostolicæ & Vicario S. Petri ad emendandum indicaverim. Sic enim ni fallor, omnes Episcopi debent Metropolitano, & ipse Romano Pontifici, siquid de corrigendis populis apud eos impossibile est, notum facere.... Nobis æqualis labor, & majus periculum imminet, quam ceteris Sacerdotibus, quia Canones antiqui præcipiunt, ut omnes Metropolitani sciant sollicitudinem totius Provinciæ gerere*.

Cod. Bonif. ep. 105.

IV. Metropolitani Pallii generali concessione Romano Pontifici fiunt subjecti antiquata Exarch. potestate.

In his, quæ ex S. Bonifacio decerpsi, ab eodem in Synodo constituta, spe instaurandæ Ecclesiæ, quamquam fatetur officium laboris sui sibi visum esse *simillimum cani latranti, & videnti fures, & latrones frangere, & subfodere, & vastare domum Domini sui, & quia defensionis auxiliatores non habeat, submurmurans ingemiscat & lugeat*; in his inquam, præ aliis quæ Episcopos, quæve Metropolitas spectant, dignum notatu est, quod causarum cognitiones ab Episcopo ad Metropolitanum, ab hoc vero ad Summum Pontificem recta deferendas synodaliter constituitur. Quare omnes fatentur, Exarchatus dignitatem, potestatemque in Galliis extinctam esse; quidquid nonnulli fastidientes subjectionem, quam Romano Pontifici, ut Patriarchæ suo debent Metropolitæ Occidentis, secus rem totam interpretentur, quos erudite arguit Scriptor Francicus. Ultro huic novæ disciplinæ Episcopos omnes se subjecisse ostendit, longeque ut sublatam inter Pontificem & Metropolitas Exarchi potestatem quererentur, ejus instaurationi non semel tentatæ semper restitisse: neque hanc fuisse novam legem, qua Metropolitis per Pallium daretur, sed ipsam illam qua S. Gregorio Magno subjiciebantur, quos per se ordinabat, Metropolitæ. Quum autem nonnullo discrimine subjicerentur Romano Pontifici, ut Patriarchæ Occidentis, Metropolitæ cæteri, quos hucusque alia erat disciplina confirmandi, ab ipsis Romanis Pontificibus, & Conciliis stabilita, quis litem moveat iisdem aliam nunc statuentibus? Mutata est igitur vetus disciplina, confirmarique Metropolitas cœptum per S. Pallium: at mutata ea quidem est ab ipso ejus autore Romano Pontifice, qui majorem hoc sacro indumento autoritatem Metropolitis omnibus voluit elargiri, ut firmitatem inde accipiens eorum autoritas Comprovincialibus fieret Episcopis formidabilior, ac proinde utilior, quam antea. Metropolitæ vero ipsi non Exarcho aut Primati, sed eidem Romano Pontifici, a quo plenitudinem potestatis accipiebant, jure ac merito subdebantur. Hinc est, quod, nedum summa Pontificia, Patriarchali sola utens

Thomass. de benef. P. 1. lib. 1. cap. 55.

ANNO CHRISTI 769.

tens autoritate, illos Romanus Pontifex, ad Concilia convocabat &c. ut statuitur Canone XVII. Concilii VIII. supra laudato, qui nullum Patriarchatus Metropolitam excludens, conceptis his verbis utitur: *Sive per manus impositionem, sive per Pallii dationem Episcopals dignitatis firmitatem accipiunt*. Et hæc obiter dicta sint occasione instaurationis Metropoleon Franciæ, quas pessumdederant Majores domi. Ex quibus, utquumque obiter dictis, certam Epochem figere haud dubie possumus moris confirmandi Metropolitas omnes Occidentalis Patriarchatus per sacrum Pallium Roma missum circa initium octavi seculi. Et sane præter Africam & Hispaniam, quibus impia Saracenorum dominatio interdixerat vel Christiana Religione, Regna cætera, quorum Metropolitis ob distantiam locorum non dari, sed mitti poterat Pallium, ætati hujus disciplinæ non repugnant. Galliam enim, ut e calamitatibus ante octavum seculum cœptis emergeret, ultro eam amplexam esse jam vidimus in Synodo anni 742. Angliam non ignoramus, a duobus omnino Metropolitis Dorovernensi, seu Cantuariensi, & Eboracensi, qui per Pallium confirmabantur ab ipsa institutione, a seculo septimo nimirum, gubernari. Germaniæ denique illam partem, quæ ad Francorum Regnum pertinebat, ab eodem Apostolicæ Sedis Legato Bonifacio, qui Francicam instaurare a Francorum Regibus rogatus, a Romano Pontifice jussus erat, prima disciplinæ rudimenta suscepisse, aliam vero partem aut servire Idolis, aut sicubi Evangelium auditum erat, nullibi de Ecclesia, nedum de disciplina ejus cogitatum esse, quem præterit.

V. Ex octo Metropolitis Franciæ, qui Concilio Lat. adsunt, unus tantum Senonensis Pallium acceperat.

Hæc quum ita sint, nemo non videt, quanta via errarit Archiepiscopus Parisiensis, quum Concilii generalis decreto contendit roborari insidias, quas Nicolaus I. Gallicanis Præsulibus ante sexennium molitus fuerit. Longe enimvero alia fuit mens Gallicanis Præsulibus centum amplius annis, quam Nicolaus ad Petri Cathedram eveheretur. Iidem ultro decreverunt, ut S. Bonifacius testatur, *In Synodali conventu subjectionem Romanæ Ecclesiæ fine tenus vitæ velle servare:* eosque & successores stetisse, ut par erat promissis, Concilium hoc Lateranense Stephani III. fidem facit, cui duodecim evocati Episcopi adfuerunt, unicus nimirum Archiepiscopus, septem urbium Metropoleon, reliqui Suffraganearum Sedium, Episcopi. Quorum ego de Sedibus loquuturus, quam apte præmiserim pauca hæc de Pallio, satis liquet; idcirco enim tamquam meri Episcopi nuncupantur ii septem, utquumque haberent Sedem in sua quisque Metropoli, quia dignitatis Episcopalis firmitatem traditione Pallii hauddum acceperant, quod mox ostendam. Sedes igitur Episcoporum urbium Metropoliticarum septem sunt juxta ordinem, quem ipsi in Concilio tenuerunt: *Moguntina, Turonensis, Lugdunensis, Bituricensis, Narbonensis, Burdegulensis, Remensis*. Has vero omnes fuisse habitas pro meris Episcoporum Cathedris, unico eorumdem aspectu deprehendimus. Unus siquidem Senonensis vocatur Archiepiscopus, cæteri omnes Episcopi; unus Senonensis sedet loco Metropolitæ debito, nempe post Ravennatensis Legatum, cæteri omnes antiquitatem ordinationis servant inter ipsos Suffraganeos. Unus Senonensis Episcopo Ostiensi aliis omnibus antiquiori præfertur, cæteri omnes tum *illi*, tum alii Suffraganeo Archiepiscopi Senonensis postponuntur. Quem sane ordinem habendum esse instar regulæ certæ ad cujuscumque Episcopi locum dignoscendum hinc inde numerando, ut moris est in Conciliis, persuasum est, quia non in subscriptionibus, quarum mira est varietas, sed ipsis in Actis, ipsoque in Sessionis initio leguntur eorum nomina. Præterea solum id esse factum in hoc Concilio, ut Franci præirent Italis, non Provinciæ singulæ seorsim collocarentur, aut alia adhiberetur regula ex iis, quas observat Cantelius, patet ex Episcopis Italiæ, & Tusciæ, atque Campaniæ, qui omnes, præter Ostiensem, concedunt loco Episcopis Franciæ, ut hi olim in Arelatensi I. concesserant Italis; inter se autem invicem confunduntur, prout ætas ordinationis suadet. Quam rem minime esse factam videre est in subscriptionibus Constitutionis Sancti Pauli I. anno 761. cui Episcopi, prout commodum illis erat, subscripsere, novendecim scilicet in prima pagina, subiicientes in fine, *& alii cæteri, qui capere non possumus:* deindo post octo Cardinalium subscriptiones versa pagina tres alii Episcopi, quos reliqui Cardinales sequuntur. Id quippe est discriminis inter considendum, & subscribendum, quod hic sæpe varietas, quandoque etiam nullus ordo servatur; illic vero siquando varietas deprehenditur, aliquem semper ordinem servatum conjicietur. At venio ad urbes Metropoles Franciæ Archiepiscopali dignitate vacuas.

Baron. an. 761.

VI. Galliarum Archiepiscoporum instaurator est Adrianus Papa, agente Carolo Magno.

Inter cæteras Gallicanæ Ecclesiæ illius ævi calamitates duæ potissimum numerantur, jura omnia Episcopatuum concessa laicis, scelestisque hominibus, & dignitas Metropolitarum eversa. Hanc quidem postliminio revocare non poterat nisi Romanus Pontifex; illa vero ut redderentur Episcopis, non erat satis Pontificia autoritas, at Regia etiam voluntate & jussione erat opus. Neutrum defuit Ecclesiæ illi, quæ postea semel restituta, per Sacerdotii & Regni concordiam ad nostram usque ætatem florentissima semper fuit, semperque futuram mihi ominor. Dignitatis itaque Metropolitanarum omnium instaurator fuit Papa Adrianus, qui Stephano III. successit anno æræ vulgaris 772. Neque alio utar teste, quam eo ipso, qui in epistola ad Bertherium Viennensem Episcopum rem, quemadmodum se habuit, nos docet: *Carolus Rex* inquit, *Patricius Romanorum Romam venit, & Pascha Domini apud S. Petrum nobiscum egit; ubi inter alia eum monuimus de Metropolitanorum honore, & de Civitatibus, quæ laicis hominibus traditæ erant, & quia Episcopalis dignitas fere per LXXX. annos esset conculcata...... Autoritate igitur B. Pe-*

Labb. Biblioth. Mss. to. 1. pag. 109. & in Conciliis.

ANNO CHRISTI 769.

Petri Principis Apostolorum singulis Metropolitis antiquo more potestatem suam reddidimus, & filium nostrum gloriosum & inclytum Regem Carolum ante corpus B. Petri inde rogavimus, ut antiquam dignitatem omnis Metropolis haberet: ideo hanc epistolam autoritatis nostræ omnibus misimus, quam & tu ut haberes voluimus, & ut tu nosceres, Ecclesiæ tuæ privilegium, quod a tempore B. Papæ Leonis habuit, esse integre reformatum. Ex postremis his verbis conjicio, quod exempla epistolæ, quæ ad Episcopos, Archiepiscoposque ab se restitutos Adrianus dedit, singula notitiam Provinciæ suæ habuerint adnexam; nam constat ex Cod. Vaticano num. 1338. eumdem Pontificem dedisse ipsi Carolo eam notitiam integram, tamquam Commentariolum antiquæ jurisdictionis Metropoleon ab eo instauratarum. In primo siquidem folio Codicis legitur: *Iste Codex est scriptus de illo Authentico, quem Domnus Adrianus Apostolicus dedit gloriosissimo Carolo Regi Francorum, & Longobardorum, ac Patricio Romanorum, quando fuit Romæ.* Et pagina 228. *Notitia in Provincia Galliarum, vel Galliarias decem titulis nominate qualiter statutum, aut ......* adeo incorrecte scriptum (ait Schelstratius, qui hanc Notitiam in lucem edidit) ut verus sensus elici nequeat. Deinde septemdecim numerantur Metropoles cum suis quæque Suffraganeis, juxta dispositionem S. Leonis, & aliquot Successorum: ac proinde in Viennensi I. non legitur Metropolis Arelas, sed: *Metropolis civitas Viennensium*, & inter Suffraganeas duodecima: *Civitas Arlatensium*: quæ laudatæ Adriani epistolæ fidem faciunt. At quia non redditis etiam juribus, Metropolitæ ab Adriano sic restituti, fuissent nomina sine re; nonnisi post aliquod tempus misso identidem Pallio, Archiepiscopalis potestas fuit confirmata Metropolitis, utquumque ab Adriano, ut dictum est, instauratis: nam refert historia, quod Pagius observat: *Carolo Magno regnante Ecclesiasticos, eo agente, aliqua jura, licet non omnia recuperasse.* Eaque propter idem Adrianus toto sui Pontificatus tempore, ejusque maxime diuturni, nam tres & viginti annos gubernavit Ecclesiam, ea non vidit Episcopis, & Archiepiscopis plene restituta.

Antiqu. Eccl. tom. 2. append. num. IX.

Pag. an. 744. num. 6.

VII. Metropolitæ ante Adrianum aliqui erant restituti, at parum felici successu.

Negari non potest, quod ante Adrianum alicubi dignitas Metropolitica fuerit restituta; nam liber Pontificalis testatur, S. Gregorium III. misisse Pallium Williario Viennensi, Metropolitam videlicet Viennensis primæ eum confirmasse: & supra vidimus, S. Zachariam misisse tria Pallia S. Bonifacio, confirmandi causa tres Metropolitas, Rothomagensem, Senonensem, & Remensem. At de duobus postremis, qui ad Concilium hoc spectant, satis ostendi superiori capite instaurationem illam evanuisse, & idem Adrianus, qui nequicquam restitutam dolet a S. Zacharia Metropolim Remensem, affirmans ab se esse redditam singulis Metropolitis antiquam potestatem, extra aleam rem ponit. Prætexquamquod Williarius ille Viennensis, quem liber Pontificalis restitutum tradit a S. Gregorio III. ante annum scilicet 740. invadentibus Septimaniam Saracenis, lateque omnia vastantibus irreligiosiores Francos expertus, relicta Episcopali Sede, in monasterium Agaunense S. Mauricii se recepit, ut rem fuse narrat Chronologus Flaviniacensis. *Vuiliarius*, ajens, *Viennensis, qui Austroberto successerat videns Viennensem Ecclesiam indecenter humiliari ob cladem Saracenorum Septimaniæ & Viennensi, & Lugdunensi Provinciis imminentium, laicis sacrilege & barbare res sacras obtinentibus, relicto Episcopatu monasterium Agaunense expetiit, ubi & vitam venerabilem duxit. Et hoc in tempore Stephani Papæ, qui Zachariæ successerat.* Quam historiam parvo discrimine Ado etiam narrat apud Baronium. Ex quibus est evidens, totum quam longe, lateque patebat Francorum Regnum, una eademque fortuna usum esse, ita ut nulla omnino Metropolis calamitatis expers sit relicta. Neque huic fuisse ullum modum credideris; nam Saraceni, Narbone a Francis expugnata post triennalem obsidionem, pulsi sunt Septimania, & ultra Pyrenæos ejecti anno 755. ac rum temporis incipiente sacrilega Ecclesiasticæ rei usurpatione, Williarius abire compulsus est in monasterium, unde nunquam in suam Sedem est reversus, Attiniacensi enim Placito anno 765. al. 762. celebrato, subscribit *de monasterio S. Mauricii*. Hujusque successori Bertherio videmus, Adrianum restituere Metropoliticam dignitatem, perinde atque aliis Galliarum Archiepiscopis, an. 774. Argumentum minime dubium, quod novennale Pipini bellum in Aquitania pro Ecclesiæ rebus vindicandis contra Waifarium anno 768. confectum, parum profecerat. Quamobrem tres alii Episcopi Metropoleon urbium Septimaniæ, qui adsunt Concilio Stephani III. Bituricensis, Burdegalensis, & Narbonensis haud feliciores ceteris sunt credendi. Quæ ut gratis non asseram, quæcumque, ex iis septem, Metropoles in pristinum restitutæ ab Adriano, post initam cum Rege Carolo præfatam concordiam, inveniuntur traditione Pallii earum Archiepiscopis, hic subjiciam.

ANNO CHRISTI 769.

Labb. Bibl. Mss. to. 1. pag. 107.

Baron. an. 738.

VIII. Remensis & Moguntina Metropolis instaurantur circa an. 775. cum subjectione S. Sedi. Flod. Histor. Rem. l. 2. c. 17.

Primæ omnium occurrunt *Remensis*, & *Moguntina*, quarum Episcopis Pallium se esse largitum Adrianus ipse testatur in sæpe laudata epistola ad Tilpinum Remensem, cujus principium Remensis Pallii testis est, finis vero Moguntini. *Quia*, Tilpinum alloquens inquit, *ad petitionem spiritalis filii nostri, & gloriosi Regis Francorum Karoli præbente tibi bonum testimonium de sanctitate, & doctrina Fulrado amabilissimo Abbate, Franciæ Archipresbytero Pallium secundum consuetudinem tibi trasmisisse nos cum privilegio, ut Metropolis Ecclesia Remensis in suo statu maneret, bene memoramus &c.* Et de Lullo Moguntino loquens, his epistolam verbis claudit: *Expositam, & conscriptam, & manu sua propria subscriptam Catholicam, & Orthodoxam fidem per missos suos cum literis, ac testimonio tuo, seu aliorum Episcoporum,* (Viomagi, & Possessoris) *quos tecum esse mandavimus, ad nos dirigat, ut Pallium illi, secundum consuetudinem transmittamus, & ordinationem illius firmam judicemus, & in eadem Sancta Ecclesia Moguntina Archiepiscopum constitutum esse faciamus.* Hanc Adriani epistolam refert Cointius ad annum 775. quod si ita est, Remensis Archiepiscopus, aut ante colloquium Adriani cum Carolo factum superiori anno, aut paulo post, sacrum Pallium obtinuit: Moguntinus vero post hanc epistolam; nam fidei professio primum mittenda ab illo erat. Quam fidei professionem ab Episcopis Francis petitam, quia ejus similis hauddubie fuit, quam Bonifacius, dum Romæ ordinaretur, edidit, & manu sua subscriptam obtulit, ut extat inter Gregorii II. epistolas, non erit abs re hic spectandam proponere in Indiculo S. Bonifacii, tanquam maximum reverentiæ, atque obedientiæ Gallicanorum Præsulum S. Sedi monumentum: *Promitto ego Bonifacius Dei gratia Episcopus, tibi B. Petro Apostolorum Principi, Vicarioque tuo Beato Gregorio Papæ, & Successoribus ejus, per Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, Trinitatem inseparabilem, & sacratissimum Corpus tuum, me omnem Fidem & puritatem S. Fidei Catholicæ exbibere, & in unitate ejusdem Fidei, Deo operante persistere, in qua omnis Christianorum salus sine dubio esse comprobatur, nullo modo me contra unitatem communis, & universalis suadente quopiam consentire: sed ut dixi fidem, & puritatem meam, atque concursum tibi, & utilitatibus Ecclesiæ tuæ, cui a Domino Deo potestas ligandi, solvendique data, & prædicto Vicario tuo: atque Successoribus ejus per omnia exbibere. Sed etsi cognovero Antistites contra Instituta antiqua SS. Patrum conversari, cum eis nullam habere communionem, aut conjunctionem: sed magis si valuero prohibere, prohibebo; sin minus, fideliter statim Domino meo Apostolico renunciabo &c.* Hujusmodi se obligabat sacramento S. Bonifacius, quum an. 723. ordinabatur Episcopus a S. Gregorio II. in urbe Roma. Eodemque Francos omnes Episcopos cum suo quemque Metropolitano, & Metropolitas cum Romano Pontifice se obligasse idem Bonifacius testatur: *Eodem modo, quo Romana Ecclesia nos ordinatos cum sacramento constrinxit ..... Sic enim, ni fallor, omnes Episcopi debent Metropolitano, & ipse Romano Pontifici, siquid de corrigendis populis apud eos impossibile est, notum facere.*

ANNO CHRISTI 769.

Garner. in Diurn. Pont. tit. VIII. cap. III.

Cod. Bonif. ep. 105.

IX. Subjectionem S. Sedi Metropolitæ omnes exprimere tenebantur in professione Fidei, quam mittebant Romam. Diurn. Pont. c. 4. tit. 1. & 2.

Ad fidei vero professionem Pallii petitioni adjunctam, manuque ipsius Metropolitæ petentis subscriptam quod spectat, certo certius est, mitti consuevisse ab omnibus Episcopis Romanæ ordinationi non subjacentibus multo antequam Adrianus ab Episcopo Lullo eam peteret, ita enim docent primæ duæ Formulæ Literarum Romanorum Pontificum id sacrum Indumentum ad eos mittentium, ubi legitur: *Fidem autem, quam in tuis epistolis breviter adscripsisti, licet latius explanare debueras, Redemtori tamen nostro gratias agimus, quod eam in ipsa etiam brevitate rectam esse cognovimus.* Harum autem literarum Garnerius autorem facit Sanctum Gregorium Magnum, ac proinde non nova obligatos lege Gallicanos Episcopos discant, qui secus docent. Huc accedit, quod Gallicani Episcopi, qui nullo eos prorsus cogente, at ultro, ut Sedes & dignitates per summam injuriam sibi ablatas, ab eo, qui vindicare & asserere illas poterat, Romano Pontifice, restitui obtinerent, *confessi sunt in Synodali conventu unitatem, & subjectionem Romanæ Ecclesiæ fine tenus vitæ velle servare; S. Petro, & Vicario ejus velle subjici &c.* Quam profecto clausulam omnes Metropolitas Franciæ præfatæ Fidei professioni adjunxisse pro certo habeo, ipsis Francorum Regibus non modo non renuentibus, sed scientibus, ac volentibus. Nec parvo hæreo fundamento. Adrianus siquidem rescribens Regi Carolo anno, ut Cointius colligit, 786. qui Pallium petierat pro Hermemberto Metropolita Bituricensi, apertissimis hisce utitur verbis: *Quapropter prædicto Hermemberto a nostra Apostolica Sanctissima Sede, atque autoritate Archiepiscopo constituto in Metropolitanam Civitatem, quæ Bituricas cognominatur, sicut dudum mos extitit, sub jure S. Romanæ Ecclesiæ degenti, usum Pallii concessimus fruendi.* Quæ palam faciunt non per cuneos meditatam esse Apostolicam Sedem subjicere Gallicanos Antistites, at subjectionem Divino jure sibi debitam fateri ipsis Regibus, quibus non minus grata erat subjectio ista Episcoporum sui Regni, quam ipsis Episcopis, qui eam impense quæsierant, fastidientes Primati, aut Vicario Apostolico subjacere, sicut ante Metropoleon eversionem in Galliis, & alibi, moris fuit. Eam quippe disciplinam, quæ olim viguit, eamdem subjectionem Metropolitis injungere quis neget? Statuitur in Concilio Chalcedonensi, ab Episcopis ad Metropolitas, ab his ad Primates Diœceseon, nempe ad Heracleensem, Ephesinum, & Cæsareensem, ut recte monet Christianus Lupus, sive ad Patriarcham appellari: *Si adversus Provinciæ Metropolitanum Episcopus, vel Clericus habet querelam, petat aut Primatem Diœceseos, aut Sedem Regiæ urbis Constantinopolitanæ, & apud ipsam judicatur.* Paremque fuisse ordinem prioribus seculis in toto orbe nos docet Leo Magnus: *Provisum est, ne omnes omnia sibi vindicarent, sed essent singulis in Provinciis singuli, quorum inter Fratres prima haberetur sententia. Et rursus quidam in majoribus urbibus constituti sollicitudinem susciperent ampliorem.* Et subjungit (quod Canoni deest, non enim decernit pro universali Ecclesia, sed pro solo Constantinopoleos Patriarchatu:) *Per quos ad unam Petri Sedem universalis Ecclesiæ cura conflueret, & nihil unquam a suo capite dissideret.* Quamobrem Metropolitæ, aut Primati ut olim, aut Romano Pontifici, ut mutata disciplina veteri, iisdem communi consensu petentibus, subjacerent, unius semper Apostolicæ Sedis autoritati subjectionem omnem professi sunt. At redeo ad Metropoleon instaurationem, unde aliquantulum sum digressus.

ANNO CHRISTI 769.

S. Bonif. ubi supr.

Adrian. ep. 9. Cod. Car. 87.

Conc. Chalc. Canon. 9.

S. Leo M. ep. 84.

X. Bituricensis Metropolitæ instauratio facta anno 786. Cod. Car. ep. 87.

Post Remensem, & Moguntinam ab Adriano restitutas, Bituricensem nuper ajebam, petente Carolo per Pallii concessionem instauratam esse anno 786. At quia nolim credi, haud omnium primo Ermemberto esse datum sacrum Pallium, præstat rem docere ipsis Adriani literis ad Carolum. *Reperimus*, inquit, *in ipsis Regalibus assa-*

ANNO CHRISTI 769.

tibus vestris, ut præsato Eremberto Episcopo Pallium Sacerdotalibus infulis decoratum Apostolica autoritate concederemus, quia civitas Metropolis in Aquitania videtur esse patria, quæ illustrem nanciupatur, ubi nunc præfatus, qui præsse dignoscitur, curamque Pastoralem devotus excercere videtur. Quatenus ignorantes, si canonice in Provincia partibus illis tam ordinatus tam a Præcessoribus suis susceptus, quamque a vobis pacifice, euncleatius tum indagari curavimus, ne inadjurpationis locus aliquis Sacerdotibus in alteritat jure concedatur. Qui præfatus sanctissimus vir nobis confessus est, ut sub nullius Archiepiscopi jurisdictionis esse videretur. Ex quibus liquet, Bituricensis Metropolis memoriam fere omnem periisse. Neque id mirum, ut nuper ajebam loquens de Viennensi, quam enim Aquitania I. in Septimania sita sit, easdem vices passa est, quas Viennensis. Quin etiam quæ victiones Hispaniæ erant Provinciæ, ac Narbonensis & Burdegalensis, tardius exteris sunt restituta. Narbonensem scilicet Carolus Magnus in suo Testamento anno 811. non recenset inter illas, locat nec Rhenum, nec Aquensem. Quamobrem (quod Baluzius non est adsequutus in Commentariis ad Capitularia) Coinrius multas inter causas eam recenset, quod pall mortem Pipini novis Sacrarcnorum invationibus ex Provincia patuerunt. De Burdegalensi autem Metropoli hoc affirmare Sumus arbitrati, quod post Bertrannum, qui adfuit Concilio Matisconensi, ejusque successorem Gundegisilum: *Multi desunt Antistites usque ad Sicuinum, qui Ludovici Pii tempore vixebat.* Atque ita quoque utriusque Metropolis Episcopi, qui Concilio Stephani III. adfuere, ubicumque locorum, aut gentium degerent, prout conditio, ea temporum ferebat, meri erant Episcopi omni Metropolitica dignitate exuti; nisi & ipsi, ut de non paucis legitur, Chorepiscopi, seu Spiculatores, quo nomine alibi quoque occurrunt in Placitis Regum, & Concilii, vocabantur, quasi certarum regionum

Schol. in calcarum in qualiber Diœcesi Speculatores, qui nobis sunt Archidiaconi, Archipresbyteri, & Decani rurales, ait Colvenerius in Scholiis ad Flodoardum.

Mirabitur fortasse aliquis, Lugdunum, & Turonis extra Septimaniam urbes, & quidem Lugdunensem borealiorem Vienna, ac Turonensem Bituricis, non confiare ullo veterum monumento instauratas esse ab Avianono, five, ut melius dicitur, confirmatas traditione Pallii earum Episcopis. At redeat is quæso in memoriam eorum, quæ ad rem adducit Scriptor Francicus eruditissimus: *Si Metropolem singularem desiderat, perinde ut Remensis a Flodoardo, mandata scriptis, & ad nos perlata fuisset, aque numerosa occurrerent in iis exempla petita ex eorum ab Apostolica Sede confirmatarum.* Quod certum posumus affirmare, honor Metropoliticus omnibus urbium Metropoleon Antistitibus ab Adriano est restitutus, non tamen Pallio confirmatus; at quo tempore, Imperator Carolus fuum condidit Testamentum, 811. unam & viginti Metropoles in toto Regno, feu Imperio enumerabat, in quas fuos thesauros effundi jubebat post mortem, nempe: Romam, Ravennam, Mediolanum, Forumjulii, Gradum, Coloniam, Moguntiacum, Juvavium quæ & Salzburgum, Treverim, Senones, Veiontionem, Lugdunum, Rothomagum, Remos, Arelatem, Viennam, Tarantasiam, Ebrodunum, Burdigalam, Turones, Bituriges. Quibus ex paulo fupra allatis rationibus non adjungit Novempopulanam, quamque ab ortu Pipini, cuncleatius tum indagari curavimus, ne inadjurpationis locus aliquis Sacerdotibus in alteritat jure concedatur. Qui præfatus sanctissimus vir nobis confessus est, ut sub nullius Archiepiscopi jurisdictione esse videretur. Ex quibus liquet, Bituricensis Metropolis memoriam fere omnem periisse. Neque id mirum, ut nuper ajebam loquens de Viennensi, quam enim Aquitania I. in Septimania sita sit, easdem vices passa est, quas Viennensis. Quin etiam quæ victiones Hispaniæ erant Provinciæ, ac Narbonensis & Burdegalensis, tardius exteris sunt restituta. Narbonensem scilicet Carolus Magnus in suo Testamento anno 811. non recenset inter illas, locat nec Rhenum, nec Aquensem. Quamobrem (quod Baluzius non est adsequutus in Commentariis ad Capitularia) Coinrius multas inter causas eam recenset, quod pall mortem Pipini novis Sacrarcnorum invationibus ex Provincia patuerunt. De Burdegalensi autem Metropoli hoc affirmare Sumus arbitrati, quod post Bertrannum, qui adfuit Concilio Matisconensi, ejusque successorem Gundegisilum: *Multi desunt Antistites usque ad Sicuinum, qui Ludovici Pii tempore vixebat.* Atque ita quoque utriusque Metropolis Episcopi, qui Concilio Stephani III. adfuere, ubicumque locorum, aut gentium degerent, prout conditio, ea temporum ferebat, meri erant Episcopi omni Metropolitica dignitate exuti; nisi & ipsi, ut de non paucis legitur, Chorepiscopi, seu Spiculatores, quo nomine alibi quoque occurrunt in Placitis Regum, & Concilii, vocabantur, quasi certarum regionum

Schol. in calcarum in qualiber Diœcesi Speculatores, qui nobis sunt Archidiaconi, Archipresbyteri, & Decani rurales, ait Colvenerius in Scholiis ad Flodoardum.

Mirabitur fortasse aliquis, Lugdunum, & Turonis extra Septimaniam urbes, & quidem Lugdunensem borealiorem Vienna, ac Turonensem Bituricis, non constare ullo veterum monumento instauratas esse ab Avianono, five, ut melius dicitur, confirmatas traditione Pallii earum Episcopis. At redeat is quæso in memoriam eorum, quæ ad rem adducit Scriptor Francicus eruditissimus: *Si Metropolem singularem desiderat, perinde ut Remensis a Flodoardo, mandata scriptis, & ad nos perlata fuisset, aque numerosa occurrerent in iis exempla petita ex eorum ab Apostolica Sede confirmatarum.* Quod certum posumus affirmare, honor Metropoliticus omnibus urbium Metropoleon Antistitibus ab Adriano est restitutus, non tamen Pallio confirmatus; at quo tempore, Imperator Carolus fuum condidit Testamentum, 811. unam & viginti Metropoles in toto Regno, feu Imperio enumerabat, in

ANNO CHRISTI 769.

Testim. Car. in to. Concilior.

Schelest. Antiq. Ec. p. 6.

XI. Numerus Metropoleon in Gallia restauratum tempore Caroli Magni.

Thomas. fin. de bc. mef. lib. 3. c. 43. n. 7.

ANNO CHRISTI 769.

eum videmus præclaro Archiepiscopi nomine conspicuum statim post Sergii Ravennatis Legatum federe, & iterum Archiepiscopum Galliarum vocari audimus, dum Adriano invasionis Pseudo-Papæ Constantini accepit e Primicerii manibus, traditeque Notario Regionario, ut ea relegat coram Concilio. Quamobrem aut Pallium ei miserit in Francium S. Paulus, aut Romam venienti cum reliquis ad Concilium Stephanus III. dederit pariter, certe Willicarius Senonensis erat Archiepiscopus. Hæc de Sedibus Metropolibus Francix, quæ tantum nonnullis negotium faceffunt, ut Archiepiscopum Senonensem credant Primatem, ne libris horum Metropolitarum vacuos fateantur. Il vero, ut videatur, quam recte id contendant, præter aliara fuperiori capite, quæ hactenus vellm fecum reputent, quod & Senonenfis fuiffet quid majus Metropolita, quemadmodum reliqui Francorum Episcopi omnibus Italis præferendus, ita & is Ravennatenfis Legato potiori titulo præfediffet: dum ex contrario hunc illi poftmodum videnr, quia videlicet Metropolitice dignitatis habebatur inferior. Quæ autem Senonenfis præterit Veronenfis, oftendam fequenti capite. Eadem de Italiæ fedibus verba faciam; alia enim ejus rei caufa fuit, quam quod aquum non videretur antiquiori, qui ab anno circiter 752. erat conlecratus, præferri nuperrimum Metropolitam, qui Lupo fuccefferat poft 795. aut 796. annum 761. & Pallii facrum indumentum veroffimiliter pacis ante Concilium diebus accepcrat. Sed opportunius de his agam, poftquam de, quatuor Suffraganeis Sedibus verba fecero, quæ quum Metropolibus admixæ fint, aperte oftendunt, nullam per ea tempora inter illas Pallii fuiffe dignitatem.

XIII. De Suffraganeis Sedibus, quarum Epifcopi adfunt Concilio. Ac primum de Meldenfi.

Ex vero funt, *Meldenfis, Juvavienfis, Lingonenfis, Novionenfis*, five, ut ipfis verbis utar Codicis, *Meldenfi, Joabonenſi, Lingonienſi, & Nonionenſi.* Ac primum de Meldenfi. Hæc profecto Suffraganea Senonenfis Archiepiscopi Sedes cur vindicanda effe videatur, eft barbara noftri Codicis Scriptura. Poffet enimvero alicui dubium effe, num Metrenfis pro Meltenfi legendum fit: nec levi intereretur fundamento ejufmodi dubitatio. Si enim Metrenfis urbs Mediomatricum Suffraganea Treverenfis in-Belgica I. ea effet, non videretur admiratione dignum, Bufferamum ejus Epifcopum federe ante omnes Metropoleon urbium Antiftites. Nam conftat, Metrenfem Epifcopum, quum inregro poft hoc Concilium fedo Pallium obtinuit ab Joanne VIII. cum fubjectione tamen fuo Metropolitæ Trevirenfi, quamor Prædecefforum, exempla attulifie, qui facro illo Indumento ornari fuerint. Quorum aliquem attigifi. E bium Metropolicum, quam Suffraganeaum, tempora hujus Concilii confirmant Annales Fuldenfes Lambeciani, aliique Annales Francorum a Lambecio ex Bibliotheca Cæfarea evulgati: in primis fquidem anno 765. & in alteris num. 26. hæc leguntur: *Herotgaugus Metenſis urbis Archiepiscopus corpora SS. Gorgonii, Nabarii, & Nazarii a Paulo Romane Sedis Apoſtolico de Roma in Francium tranſtulit.* Ubi utquumque pro Archiepiscopo non accipiatur Metropolita, fed merus Suffraganeus dignitate minor Metropolita, majorque Epifcopo, juxta phrafim Græcorum, quos obfervat Chriftianus Lupus poftcriori ævo ab antiqua hierarchia recedentes novum condidiffe, Epifcopalem ordinem ita diftinguentes: *Patriarcha, Primas, Metropolita, Archiepiscopus, Epiſcopus*; tamen ipfa Pallii pertogativa reliquos eum Suffraganeis, & proinde ipfis Metropoleon urbium Epifcopis præferendum exegiffet, quum præfertim non ignoremus, Archiepiscopum Senonenfem, five Auguſtodunenſem, five Auguſtodunenſem & Francia Epifcopos, quos alibi Metropolibus folo nomine appellares diici, tum Pallii ufu multa privilegia eidem adhærentia affequutos, quæ ne ullum detrimentum inferrent Metropoliticæ autoritati, caverdum præcipue fuit a Romanis Pontificibus, ut liquet ex laudata faepius epiſtola Adriani ad Bertherium: *Nes propterea, inquit, ulla Metropolis prajudicium patetur, ſi alicui Suffraganeorum, aut nos, aut Prædeceſſores noſtri per Francorum Ducatum, Pallium largiti ſumus.* Omne autem dubium tollitur, vereque Bufferamum effe Epifcopum Meldenfem conftat ex Catalogis ejus Sedis Epifcopalis in Gallia Chriftiana, ubi legitur ordine XXXIII. *Veldradus*, qui etiam conventui Attiuacenſi interfuit. Sammarthani quidem nudum habent ejus nomen, non enim videtur Attinacenſem illum conventum in editione Conciliorum Labbeana poftea vulgatum: at Sirmondus, aliique omnes eum fequuti, qui e fchedis Pannivinitis Epifcopotum nomina didicerunt, ne quidem Vulfranni, qaipe in iisdem non extans, audierunt. Certum in noftro Codice, ut in Bonifaciano, aliifque eorum temporum folemne eft lieras A, & G, in E, & C, in O, & U, commutare & contra; idcirco *Reverentiſſimus* pro *Reverendiſſimus*, *Metenſis* pro *Meldenſis*, & his fimilia ſæpenter occurrunt.

XIV. De Lingonenſi,

De Joabione dicendum eſt; at quia tum de hac Sede tum de *Burtewaldi* alia Sede, quam Bardegalam interpretor, loquentem, me opportune conjecturam feci, de duabus aliis Lingonenſi, & Novionenſi, quod eft dicendum, expediam. Ad Lingonenſem, quod attinet, præter variatarem nominis, nam Linguonum in Adriani Codice appellatur, Lingonum in aliis notitiis, & Lingonicenſis in noftro Codice, illud dignum obſervara eſt, quod quum fit Suffraganea Lugdunenſis, poft quatuor aliarum Provinciarum Epifcopos ejus Antiſtes conſidet, ac præcedit Remenſem, quæ duo nimirum inmodum confirmant, & Lugdunenſis inter Francorum Epifcopos unum Senonenſem & Galliæ Archiepiscopum, & reliquos omnes tam urbium Metropoleon, quam Suffraganeaarum, meros Epifcopos. Nam Metropolitanis Suffraganeos admiſceri quandoque conſueviſſe ex Concilio liquet, at de Comprovincialibus id evenifſe æque conſtat; quare fi poſt Lugdunenſem ſedebat Lingonenſis, res procederet. Deinde cur allos Metropoleon Præſules ſequitur, Remenſem vero præcedit? Certe nifi aliunde palam factum effet, nullam eos inter prærogativam præter cæ-

ANNO CHRISTI 769.

Schol. ad Can. 12. Conc. Chalc. c. 3. append. ad Lacr. Epiſt.

Adrian. ep. 9.

XV.

ANNO CHRISTI 769.

JOSEPH Epiſcopo Dertonæ. Hunc Ughellus ad Cathedram Dertonenſem ait eſſe aſſumtum ann. 753. ac 765. eſſe mortuum, ſed ſucceſſiſſe Flavianus, quem eo anno obiiſſe deprehendit. At noſter Codex poſt quadrienium cum vivere, ac Romam ex Provincia Italia ad Concilium venire oſtendit. Simondus, qui Vvalfrannum Melidenſem non legit in Schedis Pauvini, utrique autem hunc Francis incertæ Sedis adjungit, quæ res multorum fatigavit ingenia, ac demum, ut legitur in Gallia Chriſtiana, inter Avenionenſes numeratur. Inde vero eradendum Codex jubet, Dertonenſique, Joſephi Ughellini ætatem protrahendam, Flaviani primordiis circa annum 769. collocatis. *LANFRIDO Epiſcopo Caſſri*. Sec-

VIII. Joſephus Epiſcopus Dertonæ.

16. Lanfridus Epiſcopus Caſtri.

ANNO CHRISTI 769.

dis hujus elapso seculo Aquæ-pendenti unitæ principium Ughellius deducit a pervetusto quodam codice, quem Beatum Bernardum Balneoregiensem primum Cattri Episcopum Leone IV. Pontifice Romæ puero. Ejus autem Continuator ab Holstenio edidus, tempore Leonis IX. præsule Cattrensi Ecclesiæ Jordanem, qui anno 853. subscribit Concilio Romano, B. Bernardi ætatem multo vetustiorem facit, quin & Cattrensium Concilio Agathonis subscribentem an. 680. duobus fermè seculis antiquiores Cattrenses Episcopos fuisse ostendit. Nostrer Lanfridus obiter vata Continuatoris amplectitur, nec dubium videri, quin alii aliique emergant vastum plenum seculorum lacunam Ughelli repleturi. Cæterum hujus Sedis primordia non sunt antiquiora septimo seculo, ut constat ex Geographia Sacra Caroli a S. Paulo, qui eam non novit. *AURIANDO Episcopo Tuscanæ.* Antiquissimæ hujus Sedis Episcopos Aurinandus eruditissimum virum Abbatem Massani præcessit: collocari igitur posset in ea 140. annorum lacuna, quæ Vitalianum subscribentem epistolæ Agathonis, dividit a Gaudemundo, qui Concilio Romano interfuit Eugenii II. an. 826. quod novus aliquis indidem Episcopus excitetur ..... *BALNEO Regiensi*. Perinde est de Balneoregiensi, cujus nomen non eli datum Balneorchendere. Quamquam enim Ughellus post Joannem hujus Sedis primum Episcopum, alium non agnovit, præter Alfredum, quem a Baronio dicitur, Concilio Romano Eugenii II. interfuisse; tamen Ughelli Continuator vidit *Clarentium* Episcopum Balneoregis laudatæ Agathonis epistolæ subscribere. *PETRO Episcopo Polanæ*. Neque Ughellus, neque Continuator hunc Petrum ullibi invenerunt: quare inter Ancaurum, sive Ancaluum a Baronio memoratum anno 776. Ughello tertium, & Continuatorem quartum Populonii Episcopum locandus erit. Qui autem illi succefferit incertum, nam usque ad Concilium Eugenii II. 826. cui adhibet Garipertus, seu Guarimpertus, ut vidit Benonius, & docuit Holstenius, prolato eodem Concilio, alius Populonii Episcopus nonoccurrit.

PELERADO Episcopo Lunensi. Ughellus posit Severum certæ ætatis, qui subscripsit epistolæ Agathonis anno 680. in Catalogo Lunensium Episcoporum undecimum, nullo habet nomine Lenhcensis, & Apollonii, numquam quartumdecimum Gualcherium, æqualem Caroli Crassi. Ejus Auctor duos inserit post Apollonium, Petroaldum videlicet, & Theudoaldum; nos vero a Concilio Lateranensi diffcimus, Feleradum præmittoportere Petroaldo. *THEODORO Episcopo Papiæ Ticini*. Ticinensium Episcoporum feviem a Bosio eductum Ughellus duos affert Theodoros, quos dividit S. Petrus; utriusque tamen facta feorsim enarrans, utrobique suspicionem significat, qua Bosio ille beneus adverfarius, nec umquam Theodorum ex duobus faceret. Henschenius ad diem 30. Maji S. Theodori Successoris Sandi Petri vitam affert, unde eum liquet effe ordinatum a S. Zacharia, ad quem extant ejus literæ, ejusdemque effe mortuum XIII. Cal.

ANNO CHRISTI 769.

Junii anno 788. conflans opinio eft. Quam videtur refte fuspicatus Ughellus, dum ut. eum credidit Theodorum; at quum epitaphium apud Grutherum extans, quo utitur Henschenius, teftetur Theodorum fucceffisse Petro, non contra, retrahi oportet S. Petri ætatem, itaut quo anno dicitur ordinatus, in vivis jam non effet. Quamvis enim credibile videatur, Petrum feciffe medio eo tempore, quo Theodorus a Defiderio expulfus erat, indeque duplicis Theodori occasionem Bollio datam effe, quum tamen Paulus Diaconus, *(lib. 6. cap. 38.)* referat Sanctum Petrum floruiffe tempore Liutprandi, qui fato functus eft anno 744. non egemus Henfchenii Chronologia *(die 7. Maji)* quo eum Theodoro non fuccefiffe agnoscamus anno 751. ut vult Ughellus. Cæterum laudato ex epitaphio diffcimus S. Theodorum revocatum ab exilio, quem Carolus regnum Dauniæ, poft fubitarum inde Defiderium anno 774.

Et patriæ sterum me fecit cernere terras
Tempore, quo Carolus Rex Magnus, & optimus idem
Tenuit, & rexit grandi pietate benignus.

PETRO Episcopo Cæræ. Idem Petrus fubfcribetur octo ante annos Concilio, feu ftatuto Conftituto Pauli I. De quo fuscipiendo foribus, Romano, qui interfuit Concilio Eugenii II. & Adriano, qui fubfcribit Concilio Lateranenfi IV. Baronius, & Holftenius monumentum fecuti, per Benedictum qui dem Sedis Antiftite per fecutum undecimum Ughellus. *MAURINO Episcopo Poli Martii*. De hoc Epifcopo nihil compertum habemus, præter Pauli Diaconi teftimonium inter quartum hujus Sedis Epifcopum Johannem, & quintum Agathum, feu Agathonem, de quibus fupra cum Continuatore Ughelli.

LEONE Episcopo Castelli. Caftellanos, feu Civitatis Caftelli Epifcopos reperire non eft, nifi poft fextum feculum, ex enim urbis e Tiberini ruderibus excitata eft. Excedunt unius, alteriufque originem Ughellus in quatuor Tifernatium Epifcopo S. Floro, feu Florio ampleditur: *Oculos ipse haufit, inquit Tifernas, Typhernatum, quod profundis Tetrilæ mifcere immerenti Civitati intulere : perfugitque ad Herculanum Perufinum, ut apud Magiftrum falutare inveniret effugium, ut cum ferratus Cruribus afflictæ aruinde Civitati poffet ufui effe. Itaque quum rabiem exfatiaffent Victores, atque alio exciumferrent vaftitatis ftigna, progreffus Florentinus cum ite a Perufinum perfugerant, Civibut, ex patria ruinis parum excitatis Caftellum, unde redivivæ poffea Civitati indidere nomen antiquo fuppreffo :* quod & teftatur Philippus Cyriacus *(lib. 1. Nov. ex monum. Eccl. Tifern.)* Hinc poftea Epifcopi utplurimum Caftelli, feu Caftellani appellati, tamenfi & Tifernates quandoque dictos docent Concilia, ut anno 761. Prædeceffor Leonis Bonifacius fubfcribebat Conftituto Pauli, antiquo Tifernatis nomine: fed Stabilis, quem primum poft Bonifacium agnovit Ughellus, Concilio Eugenii II. fubfcribit *Caftello Feliciter*, & ante eum nonne Leo, ut videmus, *Caftelli*. *SERGIO Epi-*

ANNO CHRISTI 769.

Episcopo Ferentini. Ughellus poft Stephanum 2 Baronio allatum in fubfcriptionibus Conftituti Pauli I. defcendit ad Hadrianum, qui Leonis IV. Concilio fubfcribit: quare noffer Sergius dici poteft Succeffor Stephani 16. Jordanis Epifcopus Signiæ. in Ferentina Cathedra. *JORDANE Episcopo Signiæ*. Signini hujus Epifcopi nomen in noftro Codice ob temporis injuriam perift, ac fervatur in libro Pontificali *(Anaft. fol. 287.)* cum quippe cum Andrea Prænestino audiisse annis Stephanus III., ut moneret Chriftophorum Primicerium, hujufque filium Sergium Secundicerium, qui ex cavearet ab fcelefti Defiderii fraudibus, qui Pontificem ipfum dire vexabat: Jordanes igitur hauddubie fuerit, dandufque erit Succeffor, ni fallor, Joanni, quem Ughellus vidit affuiffe Concilio Sancti Zachariæ anno 745. *ADONE Episcopo Ortenfi*. Non eft dubium quin hic Epifcopus idem fit, qui anno 761. fubfcribens Conftituto Pauli I. Adam vocatur, Baronio, & Ughello cognitus. *ANSULADO Episcopo Narniæ*. Ughellus ab Villari, qui S. Gregorii II. decreta fubfcripit anno 721. ad Stefanum defcendit Leonis IV. æqualem, inanem Epifcopis relinquens Sedem Narnienfem: en interim Anfladus, qui vaftam hanc lacunam imminuet.

XI.

19. Nitgotius Epifcopus Anagninæ. *NIRGOTIO Episcopo Anagnia*. Novum, & Anagnina Sedes Antiftitem Nirgotium Concilio Epifcopos acquirit: antea ignotum, quem Diptychis fuorum Præfulum adjunget poft Conftantinum, qui fubfcripit Pauli Romano. *AGATHONE Episcopo Sutri*. Serien hic annorum magis amplam inter Sutrinos Præfules Gratiofum, & Valerianum reperit, a tempore quarti S. Zachariæ ad Eugenium II. nullo memoratur Epifcopus ejus Sedis. *ANNO Episcopo Centumcellarum*. Affequi nullatenus potuit exeis hujus nominis principium, ut antiquior hujus Sedi datem inveniret, Gregorium viginti poft annos Martini Succefforem, qui anno 649. interfuit Concilio Lateranenfi; neque diuturnum fuiffe aliud Succefforem filentium excipit, ufque ad Petrum, qui adeft Concilio Eugenii II. 21. Theodofius Epifcopus Tiburtinus. *THEODORO Episcopo Tiburtinensi*. Tiburtinum hunc Epifcopum liber Pontificalis, & ex eo Baronius, Theodofium appellant, non Theodoricum, ut Ughellus Baronii autoritate adductus. Theodofius igitur poft Concilium fequutus Pontificem Stephanum cum aliis Præfulibus ad S. Petrum Apoftolorum Principem nudis pedibus, ubi Leonius Sacrarium Adio Conciliі ex Ambone lectis populo, defcendit; una cum Gregorio Silvæ Candidæ, & Euftratio Albano, in eodem, ait liber Pontificalis, *præfatæ Ecclefiæ ambone affiterunt : ambitumatis obtigationem protulerunt, fi quifquam præfumpsit quoquo tempore tranfgredi quidpiam de omnibus, quæ in eodem Concilio fuerunt fanct.* Eundem poft annos quatuor Stephani Succeffor Adrianus fibi meruens a Langobardorum Rege Defiderio, poftquam omnia diiposuit Romæ, Legatum mifit cum præfido ad Defiderium Regem : *Fatlopue in feri-*

ANNO CHRISTI 769.

ptis anathematis verbo direxit eidem Regi, qui, ut profe quitur liber Pontificalis in vita Adriani, *fufcepto eodem obligationis verbo per antefatos Epifcopos, illico cum magna reverentia a Civitate Viterbienfe confuffo ad propria reverfus eft.*

VINO Episcopo Tribus Tabernis. De hoc Epifcopo nil compertum habeo præter nomen, adeoque fucceffisse cum video Parvo, qui anno 761. fubfcribebat Conftituto Pauli I. De ejus autem Sede Civitate Cifterna, fum loquutus fuperiori capite. *BONIFACIO Episcopo Privernensi*. Et de hujus Sede, nunc vulgo Piperno, ibidem egt utpote antiquissima. De Bonifacio enim, feu Bonifacio antecceffore, Eleutherium tempore Eugenii II. collocando, nihil fuppetit ..... *NINO Episcopo Alsanensi*. In Catalogo Alatrinorum Præfulum omnium primus occurrit Saturninus, qui Concilio Generali fexto fubfcribit an. 680. non enim feptimo fecolo antiquior eft ea Sedes. Quare, ni fallor, Saturninum & hic dicebarur, fupplere tamen exefam omnino partem propria auctoritate non aufim. Quomodocunque appellaretur, Sebaftiani eft Succeffor, qui ut Baronius, & Ughellus obfervant, interfuit Concilio Romano fub Zacharia, neque ullus ejus Succeffor eft obvius ante annum 1059. quo Leone IV. cujus Concilio adeft Leo Alatrinus. *VALERANO Episcopo Trebe*. Hic, ni fallor, fuccefit Greffii Gratiofi, quinto ex lucufque cognitis Trebæ Epifcopis ad Conftantinum Urbicelli, fiquidem in Concilio S. Zachariæ fubfcripfit anno 743. *BONO Episcopo Manturianensi*. Neque quidem Sedis Epifcopus late vagari poterat ab anno 769. quum Lateranenfi Concilio aderat, verfus inftitutæ fuæ Sedis primordia, de nullo enim certo ejus Prædeceffore notitiæ, ut poft Concilium ufque ad Succefforem ejus Theodorum, qui Concilio Romano interfuit 826. *GREGORIO Episcopo Silvæ Candidæ*. De hoc Epifcopo Cardinali Baronius fum. ceper ante eum Theodofio Tiburtino, cum illo fiquidem res ejus geftæ conjunctæ fint; hic autem Donati veluti, quod fuperius dixi de non eft idem, ut patat Baronius, qui Conftituto Pauli fubfcripfit, namque eft recentior ordinatione Tiburtino Theodofio, qui fuccefferat Joanni poft idem Conftitutum.

ILSTRATIO Episcopo Albanæ. Quod nuper de Gregorio ajebam, mirum in modum comprobatur ab Epifcopo Cardinali Albano, Conftituto enim Pauli fubfcribebat Leo hujus Prædeceffor. Unde liquet, quod Euftratius erat aliquanto junior confecratione, quam Gregorius? Ad Euftratium vero quod fpectat, is eum Citonato Epifcopo Portuenfi, ad quos pertinet conferatio Pontificis, vim a Pfeudo-Papa invafore, ejufque fautoribus pafti, adhibitum fuiffe Prænefino locum explente Georgii Ottienfis, qui apud Regem Francorum Legati munere fungebatur. Præterea id præfertim poft Concilium Lateranenfe cum Epifcopis Silvæ Candidæ, & Tiburtino, quod fupra dictum eft de Theodofio Tiburtino, quicum, Andrea etiam Prænestino accedente, legationem exhibit ad Defiderium Regem. *FOTHO Episcopo Nepesino*. Nequicquam Ughellus Baronii

ANNO CHRISTI 769.

13. Petrus Epifcopus Populonienfis.

14. Benus Epifcopus Populonienfis.

15. Marinus Epifcopus Populonienfis.

16. Leo Epifcopus Caftelli.

17. Anfiandus Epifcopus Tufcanæ.

18. Balneo-Regienfis Epifcopus.

19. Petrus Populonienfis Epifcopus.

20. Feleradus Epifcopus Lunenfis.

22. Theodorus Epifcopus Papiæ Ticini.

23. Pinius Epifcopus Tribus Tabernarum.

24. Bonifacius Epifcopus Privernenfis.

25. Nino Epifcopus Alsanenfis.

26. Valerianus Epifcopus Trebæ.

27. Bonus Epifcopus Manturianenfis.

28. Gregorius Epifcopus Silvæ Candidæ.

29. Bonifacius Epifcopus Albanus.

30. Pothus Epifcopus Nepefinus.

ANNO CHRISTI 769.

tonii autoritarate uritur, ut Joannis Ne-
pheti fupremum diem ad annum 770. pro-
ducat, minuta ea literarum O. P. Q. A. in-
terpretatione; nam Pothus inutile id ſtu-
dium eludit, redditque probabiliorem Joan-
nis aetatem, qui ſubſcribit Concilio S. Za-
chariae anno 743. nec veri videtur ſimile,
quod vitam poſt id temporis ſeptem & vi-
ginti annos protraxerit, quippe perfectis-
Epiſcopis aliis, qui S. Zachariae Concilio
aderant, non effet junior. *CIDONATO Epi-*
ſcopo Portuenſi. Citonatum appellat liber
Pontificalis, qui eum adſuffis refert ordina-
tum a Pseudo-Papae a Georgio Praeneſtino fa-
ctae. *ANTONINO Epiſcopo Ceſenae*, & *JO-*
ANNE Epiſcopo Feretrae. Utrumque elle nil-
ſum ab Archiepiſcopo Ser[illegible] cognos. cerunt
Suffragarei, teſtatur Codex, qui Sedium no-
mina pro barbara illa aetate corrumpit: at
Ceſenam pro Ceſena videre etiam eſt in e-
piſtola 54. Cod. Carol. & Carolinam in Indolo
epiſtolae 51. Ceſenates Epiſcopos aliquot oſta-
vi ſeculi Ughellus edidit ex monumentis;
prae aliis Mancium, quem vixiſſe putat an-
no 780. ex quadam ligilla in Archivo Mi-
norum extanto gloriatur ab oblivione vin-
dicaſſe. Huic igitur Mancio dabitur Prae-
deceſſor Antoninus noſter Claudii Succeſſor,
juxta ordinem Ughelli. Rariora is habet no-
mina Faventinorum Praeſulum: nam a Con-
cilio Agathonis anno 680. cui aderat Vita-
lis, ad Leonem decimum, qui floruit ſaec.
octavo, omnino decuſſatum ſpatium reſti-
quens. Quamobrem Joannes maximo hinc
inde intervallo diſtans Faventinis reſtituen-
dus. *STABILINO Epiſcopo Penſaurt*. For-
tatic hic ſuccedit Andreas, quem vidit U-
ghellus apud Baronium anno 743. nullum
enim deinceps novit uſque ad 820. *MAURO*
Epiſcopo Fanenſi. Perinde eſt de Mauro, cui
tidum & viginti annos ſpatium amplius
reliquit, nam ab Anaſtro apud Baronium an-
no 853. ad Stephanum Joannem diſcit 853.
JULIANO Epiſcopo Gallie. Ante hunc Ju-
vianum Gallenſe Sedis Praeſul nullum eſt
fendere datum eſt, neque poſt eum alium
quam Donatum, qui 820. Concilio Romano
interfuit Eugenii II. quare ut de Manturia-
no ajebam, ita de Galleſii non Antiſtite di-
cendum neceſſe eſt: hunc nimirum primum o-
mnium ejus Sedis occurrere. *GEORGIO*
Epiſcopo Senogallie. Hic ſucceſſit Anaſtaſio,
qui ſubſcribebat Conſtituto Pauli anno 761.
ut vidit Baronius. *SERGIO Epiſcopo Fieſu-*
lenſi. Sedis hujus nomen excidit; at de ejus
antiquitate Rubeus in hiſtoria Ravenna-
tenſi, nobis Ughellus decerpſit ſua. Cer-
vienſis hodie dicitur in miraculi cujuſdam
memoriam, eſque Suffraganea Ravennaris.
Nec Fiecule, aut Fiencle, ut corrupte no-
ber Codex, ſed Fiesole, feu Phycode olim
appellabatur. Georgium vero ejus Sedis E-
piſcopum nemo hucuſque agnovit. *TIBERII*
Epiſcopi Ariminenſis. Epiſcopus hic, aeque
ignotus omnibus, collocat poteſt inter A-
gnellum, qui S. Zachariae Concilio inter-
fuit, an. 743. & Stephanum, qui ſubſcribit
Concilio Lateranenſi IV. 853. Ughello cognitos
ex Baronio. *FLORENTINO Epiſcopo Eu-*
gubii. Hic item duos inter Benenatos U-
ghelli notes ex Annalibus Baronii, primum

41. Citonatus Epiſcopus Portuenſis.

41. Antoninus Epiſcopus Ceſenae.

43. Joannes Epiſcopus Faventiae.

44. Stabilinus Epiſcopus Penſaurenſis.

44. Mauro Epiſcopus Faenae.

XIV. 46. Juvianus Epiſcopus Gallenſis.

47. Georgius Epiſcopus Senogalli.

48. Sergius Epiſcopus Cerviensis.

49. Tiberius Epiſcopus Ariminenſis.

50. Florentinus Epiſcopus Eugubinus.

ANNO CHRISTI 769.

721. quem ego non novi, alterum 726. in Concilio Eugenii II. collocabitur. *TEMALRINI Epiſcopi Orbinii*. Sedes ita plurium Epiſcoporum indigens, nam ſex, & quadraginta ſupra centum annis altum de ſe ſilentium apud Ughellum occurrit, in Concilio videlicet Agathonis anno 680. celebrato ad Eugenii II. Concilium alterum 826. Temanium interim noſtro Codici antiquorum praeter, per Gregorium Presbyterum Legatum ſuum, in Concilio Lateranenſi cum aliis ſedentem. *CIDONATO Epiſcopo Villetrae*. Et Velitrenſium Epiſcoporum, ut de Eugubinis nuper vidimus, non novit Ughellus niſi Joannem toto ſeculo octavo, qui Gregorii II. decreto ſubſcripſit anno 721. quare ex nonnullis, qui interciderunt Epiſcopis Citonatus jam demum emergit, Diptychorum defectum aliqua ex parte impleturus.

Jamque, ad Apoſtolicae Sedis gloriam, Sediuinque Epiſcopalium ornamentum, quarum Antiſtites in Venerabili Baſilica Salvatoris cum Stephano III. congregati Concilium hoc Lateranenſe celebrarunt, quod principio Diſſertationis ſum pollicitus, explelle videor. Quatuor ſiquidem capitibus amplexus ſum parrem illam integram Concilii, quam nobis injuria temporum auferre non poſſunt. Utinam reperiri adeo monumenti fragmentum aliud me ſuperſtite proferatur! Aut enim ipſe acquiſito jure, Cinerpres ſum, aut eruditum Scriptorem aliquem ad veteri praeſenti diſciplina differentem auſcultabo. Equidem, quod praeſtare potui de hac re, ſuper reliquis in hoc fragmento enarratis, in Praefatione indicavi nonnulla, quae inſra tenenda ſunt dicendorum, ſiquando fragmentum aliud Concilii ejuſdem Patriarchalis in lucem prodeat. Ceterum poſt Epiſcopos, de more conſidant Presbyteri Cardinales, qui ſuos Titulos, ut ſaepe aliis in Conciliis factum videmus, ſiluerunt. Quam autem ferme omnes ſubſcripſerint ante annos octo S. Pauli Constituti, non ſine tenebris eſt difficile. Archipresbyter nempe *Gregorius* erat tituli S. Balbinae, niſi forte ei ſucceſſerat alter Gregorius tituli S. Anaſtaſiae, qui ſub Paulo ſubſcribebat tertio loco; nam annis quatuor, & viginti ante hoc Concilium idem Gregorius Archipresbyter, nempe Presbyteris aliis ſenior, intererat Concilio S. Zachariae. *Theophi* ſeu *Theophylati* tituli Sanctae Sabinae. *Euſtachius*, qui Euſtochius in Conſtituto Pauli, tituli incerti. *Clemens* tit. S. Anaſtaſiae. *Donatus* tit. Sancti Stexi, *Georgius*, qui Hermogenes in Conſtituto Pauli nuncupatur, tit. S. Priſcae. Duo reliqui juniores aliis *Theophilactus*, & *Theodoſius*, quia poſteriores laudato Conſtituto Pauli, titulum nobis incertum habuerunt. Poſt Presbyteros adſtabat (quod ſolenne erat Diaconorum in Concilio) Archidiaconus Anaſtaſius, Succeſſor nimirum Petri qui ſubſcripſit Conſtituto Pauli. De ceteris Concilio adſtantibus nihil mea intereſt dicere; niſi forte ſcivi videretur novum Coenobia Graecorum Romae audire. Numquam praeter conditum a S. Paulo in domo propria juxta Anaſtaſium hodie juris Sanctiſſimonium S. Silveſtri in Capite, narrat Cardinal. Pa-

ANNO CHRISTI 769.

51. Teſtatur Epiſcopus.

51. Cit. apud Velitrenſ.

XV. Concilium.

ANNO CHRISTI 774.

Baronius ex Areopagitis Hilduini, quod Sergius Archiepiſcopus Athenarum S. Dionyſii, a fratre poſtea Pauli conſummatum, qui *veluti a fratre Praedeceſſore ſuffus fuerat, ſimulatores Domini natione Graecos ſuibi conſtituit, & idem monaſterium ad SS. Martyres in Schola Graecorum appellari fecit*. Ceterum ex ordine Romano ſatis liquent, ad congregatos nimirum Patres, Epiſcopos, & Presbyteros confidentes, Diaconoſque, Religioſos, ac Laicos adſtantes, quod ſpectat.

ANNO CHRISTI 774.

Baron. ad. 774.

HADRIANUS PAPA I.

Sedit ab anno 772. uſque ad 797.

SYNODUS LATERANENSIS

Partim ſeſſitia, partim Adrianopapa, in qua Carolo Magno jus datum fertur a pontifice, ut pontificem ipſum Romanum, & epiſcopos eligeret, & inveſtituram concederet.

Anno 774. ut fertur habita.

Anno 774. QUanquam concilium illud ſeſſitium reputo cum Baronio, de Marca, Pagio, ceteriſque, quorum argumenta a Pagio relata & expenſa ſtatim proferam, nihilo tamen, ſecius praeterea undum ipſe nequaquam duco, cum ne quid deſit ad plenam de re conciliari notitiam, cum ne quid non culpent. Heterodoxi, conquerentes ea ſimulari a nobis, quae cauſſe noſtrae officere in aliquo poſſe videntur. Hujus igitur concilii mentio eſt apud Sigebertum vulgatum ad. A. DCCLXXIII. his verbis: *Poſtea reddens Carolus Papiam cepit, ſtruxitque Romam reddit, ſtatuto conſtitutu cum Hadriano papa, ut epiſcopum quinquaginta tribus relictis epiſcopiis & abbatibus, in qua Hadrianus papa cum univerſa ſynodo dedit ei jus eligendi pontifices, & ordinandi apoſtolicam ſedem, dignitatem quoque principatus, Inſuper Archiepiſcopos & Epiſcopos per ſingulas provincias ab eo inveſtituram accipere deſuevit, ac ut miſſi a Rege laudetur & inveſtituram epiſcopus a nemine conſecretur, & ſine conſecratis, & bellet anathematizavit, & miſſi expiſcoperent, hanc rem ſpudilavit*. Ita Sigebertus vulgatus. Eadem recitans Chronicon Sancti Benedicti nonnumus hiſtoriae Romanorum pontificum ſcriptor, qui exeunte ſeculo XII. florebat, vulgatus a P. Pez Anecdot. tom. I. par. III. pag. 300. Haec etiam faciunt ea quae Landulphus ſenior rerum Mediolanenſium ſcriptor, qui exeunte ſeculo XI. vivebat expreſſit his verbis Hiſtoriae Mediolan. lib. II. cap. XI. de Hadriana agens: *Primus autem de ſuo ſanctiſſimo conſilio ſynodum epiſcopatus Carloni donavit* (id eſt Carolo). Habes hanc hiſtoriam Rer. Italic. tom. IV.

Si poſtremi hujus auctoris fidem teneamus, in hac ipſa ſynodo, non hoc tantummodo, ſed aliud longe diverſum praetitum eſſe judicamus, quod verbis ipſis quidem ſcriptoris proclivem lubet cap. X. „ Synodus „ immenſa, multis diverſarum terrarum e„ piſcopis congregatis, celebrata eſt, in qua, „ cum de multis, atque diverſis tractaſſet „ negotiis, indifferere erga myſterium Dei, „ & B. Ambroſii doctoris, & conſeſſoris „ ſeſe intulerunt, parum, aut nihil quantae „ reverentiae, quantique amoris B. Gregorii tuo olim eccleſiae Ambroſianae per alte-

„ ſtum conſuliſſet, reminiſcentes; propterea, quaſi cacati, & ementati, & abſque „ ullo judicio, quod inclytum, & per mul„ ta tempora firmum, atque ſanctum, quo„ dammodo decollare, & obnubilare, & plus „ dicam, omnino delere aggreſſi ſunt. Edo„ ctus itaque Carolus imperator a quamplu„ ribus epiſcopis, ut per totam linguam „ ſuae imperitiae latinam, quidquid diver„ ſum in cantu, & myſterio divino inveni„ retur a Romano, totum deleret, & ad uni„ tatem Romani myſterii uniret. Unde fa„ ctum eſt, ut veniens imperator Mediolanum, devaſtata Papia, quam ipſe ira inexpugnabili job imperatorem Deſiderium, „ ſuum antiquum deleret, quem militibus Papiae „ contra Carlonis imperium viriliter armis, & ingenio-cutaverant, omnes libros Ambroſiano titulo ſigillatos, quos vel pro„ ti, vel dono, vel vi habere potuit, ultos „ comburens, alios trans montes, quaſi in e„ xilio ferum detulit. Sed religioſi viri ta„ les, & ſantos libros illegatos, religioſe „ tenuerunt. At Deus, qui omnia videt, & „ cuncta cognoſcit, & cordium occulta in„ veſtigat, & quid quisque agat, praenovit, animos, & intentionem cujuſque praeviderat, quod „ ad laudem, & honorem nominis ſui per „ ſpiritum Sanctum ſancto Ambroſio diſtan„ te epiſcopo ordinatum noverat, violari, „ & a malis dilacerari non paſſus eſt.

„ Proſiciſcens autem gloriose memoriae Eugenius tranſmontanus epiſcopus, ama„ tor, & ſpecialis pater Ambroſiani myſterii, „ nec non & protector patris ſpiritualis Carlonis, cauſa concilii Romani, invenit Apoſtolicum Hadrianum, qui primus annulos, & virgas ad inveſtiendum epiſcopatus Carloni-donavit, jam per tres dies celebratae conciliam, qui ſtudioſe omnia ut geſta erant, per ordinem inquirens, prout erat vir diſcretus, conſilio ac ſapientia providus, animo placidus, vultu ſerenus, doctrina & verbis affabilis, atque ut ejus dignitas expoſcebat, ultra„ omnes benignus, quod laude dignum effe ſibi videbatur, competenter affirmabat: tandem qualitee, aut quomodo ſuper myſterium Ambroſianum fefe ſynodus babuiſſet, quavi ut ab illis extorſit; quod ubi Eu„ ge-

ANNO CHRISTI 774.

genius audivit, plurimum expaveſcens condoluit, & voce lacrymabili, miſerum fe vocans, lacrymis velut aqua ab oculis decurrentibus, inquit.

Planctus B. Eugenii de aſſir in Synodo.

O Miſer, quid agam, mundus, & ejus judex perſit: Orbis doctrina, cuncta hujus vitæ, quæ variantes ſunt, offenſans, elabitur. Decus totius Eccleſiæ, tam Latinæ, quam Græcæ obnubilabitur, bonum, juſtum, ſanctum eliminatur. Columna eccleſiæ, fundamentum fidei, aſſertor juſtitiæ, verbi Dei amator deprimitur. Doctor egregius, omnium artium peritia imbutus diſſertitur, myſterium peritiſſimorum, de quo omnibus & reverentiſſimus papa Gregorius aliquid iniſtrum proferre timuit, de quo quantæ & quam magna, quaſi luciditſſimus flores B. Gregorius curioſe attendens, Romanoque myſterio interferens uſque hodie adjunxit. Spiritu denum, animoque refimpto, juſti Papæ & magna imbilium parte Romanorum, cum plebis infimul voluntate laudante, omnes epiſcopos, archiepiſcopos, abbates, quoſcunque religioſos cognovit, quamvis per tres dies receſſiſſent a Roma, ad curiam ſummi Pontificis revocavit. Quibus congregatis B. Eugenius epiſcopus de myſterio Amroſiano voce benigna ut de incompoſiti tractaverant, multam conqueſtus eſt. Quo audito, omnes clericiq; congreſſentes vicum valde probum, juſtiſſimque amatorem, partim ſatis mirati, ac vereecundati ſuerunt. Quid multa? ab Apoſtolico, ab univerſis epiſcopis, & a toto clero, & ab univerſo populo Romanum conclamatum & collaudatum eſt, ut librum Ambroſianum, & B. Gregorii libum, ambo ſuper B. Petri altare, optime ſigillatus, videlicet eviidentiſſime ab Apoſtolico ſigillo ſignatos, viri religioſi ſuppenerent. Quin etiam omnibus aliis Eccleſiæ apertiſſime ſigillatis, indicto jejunio per tres dies, cunctis a minimo uſque ad maximum devote jejunarent, & ſic, Deo propitio, quemcumque ſuperetum, & reſeratum invenirent, illum ſumma cum devotione, & indubitanter teneretur & quemcunque immotum & ſigillatum reperiſſent, illum eviidentiſſima diſſenſatione conibarenter. Quod factum eſt, jejunio ab epiſcopis, hominibus, & univerſo clero, & populo celebrato, in teſtia die teſtæ feriæ illius hebdomadæ, in qua Ambroſius *miſericordia Domini plena eſt terra*, uſquo hodie canatur, in unum univerſis convenientibus ad invifum & inauditum miraculum, Eccleſiæ ianuæ atlantæ Apoſtolico reſeratæ, & libri apertæ ſunt. Quibus introgreſſis, ambos libros, ut diximus, ſigillatos & omnino intactos invenerunt. Quo viſo, cunctis mirantibus, valdeque obſtupefcentibus, & timiamque congementibus, libri figaturas per ſe ſumpentes, ſonum magnum, atque terribile audientibus, quiverin dederunt, & ſeſe ſigillo Dei aperiente, ita ambo aperti ſunt, ita aliquis aſtum illorum ſoliant neq

A inveniret plus in unam partem, quam in alteram. Itaque ingens gaudium omnes abruptis lacrymis illico invaſit. Interea libris ambobus viſis, qualiter aperti apparuerunt, omnes, quaſi una voce, proclamabant, dicentes: *Gregorianum, & Ambroſianum myſterium ab univerſa eccleſia laudetur, confirmetur, ſimulque ex toto corde teneatur.* Dicebant enim: *ut hæc myſteria laudentur, & temiercque ab univerſis totius orbis epiſcopis teneantur, Deo omnipotentis, & B. Petri Apoſtoli cernitur eſſe volontas.* At quibuſdam hoc verbum videbatur fore bonum; quibuſdam verò diffiolle atque duriſſimum. Tandem domini Papæ, & aliorum ſapientum, atque diſcretorum virorum collaudatione eſt, ut ſedes Ambroſiana, in quo myſterio ordinata & a B. Ambroſio exaltata eſt, illa ſola contenta permaneat, nec non cætera pars orbis, quæ lingua Latina vocibus reſonare videtur, omnibus illis præteritis, Gregoriano ſtudioſe & curioſe tenere ſtudeat. His omnibus rebus fadis, finitis & terminatis, Eugenius quodo magno tripudians, quaſi ad proprios filios tendens, Mediolanum pervenit. De qua urbe, paucis antea tranſactis diebus, Imperator, uſus conſilii, quo Romæ interfuit, omne myſterium Ambroſianum deluper faciem terræ omnino delere deſiderans, trucidatis multis clericis minorum, & majorum ordinum omnes Ambroſianos libros tam in ſententiis novi quàm veteris teſtamenti, quam in muſica arte; ſecundum Ambroſium deſcriptos, abraſit. Nihil enim præter miſſale remanſit, quod quidem bonum atque fidelis Sacerdos abſconſum in cavernis montium, per ſex hebdomadas fideliter reſervavit, Manuale autem poſtea, aſtante Eugenio, Epiſcopis, fidelibuſque ſapientes, tam ſacerdotum, quam clericorum, qui multa memoriter tenebant, conventibus in unum, Deo opitulante, ut antea integer fuit, inventiente, in pofterio tradiderunt.

Contra ſynodi hujus veritatem viri docti plura opponunt, quorum argumenta Pagius in critica ad A. 774. 13. compledere hæc ſcribit. „ In chronico Sigeberti ad annum „ DCCLXXIII. legitur, *Carolum Romam* „ veniſſe, & poſtea *Papiam* redifle, ac occupaſſe: iterumque Romam redifle, & ſynodum conſtituiſſe cum Hadriano papa, A. 774. „ & CLIII. epiſcop is & abbatibus, in qua „ Hadrianus dedit ei jus eligendi pontifices cem, & epiſcopos per ſingulas provincias ab eo in veſtituram accipere definivit. Conqueritur Baronius commentitium iſtud conciſium Romanum a Sigeberto conſictum eſſe, ut Henrici imperatoris patres, cui favebat, hac ſynodo ſtatuerum munierit adverſus Paſchalem, II. Verum nulla hujus ſynodi apud Sigebertum juxta editionem Miræi cum MSS. exemplaribus collatam mentio; quam ſi Baronius videre potuiſſet, *Sigebertum* ab hoc errore fine dubio abduxiſſet. Marca lib. 8. de Concordia cap. 12. hujus ſynodi ſtatutorem oſtendit, & quia ejusdem Sigeberti a Miræo curatam non degerat, Sigebertum hujus impoſturæ reum non fuiſſe aſſerit; quod

Pagius in Crit. Baron. ad

ANNO CHRISTI 775.

A „ inquit, poſt Leonis VIII. reſtimonium de „ facti veritate dubitare non poſſet, licet „ temporis congiationem do fuo addide„ rit. Verum Sigebertus excuſatione illa „ non indiget; cum omnis culpa interpolatori, viro fine dubio ſchiſmatico, adſcribenda ſit. Oſtendit ibidem præterea Marca argumenta, quibus utitur Baronius ad hujus concilii falſitatem convincendam, vim non habere, & quatuor aliis eam probat, quorum duo potiora hæc ſunt: Primum petitur ex reſtimonio Flori Magiſtri in tract. de *Electione Epiſcoporum*, quem ſcripſit circa annum 820. ubi conſenſum Regis conſuetudine indultum docet: ſecundum ex ſcriptis incognita erat hæc conſtitutio Adriani & Synodi univerſalis, quæ dicitur ab eo celebrata. Adde Lupi Ferrarienſis epiſtolam, qui de jure Regum in electionibus tractans omne robur trahit a conceſſione Zachariæ. Recentior utique erat & firmior

ANNO CHRISTI 775.

B „ authoritas Adriani & Synodi univerſa„ lis, quam, ſi exſtitiſſet unquam, Lupus non „ omiſſiſſet. Alterum argumentum deducitur ex duabus Adriani epiſtolis ad Carolum „ datis, ex quarum altera, anno DCCLXXXIV. ſcripta, docemur epiſcoporum in regno Longobardico conſtituturum ordinationes ab Adriano factas poſt cleri & plebis decretum ad fe miſſum. Ex altera „ anni DCCLXXXVI. diſcimus Caroli deſiderium, ut epiſcopi Ravennatis electio non fieret abſque miſſorum ſuorum interventu. Cui reſpondet Hadrianus id nunquam factum, ſed morem iſtum obſervatum etiam temporibus Pippini regis, a decreto cleri & populi fedem apoſtolicam perlato, proprium antiſtitem ſibi conſecrandum Ravennates peterent.

Pars altera hujus concilii, quanquam nullo certo argumento refutanda ducurrit, attamen ita res tota componitur, ut fabellam ſuboleat.

AD VENETUM CONCILIUM

Anni 775.

ΑΝΟΝΥΜΟΥ ΧΡΟΝΟΛΟΓΙΚΑ.

Anno 775.

CUm inſularum Venetæ urbi circunjacentium cura eccleſiaſticæ penes Gradenſem patriarcham ad hoc æque ſæculum ſpectarit, viſum eſt tandem ſuum illis epiſcopum aſſignare, quare ea diœceſi in epiſcoparum Adriano permiſcere erecta, clerici & reliqua populus Venetorum cum. Gradenſi patriarcha & Duce Mauritio in ſynodum coeuntes de epiſcopo eligendo deliberarunt. Hanc quidem ſynodum (ſi tamen ſynodus appellanda eſt populi cum clericis coitus ad eligendum epiſcopum) non ſilet Venetus Labbei editor; ſed pro. Juſti-

C niano paulo recentiori ſcriptore, quem laudat, Dandulum antiquiorem retinus Venetarum ſcriptorem æquius attuliſſet, quanquam Juſtinianus eadem plane iiſdemque ac Dandulus verbis rem illam narrat. In anno verò habitæ ſynodi idem Venetus Collector a vero aberrat; neque enim anno 777. ut ipſe quidem opinatur, ſed potius anno 775. celebrata eſt. Epiſcopum enim datum inſulis anno XI. Mauritii ducis affirmans Dandulus, eundemque principem anno 764. coepiſſe adnorans, in hanc ſententiam nos plane deduc-

D cit.

AD PADERBORNENSE I. CONCILIUM

Anno Caroli Magni IX. Chriſti 777.

ADDITIO.

Anno 777.

SAxones, gens ad ea uſque tempora pagana, Vvitichindo duce non ſemel Caroli Magni regis Francorum jugum excuſſerunt, nec ſemel ab illo fuerant ad ſervitutem coacti ſunt. Tandem, cum nec ita quieſcerent, Rex ingenti exercitu coacto repentinus in„ cautos fines ingreditur, quod tantum metum rebellibus injecit, ut tandem victas omnes manus dederint, fidejque ſuæ pignus exhibuerint, tum datis obſidibus, cum etiam Chriſtianæ Religionis ſacramentis ſuſceptis. Illis in fide firmandis Synodus Paderbornenſis convenit, quæ Labbeum quidem non fugit, ſed latuit illum diploma, in quo de jure quodam in eccleſiam Saonæ in diœceſi Meldenſi abbatiæ S. Dionyſii Pariſienſis conceſſo, atque in ea Synodo confirmato agitur. Ad res igitur hujus concilii augendas hæc transferendum conſtitui ex Mabillonio De re diplomatica lib. 6. num. 52.

Carolus, gratia Dei Rex Francorum, & Langobardorum, atque Patricius Romanorum.

EOportet ſerenitas noſtra, ut ea quæ à Fidelibus noſtris poſtulata fuerint, juſta & rationabiliter pro ſervitio, & fidelitate, quæ circa Genitorem meum Pipinum Regem, & circa me habere videntur eis impertire debeamus. Notum ſit omnibus Fidelibus noſtris, tam & præſentibus quam, & futuris, qualiter veniens Folcradus, cappellanus Palatii noſtri, & Abba S. Dionyſii, nobis retulit privilegium à pattibus S. Dionyſii, quam Senodalis Conſilius anno IX. ad Patris-Brunna ex promiſſo Angelramno Epiſ-

ANNO CHRISTI 780.

scopo & Wilhario Archiepiscopo consi-
tucrunt de res proprietatis suæ in loco,
qui dicitur Salona, quæ est constructus in
honore Sanctæ Dei Genitricis, & Beatorum
Martyrum, & Confessorum, & Virginum,
ubi Sanctus Privatus Martyr, & Sanctus Il-
larius Confessor requiescere videntur; &
meo in privilegio infertum invenimus, ut ne-
que Angalrannus Episcopus, neque succes-
sores sui, neque archidiaconus, neque mis-
sus Ecclesiæ fuæ Mediomatricius ibi in ipso
Cœnobio pontificium habere non debeant,
nisi Abbas Sancti Dionysii expetierit ordi-
nationis faciendi, chrismetandi, & tabulas
benedicendi. Interrogavimus Angalrannum
Episcopum si ipsum privilegium confirmare
debuisset. Et ipse nullatenus denegavit, nisi
sicut & chenodale consilio constituerunt Coe-
piscopi sui, sic consentivit, sicut ipse privi-
legius clariter innotuit. Propterea tulem-
præceptum, & confirmationem permanere
præcipimus ad partibus Sancti Dionysii, ut
post hunc diem nullus quilibet Episcoporum
neque Angalrannus, nec successores sui ipso
Cœnobio non contingat, nisi tit fuh emunita-
tate, & privilegio Sancti Dionysii regulari-
ter sicut cæteras Ecclesias, quas ad ipsa-
cusa Sancti Dionysii ajunctæ videntur, &
terrolas, quas Angalramnus, & Folradus in-
fra ipso agro Salona & sine commutaverunt.

ANNO CHRISTI 780.

A ..... Simile modo ex nostrum permissum, & confirmationem, absque Episcoporum Metensis Ecclesiæ impetimentum pars Sancti Dionysii una cum ipso Cœnubio Salona sub nostram tuitionem & defensionem, procerumque nostrorum partibus Sancti Dionysii debeant respicere, & quidquid per commutationem Regum, aut donationem, aut collata ibidem populi additum atque censatum, & Folradus de suas res ipso Cœnubio dita-
vit sub emmunitate, ad defensione Sancti Dionysii omnique tempore permanere debeant, ex nostra auctoritate confirmatum, ut melius deleget ipsam congregationem Sancti Dionysii, & Sancti Privati, & Sancti Illarii pro nobis, & pro eis, uxoreque nostra Domini misericordiam attentius deprecare. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur, vel per tempora melius conservetur manu nostra propria subter eam firmavimus, & de annulo nostro sigillavimus.

Signum Caroli Gloriosissimi Regis. Nomen, & signum Cancellarii inviſum.

B Datum quod ficit Decembris dies ..... anno X. regnante Domno nostro Carolo Rege. Actum Aquis palatio publico in Dei nomine feliciter. Amen.

SYNODUS ROMANA

Pro investiganda veritate sacrorum Lypsanum S. Candidi ab Adriano papa

Anno circiter 780. celebrata.

CIrca hos annos, antea feliciter quam Angilius Benaventanus dux in ordinem a Carolo rege reducretur, quod anno 786. contigit, & Italia nondum Longobardis repurgata, Carolus rex Francorum directo ad Adrianum papam Addono diacono concedi sibi sacra aliqua Sanctorum lypsana rogavit. Cui regis pertinenti annuens Adrianus, nec ausus lypsana illa, quæ cultum suum in ecclesia aliqua haberent, loco movere, nescio qua cœlesti revelatione territus elargiendum illi censuit corpus Sancti Candidi Martyris, quod olim a Paulo Papa Aciulfo cuidam presbytero concessum, in ecclesia quadam deposítum fuerat. Verum ut fraudis suspicio omnis tolleretur, synodum prius indicendam censuit, in qua ejus corporis veritas auditis testibus discuteretur, ne forte contigisset, ut alterum pro altero corpus substitutum esset. Synodi hujus meminit Adrianus papa in sua ad Carolum regem epistola, quæ in codice Carolino editionis Cretseri est ordine LXI. *Concedimus sanctum corpus*, (S. Candidi) *quia per concilium & fide dignas personas testimonium retinentes ejus locum atque ecclesiam reperimus, unde jam a fato dominus Paulo papa ipsum sanctum corpus apud jam dictum Aciulfum presbyterum concessum est.* Concilium hoc plane diversum est ab eo, quod Adrianus anno 792. Romam indixit; ut enim ex eadem epistola explorare licet, præcessit annum 786. quo Aragisius dux Beneventanus ad fidem coactus rediit.

ANNO CHRISTI 780.

CON-

ANNO CHRISTI 781. 798.

CONCILIUM INCERTI LOCI IN GERMANIA

In quo decreta translatio episcopalis sedis Ratisponensis ex ecclesia S. Emmerammi extra urbem ad ecclesiam S. Stephani intra urbis mœnia.

Anno 798. ære. ad an. 781.

QUanquam Cointius & Pagius ad annum 781. omnem fidem abjudicant bullæ Leonis III. papæ, in qua translatio sedis episcopalis ab ecclesia S. Emmerammi extra urbem Ratisponam ad ecclesiam S. Stephani intra eandem urbem sitam sanóta & rata effe jubetur, quibus scriptoribus fidem meam addico; non ita tamen reiiciendam bullam, illam censeo, ut nihil veri continere judicem. Reipsa enim translatio illa facta est, ut prodit Aenulfus monachus in miraculis S. Emmerammi apud Pagium ibidem. Verum pariter censeo concilium pro translatione illa decretunda a Carolo rege habitum fuisse, quod in eadem bulla legitur his verbis: *Adalpinus* (episcopus Ratisponensis) *juxta decreta canonum & cum authoritate nostra in præfatum situm transmutavit Carolo rectis ratione in synodali concilio cum judicio episcoporum, clericorum, necnon nobilium laicorum de eodem loco extraherem pontificalem mutavit, & canonice authoritate in civitate ad ecclesiam S. Stephani Protomartyris statuit.* Probabile est enim & moribus stetatis illius consonum, translationem illam nonnisi in concilio decretam fuisse. Quanquam verò in eadem bulla id præstitum anno 798. fub Adalvino episcopo legitur; cum tamen Arnolfus id præstitum a Sindberto Ratisponensi episcopo tradat, Sindbertusque anno 791. obierit, ur Pagius ibidem probat; hinc fieri nunquam potuisse constat, ut concilium illud anno 798. sub Leone III. haberetur. Quare non immerito Pagius circa annum 781. id præstitum assignat. Bullam recitat Hundius in metropoli Salisburgensi, & Pezius Anecdotorum tom. 1. par. 3. pag. 4.

ANNO CHRISTI 781. 798.

HISPANUM forte TOLETANUM CONCILIUM

Harreticorum Elipandi Toletano fæventium

Circa annum 793. habitum.

Anno 793. EX synodica patrum concilii Francofordiensis anno 794. contra Elipandi Toletani hæresim de adoptione Christi filii Dei ecclesiæ Hispanorum episcopos in unum coeuntes cœtum Elipandi de adoptione Christi sententiam adprobasse, eamque scripta ad episcopos Galliæ epistola synodica ex decretis quibusdam & vitiatis SS. Patrum testimoniis defendere adnisos fuisse. Ita enim illi in ea synodica, quam per partes afferunt Harreæ, *Francofordienses*, & refutant, in sua ad *provinciales Galliæ* synodica. *His præmissis sanctorum Patrum sententiis assertionibus nostris roboratis, in commune decernimus ab horum decretis, nullo modo devitare vestigiis.* Alteram ejusdem tenoris epistolam ad Carolum Francorum regem dederunt, cujus utriusque meminit idem Carolus in respondione sua ad eosdem, quam inter acta concilii Francfordiensis Concil. tom. VIII. col. 91. legas. Concilium itud tunc convocasse Elipandum censeo, postquam in concilio Ratisponensi primùm 792. dein in Romano concilio ejusdem anni sententiam (suam veluc hæreticam reprobatam agnovit. Quare non citius anno 792. nec serius anno 794. quo Francofordienses patres in concilium coiverunt, habitum censeo. Quæ si protecur conjectura, literæ illæ Adriani, quas post transmissam sibi a Carolo rege concilii Hispanici synodicam ad Gallos & Hispanos episcopos dedit, inter acta concilii Francfordiensis legendas, non quidem in Romano concilio anni 792. in quo Elipandus hæresim ejuravit, sed anno sequenti, & forte extra concilium datæ sunt.

SYNODUS IN BETH-BOTEN JACOBITARUM

In causa formulæ alicujus in Liturgia abrogandæ

A Cyriaco Jacobitarum patriarcha paulo post annum Græcorum 1104. Christi 793. celebratæ.

Anno 793. circ. COeptam inter Jacobitas controversiam & dirempturus Cyriacus Jacobitarum patriarcha synodum ad Beth-Boten, qui locus est diœcesis Haran in Mesopotamia convocavit. Difficili argumentum præbebant verba illa Liturgiæ syriacæ dum hostia frangitur: *Panem cœlestem frangimus in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Hæc nonnulli tanquam ab errore pura, & ulu recepta retinenda censebant, repugnantibus aliis perinde ac si panem cœlestem a Verbo ac Filio Dei aliud esse significarent. Cœperunt hæc agitari sub Gregorio patriarcha anno 759. ad eam dignitatem evecto, nec anno 793. adhuc sopita. Cyriacus, qui tunc suprema dignitate potitus fuerat, ad præsentem synodum setulit. Ille defendit Liturgia verba arbitrabatur, sed repugnarunt patres, flandumque consuetudini censuerunt. Hæc omnia ex Abulpharagii Chronico MS. Patriarcharum tradit Assemanus Bibliot. Orient. to. 2. pag. 342.

AD

AD CONCILIUM FRANCFORDIENSE

Contra hæresim Felicianam

Anno 794. celebratum

ADDITIO.

CONcilium Francfordiense anno 794. celebratum nemo ignorat, vulgatique sunt apud Collectores omnes editi a Patribus illi canones sex & quinquaginta. Subscriptiones tamen desunt, quarum nonnullas dare hic juvat ex authore Annalium Moissiacensium, non qualis extat apud Duchesnium, sed qualem exhibet codex MS. qui sub nomine Annalium Veterum Francorum vulgatus est a PP. Martene, & Durand in collectione veterum Monument. tom. V. Ita enim anonymus ille ad annum 794. *Congregata est Synodus cum missis Domini Apostolici Adriani Papæ, sub Patriarcha Aquilejensi Paulo* (Paulino) *archiepiscopo, seu Petro Mediolanensi archiepiscopo, seu etiam Italiæ, Galliæ, Gothiæ, Aquitaniæ, Galleciæ episcopis, abbatibus, monachis, presbyteris, diaconibus, inter quos etiam venerabilis ac sanctissimus abbas, Benedictus, qui vocatur Vitizza monasterii Anianensis a partibus Gothiæ, & religiosos monachos Bedæ Addo qui & Smaragdus; seu cunctis fratribus suis discipulis. Hi sunt Ingeila, Aimo, Rabanus, Georgius cum cæteris fratribus cunctoque clero devotoque populo pariter aggregato ec.* Quæ hic de legatis apostolicæ sedis habentur, authoritate sua confirmat Eginarthus in Annalibus ad A. 794. qui illos pariter nomine designat Theophilactum & Stephanum episcopum appellans.

Ad tempus habiti concilii quod attinet ita rem hanc expedii in adnotationibus ad Pagium A. 794. 8.

Concilium hoc Francfordiense ante diem XIII. Kal. augusti hujus anni celebratum fuisse, perspicue demonstrat præceptum Caroli Magni pro abbate Caventi apud Baluzium tom. II. capitular. num. XVIII. Testatur in eo rex Anianum abbatem *Synodali concilio venientem una cum monachis suis ec.* rogasse, ut sub tuitione & patrocinio regio reciperentur, quod & impetrarunt. Signatur diploma die illa julii anno XXVI. & XX. regni Carolini; nempe hoc anno.

ROMANUM CONCILIUM

Sub Adriano anno 794. celebratum pro confirmatione synodi Francfordiensis, Elipando, atque Felice damnandis.

Anno 794. SYnodus ista Romana, quæ cum præcedenti Romana synodo anni 792. ab omnibus huc usque confusa est, eruitur non obscure ex Annalibus Moissiacensibus, & ab authore Veterum Annalium Francorum, qui Annales illos expressit, his verbis: *Placuit etiam universali concilio* (Francfordiensi) *ut ob reverentiam sancti apostolici Adriani papæ urbis Romæ scripta mitterentur, per omnia juris privilegio reservato summo pontifici. Qui præfatus papa iterum concilio congregato episcoporum totius ecclesiæ Romanorum Helefantum* (Elipandum) *& Felicem totius perfidiæ arches & sequaces eorum, ut supra, sanctum concilium* (Francfordiense) *pari modo condemnant, & banc hæresim funditus eradicare judicant. Misit etiam epistolam omnibus episcopis vel ecclesiis partibus Hispaniæ vel Galliciæ consolatoriam, quam qui legerit & crediderit, ad fidei tramitem peragendum ex novo & veteri testamento per omnia inveniet sufficientem refertam.* Ex his Annalistæ verbis satis constare arbitror concilium quoddam habitum fuisse ab Adriano papa, in quo Elipandus & Felix damnati sunt. Concilium verò istud tunc convenit cum Adrianus concilii Francfordiensis acta suscepit. Et in eo pariter concilio data est epistola Adriani ad episcopos Hispaniæ, & Galleciæ, quæ actis concilii Francfordiensis præmittitur. Id [illegible]imus, profecto concilium istud longe diversum est ab eo, quod editores Veneti anno 792. assignant. Illud enim biennio ante Francfordiense concilium coivit; nec Felicem Urgelitanum damnavit, sed potius ejurantem illum hæresim suam admisit, atque suscepit: *coram ipso* (Adriano) *in basilica B. Petri Apostoli hæresim confessus est, atque abdicavit*, ait Eginhartus in Annalibus. Hæc verò postrema Romana Synodus statim post Francfordiense concilium habita est, & regressum ad vomitum Felicem una cum Elipando damnavit. Nec quidquam sinceritati hujus concilii officiunt literæ Caroli Magni ad Elipandum, in quibus mittere se dicit *primò quid dominus apostolicus cum sancta Romana ecclesia, & episcopis illis in partibus commorantibus sentiret sub unius libelli tenore. Secundo dein & tertio loco synodicas patrum concilii Francfordiensis.* Prima enim ponitur Adriani epistola honoris gratia, non temporis ordine. Ita enim ego rem totam concipio. Elipandus anno 794. exordiente, vel præcedenti exeunte synodicam suam misit ad Carolum; ille verò apto tempore concilium Francfordiense coadunavit, ejusque dein acta transmisit ad pontificem, qui statim concilium convocavit, cujus synodicam ad episcopos Hispaniæ inscripsit, eaque omnia deferenda curavit ad regem. Omnibus his documentis acceptis Carolus literas suas ad Elipandum una cum iisdem scriptis destinavit. Erroris hinc arguas Venetum editorem, qui ex Romano concilio anni 792. pro-

profectas censet literas illas Adriani ad episcopos Hispaniæ, quas concilio anni 794. adscribendas hucusque demonstravimus. Quin nec satis liquet, an Felix hæresim suam in concilio ejuraverit, id enim, nec Alcuinus tradit, nec alicubi legitur. Hoc unice constat, convictum illum Ratisponæ hæresim suam Romæ ante confessionem S. Petri damnasse.

LEO PAPA III.

Sedit ab anno 795. usque ad 816.

AD EPISTOLAS LEONIS III. PAPÆ

& Caroli Magni

APPENDIX.

PRÆFATIO COLLECTORIS.

QUanquam omnes a Labbeo cæterisque Collectoribus prætermissas Leonis III. & Caroli Magni epistolas hic supplere non est animus; nonnullas tamen dare juvat, sive ex iis quæ non ita passim suppetere lectoribus possent, sive quæ exhibitas a Labbeo epistolas aut emendant, aut mancas ab eo traditas integriores reddunt. Hoc igitur consilio primum locum exhibeo epistolæ Leonis III. ad Athelardum Dorobernensem archiepiscopum, cui in omnes per Angliam ecclesias primatum asserit. Ut lucem epistolæ huic afferam, recolere oportet historiam, inter res hujus ætatis ecclesiasticas, notissimam. Offa Mercorum rex invisum habens Lambertum Dorobernensem archiepiscopum, id egit apud Adrianum I. ut ejus authoritate duæ in Anglia distinguerentur Metropolitanæ cathedræ, quarum alteri Lichefeldensis, alteri Cantuariensis antistes præesset. Hæc non diu stetit diœcesis distributio; nam Kenulfus rex, Offæ successor, inter primas regni sui curas hanc posuit, ut res prius in Anglicano quodam concilio stabilita, a Leone III. pontifice in integrum restitueretur, universis per Angliam ecclesiis obsequio Cantuariensis archiepiscopi redditis. Leonis III. literas, quibus Cantuariensem archiepiscopum primatem totius Angliæ agnoscit, & pallio donat, hic exhibemus e MS. codice vulgatas ex Vvilkins tom. I. pag. 160. Datæ inscribuntur *die XV. Kal. Februarias indictione decima*; quæ si genuina inscriptio habeatur, reddit annum 802. indicantque cautam illam, quæ anno 797. cœpta est agitari, aliquandiu perseverasse.

Addimus ob similitudinem argumenti epistolam cleri totius Angliæ ad eundem Leonem III. pontificem, contendentis adductis exemplis demonstrare, archiepiscopos Dorobernenses authoritate potiri successores sibi ordinandi. Epistolam hanc pariter damus ex Vvilkins tom. I. pag. 166.

Denique Caroli Magni epistolam ad Offam Mercorum regem ut daremus ex eodem Vvilkins, fecit ejusdem epistolæ integritas, cum mutilam & subinde obtruncatam exhibuerit Labbeus tom. IX. col. 174. Venet. editionis.

LEONIS III. PAPÆ AD ATHELARDUM

Archiepiscopum Dorobernensem,

Mittit pallium, & primatem totius Angliæ agnoscit.

Leo episcopus, servus servorum Dei, Athelardo archiepiscopo Dorobernensis ecclesiæ in perpetuum.

Extat apud Wilkins to. I. pag. 160.

POntificali discretioni præcipue congruit præsulibus ecclesiarum, secundum eorum irreprehensibilem fidem, audientiam præbere, & eorum, quæ per beatum Petrum principem apostolorum, & nos gerere desideraverint, quæ canonicis non refragantur sanctionibus, effectum concedere. Ut cum id, quod desiderant, obtinuerint, flagrantiores ergà eorum religionis amorem existant. Exhortanda itaque nobis visa est, ac precanda tua fraterna almitas pro diœcesibus Angliæ sibi commissis, videlicet episcoporum, seu monasteriorum tam monachorum, quam clericorum, & puellarum; quæ sicut ab olitanis temporibus tua ecclesia tenuit, ut in sacro scrinio nostro requisita cognovimus, ita tibi tuisque successoribus tenenda confirmamus. Omnes Anglorum ecclesias sanctus ac egregius prædicator, papa Gregorius ordinavit, atque catholice confirmavit beato Augustino archiepiscopo, sincello suo subjectas fore in ævum per sacrum usum pallii; & ideo tibi scribimus ex auctoritate beati Petri apostolorum principis, cui a Domino Deo potestas data est, dicente (a) *Quia tu es Petrus, & super banc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam. Et tibi dabo claves regni cœlorum; & quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlis; & quodcunque solveris super terram, erit solutum & in cœlis*: Immo & secun-

(a) Matt. XVI.

ANNO CHRISTI 795.

cundum institutam sanctorum canonum censuram, licet immeriti, ejusdem beati Petri, clavigeri regni cœlorum, vicem gerentes, tibi, Athelarde, tuisque successoribus omnes Anglorum ecclesias, licut a priscis temporibus fuerunt, in perpetuum in ipsa tua metropolitana sede, per subjectionis cognitionem, eas irrefragabiliter jure esse concedimus detinendas. Si quis vero, quod non optamus, contra hanc nostræ definitionis, vel apostolici privilegii auctoritatem venire temptaverit, ex auctoritate apostolica statuimus, ut, si archiepiscopus vel episcopus fuerit, ex ordine præsulatus sit depositus. Si vero presbyter vel diaconus aut alius quilibet minister sacri ministerii fi fuerit, ab ordine sit depositus. Si autem ex numero laicorum fuerit, tam tex, quam princeps, aut quælibet magna, sive parva persona, a sacræ communionis participatione se noverit alienum. Hanc privilegii paginam, auctoritate beati Petri, apostolorum principis, cujus ministerio fungimur, tibi, Athelarde, tuisque successoribus in perpetuum concedimus obtinendam. Ad cujus firmitatem manibus nostris subscriptionem impressimus; illamque nostræ nostro signari nanditimus. Quam etiam a Sergio scriniario nostro scribi præcepimus mense januario. Dat. 15. Kal. Februarii per manum Eustachii, primicerii sanctæ sedis Apostolicæ, imperante Domino Carolo piissimo, consule, Augusto, a Deo coronato, magno, pacificoque imperatore, anno secundo post consulatum ejusdem domini, indictione decima.

ANNO CHRISTI 795.

OMNIUM TOTIUS BRITANNIÆ EPISCOPORUM ET SACERDOTUM EPISTOLA AD LEONEM III. PAPAM

De successione archiepiscoporum Dorobernensium.

Omnes episcopi & sacerdotes totius Britanniæ insulæ venerabili Papæ Leoni salutem in Christo.

Apud Wilkins to. 1. pag. 166.

NOtum fore cupimus almitati vestræ, sicut legimus in historiis Anglorum, scribente Beda, historiographo: & laudabili doctore nostro, quod non tam ingens labor incumbebat antecessoribus nostris, fcilicet pallii gratia Romam usque fatigari, quemadmodum postea mos inolevit. Scripsit namque ipse præfatus doctor, quod Beatus papa Gregorius Augustinum prædicatorem genti Anglorum direxerit, non episcopum ordinatum, sed monachum, cum aliis ejusdem religionis cooperatoribus. Ipse namque Augustinus post consecrationem a metropolitanis gentis ab Archiepiscopo Arelatensi archiepiscopo, archiepiscopus ordinatus est, juxta quod jussa S. patris Gregorii acceperat. Postea vero Augustinus successorem sibi Laurentium, adhuc vivens, ordinavit, exemplum sequens beati Petri, principis apostolorum, qui Clementem adjutorem & successorem sibi consecrasse perhibetur. Post Laurentium Mellitus fedem Doroberneniis ecclesiæ suscepit. Et post Mellitum, Justus; qui ambo successerunt scripta exhortatoria a pontifice Romanæ & apostolicæ sedis Bonifacio, data, sibi ordinandi episcopos auctoritate; cujus auctoritatis ista est forma. *Dilectissimo fratri Justo Bonifacius. Pallium per latorem præsentium fraternitati tuæ, benignitatis studio tuitati, direximus, concedentes etiam tibi ordinationes episcoporum, exigente opportunitate, Deum timentem, misericordia, celebrare; ita ut Christi evangelium per eorum, adnunciatione in omnibus gentibus, quæ nec-dum converse sunt, dilatetur*, & cætera. Nam ille Justus antea ab Augustino episcopus ordinatus est, sicut & Mellitus. Ipse quoque Justus ordinavit Paulinum episcopum, & Honorius papa misit pallium ipsi Paulino, ubi genitem Nordanhymbrorum, cum suo rege ad fidem Christi; Paulino exemplante, conversam esse didicit. Qui Paulinus post obitum prædicti Justi, Honorium Doroverneni ecclesiæ archiepiscopum ordinavit, cui etiam præfatus papa Honorius misit pallium & literas, in quibus continetur hæc:

Dilectissimo fratri Honorio, Honorius fa-
Latine. *tutem. Juxta vestram petitionem, & filiorum vestrorum regum, nobis per presbyterum nostrum præceptionem, hoc beati Petri, apostolorum principis, auctoritatem tribuimus, ut quando unum ex vobis divinus ad se jusserit gratia evocari, ex quo hoc fuerit episcopum in loco defuncti debeat episcopum ordinare; pro qua etiam re singula vestræ dilectionis pallia. pro eadem ordinatione celebranda direximus, ut per nostræ præceptionis auctoritatem posthac Deo placatam ordinationem efficere: quia ut hæc vobis concederemus longa terrarum intrusiæ intervalla, quæ inter vos & nos obsistunt, ad hoc nos condescendere coegerunt; ut nulla posset ecclesiarum vestrarum jactura per cujuslibet occasionis obtentum quoquo modo provenire; sed potius commissi vobis populi devotionem divinitus propagare. Deus te incolumem custodiat, dilectissime frater.*

Item Albinus vel Alquinus maximus librarius scripsit ad Offam, regem Anglorum, dicens, quod archiepiscopus semper ab archiepiscopo debeat ordinari, & pallium ei debet miti a domno Apostolico. Sed regum dissensiones hanc turbaverunt ordinationem, ita ut non potuerit fieri, quod fieri debuit; quamvis sancti canones firmissime decreviserit, nunquam ob regum dissensiones ecclesiastica statuta violari debuisse. Tunc temporis implerunt sancti & apostolici viri illud laudabile præceptum Salvatoris nostri, dicentis: (a) *Gratis accepistis, gra-* (a) Matt. *tis date*. Tunc sine virtibus elanguit Simoniaca hæresis, quia non pecunia emebatur donum Dei, sed gratis, sicut ipse jusserat, donabatur. Timendum est tamen videntibus gratiam Dei, hoc quod Petrus apostolus Simoni dicebat: (b) *Pecunia tua tecum sit in* (b) Act. *perditione; non est tibi pars, neque sors in* Viii. *sermone hoc*.

AD-

ANNO CHRISTI 795.

ADMONITIO COLLECTORIS

In sequentem epitomen epistolæ Leonis papæ III.

VEtustissimus iste noster Lucensis Codex MS. *in collectione canonum in epitomen redactorum sequentem pariter Leonis epistolam sine epistolæ synodicæ exhibet, quam ad Leonem hunc pertinere, ex illo ad quem data scribitur, intelligimus. Directa est enim Alcuino, qui altero Leonis pontificis nulli præter quam III. æqualis vixit.*

EX EPISTOLA LEONIS AD ALCOINUM.

Ternam mersionem fieri in baptisma.

CAROLI MAGNI

Ad Offam Mercorum regem epistola.

Carolus Dei gratia rex Francorum & Langobardorum, ac patricius Romanorum, viro venerando ac fratri charissimo, Offæ, regi Mercionum, propitiatus perpetuitas & æterne beatitudinis in Christo salutem.

Ex Wilkins to. 1. pag. 158.

INter reges dignitates, & fubliniores seculi personas fœdarum in unanimitate pacis amicitiæ jura, & sanctæ charitatis concordiam ex intimo cordis affectu fervare, multis proclivis foler; & si inimicitiæ nodos dominica dilectio dissolvere jubemur: quanto magis vincula charitatis connectere curandum est? Unde & nos, frater dilectissime, antiquam hanc nos pacti, has vestræ reverentiæ literas dirigere curavimus, ut fœdus in radice fidei firmatum floreret in fructu charitatis; electisque vestræ fraternitatis epistolis, quæ directis siquidem temporibus per. missorum vestrorum manus nobis delatæ sunt, singulis competenter vestræ salutationis fibus respondere, & gratagentes, primò gratias agimus omnipotenti Deo, de catholicæ fidei sinceritate, quam in vestris laudabiliter inveninus pagiuis exaratam; agnoscentes vos non folum terrenæ patriæ fortissimos protectores, sed etiam & sanctæ fidei devotissimos esse defensores. De peregrinis vero, qui pro amore Dei & salute animarum fuarum beatorum limina apostolorum adire desiderant, sicut olim perdonavimus, cum pace fine omni perturbatione vadant suo itinere, fecum necessaria portantes. Sed probavimus quosdam fraudulenter negotiandi causa se intexuisse; luera sectantes, non religioni fervientes. Si tales inter eos inventamur; locis opportunis statura statura folvant telonea; cæteri absoluti vadant in pace. De negotiatoribus quoque scripsisti nobis, quos volumus ex mandato nostro, ut protectionem & privilegium habeant in regno nostro legitime, juxta antiquam consuetudinem negotiandi. Et si in aliquo loco injusta affligantur oppressione, reclament se ad nos, vel nostros judices, & plenam jubebimus justitiam fieri. Similiter & nostri, si aliquid sub vestra potestate in-

Concilior. Supplem. Tom. I. Aaa De-

ANNO CHRISTI 795.

A justi patiantur, reclament se ad vestræ æquitatis judicium, ne aliqua inter nostros alicubi oboriri possit perturbatio. De Odilbertho vero presbytero, qui de Roma rediens, pro Dei amore (ut referre solet,) peregrinari volens, non vos accufare veniens, sciat dilectio vestra, quod eum cum ceteris exulibus, qui timore mortis fub nostræ protectionis confugerant alas, Romam direximus, sub perfectis domnis Apostolici, & N. archiepiscopi vestri, quo fe, ut vestri innoteruntur apices, voto constrinxerunt; audita causa illorum judicentur; ut in quo patratis interceffus non profuit, æquitatis indicatio proficiat. Quid nobis cautius esse poterit, quam ut apostolicæ auctoritatis censura caulam differnat, in qua aliquorum diffonat fententia. Petras verò nigras, quas vestra flagitabat reverentia, vobis direxi. Veniat missus, qui conideret quales animus vester desiderat, & ubicumque inveniæ fuerint, dari, & in vehendo adjuvari libenter mandabimus. Sed, ficut vos de longitudine petrarum desiderium vestrum intimistis; ita & nobri de prolixitate fagarum deputione, ut tales jubeatis fieri, quales antiquis temporibus ad nos venire solebant. Cognoscat quoque dilectio vestra, quod aliquam benedictionem de dalmaticis nostris, vel pallia ad singulas sedes episcopales, regni vestri, vel Archiepiscopi in ecclesiasticam domni Apostolici, apostolici patris nostri, & amatoris vestri direximus; deprecantes, ut diligenter jubeatis interceedere pro anima illius, nullam habentes dubitationem beatam illius animam in regni cœlestis fede & dilectionem oftendamus in amicum nobis charissimum. Sicut & beatus præcipit Augustinus, pro omnibus ecclesiastica pietatis intercessiones fieri debere; afferens, pro interceedere, facienti proficere. Sed & de thesauro humanarum terum, quem Dominus Jesus nobis gratuita pietate collocavit, appropiat metropolitanas civitates transmissimus, vestræ quoque dilectioni: ad gaudium & gratiarum actiones Deo omnipotenti, dirigere Dnduximus unum baltheum, & unum gladium Hunifcum, & duo pallia ericea. Quatenus ubique in populo Christiano divina prædicatur clementia, & nomen Domini nostri Jesu Christi glotificetur in æternum; pro nobis nostrisque fidelibus, immo & pro cuncto populo Christiano, affiduas fieri faciatis intercessiones, deprecantes; quatenus mitissima superni regis (bonitas) regnum sanctæ ecclesiæ protegere, exaltare, & dilatare dignetur. Deus omnipotens dignitatis vestræ augmentum ad tutelam sanctæ suæ ecclesiæ longæva propitiatione incolumem conservare dignetur, desiderantissime frater.

Sæpe fequens agnum lupus, eft a voce retentus,
Sæpe avidum fugiens refpicit agna lupum.
Sæpe canes leporefque umbra cubuere fub una,
Et ftetit in faxo proxima cærulea (a) cerva- (a) Cerva-nix
Sedit, & accipitri junctа columba fuit. *lia.*

Aaa De-

ANNO CHRISTI 798.

Deceptum ista qui se simulabat amare; In laqueos auceps decideratque suos.

A

Inerat amor mentes, usu didiscitur usus; Qui poterit sanum fingere, sanus erit.

ANNO CHRISTI 796.

GALLICANUM INCERTI LOCI CONCILIUM

Forte Turonense, in causa Josephi Cenomanorum episcopi

Circa annum 795. habitum.

Meculo religiosissimo Cenomanorum episcopo circa annum 795. vita functo successor datus est a Carolo Magno rege, Josephus, qui longe aliter ac decebat sum sacrum regimen instituit. Nam seditionem quamquam in se clerici & populi exortam ita repressit, ut passim & impotenter vel in sacerdotes ferverit, nec a flagelli quidem abstinuerit. Re ad Carolum regem delata, ipse in concilio causam discuti jussit. Dia res ventilata est, cum ille negaret omnia; donec tandem sententiam imminere in se intelligens Josephus, laicali & militari veste indutus in fugam dilapsus est. Quare Ratisponense *episcopo Turonensi de cujus familia oriundus erat, redditur fuit, qui & cum in quadam* B *cella sua in pago Turonensi nomine Candeda sub praetextu posset.* Meminit synodi hujus libellus de gestis episcoporum Cenomannensium in analecta. Mabillonii pag. 292. edit. in fol. his verbis: *Adpropinquante termino contumeliae suae, & a regale excretu, & a synodali conventu ec.* Concilium itlud, quod Turonense ideo dixi, cum judicia episcoporum suffraganeorum ad metropolitanum; & concilium ab eo indictum pertinerent, concilium, inquam, illud non serius anno 796. habitum fuisse oportet, cum anno illo die 3. XV. Kal. Januarii, quo Carolus regni sui annum XXIX. agebat, datum sit ejusdem Caroli diploma in gratiam Franconis Cenomannis episcopi, qui Josepho successit. Vide analecta Mabillonii ibid. pag. 293.

AD CONCILIUM APUD BACENCELD

Anno 796. Kenulfi Merciorum regis II. celebratum

ADNOTATIO CHRONOLOGICA ET ADDITIO.

To. I. pag. 158.

Carolus Daniel Vulkins de anno quo synodus ista convenit, ita differit in adnotatione hic subjecta: „ Clar. Spelmannus „ concilium hoc Baccancelde celebratum, „ fuisse dicit anno Christi DCCXCVIII. Nos „ chronicon Saxonicum secuti, ad annum DCCXCVI. referimus, hac insuper „ industi ratione, quod archiepiscopus Eboracensis 19. cal. Sept. hujus anni consecratus, professionem archiepiscopo Cantuariensi eo anno fecerit, quo concilium „ fuit celebratum. Jam praeter hunc *Eadulfum* neminem alium in sede Eboracensi tempore Archelardi, archiepiscopi Cantuariensis, successisse, historia docet. Concilium verò hoc inferit Labbeus tom. IX. pag. 2211. Veter. edit. Hic verò ejusdem decretum, prout in vetustissimo chronico Saxonico exprimitur, latinis literis ab eodem „ viro docto expressum, damus. Archelardus, archiepiscopus Cantuariensis, indixit synodum, ac stabilivit, & confirmavit mandato papae Leonis omnia Dei ecclesias (spectantia) quae fuerant constituta Vuihetgari diebus, aliorumque regum „ diebus, & sic dixit: *Ego, Archelardus, humilis archiepiscopus de Cantuvvarebiri, cum unanimi consilio totius synodi, & totius congregationis omnium monasteriorum, quibus superioribus temporibus libertas concessa est a fidelibus viris, in Dei nomine, & per ejus tremendum judicium praecipio, sicut mandatum habeo a papa Leone, ne deinceps aliquis audeat sibi eligere dominos ex laicis hominibus super Dei hereditatem. Verum sicut est inscriptum, quos papa concessit, aut sancti vvrt confitiuerunt, nostri nunc patres & nostri domini, de sanctis monasteriis; ita illa perpetua & inviolata, absque omne revolutione. Si quisquam fuerit, qui hoc Dei, & nostri papae, nostrumque mandatum observare minuerit, verum sprouerit, ac pro nihilo duxerit, sciat ille, quod redditurus sit rationem ante Dei tribunal. Ego autem Archelardus, archiepiscopus, cum duodecim episcopis, & cum tribus & viginti abbatibus, hoc opus cum ipso gesto cunctis Christi confirmo atque stabilio.*

ANNO CHRISTI 800. 803.

CONCILIUM seu CONVENTUS ECCLESIASTICUS RATISPONENSIS

Inter annum 798. & 811. celebratum.

Inter an. 798. & 811.

Synodi vel conventus hujus ecclesiastici mentio fit in veteri charta Frisingensi, quam in altera primi voluminis parte Historiae suae Frisingensis descripsit P. Meichelbech num. CCLVI. in qua haec legas. *Hoc factum est in Regnaspurc in publico conventu episcoporum, seu etiam presbyterorum, in quo erat Arn archiepiscopus Salzburgensis, Atto episcopus Frisingensis, Adalpovnus episcopus Ratisponensis, Hato episcopus* Lauretanensis seu Pataviensis, *Einrich episcopus* Sabionensis, *Agnus Episcopus; Meginari abbas* &c. Annus habiti concilii incertus est, quanquam diversum credat a concilio Ratisponensi contra Felicianum haeresim anno 803. coacto, ex illis enim episcopis, quorum fides compertа est, discimus concilium esse, non quidem a Carolo rege ex diversarum provinciarum episcopis collectum, sed provinciale ab Arnone archiepiscopo cum suffraganeis suis celebratо, & quidem intra annum 798. quo archiepiscopi titulum primum obtinuit, & annum 811. quo Atto Frisingensis episcopus obiit. Cætera hujus concilii ignorantur.

MOGUNTINUM CONCILIUM

A Carolo Magno ante profectionem suam ad urbem Romam

Anno 800. *celebratum.*

Anno 800.

Anno 800. Labbeus concilium Turonense ex authoritate chronici Moissiacensis affingnat; in quo factam a Carolo regni sui divisionem inter filios ex eodem chronico tradit. Cum verò eam regni divisionem tertio commentitiam esse Pagius in Critica A. 800. ex silentio omnium aratis illius scriptorum demonstraverit; hinc fides etiam ejus concilii, de quo altum est apud eosdem scriptores silentium, mutat. Praeterea igitur censeo authoritatem anonymi scriptoris veterum annalium Francorum apud Martene in Collectione Motum. tom. V. qui Turonensi Moguntinum anni hujus concilium his verbis indicit: *Carolus rex congregavit optimates suos & fundum habuit apud Moguntiam episcoporum vel abbatum ec.* Congruit & Eginarthus, qui anno illo cuiam Moguntiæ habuisse regem testatur.

AD CONCILIUM CLOVESHOVIENSE

Anno 803. habitum

ADDITIO.

Anno 803. Ex Willkins to. I. pag. 167.

Quod hic subjungitur decretum concilii Cloveshoviensis. Labbeus quidem ex Spelmanno dedcrat, sed mutilum adeo ut iterum hic ex Wilkinsi qui ex fonte ipso dedit, referendum censuerim.

Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonae voluntatis.

Scimus, quod multis in Deum filiis deliter confideratibus notum & manifestum, eſt, & nihil tamen illis placabile in eo visum eſt, qui in gentibus Anglorum commoratur, quod Offa rex Merciorum, in diebus Jaenberhti archiepiscopi cum maxima fraude honorem & unitatem sedis S. Augustini patris nostri, Dorovvernensi civitate, dividere & discindere praesumsit; & quomodo post obitum praedicti pontificis Aedelhardus Archiepiscopus, Dei gratia, donantiae illius successor, post curricula annorum erga plurima Dei ecclesiarum jura, limina apostolorum & apostolicae sedis beatissimum papam Leonem visitare contigit. Inter alias necessarias legationes etiam difficilionem injuste factam archiepiscopatûs sedis narravit; & ipse apostolicus papa, ut audivit & intellexit, quod injuste fuisset factum, statim sui privilegii auctoritatis praeceptum posuit, & Britanniam misit & praecepit, ut honor sanctae Augustini sedis cum omnibus suis parochiis integerrime redintegraretur, juxta quod sanctus Gregorius, doctor gentis apostolus & magister, composuit, & honorabili archiepiscopo Aedelhardo in patriam pervenienti per omnia reddiderat; & Coenulfus, rex pius Merciorum, ita complevit cum senatoribus suis. Anno vero dominicae incarnationis DCCCIII. indictione II. die 4. idus Octobris. Ego Aedelheardus archiepiscopus, cum omnibus diocesim episcopis sanctae sedi beati Augustini subjectis, per apostolica praecepta domni papae Leonis in synodo, quae facta est in loco celebri, qui vocatur Clofesbrus, unanimo consilio totius synodi in nomine Dei omnipotentis praecipientes, & omnium sanctorum illius, & per ejus tremendum judicium; ut nunquam reges & episcopi, neque principes, neque ullius tyrannice potestatis homines honorem sanctî Augustini, & suae sanctae sedis diminuere, vel in aliquan-

tula particula dividere præsumserit; sed in eo per omnia dignitatis honore plenissime semper permaneat, quo utique in constitutione beati Gregorii, & in privilegiis apostolicorum suorum successorum habeatur; necnon etiam & in sanctorum canonum rectum haberi sanctionibus videatur: nunc etiam, Deo cooperanti, & domno apostolico papæ Leoni, ego Arichiepiscopus archiepiscopus, & alii coepiscopi nostri, & robiscum omnes dignitates nostræ synodi cumvexillis crucis Christi unanimiter primatum sanctæ sedis firmantes, hoc quoque præcipientes, & signo sanctæ crucis scribentes, ut archiepiscopatûs sedes in Licestiefeldensi monasterio nunquam habeatur ex hoc tempore, neque in alio loco aliquo, nisi tantummodo in Dorobernensi civitate, ubi Christi ecclesia est; & ubi primum in hac insula catholica fides tenuit, & a S. Augustino sacrum baptismum celebratum est. Insuper etiam cartam a Romana sede missam, post Adrianum papam, de pallio, & de archiepiscopatus sede in Licestefeldensi monasterio, cum consensu, & licentia domini apostolici Leonis papæ præcribimus aliquid non valere, quia per subreptionem & male blandam suggestionem archipresbyter, & idcirco manifestissimis signis cœlestis regis primatum monarchiæ archiprincipatus permanere canonicis & apostolicis munitionibus statuimus, ubi sanctum evangelium Christi per beatum patrem Augustinum in provincia Anglorum primum prædicatum, & deinde per gratiam Spiritus Sancti late diffusum est. Si quis vero contra apostolica præcepta & nostrorum omnium ausus fit tunicam Christi scindere, & imitatem sanctæ Dei ecclesiæ dividere, quod absit, & ipse emendaverit, quod inique contra sacros canonos fecit, æternaliter esse damnatum.

ANNO CHRISTI 803.

Hic sunt nomina sanctorum episcoporum & abbatum, qui præscripsam apographi cartulam in synodo, quæ facta est ad Clofeshoum anno adventus Domini DCCCIII. cum signo sanctæ crucis Christi firmaverunt.

B
† Aldelheardus archiepiscopus.
† Alduulphus episcopus.
† Wuerembertus episcopus.
† Alcheardus episcopus.
† Vvitiberthus episcopus.
† Alhmundus episcopus.
† Oſmundus episcopus.
† Eadwulfus episcopus.
† Dereberthus episcopus.
† Vvilitunus episcopus.
† Trifridus episcopus.
† Vulfheardus episcopus.
† Alhmundus presbyter abbas.
† Beonna presbyter abbas.
† Fordred presbyter abbas.
† Vuigmundus presbyter abbas.

AD REISPACENSEM SYNODUM

Anno 803. habitam

ADNOTATIO CHRONOLOGICA, ET ADDITIO.

REispacensem synodum a Labbeo omissam ex Hansizii Germania sacra in Salisburgen. Venerus editor fupplievit, contuliteque cum eodem Hansizio, & cum eo qui utrumque præcessit, Dukerio in chronico Salisburgensi in annum 799. & mensem Januarium. Sed promovendam in annum 803. diem XIII. Kal. Septembris probare mihi videor ex epistola encyclica Arnonis, ut credere par est, Salisburgensis archiep. qua cæteros episcopos ad synodum invitavit, quam epistolam ex P. Pesii Codice Diplomat. par. I. pag. 24. inferius recitabo. Cum enim in epistola insitentur episcopi ad diem XIII. Kal. Septembris ad Reispach, ut synodum ibi agant, ceteroque pariter conflet synodos in eiem dominicam indici; probabili hinc consequitione deduco synodum hanc vel anno 797. vel anno 803. vel 808. conveniſſe. Anum vero 797. excludendum plane demonstrat archiepiscopi titulus, quem a Leone III. acceptum Arno nonnisi anno 798. ut liquet ex Pagio, retulit. Annum verò 808. Labbeicendum pariter fuadet concilium Salzburgense præcedenti anno 807. celebratum, quod tamen in vetusto libro traditionum Frisingensium post charram synodum Reispacensem commemorantem inducitur. Chartam illam ex Dukerio affert Hansizius, ex quo Venetus Labbei editor fed mutilam; integram verò refert P. Meichelbech in hiſtoria Frisingensi tom. I. par. I. pag. 94. ex quo illam describam.

Quod verò censendum sit concilium eo ipso anno ago Reispacense in Francia habitum, quod memorat Arno in sua encyclica, quis divinaverit? Inter capitula ecclesiastica quæ ex capitularibus Caroli Magni selecta dedit Labbeus pag. 239. edit. Venet. in titulo III. cap. II. exhibetur decretum *Sacerdotum de purgatione* Caroli regis cum consensu Papæ Leonis sanctum in pleno quodam episcopum & præsulum concilio; idque post annum 800. prodisse idem Labbeus tom. IX. pag. 259. egregie probat. Num idem est concilium de quo in epistola a forte idem est concilium de quo in epistola Quærant docti. Nunc vandem epistola hanc fepius laudata promenda.

AR-

ARNONIS EPISTOLA ENCYCLICA

De celebranda synodo in Rispach.

Sanctissimæ dilectionis venerabiliter præcrendo, & cum omni charitatis amore amplectendo N. digno Dei antistiti, Apostolico Sanctæque ecclesiæ Archiepiscopoque K. benè cupiens prosperitatis optatæ hic præsentis & in futuro sæculo.

P. Pez Codic. dipl. par. I. col. 24.

SOlito etenim more sanctitatis vestræ precibus nos enixe commendamus. Vestra... nunque memoria, ut optime condocet, jugiter apud nos recentiat, fuit optime noverit fraternitas vestra, & canonica auctoritas probat, omniumque nostrum est utilitas maxima, qui sumus in loco regiminis constituti, *synodale colloquium* habere, & ibi perstractare nostrum ministerium, a Deo nobis commissum, ad profectum totius Christianæ plebis: quia idipsum a confratribus nostris episcopis hoc anno in *regno Domni Seniores nostri in Francia* est peractum. Quapropter Deo auspice nos coadunati sumus synodalem conciuonem exercere ad *Rispach* die inchoante *XIII. Kal. Sept.* Quapropter bonum est, ut die statuto vos ipsi illuc veniatis, & præcipiatis vestro *Choro episcopo*, ut illuc veniat, & archipresbyteratis vestris seu cæteris primoribus ecclesiasticis: & de illa vestra abbatia illos procetus monachos, quantos vobis videbitur. Etsi illa capitula quæ in ista synodo in Francia gesta fuerunt, scripta habeatis, vobiscum deferte. De virtualibus verò fagax prudentia vestra præcaveat, ad quantos dies ibi commorari in loco, tantos tunc nostra fuppetiat convenientia. Quia, sicut superius præfati sumus, ut illa tynodalis loquela, Divina auxiliante gratia, nobis a Deo mercedes adcrescat, & apud homines bona laus. Et hoc scitote, quia ad confratres nostros episcopos istam exemplariam scriptam directam habemus. Perfecta hac epistola a vestra dilectione nobis subpitatem vestram per missum aut per indiculum vestrum nobis innotescere non pigeatis.

CHARTA FRISINGENSIS

In qua concilii Reispacensis Patres commemorantur.

NOtitia de hoc quod Cundharius abbas Hid. Fri- reddidit Attoni episcopo Ecclesias sing. to. I. Parrochiales IIII. ad Thahasingas, ad Mo- pag. I. pag. sahem, ad Munitihingas, ad Sulagaloch, & Palacitavit si aliquis ex propinquis suis dignus extiterit ad facerdotium, ordinet eum illic episcopus, & in præsentia illorum. Ad Ripah in fynodo factum est. Vvaltrih episcopus, Arn archiepiscopus. Adalvvinus episcopus. Urolf abbas, Hato abbas, Reginperht abbas, Anno archipresbyter. Ellandrod archipresbyter. Helitperht diaconus, Paldrih archipresbyter.

Ejusdem hoc locum, & ipsius, si Deo placet, comitis beque confirmationes daremus; quales a Dukerio referuntur; sed cum a doctis omnibus rejiciantur ut evidenter spurie, ideo negligendas censuimus. Vide Hansizium Germ. S. tom. II. Salisburgen. Meichelbech Hist. Frising. ubi supra; quorum doctorum argumenta demonstrantur Dukerium in iis, quæ ad synodum istam spectant, omnia ad ingenium confinxisse. Accedat ea quæ de anno & mense habiti concilii supra retulimus, ex quibus nonnisi ad arbitrium annum hunc & mensem confinxisse scriptor Reispacense convincitur. Ex quo errore cæterorum veritatem augura-

AD CONCILIUM AQUISGRANENSE

Anni 803.

ADDITIO.

COncilium hoc Aquisgranense ex authore Chronici Moyſiacensis Labbeo innotuit, cujus & verba recitat, sed hæc ipsa verba referens author Veterum Annalium Francorum vulgatus a PP. Martene & Durand in Collectione Monum. tom. VII. quædam adjicit quæ negotiis pertinent; ita ergo addit scriptor ille coævus: *Similiter in Aquisgrana fynodo congregavit universos abbates, & monachos, qui ibi aderant, & ipsi inter se, conventum fecerunt, & legerunt regulam sancti Patris Benedicti, & tradiderunt eam spectantem in conspectu abbatum & monachorum; & tunc iussio generaliter super omnes episcopos, abbates, presbyteros, diaconos, seu universo choro clericorum factus est, & unusquisque in loco suo suscia constitutionem SS. Patrum, sive in episcopatibus, sive in monasteriis aut per universas ecclesias; ita ut canonici juxta canones viverent, & quidquid in clero aut in populo de culpis aut negligentiis apparuerit juxta canonum auctoritatem emendaretur, & quidquid in monasteriis seu in monachis contra regulam S. Benedicti factum fuisset, hoc juxta regulam ejusdem emendare faceret. Mandavit autem ut unusquisque episcopus in omni regno, vel imperio suo ipse cum presbyteris suæ officium sicut & sancta ecclesia Romana faceret. Nam & scholas suas, eorum in loco congrua consensu præcepit, ubi similiter & in monasteriis Sancti Benedicti fervantibus regulam, ut officium ejus faceret, sicut regula docet.*

CON-

CONCILIUM TEGERNSEENSE

In Monasterio ejus nomini ad Lacum Tegurinum in diœcesi Frisingensi habitum, pro lite quadam ejusdem monasterii cum suo episcopo

Anno Caroli imperatoris IV. Chrisli 804. die XVI. Junii.

Concilii hujus historiam suppeditat vetus documentum, quod ex vetusto codice Traditionum Frisingensium integrum refert P. Meichelbeck in Historia Frisingensi tom. I. par. II. pag. 92. Ex eo verò tota concilii hujus historia deducitur. Tegernseenses monachi dicunt decretas Actis Frisingensis episcopus sui concilium quoddam in ecclesia S. Emmerammi extra muria urbis Ratisponensis cogendum, ut ecclesias quasdam baptismales abstraheret parochialer, quas illos contra jus & fas retinere contendebat, sibi episcopo suo restituerent. Monachi jus suum pro virilibus in eo defendebant; tandem ex sententia concilii reddere omnia justi sunt. Cum dictus negotiorum statusset, anno quarto imperii Caroli die XVI. Kal. Julias iterum ad Concilium in eodem Tegernseensis monasterio coactum sistere se justit sunt. Multa ibi pro se monachi; sed cum dicta fuit scripsit documentis probare nequaquam potuerunt, iterum illi causa exciderunt. Rem totam, sive legas in charta, quam hic integram ex eodem Frisingensi historiæ subjicio.

Meichelbeck Hist. Frising. tom. I. par. II. pag. 91.

Brevem commemorationem de causa Sanctæ Mariæ semper Virginis & beati Corbiniani confessoris Christi domo episcopali, qui dicitur Frisinga, quomodo Actio episcopus interpellavit Adalbertum abbatem, & Zachoum vicarium ejus pro causa sanctæ Mariæ, quæ abstracta injusto ordine fuit parochibus illorum. Protulit præfatus episcopus intentorum suorum capitula, & abbatibus, quorum nomina hic scripta continentur. Erant enim congregati ad ecclesiam beati Emmerami martyris Christi, quæ est sita prope civitatem, qui vulgo nominatur Reganelpare. Hæc sunt nomina virorum religiosorum, & prudentium. Inprimis Altheus episcopus, Walterich episcopus, Arn episcopus, Isheri abbas, Ato diaconus sive abbas, Hunrih abbas, Urolf abbas, Reginpert abbas, item Reginpertt capellanus presbyter, Wolfheri capellanus presbyter, Petco abbas, Cunni presbyter, coram illis omnibus spopondercunt prædicti abbates Adalpertus, & Zacco omnia se reddituros ad dominam beatæ Mariæ, quicquid exinde injusto ordine abstractum habuerunt, & per wadium illorum utrique manibus suis, quasi coabi, in manu episcopi Attonis dederunt, dicentes, se statuta ei integro justitia fecundum rectum judicium faciendam. Sed nihil profuit de his omnibus. unde wadium dederunt, nec quicquam de justitia nostra ad illos invenire potuimus. Cum non post multum temporis contigit enim, ut Meginhart abbas ipsius domui vivente Zacceno regimen accepit. Deinde venerandus vir Atto episcopus, & Maginhardus abbas pro hoc condixerunt publicum placitum fieri, & omnibus adunata est cohors, & stipata causa in loco, qui dicitur Tegarinseo, ad

translationem corporis Sancti Martyris Christi Quirini hic intelligitur. Ipso die refedentibus viris illustrissimis Attonem archiepiscopum, Attonem episcopum, Oadalhardum episcopum, Hiltigero vocato episcopo, Maginhardo abbate, Cundhario abbate, Ellanrodo archipresbytero, Perhtraro presbytero & capellano domni Imperatoris, Oadalfrido presbytero, Zacconi monacho, qui quondam abbas, Ribheri presbytero & M. Itaac presbytero & M. Lantolf M. Eparhat M. Arn M. & omnis congregatio ipsius monasterii, insuper Droane com. Pippimes com. Cundhart com. Reginhart com. domni imperatoris, Maginhart, Amalrih, Swarzolf, Hitto, Amo, & alii plurimi. Facta est ibi inquisitio, & ventilata causa inter Attonem episcopum, & Maginharduin abbatem ex ipso monasterio jam dicto. Atto episcopus requirens ecclesias baptismales ad suum episcopatum legitime pertinentes, id fuerunt: ad Aschwendiam, & ad Herdbenigas, ad Eglilingas, Worm, Gojolfinga, Tanchiricha, Lezinhusir, Holthusir, Hrodungesehiricha, Phunzina, Helphindorf, ad Funlinga, ad Pohloh, & decimam de curte ad Feldkirc, & ecclesiam ad Holzhusun de traditione quondam novellissimi viri nomine dd, & illam parrochiam ad Tankirc, & altaria duo conferentia, & ad Tcozhage, eo quod injuste abstractæ essent de ipsum episcopatum, & conlocatæ in illorum monasterio multo jam tempore. Tunc ipse Maginhardus abba juxta audituin, & dicta multorum hominum, qui illud adferebant, retinere temptabat in multitudine hominum traditionum ad ipsius monasterii fidem. Tunc Arn pontifex taliter adfatus abbat: *Si ifias ecclefias ex omnia, quicquid a te repetit domnus Atto epifcopus habere vis, veniat advocatus tuus in præfentia, & facias inde legem, & conquaratur ad ipfa Dei quicquid legitime fecundum ordinem conquiri poteft; fin autem reddatur, qua legitime poffidere non queas.* Poft hoc dictum venerunt iterum ipfi inter fe, & placitaverunt, quatenus illos ad concordiam pacis revocare potuiffent; quod ita & fecerunt. Tunc Maginhard abba reddidit ipfas ecclefias, & decima, & duo altaria in ipfo loco retinenda, quæ injufte abftractæ fuerunt coram iftis præfentibus Attonem epifcopum per manus Attonem pontificem, & Ellanrod archipresbyterum, ea fcilicet ratione, ut fi valuiffet inveftigare per veraces teftes, quod plus legitime ad ipfum fuum monafterium ob traditionem nobilium hominum pertinere dicebant, quam ad ipfum epifcopatum, ut hoc cum licentiam, & gratiam ipfius epifcopi requirere liceret, quæ fecundum canonicam inftitutionem fieri potuiffet. Poft ea verò Arn pontifex fuppliciavit Attonem epifcopum,

ANNO CHRISTI 804. 806.

pum, ut ipfas ecclefias per præftitum benefici redderidiffet hec Maginharduin abbatem, excepto illa decima tali ordine, ut ipfa decima ad ipfas ecclefias tali tenore adcipiat, ficut follius eft accipere ipfe epifcopus ad fuos parrochianos presbyteros; quod ita & factum eft. Ecclefiam verò ad Tankirc, & altaria fupra fcripta ipfe epifcopus ad fuum præfatum retinet cum omni decima fua; & ita ftaturunt inter fe, atque definierunt, ut fi amplius nullam calumniam inde generaret, ipfe abbas paribus ipfum pontificem eafdem ecclefias legitime vifitare deberetur, excepto ficut diximus illa decima legitima, ficut fuperius intimavimus. Si verò pro ea ullam calumniam præfumeret generare ipfe abbas, & fui, & rebelles fieri, atque iftes excitare fuperbiendo contra ipfum pontifcem, vel contra canonicam inftitutionem, vel ipfam conventiam irritam fieri poteftatem, habeat ipfe epifcopus ipfas ecclefias fupra memoratas ad fuam revocare epifcopalem fedem. Actum Tegarinfeo monafterio publico XVI. Kalendas Julii anno quarto imperii Domini noftri Karoli Tereniffimi auguft, indictione XII. in Dei nomine feliciter amen.

Berhtharius notarius hanc notitiam fubfcripfit.

SYNODUS PERSICA forte SELEUCIENSIS NESTORIANORUM,

De difciplina,

Timotheo Neftorianorum patriarcha præfide, anno ægiræ 170. Chrifti 804. celebrata.

Anno 804. DE hac fynodo ita Affemanus Bibliot. Orient. to. III. par. II. pag. clxxxvii. Synodus Timothei celebrata anno Arabum 170. Chrifti 786. & confirmata ab eodem patriarcha anno Arabum 189. Chrifti 804. Canones XCVIII. de quibus hæc Amrus. *Condidit in fynodo Patrum de conftitutionibus* liguet; Timothei temporibus epifcopos *& judiciis canones octo fupra nonaginta, quorum unufquifque interrogationem & refponfionem complectitur.* Extat in Nomocanone Arabico, ufque ad canonem 52. Nam cæteri æviufis nonnullis foliis deciderantur. Horum primus, ut presbyteri, & diaconi ex ordinationis fuæ tempore prodriam conftituant. Secundus, ut qui ex alienа diœceli adventarunt, iis poftponantur, in quorum diœcefi, vel ecclefia verfantur. Sextus, feptimus, & octavus, ut diaconi, presbyteri, & epifcopi, qui catholicum, metropolitam, vel epifcopum contemnunt, iifque obtemperare detrectant, a miniferio fuo per duos menfes arceantur, & fi quidem epifcopi funt, ab eu pifcium & a vino abftineant; fin autem presbyteri, vel diaconi, ab efu carnium & a vino. Ex quo Timothei tempore epifcopos a carnibus omnino abftinuiffe. Decimus feptimus, ut euchariftia in fequentem diem fuper Altari nullatenus confervetur; fed eodem quo confecta eft die percipiatur. Quadrageffimus fecundus & quartus, non licere mulieri, quæ ob fornicationis caufam a viro dimiffa eft, alteri nubere, neque viro, qui eam dimifit, alteram ducere. Synodicas alias conftitutiones Timotheus edidit, quarum excerpta vide to. 3. pag. 122. & feq. Extant fragmenta quædam in laudato Nomocanone Arabico.

AD CONCILIABULUM CONSTANTINOPOLITANUM

Pro admittendo Joſepho ſacerdote

ADNOTATIO CRITICA, ET ADDITIO.

Anno 806. SYnodum hanc in Collectionem ſuam referens Labbe, Pfeudo-Synodum appellat; qua de cauſa ignoro. Quanquam enim *adulterantium fynodus* vocatur a Theodoro Studita; id tamen nominis a ſancto illo monacho obtinuit, quod in ſententiam a fe cenſeripue monachis adverſam concederit, ſapinantibus patribus, ut Joſephus, qui adulterium Conſtantini imperatoris cum Theodote admiſerat pro bono communi eccleſiæ, ſit inveſtigare per veraces teſtes, quod plus legitime ad ipſum ſuum monaſterium ob traditionem nobilium hominum pertinere dicebant, quam ad ipſum epiſcopatum, ut hoc cum licentiam, & gratiam ipſius epiſcopi requirere liceret, quæ fecundum canonicam inſtitutionem fieri potuiſſet. Poſt ea verò Arn pontifex ſuppliciavit Attonem epiſcopum, ut ipſas eccleſias per præſtitum beneficii redderidiſſet hec Maginharduin abbatem, excepto illa decima tali ordine, ut ipſa decima ad ipſas eccleſias tali tenore adcipiat, ſicut ſollius eſt accipere ipſe epiſcopus ad ſuos parrochianos presbyteros; quod ita & factum eſt. Eccleſiam verò ad Tankirc, & altaria ſupra ſcripta ipſe epiſcopus ad ſuum præfatum retinet cum omni decima ſua; & ita ſtaturunt inter ſe, atque definierunt, ut ſi amplius nullam calumniam inde generaret, ipſe abbas paribus ipſum pontificem eaſdem eccleſias legitime viſitare deberetur, excepto ſicut diximus illa decima legitima, ſicut ſuperius intimavimus. Si verò pro ea ullam calumniam præſumeret generare ipſe abbas, & ſui, & rebelles fieri, atque iſtes excitare ſuperbiendo contra ipſum pontifcem, vel contra canonicam inſtitutionem, vel ipſam conventiam irritam fieri poteſtatem, habeat ipſe epiſcopus ipſas eccleſias ſupra memoratas ad ſuam revocare epiſcopalem ſedem. Actum Tegarinſeo monaſterio publico XVI. Kalendas Julii anno quarto imperii Domini noſtri Karoli Tereniſſimi auguſti, indictione XII. in Dei nomine feliciter amen.

Berhtharius notarius hanc notitiam ſubſcripſit.

ANNO CHRISTI 804. 806.

ANNO CHRISTI 806.

CONSTANTINOPOLITANUM CONCILIUM

Quo Tharasio patriarchæ defuncto Nicephorus successor constituitur.

Anno 806.

S. Tharasio Patriarchæ Constantinopolitano è vivis sublato successor quærendus erat, qui in ea dignitate subsistere tut, & fidei causam eodem quo ille ardore studioque defenderet. Ea comitio collecti in synodum episcopi aliique e clero, post diligentem rei discussionem, variisque propositis atque rejectis, communi tandem decreto Nicephorum, laicum quidem hominem, sed virturibus & affectæ vitæ exercitatione illustrem elegerunt; nihil obstare decernentes quod ad supremam dignitatem non quidem per gradus, sed veluti saltu quodam ascendisset. Porro qui ea occasione convitt episcoporum conventus, iden synodum appello & inter synodos accenseo, cum eo nomine certum illum deligenaverint Adriani II. Romani pontificis ablegari in concilio Constantinopolitano generali VIII. hæc verba ad patres habentes in adhuc VI. *Post mortem Tharasii sanctissimus Nicephorus ex decreto synodali sine ulla vi ab episcopis designatus est.*

ANNO CHRISTI 806.

SYNODUS APUD VVINCHELCOMBAM IN ANGLIA.

Anno 811.

Anno 811. De hac synodo hæc legimus apud Willelmum in Concil. Britanniæ tom. I. pag. 169.

In charta regis Kenulphi de Vvinchelcombensis cœnobii prima fundatione, mentio fit trium synodorum ejus tempore celebratarum præter hanc, in qua charta hæc confecta esse dicitur A. C. DCCCXI. Indict. 4. ubi inter alia: Complacuit autem mihi Kenulpho, ut ad contestationem antenominatæ ecclesiæ universis accercitum Mercioruni, optimates, episcopos, principes, procuratores; insuper prop nquos, nec non Cuthredum, regem Cantuariorum, aeque Sicdum, regem orientalium Saxonum, cum omnibus, qui testes nostris synodalibus constituebus adesunt pro confirmatione meæ hæreditatis, quam dominus Leo Papa primus affirmabat cum suo privilegio, & postea Paschalis, summus pontifex, cum præceptis suæ auctoritatis & universis Mercioruni optimatibus in tribus synodis, unanimo consilio &c. Hoc ego Kenulphus rex, & omnes, qui in nostris synodalibus conciliis tetes atque auctores hujus rei præsentati fuilient, studiavimus, atque unanimo consensu constituimus &c. quasi in nostris tribus synodis firmiter decrevimus. Huic synodo interesse tres reges, Vvulfredus archiepiscopus, duodecim episcopi, & undecim duces.

AD CONSTITUTIONES ECCLESIASTICAS

Caroli Magni Imperatoris aliaſque ejus ætatis

PRÆFATIO COLLECTORIS.

Anno 814. In calce concilii romani ad ætatem Caroli Magni pertinentium colligendas duxi fandtiones has ecclesiasticas ejusdem Imperatoris & aliorum; non quod omnes, vel saltem ex iis aliquas sub exitum vitæ Caroli datas censeam; sed ea tantum, quæ ad hunc finem temporis, ideo illis omnibus canonicis constitutionibus, de quarum epocha certi sumus, subjiciendas duxerim. Quanquam vero certus singulorum annus latet, ex eorum tamen diligenti lectione intelligimus esse quidem nonnullas, quæ sub Carolo nondum ad imperium evecto prodierint, cum in iis Regem fe, non Imperatorem nuncupet; alias vero ipsum jam dignitate illa ornatum indicant, his verbis: *In capitulis nostrum Imperatoris*. Posteriores illas cum prioribus una eademque serie continuatas exhibet Martenius, ex quo eas profero, omnesque simul ad tempus, quo Carolus nondum imperator renunciatus fuerat, referendas arbitratur, ratus Imperatoris titulum in his Caroli ea plane ratione, qua in aliquibus ejus ætatis documentis imperator dicitur, cum nondum Regem adhuc ageret. Quæ autem nunquam definceps regem se appellavit, ex quo imperator dictus est. Reipsa tamen duo, vel plura sunt capitularia plane diversa, nec uno, eodemque tempore vulgata. Profecto capita priora usque ad XIII. ipse sunt fandtiones editæ a Carolo *in Synodali conventu* anno XI. regni sui, ideſt Christi 779. quanquam in multis auctiores sunt, nec in paucis vitiatam apud Labbe editionem emendant; & vicissim in aliis a Labbeana emendari possunt. Reliqua capita ad tempus posterius cum Imperatoris titulo Carolus jam potiretur spectare, docet caput XXXIII. quod ipsum est ad literam caput VII. inter Labbeana *Capitula Ecclesiastica*. ex Capitularibus excerpta; derivaturque ex *Capitulis ad Legem Saliam additis anno IIIo* imperii; ideſt Christi 807. Neque te lector moveat quod inter posteriora hæc capitaquæ ad Carolum sam imperantem refero, legas in capite XIV. *Placuit nobis Karolo Magno glorioſissimo Rege*: id enim ab impetito scripture ex sententia sua adjectum, vel immutatum constat; neque enim *Magni* titulus nisi aliquandiu post obitum Caroli acceſſit, ut ex Mabillonio Paglus in Crit. Baron. ad an. 814. demonstrat. Addo caput illud XIV.

ANNO CHRISTI 814.

XIV. ſtatim ſubjungi poſt Caput XIII. *De rebus vero Ecclesiarum &c.* quæ ſanctio totidem verbis, præter quam in Baluzio Capitular. to. I. pag. 391. ſese offert pariter in collectione legum Caroli Magni a Muratorio Rer. Ital. to. I. par. II. pag. 143. vulgata, in ea vero collectione poſt caput illud ſtatim ſuccedit alterum ita concepturn. *Carolus divino nutu coronatus Romanum regens Imperium.* Hæc forte verba in ſuo codice offendens ſcriptor Codicis a Martenio conſulti brevianda fic cenſuit. *Placuit nobis Karolo Magno glorioſissimo Rege.* Utcumque tamen res habeat lefe, hic dandum cenſeo Capitularia Caroli Magni, quale Martenius dedit, erudito Lectori indagandum relinquens ad quem ſingulæ annum Caroli ſanctiones ſibe pertineant. Nam leges ſint novæ, vel potius hinc inde ex codice legum Carolinarum decerpæ. Id enim de pluribus illarum conſtat: nam præter eas, quas indicavi, Caput XXV. idem eſt ac caput XCIX. legum Caroli ex editione Muratorii Rer. Ital. to. I. par. II. Caput XXIX. repræſentat ejus editionis Cap. C. Caput XXXIV. eſt caput CII. Caput XXVIII. eſt CXX. ex quo poſtremo corrigitur mendum, quod in prius illud Caput Martenianum irrepſit; nam pro *rectis Ecclesiæ*, quæ eſt lectio Martenii, reponendum eſt *terræ Ecclesiæ*. Cap. XXVIII. eſt Cap. CXX. legum Caroli apud eundem Muratorium, cujus editio optime ex Martenio Cod. hic corrigitur; quo enim loco ibi placita fieri in eccleſia & in *terris ecclesiæ circumjacentibus vel cohærentibus* vetantur; Martenius pro *terris* legit *tectis*. Sequens etiam caput XXX. eſt idem cum Muratoriano C. & cap. XXX. eſt CXXI. Murator. Sunt etiam ex his legibus quædam alium, præter Carolum magnum habentes auctorem quod ex cap. Martenian XXXII. diſcimus; ipſa enim lex totidem verbis, comparet in collectione legum ſive Ludovici II, ut eſt apud Baluzium Capitular. to. II. pag. 339. ſive Ludovici pii ut ex Cod. Eſtenſi probat Murator. Rer. Ital. to. I. pag. 153. cap. XXXIV.

Regum Capitularia quæ profert ex eodem Martenio nihil forte habent cum aliis antehac editis commune.

CAPITULARE

CAROLI MAGNI
regis Francorum.

Ex mſ. codice bibliothecæ Chigianæ erutt Mabillonius, & vulgavit Martene Vet. Monum. to. VII. pag. 5.

OBSERVATIO PRÆVIA MARTENI.

Sequens capitulare ex vetuſtiſſimo codice ſæculo nono exarato, olim Romani S. Pauli monaſterii, tunc Chigii cardinalis bibliothecæ, erutt Mabillonius. Auctor ſcripſerat prodit capite 12. ubi Pippinum genitorem ſuum appellat, & cap. 14. quod ſic incipit: Placuit nobis Carolo magno glorioſissimo regi. *Hinc pater capitulare hoc editum fuiſſe antequam Concilior. Supplem.* Tom. I.

ANNO CHRISTI 814.

Carolus imperialis diadematæ decoraretur. Nec refert quod capite 29. citetur capitulare datum Imperatoris: nam reger ſe olim etiam imperatores appellabant. Ita Pippinus imperatoris nomine donatur in lib. 2. regis Longobardorum, tit. 46. num. 1.

I. DE Metropolitanis, ut ſuffraganei epiſcopi eis fecundum canones ſubjecti ſint, & ea quæ ega miniſterium illorum emendanda cognoſcunt, libenti animo emendent atque corrigant.

II. De epiſcopis, ut ubi in præſens ordinati non ſunt, ſine tarditate ordinentur.

III. De monaſteriis quæ regularia fuerunt, ut ſecundum regulam vivant; necnon & monaſteria puellarum ordinem ſanctum cuſtodiant, & unaquæque abbatiſſa cine intermiſſione in ſuo monaſterio reſideat.

IV. Ut epiſcopi presbyteris & clericis inſta illorum parochiam vel de ſuo miniſterio poteſtatem habeant ſecundum canones facere.

V. Ut epiſcopi de inceſtuoſis hominibus emendandi licentiam habeant ad regendum: & ſi de ipſis inceſtuoſis aliquis poſt judicium epiſcopi in ipſo inceſtuoſo iterum miſcetur, ſi aliudem habuerint, ipſum ſiſcus regis recipiat.

VI. Nulli liceat alterius clericum recipere, nec ordinare in aliquo gradu, ſine dimiſſoria ſui epiſcopi de cujus parochia (exſilii

VII. De decimis ut unuſquiſque homo decimam donet, & per juſionem & conſilium epiſcopi in cujus parochia fuerint, diſpenſentur.

VIII. De homicidis & ceteris malefactoribus, qui legibus aut pro pace facienda mori debent, nemo eos ad excultationem in eccleſiam ſuam introire permittat, & ſi abſque voluntate paſtoris ibidem introierit; tunc *ipſe*, in cujus eccleſia eſt, nullum vidum ei donet, nec alium *dare* permittat.

IX. Ut latrones de inſtrumentis illorum judices & advocati, ad comitum placitum, quando eis annuncia verint, præſentent: & ſi dixerint, quod illos latrones præſentare non potuiſſent; poſtquam eis denunciatum fuerit, nec pro nulla juſtitia dilatanda illis latronibus non conſentiſſent, nec pro cauſa dilationis de ſua pernitate, vel de ſuo miniſterio ipſos latrones non jactaſſent, & hoc iret ut pro ſua voluntate, ſi poſſunt, ipſos latrones præſentare debeant ad juſtitiam faciendum. Similiter & de ſimilibus ipſum exemplum exinde ſuſtineant; & qui ſuprafcripta ſacramenta ſine perjurio jurare non poterint, ſi beneficium habuerint, aut adum per ipſum perdant: & ſi beneficium non habuerint, bannum dominicum ſolvant.

X. Si quis perjurium ſecerit; nullam redemptionem ei facere liceat, *nisi* manum perdat: & ſi ille qui prius illi ſacramentum jurat, de illo perjurio probatus fuerit, & aliquid de ſuis juratoribus dixerint, quod neceſſe ſit ſibi perjuraſſet, aut hoc apud judicium Deo approbet verum eſſe: aut ſimiliter manum perdat, de cujus cauſa perjuria fecerit, ſicut lex loci illius, ubi perjurium factum eſt, a longo tempore fuit: de

ANNO CHRISTI 814.

quorum pretio emendare studeat, De furto videlicet. De minoribus causis iustitiarius, si ille homo, cujus causa jurata fuerit, fecere voluerit, quod ille qui juravit se fecere perjurasset, stent ad crucem: & si ille qui juravit vitios fuerit, quod se perjurasset: supradictam poenam sustineat. De majoribus vero causis lex quam a longo tempore habuerunt observetur.

XI. De vindicta & judicium in latrones, facto testimonio episcoporum, absque peccato Comites facere possint, si ibi nec inimicitia, nec alia occasio nata, nec injuria non interpositus, nisi vera justitia ad perficiendum & pacem confirmandam: ut si quis latro de uno furto probatus fuerit occidatur: & si de duobus furtis probatus fuerit, oculum perdat, & postea iterum si cappillaverit, & si de tribus furtis probatus fuerit, moriatur. Et si duobus furtis, unde oculum unum & nasum perdere deberet, consentiatur, ut domini servi illius secundum legem cui fidei furta fuerint, solvere debeat: de tribus vero furtis unde mori debet, mors illius furta excludat. Et de omne fine culpa per invidiam aut inimicitiam occultionem, nisi per juditium & paccem faciendam, hominem disfecerit, honorem suum perdat, & legibus contra quem juste fecit, secundum panam quam inrotulit emendet.

XII. De causis vero, quas bonæ memoriæ genitor noster Pipinus in suis placitis & synodis constituit, conservare volumus.

XIII. De reliqua vero causa ecclesiarum quæ usque nunc per verbum domni regis hominis saeculares in beneficium habuerunt, ut inantea fic habeant, nisi per verbum domni regis ad ipsas ecclesias fuerint revocatæ: & si aliqui usque nunc a parte ecclesiæ decima & nona exivit, & nunc inantea faciat. Et insuper illas ecclesias de quinquaginta casatos folido uno reddat: de triginta medios solido uno reddat: de viginti tremisse, & quisque nunc alium censum dedit, inantea licat prius facit, ita faciat: & usque nunc nullum censum dedit, & ipsæ res ecclesiæ ubi sunt cenferetur & ubi non sunt feribantur: & si discretio inter precarias de verbo dominico factas, & inter eas quas episcopi, & abbates, & abbatissæ eo sum arbitrio vel dispositione faciunt: ut ibi ceat eis, quando quidem eis placuerit, res quas beneficiaverint, ad partes ipsius ecclesiæ recipere, facientes ut unusquisque homo ad eandem Dei in honore Dei fidelitet & firmiter deferviat.

XIV. Placuit nobis Karolo Magno gloriosissimo regi, ut vitia quæ nostris temporibus in sancta Dei ecclesia emersa sunt exaedicentur & evellantur.

XV. Volumus igitur præordinante Deo ecclesias nostras secundum auctoritatem canonicam ordinare, & ordinem clericorum disponere.

XVI. Monasteria, quæ jampridem regularia fuerunt tam virorum quam & puellarum, seu quæ sub nostro dominio sita sunt, volumus, ut secundum regulam disponantur & ordinentur & si abbates vel abbatissæ sine regula vivunt, seu inordinati inventi vel inventi fuerint; si corrupti vel corruptæ emendare noluerint, abjiciantur, & de ipsa congregatione, si digni inventi fuerint, abbas vel abbatissæ eligantur: sin autem aliunde & de monasteriis regularibus similiter.

XVII. De xenodochiis vero nobis pertinentibus, quæ bene ordinata sunt ipsa permaneant: quæ vero destructa sunt, fecundum qualitatem temporum ad priorem cultum perducere curabimus, & ibi pauperes fuscipiantur, & per personas idoneas fiant ordinata, qui ea juxta Dominum regant, & de elemosynis pauperum nihil subtrahant.

XVIII. De ecclesiis baptismalibus ita constitutum, ut per presbyteros ordinatæ sint, & nullum violentiam ab episcopis suis aut cujuspotium ab episcopis suis patiantur, sed fecundum canonicam institutionem & antiquam consuetudinem faciant.

XIX. Quando episcopus suam parochiam circumeat, & quid ibi ex ea exigat vel capiat, nin fecundum canones vel antiquam consuetudinem, & oppressionem ab episcopis quibuscunque hominibus ipsa plebs non patiantur. Tam quidem episcopi quam presbyteri, fed diaconi, vel abbas, & monachi, nullam venationem per fe facere præsumant, aut ubi ipsi praetextes sunt: neque illa jocorum genera ante fe fieri permittant, quæ contra canonum auctoritatem veniunt.

XX. De ilipendiis quoque clericorum, ut tam reddibus vel oblationes fidelium, plorior fecundum canones ipsi clerici habeant.

XXI. Ut præpositi cardinalium ecclesiarum obedientes sint episcopis suis, & episcopi eos a suis vel aliis justis utilitatibus expellere non præsumant absque culpa & justa ratione, & nulla eis per violentiam imponatur.

XXII. Propter ordinationes vel consecrationes presbyterorum cæterumque clericorum nulla nos præmia amodo accepturos promittimus, neque ab ipsis, neque a parentibus, vel aliis justis utilitatibus.

XXIII. Exenia quoque quæ ecclesiis nostris imponita sunt, amputanda, & non majora quam consuetudo fuerat accipienda censemus.

XXIV. De decimis verò, quæ a populo in plebibus vel baptismalibus ecclesiis offeruntur, nulla existo pastori ecclesiæ vel episcopo imponatur.

XXV. Nolumus, ut neque abbates, aut presbyteri, aut diaconi, neque quilibet de clero de perfonis fuis ad publicum faecularia judicia trahantur vel distringantur: fed a fuis episcopis adjudicati justitias faciant. Si autem de possessionibus, feu ecclesiasticis, feu propris, super eos clamor ad judicem venerit, ut per ipsum clamantem cum missi fuo ad episcopum, ut faciat cum per advocatum justitiam recipere. Si vero talis aliqua contentio inter eos ore. Si vero talis aliqua contentio inter eos orta fuerit, quam per fe pacificare non valeant, aut non possint; tunc per advocatum episcopi, qualem fuerint ipse, causa ipsa ante comitem vel judicem veniat, & ibi secundum legem finiatur, ante posita pace & ra clericorum, ficut supra diximus.

XXVI.

ANNO CHRISTI 814.

XXVI. Ut clerici feu monachi vagantes five de ipfa parochia, feu aliunde fuperveA nientes, fine confenfu epifcopi a nemine fufcipiantur.

XXVII. Ut eccleſiæ baptiſmales ab his qui debent reſtaurentur, & ſingulis, prout eas poſſibilitas fuerit, reſtaurandi mentura reputetur. Hoc ideo dicimus, quia in quibuſdam locis quoſdam per pecuniam conſenvientibus magiſtris in ruinam habuimus. Andivimus autem homines eccleſiaſticos pro eccleſiæ miniſterio ordinari oporteret.

XXVIII. Ut placita publica vel faculariaria nec a comite, nec a nullo miniſtro ſuo vel judice, nec in eccleſia, nec in tectis eccleſiæ circumjacentibus vel coherentibus nullatenus teneantur.

XXIX. Ut fervi, adiones, libellarii antiqui, & alii noviter facti, qui non per fraudem, neque per malum ingenium de publico ſervitio ſe fubtrahentes, ſed per ſolam neceſſitatem & paupertatem terram eccleſiaſticam vel colunt, vel colendam ſuſcipiunt, non a comite vel aliquo miniſtro illius, ad ullum ſervitium de ipſa terra publicum vel privatum cogantur vel compellantur; ſed quidquid ab eis juſte agendum eſt, a domino vel patrono ſuo ordinandum eſt. Si vero de aliquo crimine accuſantur, epiſcopus primo compelletur, & ipſe per advocatum ſuum, ſecundum quod lex eſt, juxta conditionem ſingularum perſonarum juſtitiam faciat. Si vero culpabilis fuerit, ſicut in capitulari domini Imperatoris ſcripturn eſt, ita fiat. Ceteri vero liberi homines, qui vel commendationem, vel beneficium eccleſiaſticum habent, ſicut reliqui homines juſtitiam faciant.

XXX. Audivimus etiam quod juniores comites vel aliqui miniſtri reipublicæ, five etiam nonnulli fortiores vaſti comitum aliquas rechibitiones vel colle&iones, quidam per paſtum, quidam etiam ſine paſto, quafi deprecando a populo exigere ſolent. Similiter quoque operas colle&ionis frugum, arare, seminare, vuecare carrucare, vel cetera his ſimilia a populo per eandem & per alias machinationes exigere conſuevere. Non tantum ab eccleſiaſticis, ſed etiam a reliquo populo quæ juſte removenda eſſe videntur, quia in quibuſdam locis in tantum inde populus oppreſſus eſt, ut multi ferre non valentes, per fugam a dominis vel a patronis ſuis lapſi fuerint, & terræ ipſæ in ſolitudinem redactæ funt. Prorentioribus autem vel dirioribus ex ſpontanea tantum voluntate vel mutua dilectione volentibus ſolatia præſtare invicem, minime prohibemus.

XXXI. De pontibus vero vel reliquis ſimillibus operibus, quæ eccleſiaſtici per juſtiam & antiquam conſuetudinem cum reliquo populo facere debent, hoc præcipimus, ut rector eccleſiæ interpellet ei, & ſolum quod poſſibilitas fuerit, ſua portio deputetur, & per alios exactores eccleſiaſtici homines non compellantur. Si verò opus ſuum conſtituto die impletum non habuerit, liceat comiti pro pœna præpoſitum operis pignorare juxta eſtimationem vel quantitatem perfecti operis, quouſque perficiat. Comes autem

Concilior. Supplem. Tom. I.

ANNO CHRISTI 814.

ſi neglexerit, a rege vel miſſo regis judicandus eſt.

XXXII. De decimis ut dentur, & dare nolentes fecundum quod anno præterito denuntiatum eſt, a miniſtris reipublicæ exigantur, id eſt obligannur quatuor vel octo homines, vel pro ut opus fuerit, de ſingulis plebibus juxta æqualitatem, ut ipſi inter facerdotes & plebem teſtes exſiſtant, ubi date vel non date fuerint. Hoc ideo ne ibi juramentum aliquod faciendi neceſſitas contingat. Non tamen ideo tantos teſtes mittendum dicimus, ut ipſi ſemper in dandis decimis præſentes eſſe pariter neceſſe ſit: ſed ut dum pluribus committitur, minus gravenur. In duobus autem, ſi affuerint, ſufficere creditmus. Negligentes autem a prebyterisſe admonentur mare eccleſias ufque ad tertiam vicem, ut ipſam decimam dent. Quod ſi contemferint ab introitu eccleſiæ prohibeantur. & ſi tunc minime emendaverint, a miniſtris reipublicæ debiti ſinguli per caput ſex ſolidos eccleſiæ componant; & inſuper decimam dare cogantur. Nam ſi iterum contemtores exiterint, tunc per publicam auctoritatem domus vel caſæ vexiftentur, * quouſque pro ipſa decima, ſicut ſu- * 31 ch, pra dictum eſt, ſatisfaciant. Quod ſi denuo claudantur rebelles vel contemtores eſſe voluerint, ſgno pulſæ vviſſam ſuam auctoritate imrare blica, præſumſerint; tunc a miniſtris reipublicæ in cuſtodiam mittantur, uſque dum ad judicium publicum perducantur, & ibi fecundum legem ad comitem vel parte publica componant: reliqua autem, ut ſupra dictum eſt de decimis, & ſex ſolidos contra eccleſiam ſatisfaciant. Hoc autem, ut ſupra dictum eſt, inter cetera pia chriſtianitatis opera ſervare convenit, quo uſque in ſequentem conventa modo Cœnubris ut conditum eſt, nili forte a rege aliter præcipiatur, aliquid melius addendum, mutandum vel Deo duce inventarur.

XXXIII. Qui fubdiacenms eccleſiæ eccc. ſolidos componat, qui diacorum eccc. qui presbyteros fexingentos, ſi epiſcopum. cccccccc. qui autem monachum ccccc.

XXXIV. Si quis immunitati aliquod damnum fecerit ccccc. ſolidos componat.

DE ALODE.

Ex eodem mſ. cod.

I. SI quis homo mortuus fuerit & filios non dimiſerit, ſi pater aut mater ſuperfuerint, ipſi in hereditatem ſuccedant.

II. Dum relegiſſemus aliqua capitula ex Romanis legibus, in novella juſtiniani breviamus ſcriptum inter ceteras ſuæ conſtitutione Theodoſii imperatoris & Valentiniani auguſti ad Albinum præfectum.

III. Ut nullus audeat epiſcopos, presbyteros, diaconos accuſare. Audemus quidem facere folerter plus ſermone de ſanctis ac venerabilibus ſacerdotibus vel levitis omni timore quibus omnis terra inclinat caput, tamen adhuc audivimus perſidia in urbe ad

ANNO CHRISTE 814.

Deum vivum aut impium nomen ferri.

IV. Sed si quis aulus aut temerarius lector ecclesiæ vel clerus per quem omne pollet imperium invidia audere voluerit, & si accusationem deditor persona fuerit reposita, pœna sicco nostro id est centum pondi auri & centum pondi argenti inferre cogatur, & sic cum adtoribus ecclesiæ caufam dicat. Si vero infimus fuerit persona, prius cogitet animo suo periculo, & aut accuset aut injuriam faciat, & criminis caufam dicat numquam objecto patrimonio nostro, nescio qua perfidia antentare illuvoir militantes in palatio Christi terra cunis obsidet, justimus manum ejus impium dari. Si autem voluerit superscripta degere vita, nihil sit cura ecclesiæ catholicæ.

Ex codice monachorum Sententia.

V. Si quis percusserit sacerdotem, id est presbyterum sive diaconum, aut clericum est ut det pœnam auri libras x. id est solidos septingenti viginti. Si quis percusserit subdiaconum & defensorem ecclesiæ, det pœnam auri libras quinque, hoc est solidos centexaginta. Si quis laicorem percusserit, det pœnam auri libras III. hoc est solidos ducenti sexdecim.

C

ANTIQUUM CAPITULARE.

Per missos Caroli Magni Imperatoris promulgatum.

Ex mſ. Andagiuſiſmo monaſterii S. Huberti ante annos 800. exarato.

DIligendo nobis in Domino illo comiti (*a*) HADALHARDUS, (*b*) FULRADUS, UNROCUS, SENHROCCULFUS missi domni Imperatoris, in Domino salutem.

Non incognitum bonitati veſtræ, qualiter domnus Imperator in iſtis partibus injuſtam, nobis habuit legationem fuam (*c*) RADONI feilicet, FULRADO, & (*d*) UNROCO, ut nos quantum voluiſſemus de Dei & fuam voluntatem in ipſa legatione agere decertaremus. Sed quia modo RADO ex parte inſtrumatis eſt, & hac vice in ipſa legatione ſecundum quod neceſſe eſt in non poteſt, placuit domni imperatori, ut ADALHARDUM & (*e*) HROCCULFUM in ſupra dicta legatione adjungeret, qualiter omnes pariter, ſecundum quod tum vobis A mittit, vel neceſſitas docet, ſicut prædiximus eſt, ad Dei & ſuam voluntatem peragendam decertando laboremus. Nos igitur in ipſa * lectione poſiti, idcirco ad vos hanc dirextimus epiſtolam, ut vobis & ex parte *f.* legatidomni imperatoris juberemus, & ex noſtra parte exhortando precaremus, ut de omni re, quantum ad miniſterium veſtrum pertinet, tam ex his quæ ad Dei cultum, quamque ex his quæ ad Domni noſtri ſervitium, ſeu ad chriſtiani populi ſalvationem vel cuſtodiam pertinent, totis viribus agere ſtudeatis. Præcipimus eſt enim vobis omnino, & omnibus reliquis miſſis a domno noſtro, ut medio Aprili ei veraciter renunciemus, quid in regno ſuo ex his quæ ipſe in illis annis per miſſos ſuos fieri juſſit, factum ſit, vel quid dimiſſum ſit, ut facientibus gratias condignas reddat, & non facientibus, ſecundum quod ei placet increpationes meritas rependat. Et quid plura vobis deinde dicere poſſumus? non vult omnino niſi ut ſe adimpletum ei nunciemus ſicut juſſit, & quid exinde dimiſſum ſit, & per cujus negligentiam illud ſit. Nunc autem admonemus, ut capitularia veſtra relegatis, & quæque vobis per verba commendata ſunt recolatis, & tale exinde certamen habere ſtudeatis, pro quo & apud Deum mercedem, & apud ipſum magnum dominum noſtrum condignam retributionem ſuſcipiatis.

I. Primo igitur inter cetera præcipimus & admonemus, ut tam vos ipſi, quamque omnes juniores, ſeu pagenſes veſtri epiſcopo veſtro hoc præſenti, ſeu per miſſum ſuum mandanti, per omnia quantum ad ſuum miniſterium pertinet obedientes ſitis, & nullam exinde negligentiam habeatis: deinde, & de juſtitiis domni imperatoris ſecundum quod vobis vel ſcripſum, vel verbis eſt dictum, tale certamen habeatis, ſicut vos exinde debitores eſſe cognoſcitis.

II. Deinde, ut juſtitias eccleſiarum, viduarum, orfanorum & reliquorum omnium hinc ullo modo ingentes, ſine ullo impedimento, vel ſine ulla dilatione, aut non neceſſaria ora * plenitez & inrepehenſibiliter, *f.* mala & juſte, ac recte per omnia faciatis, ſive ad vos ipſos, ſive ad juniores veſtros, ſeu ad quemcumque hominem pertinet, ut exinde & apud Deum mercedem, & apud dominum noſtrum bonam recipiatis retributionem.

III. Deinde, ut quicumque vobis rebelles aut inobedientes fuerint, & vobis nec ſecundum juſtitiam auſcultare voluerint, inbreviate illos quantiscumque fuerint, & aut antea, ſi neceſſe fuerit, remandate, aut nobis

(*a*) Hic eſt magnus ille Adalardus abbas Corbieenſis, Caroli magni imperatoris patruelis frater, & regni Italici ſub Pippino rege adminiſter, multis legationibus auctoritate imperatoris perfunctus.

(*b*) Fulradus iſte non inclytus ille abbas S. Dionyſii, qui jam fato functus erat ab anno 784. ſed Fulradus abbas ſancti Quintini apud Auguſtam Viromanduorum, qui S. Adalardi patruelis erat, uti & Folcuinus epiſcopus Morinenſis ex Hieronyme patre.

(*c*) Rado erat abbas Arnhaenſis S. Vedaſti, & Carolingiæ cancellarius, obiitque anno 815. teſte Mabillonio in Annalibus Benedictinis.

(*d*) Unrocus hoc tempore extitit comes, qui anno 810. edfuit cum Wala S. Adalardi fratre pacis inter Godelum-magnum & Hemmingium regem Danorum, uti & diviſioni thefaurorum, quam eodem anno fecit piiſſimus imperator, ut videre eſt apud Eginardum, in vita Caroli-magni.

(*e*) Hrocculfus non alius fuiſſe videtur a Riculfo ſeu Ricolfo patrii archicapellano, & Caroli-magni conſiliario, deinde archiepiſcopo Moguntino, cujus obitum ad annum 814. refert Sextarius.

ANNO CHRISTE 814.

bis ipſis cum inſimul fuerimus dicite, ut exinde ſecundum quod dominus noſter comandavit habeat faciamus.

IV. Deinde, ut hoc certiſſime provideatis, ſi aliquid eſt de omni illo mandato, ſive ſecundum Deum, ſive ſecundum ſæculum, quod vos domni noſtri, aut ſcribendo aut dicendo commendatum eſt dubietis, ut celeriter miſſum veſtrum bene intelligentem ad noſtras perſonas mittatis, qualitez omnia ſe habeant diligatis, & adjuvante Domino bene perficiatis.

V. Deinde, obſervate etiam valde, ne aut vos ipſi, aut aliquis, quantum vos præviderez poteſtis, in noſtro miniſterio in hoc malo ingenio deprehenſus fiat, ut dicatis, B tacete, tacete, donec illi miſſi tranſeant, & poſtea faciamus: nobis invicem juſtitias & per illum occaſionem ipſe juſtitiæ aut remaneant, aut certe tarde fiant; ſed magis certate, ut ante factæ fiant, quam nos veniamus ad vos.

VI. Nam ſi tale aliquod malum ingenium inter vos faetum fuerit, aut ſi ipſe juſtitiæ, quas ſine nobis facere poteſtis, aut per negligentiam, aut per inſtitiam tamdiu retractæ fuerint, donec nos veniamus, ſciatis certiſſime, quod grandem contra vos rationem habebimus.

VII. Deinde, ut iſtam epiſtolam & ſæpius legatis & bene ſalvam faciatis, ut ipſa inter nos & vos in teſtimonium ſit, utrum ſic C factum habeatis, ſicut ibi ſcripsum eſt, aut non habeatis.

CAPITULA.

I. SIcut ſancta ſynodus Nicena interdicit, nullus umquam presbyter in domo ſua habitare ſecum permittat mulierem extraneam, preter matrem & ſororem adque amitam, vel nutertream, vel etiam ſuperstem cubicula, vel cellario nullus presbyter aliquam feminam adire permittat, quod ſi fecerit poſt hæc, ſciat ſe honore ſepiſcopatus deſtabis quia hæc frequenter ſecundum canonice inſtitutionem prohibitum D & plenius a presbyteris obſervatum non fuit. Ideoque præcipimus, ut qui gradum honoris ſui retinere vult, omnimodis a familiaritate extranearum nullerum ſe abſtinere faciat, ut nulla occaſio inimico pateat ſuggerendi peccatum, & famam malam a populo nullus eorum incurrat.

II. Ut nullus presbyter clericiſta ſua eccleſia (*a*) ſanguinum ſeminare præſumat ad domum quamlibet ullius ſeminæ, vel Deo dicatam, vel laicam, ſed domum eccleſiæ ſuæ unuſquiſque ſuam opportunitatem agat, ut ibidem ad eccleſiam ſuam ſemper inveniatur expetenti aliqua miniſteria ejus cauſa.

III. Sicut dudum interdictimus, & ſancti canones prohibent, nullus presbyter arma portare audeat.

IV. Ut nullus presbyter tabernas ingredi audeat ad bibendum, nec ſe miſceat in tell conventu ſæcularibus hominibus, ubi turpia verba audiat aut loquatur, aut contentiones ibi aliquas audiat, aut interſit ſicut A ſæpe contingere ſolet.

V. Ut nullus presbyter pro baptizandi cauſa & communionem tribuendi aliquod pecium exactare faciat, nec in minimum, nec in maximum: quia gratis accepimus, gratis date debemus: quia nec vendere debent donum & gratiam Dei, quod gratis datur. Quod ſi fecerit, & ad noſtram notitiam, perveneris, ſciat ſe poſt hæc a gradu ſui ordinis periclitari.

VI. Ut presbyteri vocari ad convivium a quolibet de fidelibus, contentiones inter ſe non habeant de ulla re, niſi caritatis & ſobrietatis verba: & ſuo placabilia, & continentiam honeſtam, ut det & ſacerdotibus.

VII. Ut nullus presbyter baſilicam ſuam petat, & nullus presbyter aliam eccleſiam accipere audeat infra parochiam ad miſſam celebrandum, niſi illam ubi ordinatus eſt, abique licentiam & permiſſionem epiſcopi.

VIII. Ut unuſquiſque presbyter omni hora, ſive die, ſive nocte, ad officium ſuum explendum paratus ſit, ſi fortuitu aliquis infirmus ad baptizandum presbyterum poſſit implere officium ſuum, & ab ebrietate ſe caveat, ne propter ebrietatem nonvaleat ad implere officium ſuum, neque titubet in eo.

IX. Ut unuſquiſque ſecundum poſſibilitatem ſuam certare faciat de ornatu eccleſiæ ſuæ, ſcilicet in patena & calice, planetarum & albam, miſſale, lectionarium, martyrologium, pœnitentiale, pſalterium, vel aliis libros, quos potuerit, crucem, capſam, vel, ut diximus, juxta poſſibilitatem ſuam.

X. Ut qui de homicidio confeſſi fuerint, jubeat eos presbyter abſtinere xl. dies ab eccleſia & communione, antequam ab epiſcopo reconcilientur, aut epiſcopus eos presbyteris reconciliare jubeat.

XI. Ut omnis presbyter curam & ſolliciE tudinem agat, ne aliquis in infirmitate poſitus, ad extremum veniens, ſine viatico permittat de hoc ſeculo exire eos ad quos accedere potuerit, quod ſi exinde negligens fuerit, periculum ſui honoris ſubjacebit.

XII. Ut unuſquiſque presbyter ad ſuam eccleſiam admonitionem aliquam & exhortationem ad populum faciat, ut unuſquiſque ſe corrigat ab iniquitate, & tranſeat ad bonitatem, ſicut ſcripsum eſt, declinaverit.

XIII. Ut in ſacramento corporis & ſanguinis Domini ſemper aqua in calice miſceatur.

XIV. Ut nullus presbyter ſuam pecuniam ad uſuram non donet, ne a quoquam plus recipiat quam commodaverit.

F XV. Ut unuſquiſque presbyter, ſi venerit ad infirmum, & ille jam privatus fuerit officium loquendi; ſi teſtes adſunt, qui eum audierunt dicere, quod confeſſionem ſuam donare voluiſſet, omnia circa eum expleat ſecundum miniſterium ſuum, ſicut circa pœnitentem adimplere debet.

XVI.

(*a*) *Sanguinum pro ſanguinem*, & infra hoc capitulo *aliqua* pro *aliqua*. Plures hujuſmodi voces barbaras reperies, quas olim in legum conditoribus illa tempora permittebant.

ANNO CHRISTI 814.

XVI. Ut presbyter negotiator non sit, nec per ullum turpilucrum pecunias congreget.

XVII. Ut ullus presbyter alicubi fidejussor non existat.

XVIII. Ut nullus presbyter ullum clericum recipere præsumat de aliena parochia.

XIX. Ut presbyteri quando ad infirmum accedunt, cum oleo consecrato veniant, & oleo sancto unguent eum in nomine Domini, & orent pro ipso, & oratio fidei, fecit scripturn est, salvet infirmum, & allevet eum Dominus, & si in peccatis fuerit, dimittantur ei.

XX. Ut presbyter non sine chrismate & oleo sacrato ad baptizandum alicubi proficiscatur, neque sine sacrificio, ut ubicumque contigerit tuum ministerium circa infirmos impleri possit, & ipsum oleum cum chrismate adque sacrificium cum omni custodia & reverentia atque religione custodiat, nec per abrietatem aut per aliquod neglectum, suum inhonoratum fiat sacrum illum suprascriptum.

ANNO CHRISTI 814.

instituit, & discipuli nobis commisiam tradiderunt, exemplum orandi & credulitatis exemplum verbis paucis, fed in mysterio magnum, ubi salus nostra & spes omnium continetur. Et enim oratio dominica ubi dicimus *Pater noster qui es in cœlis*, & cetera que sequuntur. Symbolum vero quod duodecim Apostoli, unusquisque verticulum suum cuidit, sicut duodecim fuerunt Apostoli, duodecim verticulos ediderunt ad nostram fidem & credulitatem. Sicut unusquisque christianus tenere & credere debet atque profiteri, & quod in baptismo fidejussor ejus promisit credere deberet, in his verticulis duodecim continetur, ubi salus nostra profiteri potuerit, ita ut cordo credat & ore proficeatur, quia ut ait Apostolus: *Corde creditur ad justitiam, ore confessio fit ad salutem*. Ideo & unusquisque christianus qui profitetur se Deum credere, debet ore confiteri quod corde credit, ut ali audiant quomodo credat, & quomodo Deo fidelis sit; quia fi dicit se Deum credere, & ore non profitetur, quis scit utrum fidelis aut infidelis sit? Pisum eft quod dictum, & unusquisque veltrum qui fervum habet, exemplo illius capere potest. Si fervum quis habeat, & interroget cum utrum ei fidelis sit, si tacet & non respondet utrum fidelis sit, dominus non bene credit ei antequam profiteatur se fidelem esse domini sui; & post profectionem fidelitatis, si non demonstratur in opere, non placet domini folis verbis profiteri fidelitatem, si opus non sequatur, & in opere demonstretur qualiter fidelis sui domini exiftat fervus. Qua propter de hac re vobis exhortationis & communionis nostræ causa pastoralis direximus, ut amplius negligentia de vestra oratione, id est dominica, ubi dicimus, *Pater noster qui es in cœlis*, & de symbolo duodecim apostolorum, quod inchoatur fic: *Credo in Deum Patrem omnipotentem*, & ceteri verticuli qui sequuntur, ut diximus, negligentes non existatis. Sed omnes five majores five minores, five viri five feminæ, five infantes qui discere possunt, omnes discatis & in memoriam retineatis; quia hæc eft salus vestra & spes vestræ & arma justitiæ.

II. Iftud enim, admonere & prædicare caritas Christi urget nos, & sollicitudo omni & imperatoris nostri, qui circa omnem religionem ecclesiasticam sollicitissimam curam prævigilat, & excitat pigritiam nostram, ut non dormiamus, sed vigilemus in custodia mandatorum Domini, & prædicationis officium, unusquisque consideret, quia fit talis unde propheta loquitur: *Ve qui confurgitis mane ad obrietatem sectandam & potandum usque ad vesperam*, ut vino ebrietis & *cetera*, & *qui Domini non respexistis*, nec *opera manuum ejus considerastis*. Ad imaginem

ANNO CHRISTI 814.

nem quippe Dei factus eft homo, & unusquisque (sublimitatem & nobilitatem conditionis humanæ considerare debet, quia ad imaginem Dei factus eft, ut imaginem Dei ad quam factus eft, non faciat simile animalibus & pecoribus, qui nihil aliud quærunt, nisi quod terrenum eft, id eft manducare, bibere, luxuriare, adque dormire. Illi qui ad imaginem Dei factifunt, difcreti ab his sunt, qui sciunt rationem & difcretionem boni & mali, neque de his solis quæ videntur, cogitare debent, fed de his quæ non videntur, & per fidem creduntur, & per fpem expectantur, id eft æternam. *Quæ autem non videntur, ait apoftolus, temporalia sunt: quæ autem non videntur æterna sunt*. Item apoftolus ait: *Non contemplantibus nobis quæ videntur verum non apparentium*. Quæ autem videmus, in præfenti funt. Quæ autem non videmus, fperamus, & per patientiam expectamus. Ideoque non debemus ea fola fequi, quæ terrena & negotiationis, atque ambitionis, terrenæ cupiditatis inoftunt, fed ea quæ æterna funt & non habent, id eft vitam futuri fæculi & lucem, æternæ beatitudinis, quam lucem, non iftam quæ corporeis oculis videmus, fed illam quæ eft Chriftus, qui dixit, *Ego fum lux mundi*, nec illam lucem quam cum pecoribus communiter videmus, fed illam lucem quæ eft Jerufalem cœleftem, quæ eft vifio pacis, in qua nulla perturbatio, fed fumma pax & lux, ita ut fcriptum eft, *Civitas illa non eget fole neque luna, nam claritas Dei illuminabit eam, & lucerna ejus Agnus*, id eft Chriftus, illam vitam & illam lucem toto affectu, tota mente, toto intellectu defiderare debetis, ut ad illam fubvenire & illam poffidere poffitis, præcipere & adjuvante Domino Deo & falvatore noftro JESU CHRISTO, qui omnes homines vult falvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, Via enim illa, qua hinc perveniur, Chriftus eft, qui dixit *Ego fum via, & nemo venit ad Patrem nifi per me*. Idcoque fides noftra vobis tenenda eft, non ea quæ videntur, ad iftam, quæ non videntur, fed per iftam veniamus ad patriam, ubi fine perturbatione, & abfque ulla anxietate perpetuo cum Domino & fanctis ejus vivere poffimus.

III. Hæc autem omnia ut promereamur, fide & operatione inftantiffima pervenire debemus, quia fides fine operibus otiofa eft, & opus fine fide inanis eft: quia fine fide impoffibile eft placere Deo, & fides fine operibus inanis eft. Et ideo in utrumque placere poffimus Deo, & fide cum operibus, & opus cum fide. Idcoque fides vera nobis tenenda eft, per quam veniamus ad iftam, ut non erremus, ut fe ifta non refta cum opere, & opus bonum cum fide. Aliud enim fine altero non valet, & ad fidem rectiffimam & ad orationem inftantes, & ad opus bonum promtiffimos vos follicita commonitione, & fraternitatem exhorter, ne forte in vacuum

ANNO CHRISTI 814.

curram aut excurriffem in vobis. Sepe enim prædicatione noftra, quamvis imperitus fermone, fed tamen follicita admonitione prædicavimus in nobis verbum Domini. Unufquifque veftrum videat, ut aliquem fruftum habeam in vobis, ficut credo quod & habeam. Nam devotio veftra circa ecclefias, & conventus ad miffarum folemnia, & vigilias, & luminum excenfiones, & cæteros prompros & Deo devotiffimos exiftere novimus, nam de oratione & credulitatis veftræ fide fcilicitiores & promtiores vos volumus effe. Nam & qui in poftrerum in (*a*) Pafcha & Pentecoften filios & filias de lacro fonte fufceperit cum, fciant fe orationem dominicam & fidem fymboli Apoftolorum reddere, & pro hac ratione, ut fpiritualem habeant fidejuffor fit unufquifque illius quem fufceperus eft a facro fonte. Igitur & *qui dormiunt, nocte dormiunt, & qui inebriantur*, ait apoftolus, *nocte inebriantur*. Vos autem *qui diei fumus, fobrii fimus*, & vigilemus in orationibus. Ante omnia autem in invicem caritatem habeamus, qua caritas operit multitudinem peccatorum. Et vos in omni opere bono fructificantes pervelatis ad gloriam, quam oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis afcendit, quam præparavit Deus diligentibus fe. His præmiffis, monco vos, ficut filiis cariffimis, quia in omnibus cariffimi nobis facti eftis, ita ut Chtis finceres & fine offenfa, ut ait apoftolus, repleti omnem fructum juftitiæ in gloria & laudem Dei. Salutamus vobis iterum in Domino & Salvatore noftro JESU CHRISTO perpetuam falutem.

(*a*) Olim baptisma promittebatur Sabbato & Pentecoste celebrabatur, atque aliquo ante tempore symbolum & oratio dominica catechumenis tradebantur, ut poftea ab eifdem reddebantur. Quibus autem diebus hæc gerebantur, di ultimi in Sabbato & antiqui ecclefiæ ritibus cap. 13. et 14. Porro hadenus ecclefia Leodienfis feruigna illa catechumenorum adhuc feria quarta hebdomadæ quartæ Quadragefimæ.

GHAERBALDI EPISCOPI Leodienfis,

Inftructio Paftoralis ad gregem fuum,

Ex mſ. Andagineſi S. Huberti ante annos 800. exarato.

(*a*) GHAERBALDUS omnipotentis Dei mifericordia epifcopus omnibus tam rochianis noftris in pago (*b*) Condruftinfe (*c*) Lomicenfium, (*d*) Hasbanienfium, (*e*) Ardanenfium, fillis cariffimis in Domino plurimam falutem.

Commone nobis votum communis propugantur oratio. Ut quid non debitores fumus verbi divini & prædicationis vobis impendere veftra oratio fuppliat, ut ficut dignum eft & Deo acceptabile, proferamus ad utilitatem & profectum animæ veftræ: Dum quia commendatum gregem Chriſti qui Chriſtum diligit, pafcat. Ergo quia nobis fermo divinus adhortatur & admonet, ut erga nobis commiſſos non pigro vigilemus affectu, fed inceſſanter & præſenti conloquio & fcripturæ commoneamus eos qui nobis commiſſi ſunt, qualiter ad perpetuam vitam tendere & pervenire omnipotenti Deo auxiliante valeant.

I. Primum quidem omnium monere vos volumus, ut jam dudum prædicavimus ipſi, & prædicare juſſimus, de fide catholica & oratione dominica. Inter cetera quæ vobis ſæpe prædicavimus, primum omnium ſidem rectam & orationem qua Salvator diſcipulis orare

ANNO CHRISTI 814.

inſtituit, & diſcipuli nobis commiſſam tradiderunt, exemplum orandi & credulitatis exemplum verbis pauciis, fed in myſterio magnum, ubi ſalus noſtra & ſpes omnium continetur. Eſt enim oratio dominica ubi dicimus *Pater noſter qui es in cœlis*, & cetera quæ ſequuntur. Symbolum vero quod duodecim Apoſtoli, unuſquiſque verſiculum ſuum cuidit, ſicut duodecim fuerunt Apoſtoli, duodecim verſiculos ediderunt ad noſtram fidem & credulitatem. Sicut unuſquiſque chriſtianus tenere & credere debet atque profiteri, & quod in baptiſmo fidejuſſor ejus promiſit credere deberet, in his verſiculis duodecim continetur, ubi ſalus noſtra profiteri potuerit, ita ut cordo credat & ore proficeatur, quia ut ait Apoſtolus: *Corde creditur ad juſtitiam, ore confeſſio fit ad ſalutem*. Ideo & unuſquiſque chriſtianus qui profitetur ſe Deum credere, debet ore confiteri quod corde credit, ut ali audiant quomodo credat, & quomodo Deo fidelis ſit; quia ſi dicit ſe Deum credere, & ore non profitetur, quis ſcit utrum fidelis aut infidelis sit? Piſum eſt quod dictum, & unuſquiſque veſtrum qui ſervum habet, exemplo illius capere poteſt. Si ſervum quis habeat, & interroget cum utrum ei fidelis ſit, ſi tacet & non reſpondet utrum fidelis ſit, dominus non bene credit ei antequam profiteatur ſe fidelem eſſe domini ſui; & poſt profectionem fidelitatis, ſi non demonſtratur in opere, non placet domini ſolis verbis profiteri fidelitatem, ſi opus non ſequatur, & in opere demonſtretur qualiter fidelis ſui domini exiſtat ſervus. Qua propter de hac re vobis exhortationis & communionis noſtræ cauſa paſtoralis direximus, ut amplius negligentia de veſtra oratione, id eſt dominica, ubi dicimus, *Pater noſter qui es in cœlis*, & de ſymbolo duodecim apoſtolorum, quod inchoatur ſic: *Credo in Deum Patrem omnipotentem*, & ceteri verſiculi qui ſequuntur, ut diximus, negligentes non exiſtatis. Sed omnes ſive majores ſive minores, ſive viri ſive feminæ, ſive infantes qui diſcere poſſunt, omnes diſcatis & in memoriam retineatis; quia hæc eſt ſalus veſtra & ſpes veſtræ & arma juſtitiæ.

II. Iſtud enim, admonere & prædicare caritas Chriſti urget nos, & ſollicitudo omni & imperatoris noſtri, qui circa omnem religionem eccleſiaſticam ſollicitiſſimam curam prævigilat, & excitat pigritiam noſtram, ut non dormiamus, ſed vigilemus in cuſtodia mandatorum Domini, & prædicationis officium, unuſquiſque conſideret, quia ſit talis unde propheta loquitur: *Ve qui confurgitis mane ad obrietatem ſectandam & potandum uſque ad veſperam*, ut vino ebrietis & *cetera*, & *qui Domini non reſpexiſtis*, nec *opera manuum ejus conſideraſtis*. Ad imaginem

ANNO CHRISTI 814.

EPISTOLA CAROLI MAGNI Imperatoris

Ad Garibaldum Leodienſem Epiſcopum,

De cura quam inſtituendis fidejuſſoribus ante baptiſmum adhiberi debent Epiſcopi.

Ex mſ. Andagineſis monaſterii S. Huberti ante annos 800. exarato.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. CAROLUS ſerenifſimus auguſtus a Deo coronatus, magnus, pacificus, imperator, gubernans imperium, qui & per miſericordiam Dei rex Francorum & Langobardorum, GARIBALDO epiſcopo in Dnio ſalutem.

Bene igitur recordari credimus ſanctitatem, qualiter ſepius in conventu & concilio noſtro monuimus de præcipuis in ſancta Eccleſia unuſquiſque veſtrum ſecundum ſanctorum canonum autoritatem & prædicare & docere deberet. Primo omnium, de fide catholica: ut & qui amplius capere

ANNO CHRISTE 814.

re non valuisset, tantummodo orationem dominicam & symbolum fidei catholicæ, sicut apostoli docuerunt, tenere & memoriter recitare potuisset, & ut nullus de sacro fonte baptismatis aliquam susciperæ præsumeret antequam in vestra aut ministrorum vestrorum sacri ordinis præsentia orationem dominicam & symbolum recitaret, & sicut in proximo comperimus in die (*a*) apparitionis Domini multi fuerunt spud nos inventi, qui volebant suscipere infantes de sacro fonte baptismatis, quos justimus singulariter & diligenter examinare & symbolum, ut supra diximus, scirent & memoriter tenerent; & plures fuerunt qui nulla exinde in memoriam habebant: quibus ipsum ab ultimo tere, ut antequam orationem & symbolum scirent, & recitare potuissent, neque aliquem de sacro fonte baptismatis susciperet præsumerent. Et valde erubescentes fuerunt ex hac re, & spondere volebant, ut si concessum eis fuisset, ad tempus hoc impreperium a se potuissent auferre. In quo loco intelligentiam, quod non eis fuit conveniens, & sicut in capitulari nostro poteris reperire, discretionem faciam habuimus, quando tempore se unusquisque abstinere debuisset ab hoc opere, ubique eum bonus fidejussor esse valeret in hoc negotio, scilicet aut certe statim aliqui inveniret scientem, aut si infirmitas non impediret, expectare de Pascha usque in Pentecosten, donec ipse discreet ea quæ supra dicta sunt. Nunc autem denuo monemus ut memores fitis, sicut condecet de ministerio sacerdotali, & conversum habeatis cum vestris sacerdotibus, & diligenter omnem rei veritatem requiratis & examinare: ita ut opus Domini non præpereat, nec aliqua requisitio vobis exinde fiat ante conspectum sanctæ majestatis.

EPISTOLA GHAERBALDI

Episcopi Leodiensis,

Ad suæ diœcesis presbyteros,

Ut folliciti sint populos suos docere orationem Dominicam & symbolum apostolorum.

Ex mſ. Andagiinensis monaſterii S. Huberti in Arduenna.

GHAERBALDUS clementia Dei episcopus omnibus presbyteris, qui infra parochia nostra consistunt, & ecclesias Domini una nobiscum Deo auxiliante regunt, in Domino perpetuam optamus salutem.

Cognoscatis, quia epistola domni & serenissimi imperatoris nostri ad nos venit, quæ relicta in præsentiam nostram, ubi competimus, quia domnus noster exhibimat nobis

(*a*) Hinc patuit tempore Caroli magni baptismum non solum in paschate & Pentecoste fuisse, sed etiam in Epiphania: quod alias demonstravimus ex antiquissimo Sacramentorum libro monasterii Gellonensis ipsius tempore scripto. Vide lib. 1. de antiquis ecclesiæ ritibus, capite 23. n. 3.

(*b*) Ad vos.

stram esse negligentiam, ut non adnunciemus populum pleniter de oratione dominica, ut sciant & symbolum quod apostoli docuerunt: & domno nobis dictum est, quia nostra pigritia sit, qui sacerdotes sumus in populo, & prædicare & docere populum debemus, qualiter per rectam fidem & orationem & opus bonum ad cælestia regna pervenire; & ex ea parte credo quod vectra aliquoram negligentia sit: propterea mandamus vobis atque contestamur per remendam omnipotentis majestatem, ut negligentes de hac re amplius non existatis, sed pleniter cum omni studio & omni diligentia, ut unusquisque vestrum ad suam basilicam vel in quantascumque basilicas missa fuerit, quibus populus adsistere debet, commonere unusquisque juxta modum capacitatis sue faciat de præcepto Dei omnipotentis, & verbo domni nostri imperatoris sui & parvitatis nostre, quia tantum pondus nobis suprapositum inter vos partire debemus, ut unusquisque orationem Dominicam, id est *Pater noster qui es in cælis* & reliqua quæ scripta sunt, & symbolum ficut docuerunt sancti apostoli discere, & in memoriam retinere studeat & ore proferre, quia sine fide impossibile est placere Deo, & opus bonum, & adnunciatis populo, quia hæc est arma, unde se contra diabolum defendare debet, & adversum generis humani inimicum pugnare Clebent. Hæc est arma spiritalis, in qua vincitur diabolus, & gaudent de victoria illi qui cum ista arma pugnant, id est rectam credulitatem, fidem, & rationem & opus bonum sufficiant ista (*b*) vobos. Ceterum & vos aliquando de ista adnunciatione negligentes eritis, arcius & districtius vos distringere debemus.

CAROLI MAGNI EDICTUM,

Quo jejunium pro necessitatibus publicis maxime pro fame, peste & bello indicitur.

Ex eodem mſ.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus-Sancti. CAROLUS serenissimus augustus a Deo coronatus, GHAERBALDO episcopo, cum universis tibi consacerdotes Deo & nostra ordinatione commissis in Domino salutem.

Notum sit dilectioni vestræ, quia nos cum fidelibus nostris tam spiritualibus, quam secularibus tractantes, cum consensu & pari consilio inveniimus necessarium, & propter instantes quasdam necessitates, quas subter significatur fiemus, tota ecclesia jejunia ab omnibus nobis generaliter esse celebranda, atque ab eo in quo vivimus, movemur & sumus auxilium esse quærendum, a quo quicquid juste ac rationabiliter fides vestra, ſpes certa, seu caritas perfecta postulat, sine dubio tempore congruo impetrat: ipse Dominus dicenne: *Petite & dabitur vobis, quærite & invenietis, pulsate & aperietur vobis.* Ipsa autem jejunia, sicut nobis omnibus visum est, hæc discretione posse fieri, dominio largente, congruenter impletra, scilicet ut primum XI. diebus post festivitatem S. Andreæ transactis, id est III. idus, & idus Decembris, & VIIII. kalendas Januarii tali ratione fiat, ut omnes a vino & carne his III. diebus abstinenat & usque horam nonam jejunent, excepto quæ aut ætas aut infirmitas non permittit, quos intentum secundum summa qualitatem vel vires fuæ professionem, aut (*a*) rationibus fatis, aut eleemosynis congruis & secundum consilium magiſtrorum redemere studeat, quod jejunando & abstinendo complere non valet. Hora autem nona omnes generaliter ad ecclesias vicinas, ubi eis demurantiam esse mente occurrant, & ſi hora vel locus permiserit, aliqua ſpatioſo loco letania procedant, atque pſalendo ecclesiam intrantes, cum omni devotione nullam audiant. Qua ſubadia, unuſquiſque donum redeat, & ſtatutis cibis corpori ſatisfaciat, non ad voluntatem, ſed ad neceſſitatem ac ſobrietatem. Similiter quoque monemus unumquemque, ut eleemoſynam faciant ſecundum quod commodum ſubſtantiæ ſuæ permiſerit, & mentis devotio Domino inſpiraverit ſuſtinet; & unuſquiſque presbyterorum miſſam canet, & alterius ordinis clericus vel monachus, five Deo ſacrata, qui pſalmos didicit, L. pſalmum, ſimiliter canter. Opera autem ea his diebus operare permittimus, quæ nec ad eccleſiam venire impediant, nec ante ſtatutum horam manducare, aut (*b*) bibere cogant. Duo quoque cotera triduana jejunia his diebus pari ratione per omnia durant celebranda, unum poſt Theophaniam VIII. idus, & XV. idus, & XI. idus Januarii. Aliud vero poſt Septuageſimam, II. idus Februarii, & XV. calendas Martii, & IV. calendas Martii. Neceſſitates vero quæ ſupra nos dixerunt ideſt promiſſiones inter cetetas, quas ramen hac vice commemorare neceſſarium diximus, hæc ſunt. Denique compertum habemus per fideles noſtros, qui nobis de ſingulis regni noſtri partibus hæc nuntiaverunt, quod inſolito more, & ultra conſuetum ubique terræ ſteriliras eſſe & famis periculum imminere, videtur. Aeris etiam intemperies frugibus valde contraria; peſtilentia quoque per loca & pagorum gentium circa marcas noſtras (ſedentia bella continua, multa pretereà quæ de nunc enumerare longum eſt, & nobis experimentum poſſunt eſſe notiſſima, ſi recordare volumus, qualia incommoda ſingulis debuit generaliter noſtra ſeniamus, certiſſimeque ab his exterioribus colligere poſſumus, nos per omnia Domino non placere interius, qui tanta mala compellimur tolerare exterius. Quamobrem bonum nobis omnino videtur, ut unuſquiſque noſtrum cor ſuum humiliare in veritate ſtudeat, & in quocumque loco, ſive actu, ſive cogitatu ſe Deum offenſibile deprehenderit, pœnitendo tergat, ſtendo doleat, & ſemetipſum in quantum ipſo largiente poterit ab his malis in futurum cavendo cuſtodiat, & hæc debet eſſe præmiſſæ orationis intentio, ut omnipotens Deus, qui non ſolum bona, ſed etiam antequam fiant omnia novit, corda noſtra compungat, & nos ibi ſupplices atque ſubjectos in vera humilitate faciat, & unumquemque noſtrum ab obſervantia mandatorum ſuorum depuſito a nobis omni errore, convertat, miſereatque, five a nobis mala repellendo, five bona quæ nos conſilium magiſtrorum ſicut ipſe novit nos indigere, & tribuat ut in memoris ſuis, id eſt in corpore ſanctæ eccleſiæ numerati mereamur, quam pacificare, adunare, & regere, atque ab omni malo protegere dignetur, nobis etiam in illa unitate compoſitionis, qui ut gratiam illius promereri poſſimus, hæc jejunia atque has orationes ab omnibus nobis generaliter fieri decrevimus. Hanc quoque epiſtolam relegentes ſecundum tibi a Deo datam ſapientiam coram omnibus diligenter relegi, & tradere, facias: ita ut omnes intelligant, pro quanneceſſitate hæc agenda ſunt, & unuſquiſque veſtrum per ſingulas eccleſias baptiſmales digitize, & bonos interpretes mittite, qui omnia tradant, ſicut ſuperius diximus. Nam & per ſingula monaſteria infra parochia nua ita facias.

CAPITULA.

I. PRimirus ergo quæ chriſtianæ legis adverſa ſunt, ea præponimus, ſcilicet qui orationem dominicam & ſymbolum fidei chriſtianitatis memoriter non tenent, neque diligenter volumus eos notare, & ad præſentiam noſtram venire, ſeu majores ſeu minores, ſive nobiles, ſive ignobiles ordinationes generaliter ante veniant, & dicant D orationem dominicam & ſymbolum apoſtolorum; ubi catholicæ fidei plenitudo continetur: quia impoſſibile eſt ſine fide placere Deo.

II. Ut ſic fidem unuſcujuſque opera ſequantur.

III. Ut ſi patrini vel matrinæ, qui infantes de fonte ſuſcipiunt, ſive maſculos ſive feminas, ſi ipſum ſymbolum & orationem dominicam ſciunt, & filios & filias ſpirituales quos & quas de fonte ſuſceperunt, pœnites inſtructos habeant de fide, & qua pro eis fidejuſſores extiterunt.

IV. Si omnes ſecundum legem Domini ſive nobiles ſive ignobiles uxores legitime E ſortitas habent, non uxores ab aliis dimiſſas, non Deo ſacratas, non anes, non raptis & contra parentum voluntatem habenti-

(*a*) Ita ſcripſi. Editi, *aut rationabiliter fides veſtra, ſpes certa*, &c.

(*b*) Hinc patet illicitum fuiſſe jejunantibus extra tempus refectionis bibere; unde colliges quam cæco illi laborant errore, qui liquidum non frangere jejunium docent, maxime ſi de vino agatur aut alio potu confortativo & quitiente. Certe jejunantes hic etiam in refectione a vino abſtinere jubentur,

ANNO CHRISTE 814.

ANNO CHRISTE 814.

(*a*) præ ſtationibus.

ANNO CHRISTI 814.

bus, non parentum neque propinquitatis alicujus admittatur conjunctis, id est primum non matris incestor, non sororis, non materterae, id est matris sororis, non amitae id est sororis patris, non privignae, id est filiastram, non fratris uxorem, non abuncli uxorem, non nepotis uxorem, non quis patris uxorem concubino inficire videtur, non consobrinam, id est in tertium generationem, id est de una in tertia, de alia in quarta, vel amborum in quartam generationem. Una lex sive de vivo sive de femina in illis generationibus conjunctis, sive aliquam feminam quam suus consobrinus aut fobrinus in secundam, aut tertiam, aut quartam generationem accepit, id est aut in tertiam, aut secundum, vel in quartum filii de una parte in tertiam & de alia in quarta pertinentes fuerunt post obitum defuncti propinqui ejus uxorem illius accipere non poterit.

V. De inquiratur ab omnibus in parochia nostra constitutis, si dies dominicus secundum suam veneracionem veneratur & colitur, ut nullus homo opera servile in die illo Sancto faciat. Quod si fecit, ante nos veniat, & in praefentia nostra rationem deducat, si sua praesumptuositate aut cupiditate aliquis rei adquirendum hoc opus servile fecit, aut sui Domini jussionem.

VI. Si festivitates Sanctorum, qui praedicantur ab episcopo & presbyteris, quas colere debent & feriatos habere, si custodiantur, an non; & qui eas festivitates in contemto habet, & ad nullam venire defpicit, & operatur in illis diebus.

VII. Si legitimus jejunia per quatuor tempora celebrantur ab omnibus, & jejunent.

VIII. Si d'Sum jejunium propter aliquam necessitatem denuntiatum quis infringere ausus fuit, & non secundum quod ei denuntiatum fuit a presbytero celebrare, vel a comite & decanis, ut hoc fciamus, & ante nos veniant.

IX. Ut quifquis decimas plenitter non deat de sua conlaboratione, aut ecinde ante nos rationes deducat, sive nobiles sive fervientes, & unufquifque five epifcopus, five abba, five comes, five vaffus dominicus, five qui propietatae fui habent, omnes fuam familiam ante nos habeant in locis ubi per epistolam noftram denuntiamus, if ita poffibile fuerit.

X. Ut inquirantur fortilegi & auruspices, & qui menles & tempera obfervent, & qui omnia obfervant, & ita filiaferia circa collum portant, neficmus quibus verbis fcripsis & veneficiis, id eft qui mulieres partiones alliquas donent, ut pares excellant, & alliquas divinationes faciant, & pro hoc ut a maritis fuis majorem amorem habeant. Omnes mallifcos ante nos, de qualibufcumque cauris blafphemantur, ante nos adducere faciatis, & in causa eorum ante nos difcutiatur.

XI. De homicidis & perjuriis, id eft qui homicidia egerunt, & de perjuriis reprobati funt, & poenitentiam non egerunt, neque agunt, ut ipii ante nos veniant, & fi confeffi fuerunt, quod poenitentiam exinde accipiffent a presbyteris, dicant qualem poenitentiam agant, & qui presbyteri fuerunt, qui eos dijudicaffent de furtis, aut de perjuriis, aut de homicidiis, quas in quibuscumque peccaverunt.

XII. Si aliqubi in noftra parochia locus ralis eft, aut ad fontes, aut arbores, aut ad petras, fi aliqui ftulti ibi vota faciant aut obfervent pro aliquam fanitatem aut devorionem aliquam, ut illos nobis notos faciatis, & ante nos adducite, & fi alia loca, infra noftram parochiam inorcefcere faciatis, & iterum cultores, & vota obla-rionum.

XIII. Ut fi presbyteri aliqui infra noftra parochia recepti funt, non a nobis ordinati, neque ab antecceffioribus noftris, fi alliquis eos recepros habet ad fuam baffilicam, ante nos eos venire faciat quicumque eos habuerit.

XIV. De presbyteris qui infra noftra parochia conftituti funt, qualiter fe habent. Si infra fuum officium fe continent Deum & canonicam auctoritatem & admonitionem noftram aut non, vel qualis teftimonium inter eos habent, id eft in populo, aut bonam famam aut malam. Et fi bona eft fama, demuntient, & fciatur omnibus. Et fi mala eft fama, depubliceturr ab omnibus, non per invidiam, neque per alicujus mala perfuafione, fed ex veritate profe-renlum.

XV. Admonendum eft, ut inquiratur, quod dici nefas eft, eos qui incontinentes & per maximam libidinem fe circumfentes, etiam cum quadrupedibus mifcentur, fi aliquis talem hominem habuerit aut paftorem, aut qualifcumque fit, qui in hoc crimine inventus probatus fuerit, ante nos adducatur.

XVI. De his qui commattres habent ad conjugium, de fonte vel facro chriftmate, ab epifcopo confignatum, id eft de confirmatione; fi publice eas habent, aut fi adulteratur; fimiliter de filiolis quifquis eas de fonte fufcepit, & cum ea adulteravit, & vel ad manum epifcopi eam remerit, & poftea in conjugium eam accepit, adulteravit.

XVII. Si quis vir filiaftram aut filiaftram ad manum epifcopi tenuit, id eft ad confirmationem, ubi fcptiformis gratia Sancti Spiritus datur, fi quis in tall conjugium, aut adulterium mifcuerit, ante nos venire faciatis: & quia dicitis, quia multa erga religionem chriftianitatis apud pagenfes veftros geruntur, in quantum recordare potuimus, in his capitulis commemoravimus modo, quia Domino Deo auxiliante domini noftri imperatoris licentia, praefentem noftram eccleliae fub cujus titulo ordinatus fuit, ammonitionis causa ad alienam pergat ecclefiam, fed in eadem devotus ufque ad vitae permaneat exitum.

XIV. Ut nullus ex facerdotum numero

ANNO CHRISTI 814.

HÆC SUNT CAPITULA

Ex divinarum fcripturarum fcripta, quæ electi facerdotes cuftodienda atque adimplenda cenfuerunt.

I. UT unufquifque facerdos eccleſiam ſuam cum omni diligentia ædificet, & reliquias ſanctorum cum ſummo ſtudio vigiliarum noctis & divinis officiis conſerver.

II. Ut omnes facerdotes horis competentibus diei & noctis ſuarum ſonent eccleſiarum ſigna, & ſacra nunc Deo celebrent officia, & populum ſtudiose quemodo, aut quibus Deus adorandus eſt horis.

III. Ut omnibus feſtis diebus & dominicis unuſquiſque facerdos evangelium Chriſti populo prædicet.

IV. Ut unuſquiſque facerdos cunctos ſibi pertinentes erudiat, ut ſciant qualiter decimas totius facultatis eccleſiis divinis debite offerant.

V. Ut ipſi facerdotes populi ſuſcipiant decimas, & nomina eorum & quæcumque dederint ſcripta habeant, & ſecundum auctoritatem canonicam coram teſtibus dividant, & ad ornamentum eccleſiæ primam eligant partem, ſecunda autem ad uſum pauperum adque peregrinorum per eorum manus miſericorditer cum omni humilitate diſpenſant. Tertiam vero partem ſibimetipſis ſibi facerdotes reſervant.

VI. Ut unuſquiſque facerdos orationem dominicam & ſymbolum populo ſibi commiſſo curioſe inſinuet, ac totius religionis ſtudium & chriſtianitatis cultum eorum mentibus oſtendant.

VII. Ut cunctí facerdotes precibus aſſiduis pro vita & imperio domni imperatoris & filiorum ac fidelium ſalute orent.

VIII. Ut unuſquiſque facerdotes quotidianis adſiſtat orationibus pro pontifice, cujus gubernatur regimine.

IX. Ut nullus facerdos in domibus vel alibi locis, niſi in eccleſiis Deo dicatis celebrare miſſas audeat.

X. Ut cunctis facerdotibus jus & tempus baptiſmatis temporibus congruis ſecundum canonicam inſtitutionem cauiſſime obſervetur.

XI. Ut omnes facerdotes quibuſcumque horis omnibus indigentibus baptiſmum infirmitatis cauſa diligentiſſime tribuant.

XII. Ut nullus presbyter ſacrum officium, ſive baptiſmale ſacramentum, aut aliquid bonorum ſpiritaliuin, pro aliquo precio vendere præſumat, ne vendentes & ementes in templo columbas imitentur, ut pro his que adepti ſunt, gratia divina non pretia concupiſcant terrena, ſed ſolum regni cœleſtis & gloriam promereantur accipere.

XIII. Ut nullus presbyter a fede propria ſanctæ eccleſiæ ſub cujus titulo ordinatus fuit, ammonitionis cauſa ad alienam pergat eccleſiam, ſed in eadem devotus uſque ad vitæ permaneat exitum.

XIV. Ut nullus ex facerdotum numero abtietatis (*a*) inſtium nutriet, nec alios cogat per ſuam juſſionem inebriari.

XV. Ut nullus facerdos extraneorum mulierum habeat familiaritatem, nec in ſua domo, in qua ipſe habitat, nullam mulierem umquam permittat habitare.

XVI. Nulli facerdotum liceat ædejuſtorem eſſe, neque derelicta propria lege, ad ſæculariſia judicia accedere præſumat.

XVII. Nemo ex facerdotum numero arma pugnantium umquam portet, nec hitem contra proximum ullam excitet.

XVIII. Ut nullus presbyter cœdendi aut bibendi cauſa ingrediatur in tabernis.

XIX. Ut nullus facerdos quicquam cum juramento juret; ſed ſimpliciter cum puritate & veritate omnia dicat.

XX. Ut cunctí facerdotes omnibus illis confitentibus eorum crimina, dignam pœnitentiam cum ſumma vigilantia ipſis indicant, & omnibus infirmis ante exitum vitæ viaticum & communionem corporis Chriſti miſericorditer tribuant.

XXI. Ut ſecundum diſſinitionem ſanctorum patrum, ſi qui ſunt infirmatur, a facerdotibus oleo ſanctificato cum orationibus diligenter unguatur.

XXII. *De nonis & decimis.*

Volumus atque jubemus, ut de omni conlaboratu, & de vino, & ſueno fidelitcr & plenitcr ab omnibus nona & decima perfolvatur. De nutrimine vero pro decima ſicut hactenus conſuetudo fuit ab omnibus obſervetur. Si quis tamen epiſcoporum fuerit, qui argentum pro hoc accipere velit, in ſua maneat poteſtate.

XXIII. *De antiquis eccleſiis, ut non rem ſuam habeant.*

Ut nec decimis nec aliis poſſeſſionibus prāventur, ita ut oratoriis tribuatur.

XXIV. *De ſpiritalibus filiolis.*

Deinde præcipimus, ut unuſquiſque compater vel proximi ſpiritales filios ſuos catholice inſtituant.

XXV. *De ſacerdotibus.*

Ut juxta apoſtoli vocem irreprehenſibles ſint & moribus ornati, & nequaquam turpibus lucris deſerviant juxta illud quod ait ſcriptura: *nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus, ut ei placeat cui ſe probavit.* & a turpibus lucris & uſuris non ſolum ipſi abſtineant, verum etiam plebes ſibi fubditas abſtinere inſtruant.

XXVI. *De inceſtuoſis.*

Ut inceſtuoſi juxta canonicam ſententiam pœnitentia multentur. Qui vero decimas poſt crebras admoniones & præcidrationes facerdotum dare neglexerint, excommunicentur. Juramento vero eos conſtringi nolumus.

(*a*) *f.* vitium.

ANNO CHRISTI 814.

HÆC

ANNO CHRISTI 814.

XXVII. *De discretione in corporis & sanguinis Domini perceptione.*

Cavendum est enim, ne si nimium in longum differatur, ad pernitiem animæ perveniat, dicente Domino: *nisi manducaverieris carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem non habebitis vitam in vobis*. Si vero indiscrete accipiatur, timendum est illud quod ait apostolus: *Qui manducat & bibit indigne, judicium sibi manducat & bibit*. Ju-

A xta ergo apostoli documentum, probare se debet homo, & sic de pane illo manducare, & de calice bibere, ut videlicet abstinens se aliquot diebus ab operibus carnis, & purificans corpus animamque suam, præparet se ad percipiendum tantum sacramentum, exemplo Davidi, qui nisi se conscelleris fuisse abstinuisse fe ab opere conjugali ab heri, & nudius tertius, nequaquam panes propositionis a sacerdote accepisse-

ANNO CHRISTI 814.

IN CONSTANTINOPOLITANA CONCILIA

A Nicephoro patriarcha Constantinopolitano, & in ejus causa celebrata

DISSERTATIO.

Nicephorum pium orthodoxumque patriarcham plura in urbe regia celebrasse concilia, ejusque pariter causa alia nonnulla convenisse, conjicere est Eruditorum ex vetustis coævisque scriptoribus confirmata sententia. Ex his duo in causa recipiendi in communionem Josephi oeconomi Constantinopolitani, animadvertendique in monachos admodum illam improbantes a Labbeo tom. IX. pag. 274. & 275. referuntur, quorum prius illud ego pariter supra commemoravi. Author vetus libelli synodici apud Labbe ibid. pag. 278. alterius meminit a Leone Armeno imperatore indicti, cujus sententia S. Nicephorus e sede dejicitur, & Theodorus Cassitera iconomachus subrogatur, idque concilium eum eo confundit Labbeus, quod ab iconomachis, eodem Theodoro jam rerum factarum potiente, celebratum esset; quod ab eo præpositus factum inferius demonstrabo. Sed & præter hæc concilia omnino eruditorum ignota, alia quædam ab illo coacta fuisse, nullus dubito, id enim indicant canones plures ab eo conditi, ex quibus nonnullos adhuc exstantes Labbeus ibid. pag. 289. attulit, aliique nonnullos ex Cotelerio aliisque nos pariter inferius addemus; quos sane canones in synodali patrum consessu ab eodem patriarcha conditos, inferiusque ipsa canonibus hisce in vetustis codicibus a Cotelerio consultis præmissa demonstrat. In synodis pariter difcussam fuisse judico causam Theodosii, Basilii & Sisinnii episcoporum, quos de hæresi iconoclastarum convictos e sede atque ecclesia dejecisse se idem Nicephorus in synodica sua ad Leonem III. pontificem testatur. Perfimiles sane majorum facta deorum a Leone nonnisi in synodis æratis illius discipulina agitari permittebat. Quamquam verò id probabilissime dictum constat; cum tamen concilium ea de re indictum nemo veterum commemoraverit, malo collectionem meam hoc potius novo concilio destituere, quam minus explorata aliquid afferre. His ergo omissis, duo tamen aliqua concilia, quæ in lucem nondum exierunt, exscribam, quibus ne-

B primum esse offert concilium illorum Michaele Curopalata im-

peratore episcopi aciti tenuerunt. Utbi regie torique imperio orientali extremum excidium a Bulgaris victoribus imminebat, afflitæque Græcorum rei una spes supererat in pace cum hostibus componenda. Profcantibus illam Græcis, non denegabant barbari, hac inter cætevas propofita conditione, ut transiisge redderentur. Grave id primum accidit impecatori; sed urgenti necessitati cedendum clic judicabat; cum tamen non id per religionem liceret, ut christiani perfugas redderentur barbaris, ambigebat patriarchæ & episcopis, qui tunc Constantinopoli aderant, una cum Egumenis monachorum fiftere se aulæ mandavit. Coadis illis in unum quæstionem discutiendam proposuit. Diu inter patres difceptatum est, sententiis variantibus. Patriarcha cum Metropolitis Nicæno, & Cyziceno assentiendum propositis conditionibus judicabant; Monachi, quorum princeps S. Theodorus Studita, contra opinabantur; quorum sententia tandem obtinuit, negatoque his conditionibus cum Bulgaris fœdere, parum abfuit, quin totum cæsaris imperium periclitaretur. Concilium illud omnes hucusque Collectores fugit, quod forte a Theophane concili nomine non sit appellatum. Sed nihil curandum de nomine, cum de re ipsa constet. Adest enim hic episcoporum consessus, adest & res ecclesiastica ad ventilandum propofita; ad concilium quid deest?

Secunda ab hac synodo celebrata est a Nicephoro habita, in qua Antonius, nonquidem metropolita, ut male appellat Labbeus, sed ex monacho Cornobii, quod *Metopolitarum* nuncupabant, Sillæi episcopus, de fide requisitus, illum exhibuit fidei libellum legendum in historia alterius concilii Constantinopolitani, in qua idem Antonius damnationis sententiam subiit. In causa Antonii hujus concilium unicum habitum vulgo creditur, cum re ipsa duo fuerint. Antonius ille Leoni Armeno author fuit ut Græcis imaginibus bellum indiceret; interim vero ipse sub orthodoxi larva sese occultans, scripta eiam perquirebat, subjus hæresim fuam tueri & confirmare posset. Rem fubodoratus Nicephorus patriarcha virum

ANNO CHRISTI 814.

interrogavit quid de fide sentiret. Ille orthodoxum se affirmavit, veritatisque teftem fidei confessionem signavit, atque impressa cruce ad majorem rei evidentiam munivit. Id verò ab eo in concilio episcoporum prestitum fuisse declarant verba, quæ in eadem historia leguntur, signatam fanctifimam confessionem illam ab Antonio *fub fanctiffimorum metropolitarum præsentia*. Nec sane aliter quam in concilio episcoporum interrogari solebant episcopi, ut fidei fuæ rationem redderent. Concisiumque tunc cogere patriarchæ Constantinopolitano percommodum erat; cum in urbe regia semper præsto essent episcopi, qui convenire possent ad concilium, hanc ego synodum, quæ alios fugit, hic damus.

Tertia sequitur synodus centum sepruaginta episcoporum, in qua Antonius Sillæi de hæresi damnatur. Hanc Nicephorus perquisitis undique episcopis cosegit, non quod tantum exigeret apparatum unius episcopi damnatio; sed frequenti concilio opus erat ad restiendum Leoni Armeno imperatori, ex quo in sacras imagines bellum jamjam imminebat. Concilium illud ex epistola synodica orientalium quorundam antelitium ad Theophilum imperatorem, acceptum, dedit Labbeus; cui nos inſignem acceſſionem ex anonymo Theophanis continuatore fecimus. Nec enim ullo in concilio actum fuisse credimus de fide orthodoxa erga sacras imagines statuenda ac defendenda, quod in confessu episcoporum & hegumenorum depretum fuisse idem anonymus testatur.

Meditabatur interea Leo Armenus imperator sacrarum imaginum everſionem, fuoque consilio obtare intelligens Nicephorum cum suis episcopis, concilio orthodoxo concilium alind heterodoxorum epiſcoporum opposuit. Ejus decreto Nicephorus ad judicium vocatus semel & bis, cum sistere se recusaret, depositionis ac damnationis sententiam subiit, quam proxime in exilium deportato ipsis *hæresiarchæ* confignata est. Adhæc quædam hujus concilii ex Nicetæ monacho ejusdem S. Nicephori discipulo, in ea quam scripsit S. præsulis vita, accepta huc transiata sunt. Meminit ejusdem concilii author Libelli fynodici apud Labbeum tom. IX. pag. 278. qui tamen alterius a Theodoro Cassitera, qui S. Nicephoro succeſſor datus est, ex iconomachis collectæ synodi non meminit; unde errandi occasio præstita est Labbeo, qui vicissim concilio huic iconoclastarum, in quo S. Nicephorus ejectus est, omisso, alterum a

ANNO CHRISTI 814.

Theodoro Cassitera in throno Constantinopolitano jam residente coactum legentibus offert; ex quo non improbabilem duclimus conjecturam, utrumque scripto rem duo inter se plane diversa concilia confundisse, quorum prius nondum rerum sacrarum peritiente Theodoro ab imperatore indictum est; alterum vero, Theodoro patriarcha jam constituto convenit. Utrumque synodi discrimen non obscure designat Ignatius in vita S. Nicephori qui cap. X. §. 62. ita loquitur de concilio ad discutiendam S. Nicephori causam collecto: *Facta autem ſe concilio* (iconomachorum) *adverſus eccleſiæ ſanctiſſimum murum*, nempe S. Nicephorum &c. tum subdit denunciationem ab eadem *ſynodo* factam sanctio præsuli, ut sisteret se summæ causam defenderet *coram ſynodo*. Recusante illo judicium, sententia depositionis ab heterodoxis patribus dolata est, ut Ignatius ibid. His omnibus fuse ab eodem scriptore narratis, *tum capite XII.* assumptionem Theodori Cassiteræ commemorat, ilarimque subdit: *Inde ex epiſcopis qui, ſive panor adaſti, ſive ſua ſponte in ejus exſtirpat votæ, atque ex novatoribus profuſuſque magiſtris Græcuſorum tumultuantium conventu adunato*. Hoc idem concilium diserimen ex tempore quo ea usque habita fuit demonstratur. Concilium iconomachorum prius S. Nicephori exilium, præcesit; illum vero deportationem asserit Theophanes in oratione de translat. ejus Reliquiar. die III. idus Martii. Concilium verò secundum nonnisi post pascha ejusdem anni, nempe post Kalendas aprilis convocatum. Theophanis continuator affirmat. Ad secundum hoc concilium pertinere arbitratur Labbeus epistolam illam S. Theodori Studitæ ad Synodum iconomachicam, quam integram recitat ibidem pag. 391. Id ego tamen non ita certo asseruerem; cum enim de exilio & abdicatione S. Nicephori, atque alterius patriarchæ intrusione nihil ibi S. Theodorus memoret, tunc potius eam scripsisse videri poſſet, cum S. Nicephorus a synodo *hæterodoxa* jam proxime deponendus, perinultum illam epistolam ad imperatorem dedit. Ideo verò illam *iconomachicam* synodum appellat Sanctus Theodorus, quod ex iconomachis episcopis conflaret, nec alia de causa convenisset, quam ut S. Nicephorum in sententiam iconomachorum perstrahcret. Hæc sunt quæ de synodis a S. Nicephoro vel ejus occasione habitis præmittenda erant, nunc quam concilia illa singillatim legentibus exhiberentur. En tandem concilia.

SYNO-

ANNO CHRISTI 814.

SYNODUS CONSTANTINOPOLITANA

Sub Nicephoro patriarcha ad consultandum, num transfugæ reddendi essent Bulgaris?

Anno 814. habita.

AFflictis imperii rebus solatium supererat pax a Bulgaris, ex quibus mala omnia timebantur, impetranda. Hanc offerebant barbari ea conditione, si illis redderentur, qui ex Bulgaris ad Græcos transfugerant. Num id jure religionem christianam ejurarent, hic erat ambigendi. Michael Curopalata, piissimus imperator, episcoporum concilium coram se habendum ad Kalendas novembris indixit, de quo concilio & de patrum in eo lata sententia hæc Theophanes ad annum Alexandrinum DCCCV. qui cum Septembri anni 812. exordiatur, annum eundem concilio huic affingit. *Imperator* (Michael) *in mense augustissimum convocat, mensis Novembris kalendis Patriarcha ad colloquium advocatis, de componenda cum hostibus pace consilium quærebat. Aderant contentus Nicænus & Constantinus Metropolitæ, & ex pravis consiliariis erat manus haud contemnenda.* (pravos consiliarios appellat hic Theophanes hegumenos, alienque facros vitros, quos præpollebat religionis minus utile consilium suggerisse imperatori queritur.) *At patriarcha quidem & Metropolitæ Imperatores sæpissime frustra precum amplexabantur: sed improbi consiliarii non cum Theodoro Studii præposito* (S. Theodoro Studita) *everfi contraria sententiæ dicta cum rejicerebant, confirmantes pacem, quæ Dei mandata refrendat, non esse admittendam: Illud enim:* Venientem ad me non ejiciam foras, *Dominus decrevit, ajebant: quæ proferrent* (hæc ex fuo fenfu addit Theophanes) *& in cujus argumentum hæc producenda were visa: Primo quidem, quoniam venit ex vii ad nos transfugiente, eo qui intra aulam erant, cum ipsis pace compacta, servare possimus, prodidimus. Secundo, quia licet quidam ex pacem transfugerant, plurimum certe potius ejusdem nobiscum nationis & sanguinis consortium fugagere, quam incerti quinimmo nobis propositi stilo quæsti decerner, decebat. Plures enim quam paucos fore Deo magis gratium est.* Hæc Theophanes; nec fane inepte, cum bonum publicum quorundam privatorum damnis præferendum fit. Oppofitam tamen fententiam de pace negantia obtinuisse notat Theophanes; qui paulo superius animadvertserat in eafdem ipfas pacis conditiones conventum olim fuiffe inter Bulgaros Græcofque Conone barovam principe, & Theodoro Adramiffino imperatore ac S. Germano Græcorum patriarcha.

SYNODUS CONSTANTINOPOLITANA

In qua Antonius Sillæi in Pamphylia epiſcopus fidei orthodoxæ libellum ſubdole ſignat, ſub Nicephoro patriarcha & Leone Armeno imperatore.

ANtonius quidam ex monacho cœnobii Metropolitarum Sillæi in Pamphylia epiſcopus, qui epiſcopatum ſuum nefcio qua de cauſa reliquerat, cum Leone Armeno de abolendis imaginibus conſilium clam agitabat. Rem fubdoratas S. Nicephorus ad epiſcoporum concilium, cui & patriarchæ orientis aderant, hominem vocitatum, de fide interrogavit. Ille recta ſentire ſe, & ore quidem profeſſus eſt, & porrecto ſi-

ANNO CHRISTI 815.

ponendum aliquid his) fratres. *Exclamatore cuncti:* Novimus, & certi tumus veram eſſe fidem noſtram, & in hac morimur omnes: *Ad illos Patriarcha:* Supereſt, fratres, ut concordes perſeveremus, & animis conjuncti hac in conſeſſione abſque diſſenſu remaneamus, ut adverſæ partis homines nullum reperiant quem ſeparent a nobis, nec id exequi valeant. Gratia enim Chriſti dei libello, quem ſubſcriptione & impreſſo crucis ſigno munivit, egregie quidem, ſed infigni mendacio confirmavit. Torum hanc hiſtoriam fuſe narrat epiſtola antiſtitum orientalium ad Theophilum imperatorem, quam legas apud Labbeum to. IX. pag. 380. qua etiam in epiſtola integra recitatur fidei formula cum anathematismis in iconomachos tunc ab Antonio impia diſſimulatione ſignata.

ANNO CHRISTI 815.

plures illis fumus. *Illi rurſus cum clamore ſe proteſtarentur ad mortem uſque obſtituros, & pro eccleſia dimicaturos, oppoſitiſque cruciibus ad ſubſcriptionem, ſcriptos ſibi mutuo fidem fecere, nunquam ab invicem ſe ſeparandos. Hæc anno ſequenti* (natalis feilicet D. N. anni 814.) *peracta fuut.* Hæc anonymus Theophanis continuator, ex quo concilii hujus geſta apud Labbeum manca ſuppleas.

AD SYNODUM CONSTANTINOPOLITANAM III.

In qua Antonius Sillæi damnatur,

ADDITIO.

HAnc ſynodum et patribus CCLXX. conſtantem Labbeus quidem to. IX. col. 380. recenſuit; cum tamen non ea una de cauſa collecta fuerit, ut Antonium Sillæi epiſcopum de hæreſi convictum abiceret, nihilque aliud legatur in actis ab eo Labbeo productis quam ejuſdem Antonii ſchedium; quid deinceps in ea geſtum fuerit ex anonymo Theophanis continuatore repetendum eſt: *Epiſcopi & monachi in patriarchium convenichant, & dicta patrum omnia perlegebant, quæ adverſarii malitioſe & intrudite interpretabantur: Patriarcha vero ſenſum eorum reddente, & ad omnes ſermonem dirigente:* Num habetis aliquid quod verbis illis exprimatur (*Graeci*: re-

CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM

Iconoclaſtarum anno 815. quo S. Nicephorus patriarcha deponitur ac damnatur.

POſſquam Iconoclaſtæ omnia diſpoſuiſſent ad hæreſim revocandam, Leonemque Armenum imperatorem ad nutus ſuos paratum habuiſſent, in ſynodum conſulit patriarcha Nicephoro ortho doxorum antefignano, qui tunc morbo laborans decumbebat, *diem ante ſe dicturum. Quod ab illo reſpoſo datum, & quid dein geſtum ſit a concilibula exponet ipſemet ejuſdem S. Nicephori diſcipulus in eo, quam ſcripſit, S. præſulis vita apud Bollandum ad diem XIII. menſis Martii. Ait ergo hic:* Vocato inter ſe concilio adverſus eccleſiæ firmiſſimum murum, coram imperatore hæc verba defpuunt. *Haudquaquam ſieri poſſe, dum vita tranſigeretur, ut quæ majeſtatis tuæ viſa ſunt, ac præſens decreta ſynodo, proſperum exitum obtinerent. Si enim unicuique tempus detur pro animi ſententia ſe verendi quid velit, & ut, qui exilio damnati ſunt, obtingat reverendi facultas, & propriæ voluntatis nulla vi ſubeunte arbitrii quivis ſtatus ſuus ac ſibi reſtituatur: futurum eſt enim ut illum ſyonem ſua propenſe ſequantur, & res noſtræ omni diſſitiuæ ope jacent; ideo quod cum proceribus noſtris ſe diſſentiunt arcana defcendere rennat, quo facilius gravi nos damno afficiat. Satis ergo eſt quod hucuſque obſervamus: tum omni tempore non horati ſumus ut nec ille inveniat ſua ſubjiciamur, ut ſibi ſuaderi ſineres induxit in animum. Quare ſynodali, ſi placet, auctoritate uſi, quæ præſcriptis dimittant, ſtatuat, hæc ei ſcripta nota faciamus, ut compereat nempe, & de quibus adverſus eum ſyndus querelam moveat, ſatisfaciat.* Scribunt ergo illum ac claudicentem tonum ad eccleſiæ perfidem, coque jubente, ut illis ſe ſiſtat, qui ordinibus initiati non erant, & eorum, quæ ipſi voluerunt reddat rationem. Hunc libellum quibuſdam epiſcopis, clericiſque, qui vere noſtio clericali charactere, aut epiſcopali inſula donati eſſent, committentes, deſtinant ad rectæ fidei luciſſimam facem, cum tumultuarie ac circumfonarene multitudinis turba, quæ ipſiorum dementiæ particeps fe eis adjunxerat. Ubi autem pro epiſcopalis rabernaculi foribus adhiterunt, & adventus illorum durifſimus nuntius magni pontificis aures pulſavit, cum etiam ipſum male ſentientium aſpectum egre ferret (ſuſmodi enim funt puræ mentes, ut quidquid alienum a veritate eſt, id plane moleſtum ſit ac inſuave) decreverat animo prorſus eos non alloqui. Cogente tamen Patricio, cui cuſtodia ejus commiſſa erat, ne ſic miſſi re infecta reverterentur; tero & vix tandem ingredi illos permiſit.

Ingreſſus autem, ne morbi quidem moleſtia mitieris homunculis pudorem injecit, quin inolita improbitate uti, quæ inſami illo tenore evarata erant, cum quadam commiſeratonis ſpecie loqui ſe fingerent. *Accepit*, ajunt, *adverſus te libellus, ſynodus, ut objecta diſſolvas, omni tergiverſatione ſemota adegit ea de re clare reſpondere poſſe. Quo propter pro ſynodi condemnatione diſſentio depoſitionis te pœne ſubiicias, tuam & ſynodi atque imperatoris ſententiam amens, an vidum vobis ſum fantaſia atque dicta, eurvendas nimirum eſſe imagines & ſimulacra, earumque ufum abolendum: ſic namque impoſitum per libellos ceiunca licebit expellere. Sin autem contentioſitas renuit, contraria, fcatices, accuſationum appellationis palam eris obnoxius, quam ſieri nequit ut anulatetis; nifi te coram ſiſtas, ad objecta judicetis.* Hæc lupi paſtorum habitu paſtorum principi inconcinne locuti, & ludrica quædam dentibus infurrantes, ſe ſine ullo reſpectu paſtoriæ illi menti ex adverſo illuſa concilis obnixi, aut ei palam loqui) ſilentio obtegebant cum conſilio probrum, & obtuturas concinnebant aures; etſi reliqui infenſiſſimos illos meliſſiuæ linguæ illius reſponſa audiendi cupido inceſſiſſet.

At Sanctus, quantum agritudinis vi attritus, objecta occupavit, & in hunc ſere modum arguit: *Quiſnam vero eſt qui nobis libellus inſundat, a'teris in nos partes ſuſceptis? Conſtantinæ eccleſiæ, quæ patriarchali dignitate fulgeat, præſulem fe eſſe gloriatur? Qua ſuſcepta paſtoralis cura, canonicis nos pœnis ſubjicit? Si ea appellet, qua ſenatus Romæ gubernandi facultate moderatur, præſto ſum; ſi Alexandrinus antiſtes Marci evangeliſtæ ſucceſſor accuſet, quin prompte ſequar, nihil detrecto; ſi Antiochenus facer paſtor in judicium trahat, teſtimonium non defero; ſi denique, qui Jeroſolymorum ſedem adminiſtrat, ad jus dicendum adeſſe præcipat, cauſæ meæ deeſſe non videbor. Sin autem ſupra memoratos, quorum animis conſtitutionis ſit turbare gregem ſub ovina pelle, & ſuo ſibullatore paſtori, quit in conſpectum etiam illorum venire ſuſtineat? Ceterum fingite me, juxta ea quæ nuganiini, nullaque ſinſu debilatertis, in imperatoris veſtramque ſententiam manibus pedibuſque con-*

ANNO CHRISTI 815.

concedere; quæ ratio est, qua objectorum nobis libellorum crimen depellere fumus? quæ nobis gradus decernetur, qui veluti sententia vel atque obnoxiis existimur? Quis enim, quæ ille est potestatis tantæ, ut intra dies unius angustias depositum, ut ne in infimo quidem gradu salutem consistere queat? Quæ in Supremum? num vnder adeo vt atque imperator existimatis, ut devotæ sibi non simus servatuti? Eam sane notam nefas est vis adscribere, qui sacerdotio infulis fulgent: Neque ad spernendas jura proclivior simpor impetus est, inque unam comparata transgressionem, qui sibi obsequantes in inferni tenarum & hora bromperturbat. Discedite ergo à tam sacrilegis operibus antiquitatis; ad propinum redite vemutine, istorum exitio spectes lustrique repetite. Nec enim futurum est, ut eo evagnantis, qui in sacrilegis confugiunt perpetuum firmaturum, aut ut vos prosternatis, qui in cella fundamentum definitionum specula tuto conglaterium; sed in vobis ipsis tumentes haresis flatibus confringentur, nullumque ex vestri illisionis ecclesia Catholicæ detrimen inferent.

Hæc vir beatus ad homines omni fano destitutos scribit, & præcavet sententia plenos prælocutus, lapsuque assumpto prioribus: Tamesis, inquit, nostra hac sedes pastore vacuata sic effet, ut nullus ei curam ingrederet: tamen nec ita quidem illi liceret ducere fallaciam ejus quidquam sanxi placentem, sive concessum contra canonum præscripta cogere, atque ex aliena provincia venientem nihil ad se spectantes terminos juris dicendi causa invadere. Cum verò pastoris sui adhuc præsentia glioretur, nec dicit, qua utilitate illi legitimeque præsideat, quæ vor ratio a canonicæ disfectionis severitate eximat, qui super aurum & argentum, superque lapidem pretiosis, super fundamentum, inquam, apostolorum patrimque eloquio vere extenuatum, lignum, fœnum, stipulam perverse fidei superextruere tentatis: ut qui ideo solum par quidentia sacra tueri omnino violati ejusdem juris vos peregi, qui contra ideo ista rut in manifestas pugnatis & infantis legi, congrue omnino æternis vinculis subjicienda. Præsedo igitur in eadem canone, ac depositionis promulgata sententia, jubet eos fegro diri no excedere. Illi porro tanquam flagro adhi, atrocique mœrore ac furore pereli, adjuncta libi petulantium hominum, & circumfonarentium caterva ipsum pariter ac Tarasium, strasillimas ecclesiæ columnas, anathemate feriunt: atque ita impunissimi homines publice inspirandam jactantes fiam, redire festinant ad imperatorem cum iis convitiis, quibus sanctos compulerant, & coram ipso vulgique hæretici impura turba. minas expandere, referre omnia que audiverant feceranteque.

Ad hæc idem concilium datam epistolam illum S. Theodori Studitæ ad Synodum nuncupatam supra in præsentiæ ad hæc in causa S. Nicephori concilia monui.

ANNO CHRISTI 815.

SYNODUS altera CONSTANTINOPOLITANA

Iconomachorum, qua hæresis jam obsolta revocatur.

Anno 815. Nicephoro patriarcha jam e sede anno 815. Aprili inensi depulso & in exilium 810. Constantinopoli luco à Theodoro Cassitera occupato, illud unum supererat, in cujus gratia hæc omnia præmissa sunt, ut solemni aliquo decreto oxul & extorris jam hæresis iconoclastarum cum honore revocaretur. Ea igitur de causa synodus frequentior ea, quæ Nicephorum damnaverat, convocata est, in qua tribus sessionibus res tota peracta. Hanc verò synodum aprili mense anni 815. coactam docet anonymus Theophanis continuator his verbis: *Post pascha igitur convocat Synodum Chamæleon* (Leo Imperator) *ad magnum sacerdotum nomine Sapientiam, & Theodoro, quem Cassiteram appellabat, veluti patriarcha sedere jussio ibi.* Veram concilii hujus & trium quibus contitit sessionum ejus historiam fatius profequitur Ignatius in vita S. Nicephori, qui cap. XII. de ejectione & exilio Sapræsulis, atque Theodori assumptione narratis, tum concilii historiam ita exorditur: „ Inde ex „ episcopis qui, sive pœnis adacti, sive etiam „ sponte in ejus concelleriant vota, atque „ ex novatoribus profanisque magistris Græ„ culorum tumultuario in conventu adunato, „ ecclesiæ adversum in ecclesia concilium „ coëgit: in quo quidquid olim infano flu„ dio annotatum congelumque fuerat, me„ diatati, evomerunt & confarcinatam pri„ us in Blachernis Constantini synodum subsidio assumentes, hanc illius confirmationem appellarant, atque id perquam nocirito: cum enim eam ex patrum scripturis omne robur deficeret, neque, ut lex ecclesiastica cavet, apostolicarum sedium antistites rebus hisce lecientes haberet, ex iisi similibus fua confirmabat, ac mendacio conabatur veritati imponere. His prima, postilentis fuit sessionis die sanctis, conventus solutus est. Sequenti autem in unum confluentes, occeperunt falsa dogmata fua exponere, quæ etiam palam prodiderunt fevitiam præfæcdæ fuæ malitiæ. Quæso autem crudelitatis eorum enormitatem attendite.

„ Cum recte confessionis epistopos quosdam delegissent, quos a prima flatim congressione fubadum iii existimabant sacris illorum vestibus in minutos pannos conscissis, eos pro majoris ecclesiæ foribus tentos, velut vinctos flare præcipiunt, multaque ad eos imperite loquentes, ac ranarum more nihil cohærentia, atque distincta rumultuarie effurientes, per medium eum confessum trahi jubent. His verò ad requisita præsides propius accedentibus clamore fublato imperant gradum sistere, perspectaque in iis obbrmari animi constantia, quam nulla insiarum vis posset convellere, (duris enim „ nim „ furgere, & qua venerant poltliminio re„ dire, ut porcorum instar abigi viderentur „ pugnis in genas incussis, torque corpore „ calcibus conquassati. Hæc perturbara pro„ fanaque levitia in sanctos debacchati cum „ essent, & eos jam hora ad mensam vo„ caret, floridi eloquii clericus, fodalitio nomine imperatorem allocutus, laudavit. „ Itaque vere fidei præsidibus, anathema„ te, ut quidem videbatur, ad extremum, „ devocis, solverunt convenrum.

„ Quia verò infanum furorem fum in „ ecclesiam ejus ingressi erant, regulam compo„ nunt, ac definitionem a veritatis termi„ nis longe remotissimam: cui ut subscribe„ ret imperator, pium esse monebant. Is porro (erat enim fi quis alius in cauda „ religionis verfarus anima) morem iis ge„ slurus, indicit rursus conventum jubet: in „ quo cum sedem, velut in quodam ambone sublimi locatam contendidiser, & mucidacil parorum fuas quoque occupassent fe„ des, omnium auribus intimata est falsiffi„ ma regula: quæ cum pleriique aftantium, etsi non omnibus, placuisset, rogabant ut quisque eam manus fux fubscriptione firmarez. His autem fic peractis cum nomina fua atque fortunas atramento communicalsent, loliris orga imperatores acclamationibus, & adversus ecclesiæ lumina anathematis defundi (præloquente scilicet eo, quem dicebam clerico) dispersi sunt.

Scelerum porro ultrix Dei justitia, sic illusos fanctos pro fua longanimitate haud diù dissimulatura, celerem haud fine miraculo vindictam imulit: brevi namque tempore interjecto præloculorem clericum pœna corripuit, tormentisque lingua, ac fatisceribus vocalibus organis. Adverite autem qualis ac quanta: si quis enim psalmorum oracula vivo fuggereret, lingua foluta erat ad verba minifranda: fin fermonis aliquid cum aliquo conferret, undique diffolura ac impedita permanens, maleque articulata, incerta ac fabulæ obganniens, fonitum nullo conflatrem fenfu in auditoris aures transmittebat. Eum in modum castigatur lingua in eos procacissima, qui ore fapientiam loquebantur, ac cordis meditatione eruditabant prudentiam. Adeoque opportune divini illud eloquii dicatur: *Mors & vita in manu linguæ; qui autem continent eam, comedent fructus ejus.*

ANNO CHRISTI 816.

STEPHANUS PAPA IV.

Ab anno 816. usque ad 817.

ANNO CHRISTI 816.

SYNODUS ROMANA

A Stephano IV. papa celebrata, in qua de electione Romani pontificis decretum edidit.

GRatianus dist. 23. c. 28. Stephani cujusdam pontificis de ratione servanda in electione Romani pontificis decretum recitat. Id verò Baronius ad A. 816. Stephano IV. summo pontifici ab impostore aliquo affictum opinatur. Pagius ad A. 817. 4. genuinum credit, sed Stephano VI. tribuendum contendit. Verum Muratorius in nova ad supplementa concilii Romani anno 863. celebrati ex canone XI. ejusdem supplementi, in quo canon Stephani papæ de electione Romani pontificis commemoratur, sanctionem esse germanam Stephani IV. perspicue demonstrat. Canonem Romani concilii suo loco dabimus; nunc *canon concilii beatissimi Stephani*, prout in additionibus Romani concilii anni 863. appellatur, ex Gratiano promendus est; additis ex MS. codice variantibus.

CANON CONCILII BEATISSIMI STEPHANI

QUia sancta Romana ecclesia, cui auctore Deo præsidemus, (*a*) a pluribus patitur violentias, pontifice obcunte: quæ ob hoc inferuntur, quia absque imperiali notitia pontificis fit consecratio; nec canico ritu & consuetudine ab imperatore directi (*b*) interfunt nunciі, qui scandala fieri vetent; volumus, ut cum instituendus est pontifex, convenientibus episcopis & universo clero eligatur, præsente senatu & populo, qui ordinandus est. Et fic ab omnibus electus, præsentibus legatis imperialibus consecretur. Nulluſque sine periculo sui, juramenta vel promiſſiones aliquas, nova adinventione, audeat extorquere, niſi quæ antiqua exigit consuetudo, ne ecclesia scandalizetur, & imperialis honoſificentia minuatur.

(a) *a pluribus.*

(b) *directi fuerit.*

COMPENDIENSE CONCILIUM

In quo Saracenii regis legati audiuntur

Anno 816. habitum.

ANNO 816.

CConcilii hujus Compendienſis ſolum nomen ſupereſt in vetuſtis Francorum annalibus vulgatis a Matteno Vet. Mon. to. IV. his verbis: *Imperator vero de Remis* (ubi Stephanum papam de Urbe ad ſe profectum excepit) *abiit ad Compendio palatio & habuit conſilium* (lege Conciliuм) *cum Epiſcopis, abbatibus, & comitibus ſuis.* Porro de adventu Ludovici imperatoris & Remenſi urbe poſt diſceſſum Stephani Papæ Compendium meminit etiam Anonymus Pistheanus coævus in vita Ludovici Pii, teſtaturque in hac Compendienſi mora, quam ad dies unum ſupra viginti, & eo amplius produxit, legatos Abderami filii Aburat Saracenorum regis exceptos, & auditos. Eſt autem Concilium iſtud Compendienſe ab altero ibi locorum anno 823. celebrato, de quo Labbeus, longe diverſum, quod vel ipſo temporis diſcrimine probatur.

ANNO CHRISTI 817.

AD CONVENTUM AQUISGRANENSEM

Pro Monachorum reformatione Anno 817. habitum

ANNO CHRISTI 817.

ADDITIO.

COLLECTORIS PRÆFATIO.

QUod hic exhibeo ad Synodum Aquiſgranenſem additamentum nobile, acceptam eſt ex anecdotis Pezii to. II. par. III. pag. 370. Fertverò illud S. Simperti Auguſtani epiſcopi & Morbacenſis abbatis ſtatuta regularia, quæ iſte ad normam ſtatutorum monaſticorum, in Synodo quedam decretorum, ad uſum monaſterii ſui Morbacenſis direxerat. Porro hæc ex veruſta membrana in cœnobio Morbacenſi diligenter ſervata, deſcribenda data ſunt publicis tabellioni, poſtulantibus monachis cœnobii S. Udalrici Auguſtani anno 1500. Hæc igitur publica auctoritate tranſcripta cum ipſo tabellionis inſtrumento Petius dedit, & ex illo ego in præſenti. At quorſum hæc, inquies, ad Synodum ſeu conventum Aquiſgranenſem? Profectò nihil, ſi titulum, qualis in veteri membrana legebatur, attenderis; ex eo enim leges hafce monaſticas digeſtas diſcimus ex Synodo ſub *Carolo Magno rege* celebrata, cui S. Simperius ipſe per ſe interfuerit. Aquiſgranenſis verò conventus anni 817. nonuiſ ſub Ludovico pio, Carolo jam defuncto, convenit. Si verò, neglecta inſcriptione, leges ipſas inſpexeris, intelliges profectò canones ipſos hujus Aquiſgranenſis conventus ita in his ſtatutis repræſentari, ut vel ipſum ordinem, quem ſervant canones Aquiſgranenſes interdum retineant. Sed eſt tamen aliquid hac in re difficultatis, quod hic planum fieri ſtudeo. S. Simperius, quem Synodo huic interfuiſſe ex titulo horum ſtatutorum diſcimus, Leonis papæ III. ætatem non ſuperavit, cum idem pontifex literas dederit ad Guntrammum abbatem Morbacenſem ejus, ut creditur, ſucceſſorem. Vide Mabillon. Ann. Ord. S. Ben. ad A. 774. num. LIV. Quomodo ergo adfuerit præſens Aquiſgranenſi coetui, qui alteri ab obitu ejus pontificis anno convenit? Adde argumentum ex ipſis ſtatutorum capitibus deductum: In ſingulis enim capita ſingula concilii fecundum ordinem, quem in actis ejuſdem tenebant, referuntur, ipſo etiam ſingulorum numero adnotato. Quanquam verò nonnulla eundem, quem in actis Aquiſgranenſibus numerum ſervant; plura tamen variant. Ita e. g. quæ in XXXIV. capite Aquiſgranenſi decernuntur *de diſcipla* in ſeptuageſima ſupprimendo, in ſtatutis illis ex capite XIX. concilii accepta notantur. Denique concilium de quo in ſtatutis capita XXVII. non ſuperabat, ut ex illis non ægrè deducitur, cum Aquiſgranenſia ad XXC. aſcenderint.

Hæc cum ex quo momenta, in eum me ſenſerim crabi permitto, quam hic leſori paucis exponam. Duas igitur diſſiris annorum intervallis diſcretas ſynodos ad Monachorum reformationem ſtatuendas opinor; aliam ſub Carolo magno, quo rerum potiente Francfordienſis ſynodus anni 794. convenit, ubi de monachorum reformatione actum eſt. Altera vero hæc ipſa eſt ſynodus Aquiſgranenſis anni 817. ſub Ludovico pio celebrata. Utramque concilium ſuos edidit canones. Prius illud ſub Carolo non ultra XXVII. aliud vero ſub Ludovico longe plures. Prioris concilii ſub Carolo leges repræſentant ſtatuta Morbacenſia; aliarum vero ſub Ludovico inter canones quos Aquiſgranenſis conventui Labbeus tribuit continentur; ita tamen, ut tota illa canonum XXC. collectio non tota quidem ad Aquiſgranenſem hanc anni 817. ſynodum pertineat; ſed partim ex canonibus prioris ſynodi ſub Carolo, partim ex his poſtremis legibus ſub Ludovico conflata ſit. Ex ipſa plane canonum Aquiſgranenſium anni 817. complexione id probari poſſe arbitror, in qua canones priores cum poſterioribus pugnant, ut argumento ſint ad diverſa concilia ſpectare. In canone VIII. edicitur: *Ut volatilia unius forſitan nullo modo comedant niſi pro infirmante.* In canone verò LXVIII. ſtatuitur ut volatilia, *in natali Domini, in paſche, tantum quatuor diebus comedant.* Quis hæc unum idemque concilium ſanxiſſe crediderit? Ipſa pariter Morbacenſia ſtatuta aliquid ferunt, unde intelligamus exacta eſſe illa ad concilium ab Aquiſgranenſi anni 817. plano diverſum, nam intec ea, de quibus nihil eſt a concilio definitum hoc proveni, ut a jurando monachus penitus abſtineat. Item unus eſt ex canonibus concilio Aquiſgranenſi anni 817. adſignatis. Vide canonem XLIII. Ex quo illud conſequitur, canones illos Aquiſgranenſi anni 817. tributos qua parte cum ſtatutis Morbacenſibus congruant ad concilium aliud ſub Carolo magno referendos eſſe; qua vero parte cum Morbacenſibus ignotos ferunt, ad eundem Aquiſgranenſem anni 817. adſcribi commode poſſe. At enim concilium hoc ſub Carolo magno ubi locorum, quo tempore convenit? Si veterem ſtatutorum titulum reſpexeris, coactum illud Carolo magno nondum imperatore ſtatuemus, quæ ſane epocha cum concilio Francfordienſi anni 794. in quo aliquid de monaſtica diſciplina ſtatutum conſtat, belle congruit. Sed ex illis phraſibus circa finem ſcripti hujus occurrentibus, *impertali cenſura*, plane diſcimus imperatoris nomen jam Carolo acceſſiſſe. Quamobrem ſynodum hanc, quocumque tandem in loco convenerit, poſt annum 800. ſub Carolo magno collocari oportet. Vide tamen, an quæ dixi ad Aquiſgranenſem anni 803. cum his congruant.

ANNO CHRISTI 817.

SANCTI SIMPERTI EPISCOPI AUGUSTANI REGULARIA STATUTA

Monasterii sui Murbacensis.

ANNO CHRISTI 817.

IN nomine Domini amen. Noverint universi præsens publicum instrumentum inspecturi seu lecturi, qualiter anno a nativitate Dominice Incarnationis millesimo quingentesimo, indictione tertia, die prima mensis Maii, hora ipsius B diei octava, vel quasi ante meridiem in loco capitulari monasterii Murbacensis, Serenissimo principe & domino domino Maximiliano Romanorum rege feliciter regnante in mei notarii publici testimonique infra scripturam ad hoc specialiter vocatorum, & rogatorum, presentia personaliter constituti nobiles, honorabiles ac religiosi viri dominus Wilhelmus de Wiltsperg abbas, Leonhardus de Reichenstain decanus & capitulum, seu conventus ecclesiæ, seu monasterii imperialis sancti Leodegarii in Murbaco, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentes, Ordinis sancti Benedicti Basiliensis diœcesis propositorum, & verum esse afferuerunt, quod anno indictionis, ut supra die prima mensis Aprilis, propter evidentes, & urgentes necessitates dicti monasterii Murbacensis, nec non ob præceptum regale abbati præfato factum ad dictam, tacti imperii principibus in Augusta præfixam, ministerialium ipsius monasterii certa fidentia, & expressa voluntate accedente ad Augustam dilecti fuerunt venerabilem & egregium virum fratrem Joannem Naburg lacræ Theologiæ professorem & decretorum doctorem monachum professi monasterii, & præpositum ecclesiæ beatæ Virginis in Murbaco, qui ob sanctum Simpertum, & abbatis honorificentiam adiit monasterium sancti Udalrici in Augusta ordinis quidem, & ut idem afferebat, quod læta inibi humilitatis fronte, fuerit susceptus. Inter colloquendum abbas sancti Udalrici, & nonnulli alii patres, regulari pollentes institutione sancti Simperti (ut decet) debitum honorificentiæ cultum ampliare cupientes, prelibato doctori, ac monacho humiliter supplicarunt, quatenus regularia instituta, tempore sancti Simperti custodita, & ab eodem promulgata transfummi, & transferri feceret, & ab abbate Murbacensi fieri impetraret.

Unde prædicti reverendi honorabiles ac religiosi viri domini abbas, decanus, & conventus antedicti monasterii Murbacensis pijs piis annuere votis & veritati non, decrete & magnificum vitæ ac famæ decus sancti Simperti Dei intuitu, qui gloriosus est in sanctis suis, propagare cupientes, statuta, cæremonias sancti Simperti, illibatam vitam patrum aurium aedificationem discentes, in una vetusta rotula, seu charta pergamena exarata, certa, sana, integra, illæsa, in nullis charactheribus rasa, aut caduca, tunc mihi notario infrascripto ostenderunt, præsentes, atque dederunt, meque in præsentia testium subscriptorum debita cum instantia requisierunt, quatenus abbati & conventui sancti Udalrici in Augusta, ubi sanctus Simpertus tumulatur esse dignoscitur, eandem rotulam regularium statutorum & cæremoniarum transcribere, & in publicam formam redigere vellem, in finem, ut essem copia authenticis tanquam rotulæ originali coram quibuscumque personis cuiuscumque status sive * præeminentiæ existerent fidem & creditum.

Quam quidem rotulam sive cartam pergamenam vetusta littera exaratam recepimus, vidi, ac de verbo ad verbum transcripsi, & transcripsi, & copiari, debita cum collatione per me cum eisdem facta feci, nihil addito, vel mutato, quod ea mutet substantiam, aut variet intellectum, ipsamque cartam, sive rotulam regularia statuta sancti Simperti continentem de verbo ad verbum satis alta, clara, & intelligibili voce testibus allantibus perlegi, tenorem qui sequitur continentem.

* Cod. Bertus sui præsul.

Ca. III.

ANNO CHRISTI 817.

Ca. II.

duobus modis, aut adimplendo, domino adjuvante, ſponſionem noſtram: aut ſi peccatis ſurripientibus præveriatores ſanctæ regulæ exiſtimus, emendando regularibus diſciplinis.

Secundo ut qui poſſunt regulam memoriter diſcerent. Ubi jungendum putavimus, ut cum ex corde recitanda dicitur, a diſtinctibus ordinatis diſtinctius interpretetur. Quodſtam verò notam per omnia memoriæ commendare juſſimus, qui deſcripti in noſtro catalogo continentur, quorum numerus uſque ad triginta ſex exercitiæ. Quibuſdam verò capitula decem ex eadem regula denominata diſcenda injunximus, qui ſimili modo deſcripti noſcuntur, niſi forte ætatis, aut virtus impedimento ad diſcendum obſtiterit: ſaltim hæc clauſo codice ex corde poſſunt proferre. Qui verò nec ex integro, nec ex parte illa percurrere nequierint, audiendæ ſententiæ ſingulorum penetrent, & menti reponant, in quo ſe participes cæteris ſi opere audita probaverint, eſſe non dubitent. Ubi autem addendum eſt, ut nullus fratrum prætermittatur, qui, in aliqua meditatione leſtionis divinæ tempore ordinato occuparus non ſit: verbi gratia, ut ſcholaſtici poſt quam pſalmi, cantica, & pro ſollatio temporis commendata fuerint, regula poſt regulæ textuum commoveri, interim verò hiſtoriam divinæ auctoritatis, & expoſitores ejus, nec non & collationes Patrum, & vitas eorum legendo, magiſtris eorum audientibus, peruerant. Poſtquam verò in illis probabiliter educati fuerint, ad artem litteraturæ, & ſpiritales ſe transferant flores. Qui vero de habitu feculari converſi notitia litterarum indigent, poſt cantum cognitionem pſalmi, cantica, & ſymbolum, & ſic deinceps pœnitentiam pſalmos, poſt nec reliquos, ulque dum vita, & ſpiritus in illis diſcrete diſcant.

Ca. III.

Tertio, ut omnes officium S. Benedicti faciant. Quod capitulum illis obſervandum convenit, qui hactenus Romanæ eccleſiæ officio ſub monachis habito degentes eſſe ſunt. Nos verò qui ab ipſis pene cunabulis a majoribus noſtris eruditi in eadem diſpoſitione ſeximus, quidquid nemi occurrit, quod negligentia præteremiſit, emendato ſupplere debebit; id eſt, ut omnes horæ canonicæ tam ad nocturnas vigilias, quam ad diurnas horas, excepto completorio, Antiphonis terminentur. Hebdomadarii legentes in refectorio leſtiones per ſingulas horas canonicas anticuique tempori congruentes, in eccleſia recitent, quas per ordinem memoriæ commendent. Similiter, & eas, quæ tempore æſtivo ex prophetis ad nocturnos decantandæ ſunt, pronunciationes in choro per tres horas canonicas, ideſt: ad nocturnos, Matutinis, & veſpertinis conventibus finemtimiſſione ſant. Pſalmi ordinare abſque ulla feſtinantia diſcretionibus in verbibus cadoditis pſallanrur: orationes quæ a Sacerdote recitantur, ufque ad divifionem verſuum ab eodem facerdote dicantur: ac deinde ſubſequentia congregatio reſpondeat. Quinquageſimus fine confuſione alicujus præcipitationis choris alternantibus dicatur: Kyrie eleyſon in ordine ſuo ſimul ſtando ordinate decantent. Ea verò quæ in regulari diſtributione pſalmorum de uſu Romanæ eccleſiæ addita ſunt, & in quibuſdam cremobiis in uſu non habentur, adhuc nobis retinenda cenſuimus, donec conſultu meliorum aut diſtrantur, aut tenendum territora reddantur.

Ca. XXV.

Quarto: ut abbates communes eſſe debeant ejus monachis in mandacando, in bibendo, in dormiendo, ſeu in exteris quibuſlibet cauſis. In his quippe negotiis uti regulari poteſtate volo, cui non præjudicat alicujus novæ conſtitutionis cenſura. Sive enim communi vidu, ſive in abſtinentia ſingulari, quibret ramque vulgi reſpergi petentit, quod & exemplo Salvatoris, & ejus præcurſoris fatum dignoſcitur. Nos verò ſicut in conventu fratrum indicatur exemporis noſtri expoſuimus, non in tanium obtemperando gulæ illecebris, quantum conſulendo neceſſitatibus corporis, ne vitium noſtrum Domino moderante diſponere cupimus, ut & ſuſtineat ad utilia, & non noceat ad adverſa.

Ca. IV.

Quinto ut fratres in coquina, in piſtrino, & cæteris officiis ſervilis artium propriis manibus laborent, & veſtimenta ſua lavent, in lavatione vellium antiqua conſuetudo tenetur, ut qui per ſe poſſint lavare: qui verò ſenio, aut infirmitate deficiunt, curæ præpoſiti ab aliis adjuri eorum neceſſitas explebatur. In calceamentis verò, & veſtimentis conſuendis adhuc ordinatio noſtra ſe Cneatur, ita ut qui per ſe hoc facere potuerint faciant; quibus verò cauſa impoſſibilitatis ſupra diſcipina abſtinerit, curæ præpoſiti, & camerarii eorum neceſſitas ſubſtentetur, ne ab aliis intus forſive ſolatio eis ad hoc quærendi neceſſitas incumbat. Intentio verò, quo hæc taliter ſtatuenda inſtituendi ſunt ſullones, Sartores, Sutores non, forinſecus, ſicut hactenus, ſed intrinſecus, qui illa fratribus neceſſitatum habentibus faciant, quæ induciæ ſique calendarum fratres proximas dandæ ſunt: In coquinandi verò, & piſtrinandi arte in commune ab omnibus adjuvetur, cum a Septemanariis quam a reliquis omnibus, quibus ſolatio ſint novitii, & puſtantes noſtri ad hoc deputati, donec in ſupradictis ſpario temporis fratres ad hoc eligantur, qui hoc annuis temporibus accurſis viciſſim expleant, cæterorum omnium ſolatio, ſicut hactenus adjuri.

Ca. V.

Sexto de modo vigiliarum obſervando, ſicut in illo capitulare continetur, ſufficit nobis, ideſt, ut quos vigiliarum ſemper cum die finiatur, niſi forte maturivus contingat fugere, ubi neceſſe eſt, ut inbecillitas corporum ſomno refocilletur.

Ca. VIII.

Septimo: ut a volatilibus omni tempore ab omnibus abſtineatur, excepta cauſa infirmitatis, licet hoc regulæ auctoritas non interdicat, ſed quaſi in arbitrio edendi aut edendi derelinquat. Decreverunt in præfata ſynodo ſancti Patres, quia optimum noſtræ reliſtum eſt, religioſioris vitæ ſumere, diſciplinano, ſuoque præcepto. ſirmaverunt, ut a tali edulio monachi abſtinentiæ fœno omni tempore cohibeantur, excepta cauſa neceſſitatis ſupraſcripta.

Ca. XXIII.

Octavo & nono: capitulis, in quibus latio pedum in quadrageſima & cœna Domini deſcribitur, facili ordine poterit obſervari.

REGULARIA DECRETA A SANCTA SYNODO IN FRANCIA

Juſſu Karoli Magni Patricii & regis Romanorum celebrata, ad memoriam verbo & ſcripto, præſentibus fratribus monaſterii Murbacenſis patefacta per Simpertum abbatem ejuſdem loci & epiſcopo Auguſtenſi; cui Synodo interfuit perſonaliter.

AD memoriam veſtram fratres Karliſmi, revocare ſcripto decrevimus ea, quæ verbis & capitulis proximæ a ſancta Synodo auribus veſtris intimavimus, & in ſingulis capitulis, quæ ibi digeſta ſunt, quæ ſi occapitulationem facientes, poſſibiliratis, & neceſſitatis eis commoda requiſivimus, quia quædam ibi ſecundum auctoritatem ſe, quædam verò ubi de conſuetudine ſunt: quæ conſuetudo, ſi alliquo vitio corrupta non fuerit, pro lege regulari inculpate retineri poterit.

Primò enim capitulo denuntiatum eſt, ut aquis cum abbates ad propria loca remeaſſent, re ea ſ. gulam per ſingula diſcutientes relegerent, & adimplerent, quod a nobis in diſcutione verborum juxta modulum intelligentiæ noſtræ actum eſt. Illa verò adimpletio, nonſtatio in ſpatio temporis ſicut illa interpretatio, ſed in curſu totius vitæ noſtræ ponenda eſt

duo-

ANNO CHRISTI 817.

vari, ſi abbas præſens fuerit: ſi non præpoſitus, qui in vice ejus eſt, ſicut locum. A
ita officium compleat.

Cs. XXVI. Decimo, ut abbates frequenter villas non circumeant, niſi cauſa neceſſitatis, nec fratribus illas cuſtodiendas committant: ubi noſtræ viſitationis caritas unum non nocerat. Nam frequentationis circumitio inter villas nec nanquam fit a nobis, quia aliud impedimentum noſtræ occupationis nos fatigat, dum inter curas epiſcopatus & Palatinæ ordinationes nulla ad providendas poſſeſſiones noſtras nobis licentia ſuppetit. Sed Deus eſt teſtis, qui conſcius eſt cordis, quod in terrenis occupationibus non ſponte ſed invitos inhærere, qui quandoque a tributis Cæſaris nos abſolvat, quibus obnoxii ſumus, ut ſecurius, quæ Dei ſunt quandoque nobis agere liceat. Fratres vero, qui in diverſis miniſteriis fuerit occupati fuerant, medio Auguſto, cum mutatio facienda erit, five de cellis, ſeu de villis ad cœnobium redeant, quod ante noſtratenus fieri potuit propter notitiam locorum, in quibus prodant. Interim vero abſtores boni providendi ſunt, qui prædicta loca in poſterum providean.

Cs. X. Undecimo, ut poma, & lactuce, niſi cum aliis cibis ſimul, non comedantur, quod ſtatim adimpletum eſt.

Cs. XI. Duodecimo vero capitulo: ut tempus phlebotomiæ certum non terminetur, niſi quando neceſſitas expoſcit venarium. Hoc C
jungendum eſt, ut qui tantummodo phlebotomiantur, quadrageſimali cibo reficiantur: qui vero potionem pro certis aut denominatis paſtionibus ſiberint, eſa volatilium reparentur. Et ideo volatilia, quæ de curtis noſtris venire annuo tempore ſoliti fuerant, ad hæc reſervantur: quæ vero ex acto * cenſu ab hominibus noſtris veniebant, penſandum qualiter in fratrum neceſſaria utilius vertantur. * Cens. &c.

Cs. XXIV. Tertiodecimo: ut mandatum poſt cœnam fiat, quod & ſtatim factum eſt.

Cs. XX. Quarto decimo: ut mediocra veſtimenta dentur. Ubi jungendum, caperina veſtimenta, ſeu ferico circumſuta omnino monachis interdicta ſint. Si vero aliquod aliquem hujuſcemodi veſtimentum cum velocitate conſumptum, aut mutatum, amplius cavatur, ne addatur.

Cs. XXII. Quintodecimo. Quod de numero veſtimentorum, ſeu calceamentorum dictum eſt: & de datione unſti, & ſapone, ſicut hactenus a nobis obſervatum eſt, ablatione in antea tenetur: ut indigentibus veſtimenta præbeantur; veteribus in præſenti redditis: quæ vero ſuperabundant Priori reddantur propter pauperes conſolandes. Corium vero confectum fratribus detur, ad annum ſicut ante, ufque dum futores nutriantur. Tunc calceamenta præbeantur, ſicut in ſynodo de- E
finitum eſt. Radendi vero uſus, qui media quadrageſima ſolebat fieri, in ſabbatum ſancti paſchæ differatur.

Sexto decimo vero, & decimoſeptimo capitulo nihil addendum eſt, quia ſicut ante a nobis obſervatum eſt, ſic in antea obſervabitur.

Decimooctavo capitulo, in quo carcer ta- F
lium jubetur, ut ſocius in eo fieri poſſit: iſte quem hactenus habuimus ſufficiat, uſque dum plus neceſſaria ædificia, quæ igne conſumpta ſunt, reſtaurentur.

Decimonono capitulo de aſſeluja decantatione, ſicut in eadem Synodo definitum eſt, Cs. XXX.
Romanæ eccleſiæ concorditer, ut in ſeptuageſima dimittatur.

Vicefimo capitulo de ſuſceptione novitiorum, ſicut regula docet, ita agatur. Tonſura vero crœmæ & mutatio veſtimentorum poſtquam probationem ſtatim firmaverint, agatur. De ſacerdotibus vero vel ſcholaſticis ſuſcipiendis præceptum ſynodi non habemus; & ideo ſuſcepto eorum regularis, quantum poſſibilitas fuit, habeatur: ubique dum decretum manifeſtius inde audiatur.

Vicefimo primo capitulo ulus balnei in- Cs. VII.
terdictus omnino eſt, excepto quibus neceſſitas infirmitatis inſiſtit. Unde non (a) cre- (a) Sic.
diderantes infirmorum imbecillitates uſque ad initium quadrageſimæ exaphas balneum concedimus. Interim vero ſiant copiæ balneariæ abundantes, præpoſiti & cellerarii ſollicitudine factæ, in quibus fratres ſingillatim, & non communiter, cum neceſſitas expoſcit, beneficiſione antea percepta, lavare poſſint; inveniens ibi ſolatia præbendi ſibi, acceſſu extraneorum. In hac dilatione non prævaricatores ſynodi, quod abſit, ſimus, fed induciis factis, ufque dum neceſſitas procuretur ut illicitum cuatur auferatur.

Vicefimo ſecundo capitulo, in quo præcipitur, ut abbas ad portam cum hoſpitibus non conviret, quod nos in uſu numquam habuimus. In auditorio vero, ubi abbas ſedere ſolet, & cum fratribus & cum hoſpitibus viciſſim ſeu communiter colloquium, habere ſolitus eſt, comodere cum hoſpitibus valde raro in uſum noſtrum, nil ſecretius tractaturi, habere volumus. Qui locus in confinio claufti, & januæ monaſterii fitus eſt, itaut fratres ſine impedimento hoſpitum, & hoſpites ſine fratribus ad colloquium recipere poſſit.

Vicefimonoctavo capitulo: ut hoſpitibus, Cs. XXIII.
quibus licentia intrandi eſt in refectorium, Dignoſcere debeamus. Abba vero contentus ſit cibo fratrum, quod facile obſervabitur, ut & abbati digne adminiſtretur, & hoſpitibus. Fratres etiam in adventu fratrum aliquatenus congaudeant, & abſtinentiæ fervena relaxent.

Vicefimo quarto, & quinto capitulis, quæ Cs. XXIII. & XXIV.
de lectoris cibo & miniſtrorum refectione, defcripta ſunt, ſtatim obſervata ſunt.

Ultima vero duo capitula, quæ de pro- Cs. XIX. & XX.
hibitione oſculi fœminarum, & ut monachi nudi non verberentur, iſtiuſmodi ufus apud nos nunquam fuit, nec Domino avertente, in antea erit. De comparatione, & commatratione omnino caveatur, ne ab ullo monachorum aliqua occaſione præſumatur, quia in veritate non expedit animabus eorum, & omnino alienum eſt a propoſito eorum. Hactenus explicitis capitulis, quæ (b) Sic. ſa-
proxime in ſua (b) ſynodo geſta ſunt, & pra-
a nobis recapitulatis; ſuperſunt aliqua, quæ illa ſchola monachorum in uſu habet juxta quorum exempla non informandi ſumus.

Duas enim ſilentii regulas cuſtodiunt, unam nocturnam, alteram diurnam. Illa cum no-

ANNO CHRISTI 817.

noſturna a collatione veſpertinali uſque ad A
verſum capituli protrahitur. Illa vero diurna a verſo capituli uſque ad ſuprædictam veſpertinam conflationem. In illo enim nocturnali ſilentio penitus loquendi licentia interdicta eſt. In diurnali vero cum alter alterum appellaverit, ſive juniore a ſeniore aliquid requifierit, ſilenter abſque ullo ſtrepitu vocis, & humilis ſit conſabulatio, pauca vel valde & rationabilibus verbis, nullaque eis aut vanis ſtandi, aut ſuperfedendi, aut coambulandi ſinitur mora, excepto diſcendi aut cooperandi gratia, ſed ſemper aut in- B
lectione, aut in opere manuum omnes horas diurnas conſumant.

Intervallum quod inter opus Dei & horam refectionis conſigerit, aut orando, aut legendo tranſigant: excepto ſi ad neceſſitatem naturæ, quis ire debeat. Ubicumque gloria ſanctæ Trinitatis five in oratorio ſive in quolibet loco inſonuerit, ſi ſtantes fuerit, prope ufque ad humum proſternantur ufque dum ſancta Trinitas perdicatur. Si verò ſederint, ab humo ſurgentes gloriam reſurgendo & inclinando deferunt ſanctæ Trinitati.

Obviantes ſibi juniores a prioribus ufque ad genuflexionem corpora humiliando petunt benedictionem. Cum & domum quemlibet intraverint, ubi conventus fratrum, eſſe debet, genuflexo & ſupplice dextera petunt benedictionem, cruceu adorando & C
benedictionem poſtulando. In ſalutatione hoſpitum ſimiliter & genuflectium, & dexteram terratenus dimittunt.

Cum tempus legendi eſt numquam ſine, lectiorivo fuo redidere audent, ſed ſinguli ſingulos habentes lectionem ſuam in eis memores * commendant, qui quomodo a nobis ſit obſervatum, & a nobis obſervandum eſt. Jurandi uſus apud eos penitus non habetur, quod evangelicum mandatum cum omnibus chriſtianis interdicat: quanto magis his, qui cum nomine chriſtiano etiam ſæculo abrenuntiaverunt?

Uſum laicalis portus quam ſufficientis, D
qui inter eos ſchola licet ſiant ſequuntur. In- tali etiam conſabulatione notitia ſcripturarum aliquotiens magis quam lectione penetratur & diſtenditur uſus diſcitur, & ad diſcendum cauſas acuitur.

Hæc & alia ſimilia his quæ menti non occurrunt in ſupra dictorum cœnobitarum converſationibus aperta habemus, ad quorum exempla informandos per univerſa regni ſui cœnobia monachos decrevit imperiali cenſura, ut uno modo ea, quæ ex auctoritate regulæ & ex illa, quæ ex conſuetudinum adinventione aguntur, in uſu habeantur. Unde neceſſarium reor ſi veſtræ placeat dilectioni ut in his ante præmoniti certamen habeatis in his omnibus inſtrui, ut E
bonis, & honeſtis moribus exculti non tantum coram Deo laudabiles, ſed etiam coram hominibus . . . . . poſſit ad humilitatem & gratiarum actionem cæteros revocare. Interim providendi ſunt unus, aut duo, qui in unumquodlibet ex his cœnobiis mittantur ad ſpeculandam vitam, & habitum illorum, qui nos in omnibus, in quibus fortaſſe ritibus, & honeſtis moribus, qui & illa bona exempli forma ſint ad quos intraverint, & nobis ſine ætaniis mixtum triticum reponendum in horrea reportante.

„ Super quibus omnibus & ſingulis, dum „ reverendi honorabiles ac religioſi viri do- „ mini Walcherus de Wiltsperg abbas, „ Leonardus de Reichenhain decanus, ca- „ pitulum, ſeu conventus imperialis monaſterii Murbacenſis ſibi a me ut publico no- „ tario ſubſcripto unum vel plura publicum „ ſeu publica fieri poſtulaverint, quod fecerint neceſſaria, inſtrumentum vel inſtru- „ menta.

„ Acta ſunt hæc anno, Indictione, die, „ menſe diſti Maximiliani Romanorum re- „ gis tempore, loco, & hora quibus ſu- „ pra, præſentibus ibidem honorabili domi- „ no, & diſcreto viro Joanne Bernhardo „ ſbytero capellano Murbacenſi, & Richar- „ do Muling, argue Joanne de Vvertheim ejuſdem loci incolis laicis litteratis Baſi- „ lienſis Dioeceſis, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis.

„ Et ego Wilhelmus de Hohenhem &c. lai- „ cus conjugatus, Conſtantienſis dioëtor publicus facra imperiali auctoritate Notarius, quia dictæ rotulæ pergamineæ ventæ, ſeu carte ſtatutorum, ac ceremoniarum regularium tempore Sandi Gu- „ nperti ufitatorum, præſentationi, receptioni, requiſitioni, tranſumptioni, ac auſcultationi, omnibuſque aliis & ſingulis præmiſſis, dum ſicut præmittitur fierent, & agerentur, una cum præmonitis teſtibus præſens interfui, eaque omnia & ſingula ſic fieri vidi, & audivi, ideoque præſens publicum tranſumpti inſtrumentum per me fideliter ſcriptum exinde confeci, ſubſcripſi, publicavi, & in hanc publicam formam redegi, ſignoque & nomine meis ſolitis, & conſuetis ſignavi, rogatus pariter & requiſitus in fidem, & teſtimonium omnium & ſingulorum. Attamen ut veritas magis elucefcat, & ſides plena adhibeatur, reverendus ſemper ac colendus Dominus Walcherus ſepe dictus abbas Murbacenſis præfens publicum tranſumpti inſtrumentum ſigilli ipſius appenſione communiri fecit, ac juſſit.

A D hunc pariter Aquiſgranenſem conventum inſcribitio ipſa vetuſti Caſinenſis Codicis refert Capitula pro Monachorum reformatione, quæ P. Angelus de Nuce vulgavit in appendice ad Chronicon Caſinenſe. Sunt vero hæc ipſa capita, quæ Labbeus ex Sigmondo accepta dedit; fed cum nonnulla ferant vel additamenta vel ſupplementa quibus forte corrigitur lectio vitiati codicis a Simondo confulti; hinc operæ pretium me feciſſe putavi ſi pauca illa adnotaverim. Ac primo quidem lectores moneo deeſſe in capitulari illo Caſinenſi caput de volatilium eſu penitus interdicto, quod in capitulari Sirmondi legi ſuperius admonui. Deeſt & caput IX. & X. XXII. XXVIII. IX. LXXX. Ordo etiam capitum utrinque diſcrepat. Caput XLI. Sirmondi ita legit: *Ut ſi qui negligenter ſonitum dederit, aut aliquando exceſſerit in refectorio, mox a Priore veniam petat*; id vero pon-

ANNO CHRISTI 817.

ANNO CHRISTI 817.

pondet Capiti XXXI. Cafinenſi in hanc ſententiam concepto: *Ut ſi quis negligenter ſonum fecerit, vel aliud quid exceſſerit in refectorio, non a Priore omnium petat, & omnes ante Priore ſurgat: ſervetur tamen ſilentio, & cum egreſſi fuerint expleta oratione omnium petat, & ſecundum modum culpæ judicio ſubjaceat.* Caput XIII. Labbeus fert: *Ut cum a quocumque Priore ſint interpretatur Grc. Caſinenſis fert: Ut cum (ab) abbate vel quocumque Priore Grc.* Cap. XXI. Labbeus: *Ut menſura cuculle*, Caſinenſis: *Ut menſura ſcapularis*. Labbei XXXI. *Ut præpoſitus Grc. poſt abbatem majorem reliquis Abbati ſubditis habeat poteſtatem.* Caſinenſis: *Ut præpoſitus &c. poſt abbatem majorem reliquos Abbatibus ſubditis habeat poteſtatem.* Labbeus Cap. XXXIV. *Notantur res quæ habet monaſtius ſine commeatu*, Caſinenſis: *parcutibus vel aucibus*. Labbeus cap. XXXVI. *peſtucum pro eo (ſuero) faciunt, quam tempore intelligibili ipſi inter conſtruunt*; Caſinenſis: *quam tempore intelligibili regulam obſervare promiſerit, ipſe pour conſtruunt*. Labbeus XLIII. *ſeruonum juramenta aut affirmationes Grc.* Caſinenſi. *juramenta affirmationis*. Lab. cap. XLVI. *In feſtis Grc. S. Martini*; Caſinen. S. *Martini*, in S. *Benedicti*. Lab. LVI. *Ut præpoſitus decanus, cellerarius & eorum miniſterio niſi cauſa utilitatis & neceſſitatis non removeantur*; Caſinenſi. *Ut Senior, decanus, cellerarius, portararius & eorum miniſterio niſi cauſa infirmitatis manducet.* Hic tamen duo canones, de quibus in Labbæum codices, male conſuli videntur. Labb. cap. LIX. *Ut abbates monachos ſecum in itinere niſi Grc. non ducant*. Quomodo iſta cohærent cum canone XV. *ut ſub fine fratre in via non diriguatur?* Melius igitur in Caſinenſi L. *Ut Canonici Abbatez monachos ſecum in itinere niſi Grc. non ducat*. Lab. LXI. *Ut monachi cappas diſſoluitas Grc.* Caſinenſi. *Cappas tiſſutas*. Lab. LXVII. *Lector ſtando benedictionem poſtulet*. Caſ. *Stante humiliatur*. Lab. LXXIV. *Ad Sanctus ſtantes*. Caſ. *Stantes inclinati*. Lab. LXXVIII. *In paſcha tantum quatuor dicbus*; Catin. & *Paſcha tribus diebus*. Hæ ſunt variantes majoris momenti e Caſinenſi codice refultantes, quas adnotaſſe æqui bonique lectores mihi facilime, quorum etiam judicio relinquo, utrum omnes, ſicut de aliquibus conſtat; Labbeanæ lectioni ſint præferendæ.

PASCHALIS PAPA I.

Sedit ab anno 817. *uſque ad* 824.

AD EPISTOLAS PASCHALIS I.

APPENDIX.

AD SEQUENTEM EPISTOLAM COLLECTORIS ADMONITIO.

SEquentem epiſtolam ex Ughellio accepiam dedit quidem Labbeus, ſed mutilam adeo, & erroribus ſcatentem, ut vix intendam elici ex ea ſenſus aliquis congruus poſſit. Sincerrimem ex authographo in arboris cortice, ove ut apeius arbitrarentur in papyro ægyptia expreſſo, & in Ambroſiana Mediolanenſi bibliotheca ſervato exhibent Palatini ſocii, qui rerum Italicarum ſcriptores a Muratorio collectos dederunt. Ejus pariter exordium legitur totidem verbis in libro Diurno Romanorum Pontificum a Garmerio edito cap. VII. num. IX. ex illo vero menda nonnulla, quæ in bullam hanc Paſchalis irrepſerunt emendari poſſe, idem Garnerius optime monet. Ea vero cura, quod a nemine hucuſque ſit præſtitum, nos manet, daturos bullam ex Mediolanenſi autographo, & variantia ex libro Diurno, quæ ad id valent, ut non quomodo ſcribunt, ſed quomodo ſcribendum ſuerit demonſtrent.

PASCHALIS AD PETRONACIUM ARCHIEPISCOPUM RAVENNATEM EPISTOLA,

De confirmatione privilegiorum Ravennatis eccleſiæ.

(a) Pia & ſtatorum voluntati.
(b) Rectitudinis forma.
(c) Valeant refragum. tione perturbari.
(d) Do mo. Ecclesiæ Dei.
(e) Ordinaque, qua ſuppetunt, rationi ſuppetunt ex ſigil

Paſchalis epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, reverendo & ſanctiſſimo fratri Petronacio archiepiſcopo ſanctæ Ravennatis eccleſiæ, & per te in eadem eccleſia in perpetuum.

CUm pia (a) deſideriis voluntate (a) & laudande devotionis intentio apoſtolicis ſit ſemper ſtudiis adjuvanda; cura eſt ſollicitudinis adhibenda, ut ea, quæ legaliter geruntur, & æquitati perſonæ (b) convenunque, nulla valeat refragatione pertur- vare (c); ſed irrefragavilis jure Deo (d) valeat permanere, & ob hoc apoſtolicis confirmatis ſanctionibus propria, (e) quæ rationi ſuppetunt fas exiget poſſidenda.

confirmari. (f) Igitur quoniam quidem ſacrotenna ſanctitas tua direxit nobis per Sergium religioſum diaconem eandæ tuæ Ravennatis eccleſiæ privilegium domini Adriani quondam papæ prædeceſſoris noſtri, in quo confirmabit privilegia Leonis quondam imperatoris, facta ab Epiphanio quondam religioſo notario, & ſcrinario, & apocrifario ſanctæ Ravennatis eccleſiæ, qui diretus eſt a venerandæ memoriæ Damiano archiepiſcopo, ut confirmaret ſacræ eſſent præcedentes formulas ab ipſo Leone imperatore tam divæ memoriæ priſci Juſtiniani, quam

(f) Hinc Dipticha Dionysii.

ANNO CHRISTI 817.

quanquam ceteris piiſſimis Imperatoribus privilegia ſanctæ veſtræ eccleſiæ præfatæ, in quibus & aliis piis capitulis, & ut ſine facrilegio vel feritis rapinæ ejus ſines præſargite ſunt, & promulgationes. Poſtulabit quoque nobis tua almitas eadem ipſa per noſtros apoſtolicos apices firmitatem accipere. Unde annuentes præparatius ſanctimus, & confirmamus omnia quecumque tunc privilegia edita in ſancta veſtra Ravennatis eccleſia tam prædeceſſorum noſtrorum, pontificum ſcilicet ſanctæ recordationis Hadriani & Leonis, ſeu prædeceſſorum illorum, quamque imperatorum, vel donationem, aut a chriſtianis hominibus per donationes vel venditiones ſeu teſtamentis oblata, juſto ordine generaliter & ſpecialiter omnium ſanctæ tuæ eccleſiæ largitatem convorationis ſimiratem in perpetuum habere præcipimus, & confirmamus, ut nullum locum aut jus ſubjacentem ſub dicione ſanctæ tuæ eccleſiæ per quoſlibet adinventionis argumento, potentia quoquo modo audente, judicati ſuffulmen civili aut militari præcinto, uſurpari vel ſubtrahere aut violare, vel novatione ædificationis inducere, ſed ſi quis eorum aut eadentem templum renovare aut edificare temptaverit, non habere licentiam ante hoc agere, niſi prius per ſolitam benedictionem paterna ſanctitati veſtræ ſanctæ & venerabilis cruc ibi ſignare; neque qui ex alio epiſcopato dicione aut civitatis ibidem venientes & commorantes Deo amabiles clericos perfumere in ſubjacentibus vobis eccleſiis ſine præceptorem veſtram Sacerdotalem agere miniſterium.., magis autem & omnes advenarum religioſiſſimos clericos limites atque actiones veſtræ ſanctitatem obaudire & definire & ſecundum divinarum legum & ſacratiſſimarum regularum tenore effectum in eis inſerre monaiterio veſtro ſancti primi Martyris Stephani, qui ſic nominatur, fundamenta, & rejacet juxta palatium, cum omnibus eidem pertinentibus religioſis Monachis, omnia veneranda oracula, & Monaſteria, & ceteros venerandes locos ſub patrocinia ſtientes ſanctitati veſtræ, ſub dicione & poteſtate ſanctitati veſtræ ſubjaceant, & per te ſanctæ tuæ eccleſiæ & quecumque ſacris eis privilegiis in integro obſervandis ſuper his; nec nullum moleſtia aut angarias aut gravamina, aut excuvias quilibet inferre.., parti ſanctæ tuæ eccleſiæ, nec non colonos aut partiarios & ſervos ſubjacentes parti ſanctæ veſtræ Eccleſiæ a quolibet omnium ad militandum fabricabere; ſed & militari fuerint eos diſcingi & deſmilitari juvenes veſtræ venerandæ redituros parti, ut ſi quis talia temerauer præſumpſerit temptaverit, de his qui a nobis pie ſanctita ſunt, & juſte a nobis petitis, & per præſentem noſtram apoſtolicam contineturer formula, non ſolum nihil prevaleat, ſed etiam pro talem atrocem audaciam, & omnium ſuarum facultatum amiſſione faciantur, necnon & a dimarum adverſionis periculum minime declinare poterint, ſufficientibus omnibus in oſtenſione ſola hujus apoſtolice veſtræ exacrationis. Si quis verò contra hoc noſtrum apoſtolicum præceptum egerit, componat auri obriti libras quinque; inſuper & anathematis vinculis hic innodatus, & perpetuæ condemnationis ſubmiſſus. Quod præceptum confirmationis a nobis factum ſcriendum precepimus Timotheo notario & ſcrinario ſedis noſtræ, in menſe julie, indictione duodecima † Bene valete †

Datum V. Idus Julias per manum Sergii bibliothecarii Sanctæ ſedis apoſtolicæ, imperante Domino noſtro perpetuo auguſto Hiudovico a Deo coronato magno pacifico Imperatore anno ſexto, ſed & Hlothario novo imperatore ejus ſilio anno ..... indictione duodecima.

ADMONITIO COLLECTORIS IN SEQUENTEM EPISTOLAM.

GRatianus can. 1. quæſt. III. cap. VII. *Si quis objecerit &c.* cæterique decretorum Collectores fragmentum quoddam canonicum afferunt, Paſchalis nomine inſcripturn, quod Romani ejuſdem operis correctores deceptum eſſe affirmant ex epiſtola quadam Paſchalis papæ, eamque integram vel ſeriem tantum extare aſſerunt in Bibioth. Vatic. in Collectione MS. Decretorum a Rom. Pontif. latorum. Ex quo etiam codice pertinere illam ad Paſchalem I. deducunt; cum in eadem collectione, poſt Adrianı II. epiſtolas, ordine ſuccedat; decreta vero Paſchalis II. ſtatim poſt Urbanum II. juxta ac ſeries pontificum exigit, ſubjungantur. Hanc epiſtam epiſtolam ego noſtra ſum in appendice anonymi ad codicem MS. Burchardi, quem bibliotheca cathedralis eccleſiæ S. Marci Lucenſis ſervat, ex quo hic dandam, ſuſcipio, eo libenior, quod nondum vulgatam arbitror, & integrior eſt præ illa Romanorum cenſorum, utpote quæ data inſcribitur *ad archiepiſcopum Mediolanenſem*, quam inſcriptionem deeſſe in Romano co-

Concilior. Supplem. Tom. I.

dice ex ſilentio eorum intelligo. Ex eodem pariter codice meo deduco nonnihil ad Paſchal. primum pertinere cum præſertim in titulo *Epiſtola Paſchaſii papæ Grc.* ita enim deſignare conſueviſſe ætatis illius ſcriptores ; eſt enim codex ſæculi XII. ineuntis) Paſchalem I. demonſtrat exemplum Ivonis Carnotenſis, qui in epiſtola XX. ad Reudonem, ſeu Eudonem Normannie Dapiferum edit. Jurett, eadem appellatione Paſchalem I. deſignat.

Denique Urbanus Papa II. qui Paſchalem II. præceſſit, ex hac ipſa Epiſtola, quam Paſchalis (primi utique) agnoſcit in epiſt. ad Lucium Præpoſitum inter Labbeanas num. XVII. teſtimonium profert, ipſum videlicet quod extat in cap. *ſi quis objecerit* VII. q. 3.

Poſt hæc ſcripta incidi in eandem ipſam epiſt. a Gerohо Præpoſito Reichersbergenſi in Comment. in Pſalm. tricitatam pag. 519. edit. Petii, quæ tamen in ſine plurimum ab hac noſtra diſcrepat. Qui enim epilogus eſt epiſt. in Gerobo congruit cum eodem in Concilia Toletani, quem ego in eodem MS. Codice of-

ANNO CHRISTI 817.

fendi, ubi & hanc Paschalis epistolam na- ctus sum; imo & statim post illam scribi- tur. Hinc si conjecturam ducere liceat, cen- seo Paschalis epistolam illam recitatam fuisse in Toletano aliquo concilio, cujus acta perie- rint; statimque Patres canonem secundum illam dictasse. Hæc causa fuit ut in codice Gerohi alterum alteri subjungeretur. Ut- cumque sit. Epistolam profero ex meo co- dice; notatis ad extremam pagellæ oram ex Gerohio variantibus. Canonem vero Tole- tanum, qui huic ipsi epistolæ apud Gerohum alluitur, dedi supra pag. 275.

EPISTOLA PASCHASII PAPÆ

ad archiepiscopum Mediolanensem. (a)

(a) Ad Mediolanenses.
(b) Æternæ.
(c) Deest Frater.
(d) Domino prophetante.

FRaternæ (b) mortis crimen incurrit, quisquis, cum potest, Frater (c) Fra- trem a morte minime defendit. Nos quo- que, qui excellentiæ vestræ summum discri- men audivimus, summi reatus pœnam incur- rimus, si tacemus; domino per Prophetam terribiliter testante (d) quod profectò san- guinem fundit, qui impiorum iniquitatem tacendo dissimulat. Audivimus enim, quod valde miramur, quod sacri apud vos ordi- nes pecuniis distrahuntur, dum quicumque tale aliquid attentaverit (e) omninò Hæ- retici comprobentur, sancto spiritu per Gre- gorium intonante (f) quia quisquis per pe- cuniam *ordinatur, ad hoc ut fiat hæreticus promovetur.* Et ut nostræ hujus paginulæ non præsumptionem (g) sed timoris causam fuisse monstremus beatus idem prosequitur: *Quisquis contra simoniacam, & Neophytorum hæresim pro officii sui loco vehementer non arserit, cum eo se non dubitet habiturum por- tionem, qui primus commisit hoc piaculare flagitium.* Quibus in verbis cum hæretica, (h) & simoniaca, & Neophytorum hæ- resis exprimatur, quod etiam (i) morte di- gnissimum crimen sit apertissime declaratur, protestante per Augustinum divino oraculo, ac dicente: (k) *Firmissime tene, & nulla- tenus dubites, omnem hæreticum, vel schis- maticum, quamvis multas eleemosinas fa- ciat, vel etiam pro Christo sanguinem fundat, cum diabolo, & angelis ejus æterni ignis in- cendio mancipandum, nisi ante finem hujus catholicæ vitæ (l) fuerit incorporatus, & reintegratus Ecclesiæ.* Hinc est quod Domi- nus vendentes, & ementes de templo eje- cit; Dathan, & Abiron ambientes terra glutivit; Simonemque (m) tentantem Pe- trus damnavit, omnesque simoniacos ec- clesiasticis jaculis Petrus (n) perpetuo ana- themate condemnavit. Et turpe nimium est, ut in plenissimum jam vigorem confirmata Ecclesia, tam ferali inimico succumbat; i- deoque (o) in primordio suæ infantiæ tanta virtute triumphabat. (p) Si quis autem ob- jecerit, non consecrationes, sed res ipsas, quæ ex consecratione proveniunt, vendi; videtur quidem aliquid dicere, nihil autem penitus sapere.

(e) Acceptaverit.
(f) In epist. ad Episc. lib. 4. ep. 56.
(g) Præsumptionis
(h) Simoniaca, & Neophytorum hæresis.
(i) æterna.
(k) Aug. lib. de Fide cap. 39.
(l) vitæ catholicæ.
(m) Magum.
(n) deest Petrus.
(o) de quo.
(p) Can. Siquis objecerit V. quæst. 3.

Nam cum corporalis (q) ecclesia, aut episcopus, vel abbas, aut tale aliquid sine rebus corporalibus & exterioribus in nullo proficiat; sicut nec anima sine corpo- re temporaliter vivit. (r) Quisquis eorum alterum vendit, sine quo alterum habere non (s) provenit, neutrum non venditum non (t) derelinquit. Quam tamen objectio- nem sacer penitus canon exterminat; cum procuratorem vel defensorem ecclesiæ vel regulæ subjectum (u) per pecunias ordina- ri prohibeat, ut interventores quoque tan- ti sceleris anathematis mucrone succidat. Quid plura? si anathematizati & excommu- nicati, & ut vere hæretici Simoniaci & Neophyti a numero sunt fidelium, (x) ecclesiæ separati, quis non videat, quod hujusmodi sacerdotum aut clericorum missæ & oratio- nes Dominum ad iracundiam super populum provocent, quem placari talibus credeba- mus? Scriptum est enim (y) *Omne quod non est ex fide, peccatum est*; & ut (z) Veri sa- crificii locus extra catholicam ecclesiam non est; unde & dicitur: (a) *hæreticum hominem post primam & secundam correctio- nem devita.* Quomodo ergo tales episco- pos, abbates vel religiosos (b) clericos de- vitamus? si eorum missas audimus, cum qui- bus, si vel simul oramus, excommunicationem subimus? Quos quidem sacerdotes esse fal- tem credere omnino errare est, cum Petrus Simoni dicat: (c) *Pecunia tua tecum sit in perditionem; quia existimasti donum Dei pe- cuniis possidere.* Ubi cum *existimasti* dici- tur, patet, quia non pro eo quod fecerit, sed quia facere se posse crediderit conde- mnatur. (d) Cum tamen minus sit existi- mare, quam credere. Cum itaque hæreticum qualemcumque esse, sit certa & indubitata damnatio, quid valet Arianos, Sabellia- nos, Fotinianos, impiosque Manichæos pe- ne orbe pepulisse, si Simoniaca & Neophy- torum hæresis, quæ ut B. Gregorius dicit, *ante omnes in sancta ecclesia diabolica frau- de surrexit*, quasi prima & maxima eccle- siæ castitatem fœda nimium pollutione con- taminetur? Igitur in Dominum & propter Dominum vestram excellentiam & omnes fideles Christi rogamus & obtestamur, si ha- bere partem in Christo cupitis, summopere instate, ut tam sæva pestis, quæ in univer- sos jam populos usquequaque sæviendo æ- terna morte multavit; vestra authoritate & exemplo penitus destruatur, ne ulterius, quod absit, in spiritum peccare, neque hic, neque in futuro sæculo remittatur.

ANNO CHRISTI 817.

(q) deest corporalis.
(r) Vide Urbani II. epist. XVII. ad Lucium.
(s) Nos.
(t) deest non.
(u) a Deo.
(x) &
(y) Rom. XIV. 23.
(z) in ipsa
(a) Tit. III. 10.
(b) religiosos.
(c) Act. VIII. 20.
(d) Hucusque Gregorius, apud quem hæc subduntur. Et nos [illegible] anathemate interdicimus ipsum de hæresi simoniæ, sicut sancta decrevit synodus, nullum [illegible] ecclesiarum consecrationem, aut archipresbyteratum, aut commendationes altarium, aut traditiones ecclesiarum vendere. Quisquis conduxerit, aut vendiderit, aut emerit, anathema sit. amen. Et responderunt omnes tertio, fiat fiat. Et ita absolvitur epistola apud eundem.

ADNOTATIO COLLECTORIS IN HANC EPISTOLAM.

EPistolam hanc primum quidem a me evul- gari olim putavi; dein fere integram na- ctus sum in Geroho; tandem cum jam prælo sub- iiciendam dedissem, integram reperi apud Ivonem Decret. par. 2. cap. 84. qui illam recitat sub præ- fixo titulo: *Ex decretis Paschalis papæ.*

VE-

ANNO CHRISTI 818.

VENETUM CONCILIUM,

Quo Joannes patriarchatus Gradensis invasor e sede sua dejectus est,

Anno 818. circiter habitum.

FOrtunato Gradensi patriarcha e sede sua vel subtracto vel abeunte, & in Gal- liam aufugiente, Joannes quidam monachus sedem illam occupavit, & tenuit quadrien- nio. Tunc reconciliatus cum Venetis Fortu- natus thronum suum repetiit; eademque de causa coacta synodus Joannem invasorem dejecit, Fortunatum restituit. Hæc Dandulus Chronici lib. 8. cap. I. *Joannes, qui patri- archatum invaserat, synodali censura deposi- tus est.* Nec plura de concilio isto rescivi- mus.

SYNODUS PERSICA forte SELEUCIENSIS NESTORIANORUM,

In qua canones ad disciplinam ecclesiasticam pertinentes conditi, Præside Josue Bar-Nun Nestorianorum Catholico, anno Ægiræ 205. Græcorum 1131. Christi 820.

Anno 820. SYnodus Josue Bar-Nun, ait Assemanus Bibliot. Orient. tom. III. par. II. pagi- na CLXXXVIII. habita quo is anno ele- ctus fuit, hoc est Arabum 205. Christi 820. Græcorum 1131. Ejus meminit Sobensis in catalogo & in epitome canonum synoda- lium. Fragmenta ex eadem auctor nomoca- nonis Arabici affert. In eodem nomocanone extant canones Josue CXXX. (hujus enim sunt, non Timothei, ut perperam dixi tom. 3. pag. 162. col. 2. in not. lin. 19. & seq.) sed priores tres supra triginta, avulsis non- nullis foliis, exciderunt. Horum centesimus primus repugnat quadragesimo secundo, ac quarto Timothei: viro enim permittit uxo- rem adulteram dimittere, & aliam ducere; & viceversa uxori concedit, ut virum adul- terum dimittat, & alteri nubat. Centesimus decimus est de libris absque doctorum ap- probatione minime publicandis. Centesimus decimus septimus, ut presbyter & diaco- nus, qui a Christiana fide defecerint, post- quam resipuerint, injunctasque pœnitentias impleverint, ad ministerium suum, nisi post iteratam ordinationem, non admittantur. Centesimus vigesimus sextus, ut qui in ter- ris infidelium versantur, nec Kalendarium ecclesiasticum tenent, per integros quinqua- ginta dies intra mensem martium & apri- lem jejunium peragant, tum festum Pascha- tis celebrent: sique non alia fuerit quam hæreticorum ecclesia, ad eam minime acce- dant, neque ibi communicent, sed domi o- rent, & jejunium solvant. Septuaginta a- lias constitutiones synodicas a Josue editas commemorat Amrus in ejusdem vita, his verbis. *In synodo patrum condidit de con- stitutionibus & judiciis ad fidem spectanti- bus canones centum triginta: item interroga- tiones responsionesque septuaginta.* In lauda- to Nomocanone Arabico extant ejusdem Jo- sue de Monachis canones XXII.

CONSTANTINOPOLITANUM CONCILIUM

A Nicephoro patriarcha celebratum anno incerto.

S. NIcephori Constantinopolitani patri- archæ & orthodoxæ de veneratio- ne SS. imaginum fidei confessoris egregii, canones, quos in variis synodis suis condidit ex jure Græco Romano excerptos dedit Lab- beus tom. IX. pag. 387. Venetæ editionis. Sed cum ibi mutili & hinc inde excerpti compareant; ideo integriores illos in nova, si quæ adornaretur, Collectione conciliorum optarunt hucusque habere eruditi: neque res erat deplorata, cum plura essent vo- lumina excusa, unde colligi potuissent, & in easdem collectiones referri. Sed hunc labo- rem Venetus Labbei editor & supplemen- torum author refugit. Hunc ejus defectum hic supplendum duxi, canones illos exhibens integriores & numero majores, quales ex MS. codice vulgavit Cotelerius Monument. tom. III. pag. 445. His verò adjicere visum est canones nonnullos, quos Hermenopulus in sua canonum epitome servavit, iis tamen detractis, quos jam Labbeus dedit; ex quibus omnibus cæterisque, quos ex Jure Græco Ro- mano Labbeus corrasit, integra, quantum fieri potuit, collectio canonum Nicephori pa- triarchæ in collectione Conciliorum habea- tur. Quanquam vero in iis, quos ex Cote- lerio inferius exhibeo, canones quidam occur- runt, quos pariter habes apud Labbeum re- petitos, omittendos tamen non censui, tum ne collectionem canonum Nicephori, quam in veteri codice Cotelerius offendit, in ali- quo minuerem, cum etiam in gratiam accu- ratioris versionis a Cotelerio adornatæ. Co- telerii vero notas adiiciendas minime censui, quod nihil plerumque aliud ferant, quam in- dicium pluteorum, ex quibus canones illi ex- tracti sunt, & quinam extent editi in Ju- re Græco Romano & alibi; qui vero se pri- mum eruente prodant. Cæterum obscuros il-

ANNO CHRISTI incerto.

los ritus, qui in his canonibus tanguntur, si quis nosse voluerit, adeat Goarium in Euchologio, & Cangium in Glossario Græcitatis. His vero canonibus subjungit Cotelerius epistolam *S. Nicephori patriarchæ & confessoris*, quam inscriptionem in MS. codice reperit; quæ sane epistola canonicas responsiones ad interrogationes cujusdam exhibet. Diu multumque hæsi anceps, num hanc pariter in meam hanc collectionem referrem, veritus ne forte non Nicephori Constantinopolitani patriarchæ, sed potius doctoris cujusdam privati, nempe S. Theodori Studitæ sanctio habenda sit, cum reipsa inter epistolas S. Theodori a Sirmondo editas locum suum vindicet. Verum omnia sedulo perquirendo jam tandem comperisse me arbitror epistolam hanc plane abnegandam esse Nicephoro, & Theodoro Studitæ asserendam. Id mihi indicare visa est pericha illa qua epistola clauditur: *Hæc quidem tibi, tanquam unanimi, & collaboratori nos pro viribus explicuimus. Tu vero tuæ fratribus, qui te interrogaverunt, tradita &c.* Ista quidem æqualis sunt ad æqualem, qualis profecto erat Methodius monachus, (cui inscripta hæc epistola inter opera Theodori Studitæ legitur) erga eundem Theodorum Studitam; nulla verò dignitatis æquatio intercedere inter Methodium & Nicephorum poterat; quare ea neglecta utpote hominis privati monitione, non canonica episcopi sanctione, reliqua ex Cotelerio damus.

S. NICEPHORI CONSTANTINOPOLITANI CONFESSORIS CANONES

Ex ecclesiasticis constitutionibus ipsius & sanctorum Patrum cum eo congregatorum collecti.

I. SI per ignorantiam Antimensium lotum fuerit, non amittit sanctificationem, neque profanum fit.

II. Bigamus non coronatur: quin potius censuram habet non percipiendi immaculata sacramenta duobus annis; Trigamus vero annis quinque.

III. Qui ex necessitate ad breve tempus in Ecclesiæ Narthece mansionem fecerit, non condemnatur: quod si manserit diu, ipse quidem cum pœnis pœnitentialibus ejicietur, templum verò quæ sua sunt recipiet.

IV. Intestato morientium, piæ largitiones & oblationes pro ipsis factæ suscipiendæ sunt; si quidem in vita propositum habuerint, ut ita eæ præstarentur.

V. Si Annunciatio inciderit in magnam Quintam, vel magnam Parasceven, non delinquimus, si tunc vinum & pisces sumpserimus.

VI. Qui in monachorum præpositum benedictus & consecratus fuit, estque presbyter, lectorem ac subdiaconum in proprio monasterio ordinat.

VII. Si quis usque ad annos viginti & ultra, in luxu & luxuria vixerit, deinde verò virtutis opera facere cognitus fuerit, non oportet eum ordinari. Quod enim sacrum est, impollutum esse debet.

VIII. Qui ex concubina, aut digamis vel trigamis nati sunt, modo vitam exhibuerint sacerdotio dignam, ordinantur.

IX. Divina communio tradenda est ægrotanti in periculo mortis, etiamsi cibum sumpserit.

X. Oportet salutationis causa genu flectere die Dominico, & per totam Pentecosten; non tamen consuetas genuflexiones facere.

XI. Non peccat, qui pro tribus hominibus unam consecrat oblationem, aut unam accendit candelam.

XII. Quod non oporteat in prece Scevophylacii seu sacrarii facere consignationem super sacrum calicem.

XIII,

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ

Νικηφόρου Κωνσαντινουπόλεως τοῦ ὁμολογητοῦ κανόνες ἐκ τῶν ἐκκλησιαστικῶν αὐτοῦ διατάξεων κ̀ τῶ συν αὐτῷ ἁγίων πατέρων.

α'. ΕΑ'ν κατὰ ἄγνοιαν * πλυθῇ * ἀντιμίνσιον, οὐκ ἀποτίθεται τὸν ἁγιασμὸν, οὐδὲ βέβηλον γίνεται.

* Al. πλυθῇ ἐν τιμίοις.

β'. Ο' δίγαμος οὐ ςεφανοῦται ἀλλὰ καὶ ἐπιτιμᾶται μὴ μεταλαβεῖν τῶ ἀχράντων μυςηρίων ἔτη δύο· ὁ δὲ τρίγαμος ἔτη πέντε.

γ'. Ο' ἐξ ἀνάγκης ἐπ' ὀλίγον χρόνον ἐν τῷ νάρθηκι τῆς ἐκκλησίας καταμονὴν ποιησάμενος, οὐ κατακρίνεται· ἐὰν δὲ χρονίσῃ, αὐτὸς μὲν μετ' ἐπιτιμίων ἐκβληθήσεται, ὁ δὲ ναὸς ἀπολήψεται τὰ οἰκεῖα.

δ'. Τῶν ἀδιαθέτως τελευτώντων, χρὴ δέχεσθαι τὰς ὑπὲρ αὐτῶν γινομένας εὐποιΐας· εἴγε καὶ ζῶντες πρόθεσιν εἶχον τοῦ οὕτω ταύτας τελεσθῆναι.

ε'. Ε'ὰν φθάσῃ ὁ εὐαγγελισμὸς τῇ μεγάλῃ πέμπτῃ, ἢ τῇ μεγάλῃ παρασκευῇ, οὐχ ἁμαρτάνομεν οἴνου τηνικαῦτα μεταλαμβάνοντες καὶ ἰχθύων.

ς'. Ο' ἔχων εὐχὴν ἡγουμένου πρεσβύτερος ὢν, χειροτονεῖ ἀναγνώστην καὶ ὑποδιάκονον ἐν τῇ ἰδίᾳ μονῇ.

ζ'. Ε'άν τις ἐν ἀσωτίᾳ ἔζησε μέχρις ἐτῶν εἴκοσι, ἢ κ̀ ἐπέκεινα, εἶτα φανῇ ποιῶν ἔργα ἀρετῆς, οὐ χρὴ αὐτὸν χειροτονεῖσθαι. τὸ γὰρ ἱερὸν ἀμόλυντον εἶναι δεῖ.

η'. Οἱ ἀπὸ παλλακίδος ἢ διγάμων ἢ τριγάμων τικτόμενοι παῖδες, ἐὰν ἄξιον ἱερωσύνης ἐπιδείξωνται βίον, χειροτονοῦνται.

θ'. Δεῖ μεταδιδόναι τῆς θείας κοινωνίας τῷ ἀσθενοῦντι, ἀποθανεῖν κινδυνεύοντι, καὶ μετὰ τὸ γεύσασθαι βρώσεως.

ι'. Χρὴ χάριν ἀσπασμοῦ κλίνειν γόνυ ἐν κυριακῇ, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ πεντηκοςῇ· οὐ μὴν τὰς ἐξ ἔθους γονυκλισίας ποιεῖν.

ια'. Οὐχ ἁμαρτάνει τις ὑπὲρ τριῶν ἀνθρώπων μίαν προσκομίζων προσφορὰν, ἢ μίαν ἅπτων κανδήλαν.

ιβ'. Ο'τι οὐ χρὴ σφραγίδα ποιεῖν ἐν τῇ εὐχῇ τοῦ * σκευοφυλακίου, ἐπὶ τὸ ἅγιον ποτήριον.

* Al. σκευοφυλακείου.

ιγ'

ANNO CHRISTI incerto.

ιγ'. Ο'τι οὐ χρὴ ἄνευ θερμοῦ λειτουργῆσαι πρεσβύτερον, εἰ μὴ κατὰ πολλὴν περίςασιν, ἢ εἰ οὐδαμῶς εὑρίσκεται θερμόν.

ιδ'. Τὸν ἀθετήσαντα μοναχὸν τὸ σχῆμα, καὶ πάλιν ἐπιςρέψαντα, δεῖ πάλιν ἐνδύειν αὐτὸν ἣν ἀπεδύσατο μοναχικὴν ςολὴν, χωρὶς τῶ τεταγμένων εὐχῶν.

ιε'. Δεῖ τὰς μοναζούσας εἰσιέναι εἰς τὸ ἅγιον θυσιαςήριον, καὶ ἅπτειν κηρὸν καὶ κανδήλαν, καὶ κοσμεῖν αὐτὸ καὶ σαροῦν.

ις'. Οὐ χρὴ τοὺς μοναχοὺς τῇ μεγάλῃ * παρασκευῇ ἔργα γεωργικὰ μετιέναι, καὶ προφάσει τούτων εἰς οἶνον καταλύειν καὶ ἔλαιον. ταῦτα γὰρ γαςριμαργίας ἐςὶν ἐπιτηδεύματα.

* Al. τεσσαρακοςῇ.

ιζ'. Διὰ τρεῖς αἰτίας ἔξεςαι τῷ μοναχῷ τῆς ἰδίας ἀναχωρεῖν μονῆς· ἐὰν ᾖ ὁ ἡγούμενος αἱρετικός· ἐὰν εἴσοδος γυναικῶν εἰς τὴν μονὴν γίνεται· καὶ ἐὰν παιδία κοσμικὰ ἐν τῷ κοινοβίῳ μανθάνωσιν.

ιη'. Α'τοπον γὰρ τὰ ἐν τῇ μονῇ πραττόμενα, δι' αὐτῶν δημοσιεύεσθαι.

ιθ'. Τοὺς ὄντας ἐν ἐπιτιμίοις μοναχοὺς, χρὴ συνεσθίειν τοῖς λοιποῖς καὶ συνεύχεσθαι· μετέχειν δὲ καὶ εὐλογίας ἤτοι κατακλαςοῦ, ἅμα τῇ αὐτῶν ἐξομολογήσει.

κ'. Τῇ τῶ ἁγίων ἀποςόλων νηςείᾳ, καὶ τῇ τοῦ ἁγίου Φιλίππου, χρὴ τοὺς ἐν τῇ μονῇ καθεμένους μοναχοὺς, τετράδος κ̀ παρασκευῆς ἅπαξ πρὸς ἑσπέραν σιτεῖσθαι· τοὺς δὲ ἐργαζομένους, μετὰ τὴν ἕκτην γεύεσθαι ὥραν, κ̀ ἑσπέρας δειπνεῖν.

κα'. Ε'ὰν φθαρῇ μονάςρια ὑπὸ βαρβάρων ἢ ἀτάκτων ἀνδρῶν, καὶ ἦν ὁ πρὸ τοῦ βίος αὐτῆς ἄμεμπτος, εἰς τεσσαράκοντα ἡμέρας ἐπιτιμᾶται· εἰ δὲ ὁ πρώην αὐτῆς βίος μεμολυσμένος ἦν, τὸ τῆς μοιχείας ἐπιτίμιον ἐκπληροῖ.

κβ'. Ο' τὸ μοναχικὸν ἐνδὺς σχῆμα, φόβῳ ςρατείας ἢ ἄλλῃ τινὶ πανουργίᾳ, ὡς δῆθεν τούτου καταγελῶν, καὶ τοῦτο μετὰ τὴν ἀνάγκην ἢ τὴν ὑπόκρισιν ἀποθέμενος, εἰς τεσσαρακοςὰς τρεῖς ἡμερῶν ἐπιτιμᾶται, καὶ οὕτω τῇ ἁγίᾳ πρόσεισι κοινωνίᾳ.

κγ'. Μοναχοῦ πρεσβυτέρου νέου μοναςρίαις ὑπηρετοῦντος, καὶ μεταδιδόντος αὐταῖς, οὐ χρὴ κοινωνεῖν ἐξ αὐτοῦ.

κδ'. Ο'τι οὐ χρὴ τὸν ἡγούμενον τὸ κουκούλιον τοῦ μαθητοῦ ἐκβάλλειν, καὶ διώκειν αὐτόν.

κε'. Τὸν ἀθετήσαντα τὸ ἅγιον σχῆμα, καὶ μὴ διορθούμενον, οὐ χρὴ ὑπὸ ςέγην ἄγειν, ἢ χαίρειν λέγειν αὐτῷ.

κς'. Ε'άν τις ἀσθενῇ, κ̀ ἐπιζητῇ τὸ ἅγιον βάπτισμα, ἢ τὸ ἅγιον σχῆμα, χρὴ διδόναι ἀνυπερθέτως, καὶ μὴ κωλύειν τὴν χάριν.

κζ'. Ο'τι οὐ χρὴ λειτουργῆσαι πρεσβύτερον μοναχὸν ἄνευ μανδύου.

κη'. Τοὺς ἄδηλα πταίσματα ἐξομολογουμένους, τῆς μὲν κοινωνίας ἀπείργειν δεῖ τὸν δεχόμενον τὴν ἐκείνων ἐξομολόγησιν· εἰς δὲ τὴν ἐκκλησίαν αὐτοὺς εἰσέρχεσθαι μὴ κωλύειν, μηδὲ θριαμβεύειν

τὰ

XIII. Non oportet sine aqua calida presbyterum missam celebrare, nisi in magna necessitate, & si nullatenus ejusmodi aqua reperiatur.

XIV. Monachum qui habitum abjecerit, & postea conversus est, oportet iterum vestimento monachali, quod exuit, induere, absque precibus constitutis.

XV. Oportet ut Sanctimoniales in sanctum altare ingrediantur & accendant cereum & candelam, illudque ornent ac verrant.

XVI. Non debent Monachi magna Parasceve (*Al.* Quadragesima) opera agriculturæ exercere, eorumque prætextu solvere jejunium, sumendo vinum & oleum. Hæc enim sunt gulæ instituta.

XVII. Tribus de causis monacho licet a suo recedere monasterio; si præpositus hæreticus sit; si mulieres in monasterium introeunt; & si pueri sæculares in cœnobio edocentur.

XVIII. Absurdum enim est & alienum, quæ in monasterio geruntur, per tales publicari.

XIX. Monachi pœnis censurisque subjecti, una cum reliquis cibum sumere, ac precari debent; atque etiam participes esse Eulogiæ & Cataclasti, hoc est panis fracti & benedicti, simul cum eorum confessione.

XX. In jejunio sanctorum Apostolorum, & jejunio S. Philippi oportet ut monachi qui in monasterio resident, per ferias quartas & sextas semel ad vesperam cibum sumant; qui vero opera faciunt, post horam sextam edant, & gustent, ac vespere cœnent.

XXI. Si monialis a barbaris vel petulantibus viris vitiata fuerit, estque vita ipsius præcedens inculpata, quadraginta dierum pœnam habet; sin verò prior vita impura fuit, adulterii censuram & pœnitentiam explet.

XXII. Qui monachalem habitum induit metu militiæ, aut per aliam quamlibet astutiam, ut scilicet illum deridens, eundemque post necessitatem aut simulationem deponit, tribus dierum quadragesimis punitur, atque sic ad sacram communionem accedit.

XXIII. Non accipienda est communio ex monacho presbytero juvene, qui monialibus ministrat, easque communione impertitur.

XXIV. Monasterii præpositus cucullam a discipulo non auferat, neque eum expellat.

XXV. Si quis sacrum habitum projecerit, nec emendaverit se, non oportet eum ad tectum admittere, neque Ave ei dicere. II. Joh. 10.

XXVI. Si quis infirmus sit, & sanctum baptisma, vel sacrum habitum requirat, dare sine mora oportet, nec gratia est impedienda.

XXVII. Quod non oporteat presbyterum monachum sine mandya sive pallio sacrum facere.

XXVIII. Eos qui occulta delicta confitentur, debet quidem a communione arcere qui eorum suscipit confessionem; non tamen impedire quin ecclesiam ingrediantur, neque

ipsos

ANNO CHRISTI incerto.

ipsos ipsorumque res traducere; sed leniter eosdem admonere, ut poenitentiæ & orationi intendant, necnon poenitentiam illis convenientem juxta uniuscujusque propositum moderari.

XXIX. Adulteri, bestiarum infratores, homicidæ, & similes peccatores, cum fecisse suum propriis motu confessi fuerint, a communione quidem arcebuntur, ac poenitentiæ multam accipient. In ecclesiam autem ingressi stant usque ad orationem Catechumenorum. Quod si publica fint eorum delicta, tunc demceps juxta ecclesiasticam legem, poenitentiam peragunt.

XXX. Si laicus lapsus suos sponte confessus fuerit, dispensationem adhibere potest qui confessionem recipit.

XXXI. Ex episcopi permissione, etiam, presbyter Stauropegium facit, seu folenem crucis inflexionem.

XXXII. Usuram accipientibus non funt danda facramenta, neque cum iis oportet convivere quandiu in iniquitate perseverent.

XXXIII. Oportet monachos jejunare, quarta feria hebdomadæ lacticinii ac Parasceve, & post Pralandicinium finem dimissionemque caseum comedere, ubicum habitaverint; ad everfionem dogmatis Jacobi, atque hæreseos Tetradiarum.

XXXIV. Si quis concubina utens, nonvult aut iliam relinquere, aut benedictione donari, & cum facramenti ritu eam habere, non oportet recipere quæ ab ipso ecclesiæ offeruntur, cujus divinas fanctiones oppibus contemnit contumeliaque affecit.

XXXV. Si monachus fanctio habitu depositio carnem comedere, ejusmodique duxerit, oportet eum, converti nolentem, anathemati fubmitti, & invitum monasticis vestibus indui, atque in monasterio concludi.

XXXVI. Qui vel femel fornicatus eft, nequaquam ordinetur, tametfi a vitio abfcefferit. Ait quippe magnus Basilius: *licet bonus bujusmodi mortuos fuscitaverit, facerdos non fiet.*

(a) 1. Cor. v. 11.

XXXVII. Quando Apoftolus dicit; (a) *Si quis frater nominatus fit fornicator; cum ejusmodi nec cibum fumere*; non quem ille, & ille fornicatem novit, videtur dicere, fed nominatum, five cunctis cognitum. Nam quæ impudenter committuntur delicta, majores poenas astrahunt.

EX CANONIBUS NICEPHORI SANCTISSIMI PATRIARCHÆ CP.

Et ottumenici, ex ipsius ecclesiasticis confistutionibus.

Collectio altera ex Cotelerio Vet. Monum. tom. III. pag. 451.

Can. I. IN ecclesias ab hæreticis inthronizatione dedicaras, ingredi ex neceffitate, velut in communes ædes, & in iis fixa in medio cruce pfallere permittimus; non tamen in altare ingredi, thus adolere, precem peragere, nec candelam aut lucernam accendere.

VI. Monachum qui fanctum habitum depofuit, rurfufque convertitur, oportet a tri-

ANNO CHRISTI incerto.

τὰ κατ' αὐτὸν ἄλλα ἐπιτιμίῳ τούτου ὑποτιθέσθω, τῇ μετανοίᾳ προσαγέσθω καὶ προσευχῇ καὶ ὁμιλίᾳ τῇ προσηκούσῃ τούτου ἑτεθείσῃ, κατὰ λόγισιν τῶν ἐκάστου πραξέων.

ANNO CHRISTI

κβ'. Μοιχὸς καὶ κλεπτόβλεπτος καὶ ἀνδροβόρος, καὶ οἱ τοιοῦτοι, ἐὰν ἑλκύσωσι τὴν ἰδίαν ἐξομολογησιν ἀκουσίως, ἀθλίου τοῦ σολαεῖ ἢ τοῦ γλυκυνοῦ, ἢ κοινωνίας μὴ * κεκλωσμένοις, καὶ τὸ * Al. συνεπίλυσιν δέχονται· εἰ γὰρ ἐκκλησίαν ἢ ἱερεῖς ἀφίσιν ἢ ἄλλα τὰ τοῦτον δεῖ σπλαγχνίσθαι, τότε μὴν κατὰ τὴν ἐκκλησιαστικὸν θεσμὸν ἐκπληρώσει τὰ ἐντίμιον.

κ'. Εἰ ἐν ἐξομολογήσεσι * λαϊκὸς τὰ ἐαυτοῦ * Al. ὡς σφάλματα ἐν πραγμάτοις, δύναται συφεύσει αὐτὰ ἐμπίπτειν ἢ ἀνεχόμενος.

κλ. Κατ' ἐσιτησιν τοῦ ἐστιαλόσου σπιδὲ σαμφοτέρους καὶ πρεσβύτερος.

κβ'. Οὐ τοὶ χρὴ μελαδιδόναι τοὺς λαμβάνοντας τέκνα, ἢ συνοδεύειν αὐτοῖς, ἑσταύτοις τῇ παρασκευῇ.

κγ'. Διὰ πάσσων τὸν μοναχὸν τῆς τετράδι τῆ πυρὸ βάγειν, καὶ τῇ παρασκευῇ καὶ τῇ προσφορᾶσιν ἀναλύσιμα ἕως ἑσπέρας * τυρὸν, * Al. τὰ ἐπιχωρᾶσθαι ἐς ἀναστροφὸ τοῦ βαπτίσματος καὶ τὸ * Al. Δίπτυχον, καὶ ἐν τῶν Τετραδιτῶν αἱρέσεως.

κδ'. Εἴ τις παλλακὴν κεκέκτηται, ὁ βελτίων ἢ καθολικὸν ἀσθὲν, ἢ εὐλογηθέντα καὶ μὴ ἱερολογίας ἔχειν, οὐ χρὴ δέχεσθαι τὰ παρ' αὐτοῦ προσφερόμενα τῇ ἐκκλησίᾳ, ἐν τοῖς δείναι θεοφιλὲς ἐπὶ τῶν ἔργων κατορθοῦν ἐνοβρίζει.

κε'. Ἐὰν μοιχὸς τὸ ἅγιον ἀναστέλωσι σῶμα κυρίου καὶ τὸ τίμιον αἷμα, δεῖ μὴ ἐπιτρέφονται τούτου, ἀναθέματι κατὰ τοῦ βαπτίσματος ἢ ἀποστολικοῦ, ἢ ἄποστα τὰ μοναχικὰ ἐνδύσεων, καὶ μετανοεῖν ἐγκατακλείσθαι.

κς'. Οὐ δεῖ τὸν ἅπαξ σορνίσαντα σορνεύσαι πάλιν, ἢ ὁ τοῦ πάσχου ἀπίστη. Φησὶ γὰρ ὁ μέγας Βασίλειος, ὁ καὶ νεκρὸν ἀνιεχθ ἢ ποιήσας, ἱερεῖα οὐ * γδοήσεται. * Al. ἐκ τοῦ ἐν

κζ'. Ὁ ἀπόστολος λέγων, εἴ τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος * ᾖ πόρνος, τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν οὖν τῷ ὁ δεῖπνα. ¶ εἰδὲ πορνεῖν τὰ λόγον ἐκεῖ, ἀλλὰ τὸν ἀσχημόνων, ὅτι * εἰδὲ πᾶσιν γινοσκόσιον. τὸ γὰρ διαστρέφοντες σκανδαλίζοντα, πλέον τὸν τιμωρίαν ἐφίλλεται. * Al. ἀδελ-

ΕΚ ΤΩΝ ΚΑΝΟΝΩΝ

Τοῦ πανσεμνοτάτου Νικηφόρου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως τῆς οἰκουμενικοῦ, ἐν ἢ ἐκκλησιαστικῶν τούτου συντάξεων.

Can. I. Τὰς ἐκκλησίας τὰς ὑπὸ αἱρετικῶν ἐγκαινιαζθείσας, συχωρεκτόμεθα ἐν ἀνάγκαις, ὡς ἐν κοινῷ οἴκῳ κατὰ ἀνάγκην ἀσύλων καὶ ψάλλειν, ποιῆσαι τὸ μέσῃ σταυρῷ· ἐν τῷ ἁγιασμῷ μήτε ἀκτρεχθεῖν, μήτε θυμιᾶσι, μήτε εὐχὴν ἐπιτελεῖν, μήτε καυσῆναι ἢ λύχνον ἅπτειν.

ς'. Οὐ τὸ δὲ τὸν ἀδετεύτα μοναχὸν τὸ ἅγιον χρῖσμα, ἢ πᾶλιν ἐπιτρέφοντα, κατηχεῖσθαι ὑπὸ τῶν

ANNO CHRISTI incerto.

ἀβλιφοῦ τὰ θέματα, ἀλλ' οὐχὶ ἐν * κατηχεῖσθαι. ἀλλ' ἕκαστος ἐξ ἐν ἐνεργείαν ὑπὸ τοῦ κυρίου λόγων ἢ ψάλλων τὸν καλλιτεχνῶν ἀνάτα τοῦ ἐκλογίου ἔχων καὶ πᾶλιν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἐν τῷ Συνιεκκλησίῳ ὑπτάτω * ἁγίας τιμᾶξις, ὡς ἐκ τοῦ χρίσματος ἢ ἀπὸ τοῦ ἀναγνῶσι ἢ ἀκτιγορίας κωμῶσι αὐτὸν, τὴν ἔγκλημον ἢ ἐνδύσει τὸ χρῖσμα μεῖζον ἐκφανόσθω.

ANNO CHRISTI

ϑ'. Τὸν μὴ νηστίοντα τετράδα καὶ παρασκευὴν ἕως ἐξ τῶ μοναστηρίῳ ἢ αὐτοῦ, κἂν δικῇ ἐχθόβολος εἶναι· τὸ γὰρ ἐν μέρει ἀναγίνωσκε, καὶ ἐν μέρει κοινόβιον, βίβληον.

ι'. Οἳ τὰ δὲ τοὺς ἀγραύλους μοναχοὺς τῇ ἁγίᾳ τεσσαρακοστῇ τὴν ϑ'. ὥρου γεύσασθαι ἄρτου βραχέως, ἢ τῇ ἑσπέρᾳ βικτικόν.

ια'. Οἳ τὸ χρὴ τὸ τῇ ἁγίᾳ τεσσαρακοστῇ τοὺς μοναχοὺς ἐργασίαν ποιεῖν, καὶ πρῴδικεῖ τοῦ ἔργου, καταλύσει εἰς σῶν καὶ ἔλαιον· ταῦτα γὰρ γαστρίμαργος ἐστιν ἐφευρὼν μαγα.

ιβ'. Ἐδεσμα κεφάλαια ἐνβάλλουσι τὸν μοναχὸν ἀπὸ τ' μιᾶς· κράσσι μὲν, ἐς ὅσον ἢ ἀγγλώσσος ἀφεστικὸν θέλτεραι, ἐν ὧν ἐξεσθε γνωσικὸν τὸ τῇ μοιρᾷ τῇ ἡμέρᾳ, ἐν τοῦτο ἐπιτρέπεται καὶ μικὰ ἐν τῷ κουσβίῳ· ἄπαυτα γὰρ ταῦτα, τὸ ἐμφυτευόμενα τὰ ἐν τῇ μ ἡμ καὶ τριαγίῳ ἀς φυσι τὰ ἐκφρόνων μὴ σπλάτιστε ἡμερῶν ὑμῶν, ὅταν εὐ ποιῆτε.

ιγ'. Τὴν τεσσαρακοστὴν * ἁγίων ἀποστόλων, ἕτου τὴν νόμιμον αὐτῶν, χρὴ νηστεύειν, τετράδι καὶ παρασκευῇ, τὰς ἐρωτοδόσεις, ἕως ὁμοιωθῆναι. καὶ αὐτοὺς γενέσθαι, καὶ τὴν ϑ'. ὥρου ἀφιστᾶν ἀπὸ τοῦ ἀγίου ἐδέσματων, ὁμοιωθῆναι τοῦ ἐσθίειν καὶ ἰχθύων γενέσθαι, καὶ ἰωσὶ ἀς ἀνιτιθὲν τὰς ὃ ἐν τῇ μιᾷ, ἄπαξ ἕως ἑσπέρας.

ιδ'. Ἐὰν τρισβύτερος ἐκλῃ, ἢ διάκονος, ἢ ἄλλος ὁποιᾳοῦν καθρομένος, καὶ ὑμεῖς μοναχὸς, δικαιοῦται τὸν τρόπον.

ιε'. Ἐὰν τὸν ἀδετεύτα τὸ ἅγιον σῶμα, καὶ τὸ διηθεῖσθαι, τὸν ἢ ἐξδοκῆσαι κρατῆ, οὐ χρὴ, τὸν τοιοῦτον ὅτι τὸν ἅγιον, ὅστε συναισθάνει ἢ χαλέσει λέγειν.

COLLECTORIS ADNOTATIO IN CANONES S. NICEPHORI.

NE hic aliquid præterirum eo tum quæ actuarium collectionem concilionem juvare poffunt, mitor lectores velim in priori canone S. Nicephori ex verbisque Leuncla vii apud Labbeum vocem τριβολεῖν non satis fel ic iter verti *fepumgedimus*, illam enim *quinquagefimam*, reddendam esse Allatius de hebdomad. Græc. pag. 1421. fentit & demonstrat.

Ex Matthæopulo.

Τοῦ τατριάρχου Νικη φόρου.

Ο' θησαυὸν κλεπτὴς ἰαλαυδὸς ἢ τῇ τὰ κεφαλαιδῆ κλέπτεται, ἢ ἀνδρὸς ἀλλὰ καὶ ὁ ἱερεὺς, καὶ τῇ τοῦτῳ πειρεῖσαι, ἢ διαρῆται.

Τοῦ αὐτὸ.

Τὰ ἀληθεύοντα, ὕδατι ὧν χρὴ ἀγνοῦται τέτων, ἀκολουθεῖ παραπέμποντα, ἰκὰι ἃ ἐπιγεγράφεται τὸ τρὸς ἢ ἐπιμὴ ἢ ἐκάθη· ἀλλὰ καὶ ἐν τοῦ ἐρῶμα γίνεται, καὶ κακὰ καὶ τὸ τέτῳ μέρει· κἀκεῖται ὃ τοῦ, ὡς ἀντιπρόσωπα τῶν αὐτίνων τῶν τοιού-

Nicephori patriarchæ.

Qui publici furti convictus eft in furtis capitalibus, ad facerdotium non admittitur. E Quin etiam facerdotio initiatus, fi tale crimen inciderit, deponitur.

Ejusdem.

Antimenfia circa prohibitionem, ubicumque fuerit ea opus mitruntur, nec vel hac vel illa regione circumfcribuntur, fed in aliam quoque provinciam transferuntur, ficut & facrum unguentum. Sic autem appellan-

tur,

ANNO CHRISTI Incerto.

tur, velut opposita & respondentia multis illis * mensis, (*quid aurimuphi. * Missus alio reddunt*) quæ sacram & dominicam mensam absolvunt. Propriæ verò, mensas illas significant, quas consecratio non sanctificavit.

τυλλων μίνεται, τῶν καταχθονίων τλὼ ἀγίων καὶ ἀνενικλήτων τριάδων. κυρίως δ, ἐν' ἐκάνως CHRISTI τῶν τριαγίων τιθεται, ἃς καθ' ἡμᾶς ἀγγέλα- ANNO Incerto. στον.

XIII. *Nicephori patriarchæ.*

Ο' ἁ τοῦ πατριάρχα Νικηφόρα.

(a) Canonis hujus pars prior ex at fupra in Collect. Can. xv.

(a) Monachus sacrarium ingredi oportet, & cereos atque candelas accendere, templumque ornare. In periculo simplex etiam monachus baptizat. Similiter & diaconus. Quin etiam laicus, si repertus in loco fuerit, abíente sacerdote.

Δὰ τὰς μοναχὸς ἀσέλπας ἀὸς τὸ ἄγιον Συσιαστήριον, καὶ ἅπτειν λύχνα ᾗ κανδήλας, καὶ κοσμεῖν τὸν νᾶὸν. κατὰ περίςασιν καὶ μοναχὸς λαπτίζει. ὡσαύτως καὶ διάκονος. καὶ λαϊκὸς δ, ἐὰν εὑρεθῇ ἐν τόπῳ, μὴ ὄντος ἱερέως.

B

Ejusdem.

Τοῦ ἀυτοῦ.

Si mulier peperit, & infans in periculo est, a tribus aut quinque diebus: puer quidem per baptismum illuminatur, sed alia mulier baptisata & munda lavabit eum. Mater autem ipsius cubiculum non ingreditur, in quo puer jacet, usque ad quadragesimum diem, dum purgata fcilicet integre fuerit, & preces a sacerdote impetraverit, nec omnino puerum attinget.

Ε'ὰν γυνὴ χρήσῃ, καὶ ἔχῃ τὸ παιδίον τὸ παιδίον, ἀπὸ ἡμερῶν τριῶν ἢ πέντε· τὸ μὲν παιδίον φωτιζόμενον, ἄλλη δ γυνὴ βαπτιζομένη καὶ καθαρὰ θτλάσα ἀυτὸ· ἡ δ μήτηρ ἀυτοῦ μὴ εἰσέλθη ὅὸ τὸν κοιτῶνα, ὅς ἂν τὸ παιδίον ἀνάκεται, μέχρι τῶν μ. ἡμερῶν, ἕως ἂν καθαρθῇ τελέως· καὶ λάβῃ εὐχὴν παρὰ τοῦ ἱερέως, μήτε μὴν ἅψηται τοπαράν αὐτοῦ.

Ejusdem.

Τοῦ ἀυτοῦ.

Si adulta mulier facta Christiana post unum vel duos vel quotcunque dies ufque ad feptem, sibi confecta videtur; in domo sua communicabit. Ecclesiam verò non ingredietur, donec purgata fuerit.

C

Ε'ὰν τελὰια γυνὴ χρεμένη χρειτιανὴ, μετὰ μίαν, ἢ δύο, ἢ ὅσας ἡμέρας ἕφτασε μέχρι τῶν ἑπτὰ· ἰδὴ τὰ ἴδιωτα ἀυτῆς, ἐν τῷ οἴκῳ ἀυτῆς κοινωνήσει. εἰς δ τὸν ἐκκλησίαν ὦ μὴ εἰσέλθῃ ἕως ὦ καθαρισθῇ.

IN SUBSEQUENTEM EPISTOLAM COLLECTORIS PRÆMONITIO.

NEc novus nec infrequens in Ecclesia mos obtinuit, ut cum primo Sacerdotes exercitique sacri ecclesiæ ministri initiabantur, simul illis de scripto monita darentur, ad quorum normam vitam adjuste fuos componerent. Ita concilium Toletanum IV. can. XXVI. de paracletianis presbyteris; & in eum ufum valuisse conftat hominilium Leonis IV. pontificis, quam fine authoris nomine & in canones distributam PP. Martene & Durand Ver. Monum. tom. VII. pag. I. in duplici MS. Vicentienfi & Parisiensi nacti sunt sub hoc titulo: *Commonitorium cujusque Episcopo ad sacerdotes judicitur sibi exercitique ministrat cujuscunque ordinis ecclesiasticæ.* Alteram ego ab hac Leonis epistolam canonicam, in eum ufum destinatam nactus sum in MS. codice Bibliothecæ Cathedralis ecclesiæ Lucensis, sæculi ut arbitror XI. quam primus profero, ut est in eo codice, ingentibus licet barbarismis & solœcismis viriatam, quos tamen Lectores partim per se facile emendabunt, partim ipse brevi ad marginem adnotatione posita ex conjectura correxi. Ut vero hic collocarem, suasit mos sub Carolo Magno inductus, hæc & similia Sacerdotibus exteriúsque ecclesiæ ministris injungendi.

INCI-

ANNO CHRISTI Incerto.

INCIPIT EPISTOLA CANONICA,

Quibus debeant adimplere episcopi, diaconi, seu subdiaconi.

ANNO CHRISTI Incerto.

I. PRimum omnium ut fidem Catholicam omnes presbyteri, & diaconi, seu subdiaconi memoriter teneant; & si quis hoc faciendum prætermittat, 40. dierum a vino abstineant; & si abstinenti am negleverint, commendandum replicetur in eo sententia.

II. Ut nullus presbyter, diaconus, seu subdiaconus cum mulieribus habitare aut B converfare præsumat; & si inventus fuerit hoc faciens, dejiciatur. Insuper & exilio deftinatus dies suos in pœnitentiam finiat.

III. Ut ea quæ a Domino conservandis Christianis principibus amore dilata (a) sunt vel fuerint ecclesiis, vel titulis exinde fubtrahere (b) præsumat, nec facratas res depopulentur. Et si quifpiam præsumpserit, res, quæ fraudatæ sunt, quadruplum restituat, aut si non habuerit unde ipsa loca admittant, & res ipsas, quæ fraudatæ sunt, ab episcopo ipsius recolligantur, & in ipso loco unde ablatæ sunt refirmentur. (*fic*)

IV. De presbyteris, qui eos ad communionem recipiunt qui incestas nuptias contrahunt, ideft matrigna, cognata, vel socrum, aut filiastram, vel proxima agnatione conjuncta in conjugio fibi faciant, & ad eos perveneriant, admonentur ut feparentur: qui fe dilituerit, a communione priventur, & oblationes eorum ad facro Altario non recipiantur; & si presbyter fciens hoc neglexerit distringendum, (c) aut amicitiam tempo- (c) I.e. punire. Ita & Magunt. fub Rabano ca. xxiii. ralem attendendum, ad communionem eum receperit fine emendatione aut pœnitentiam canonice fubjacentat fententiæ.

V. De iis presbyteris, qui post primum vel fecundam correctionem recipiunt Idola colentes, vel fufcipientes homines, qui ad fontes atque ad arbores facrilegium faciunt, nec non de die Jovis aut Veneris propter Paganorum confuetudinem obfervant, vel cerolam aut amniculos faciunt, hoc est fuffitores & cornua incantant, & eos post primam aut fecundam adhortationem communicaverint, aut oblationem eorum fufceperint, 40. fpatia in pane & aqua fint contenti.

VI. Ut nullus facerdotum extra jussionem epifcopi fui procurationes feculares liceat fufcipere, exceptum jussionem pontificis fui religiosas causas, ecclesiarum videlicet aut clericorum, pauperum vel viduarum; ficut facer præcipiunt canones. Si quis contenta hac obfervationem in talibus causis fe implicasse inveniatur, canonica fententiam de hujus præsumptioni fubjaceat.

VII. Ut si cui facerdoti ex qualibet mulierum (d) denuntiatum fuerit, ut e- (d) forsitxinde fuspectio malæ opinionis efficiatur, latitate nulla cum ipfa habeat converfationem, neque fecreta neque præsenti. (e) Si de- (e) patenti inceps inventum fuerit, poft fecundam & tertium contestationem, (f) ut con- (f) utcontemptum, gradus fui periculum fuftineat.

VIII. Ut nullam ecclesiam cujuflibet diœceseos ubi baptifmum, presbyter absque diacono esse reperiatur. Unde omnis presbyter, non habens diaconum, eligat fibi perfonam & plebis fux innotefcat, tunc ad pontificem fuum confignans deducat, cujus vita probata habeant; & diaconus consecretur. Quod fi diftulerit (a) delata. (b) nemo. presbyter, dicens, eo quod non habeat talem clericum, epifcopus fuus provideat ei ex ecclesia fua, aut unde voluerit bonam perfonam: tantum eft ut fine diacono non fit. Conftituimus enim diaconum in uno cubiculo cum presbytero fuo manèat; deferens ei onorem, ut dignum eft; ante quorum lecta clerici fimili modo manere videantur: ut semper abíque fuspectione fint, & Deus propitietur. Non existente presbytero intra domum, fi ubicunque abierit diaconus poft ejus egreffum locum ejus obtineat ad fufcipiendum vel ordinandum quod utili domui eft; ita de num ut non presbytero fuo fuperbiat. Nam fi hoc attentaverit, ab epifcopo fuo de contemptu fuperbiæ judicetur, ac de accessu ecclesiæ (g). Quod fupra altare ponitur, feu un- (g) f. accedecumque accedere poteft fub amborum cratur. figillum fit, & non unus fine alterius notitiam expendere, ubi neceffarium fuerit, præfumat.

IX. Ut nullus presbyter, diaconus, vel clericus in diœceseì conftitutus præter ecclesiæ, hoc eft terras poteftatem nonE habet venundare; fed ne cuiquam parentum fuorum donandi; & qui hoc egerint fub omni celeritate reddito precio, ad loca facra, in qua competunt, revertantur. Sin autem hanc obfervationem contemptum qui hoc præfumpferit, res proprias in ipfa ecclefia relinquat, & ipfe foras ejiciatur, ex quod divina con- (h) Divina gruam rationem (h) ut qui ecclesiæs ac- congrua rationem.

ANNO CHRISTI 820.

cipiunt ad regendum non dispar gendum accipiant. Simili modo nullam habeant potestatem pro quolibet modo alienandum, infiduciandum, neque venundandum; sed nec sine voluntate pontificis sui ad viganiandum, aut liberos (a) dimittendum, ut superius censuimus. Si habet proprietatem suam, aliud tantum restituatur. Si non habuerit, expoliatus ex omnibus foras ejiciatur. Ipsa tamen res ad ecclesiam, ex cujus res sunt, revertantur.

(a) i. e. servos in libertatem dimittendos.

X. Ad nos peritiam est quod quidam conjugati habent .... cuia (b) in qua deferviant, de sacris, mulierum vel filiarum suarum ornamenta faciunt, & proprietacio jure sibi defendant; quod Christianis hominibus nec loqui convenit, ut res sacratas, & quæ in sacra loca offeruntur, mulierum suarum usurpent, vel filiis aut parentum si (c) adprobatum fuerit superiore feriatur sententia.

(b) f. concubina.

(c) f. hoc probatum.

XI. Omnes presbyteri, diaconi, subdiaconi vel cunctus clerus (d) sub episcopo esse noscuntur, si causas habuerint, & minime potuerint inter se deliberare, tunc ad pontificem suum conveniant, causam suam dicendum; nam per nulla sæcularia judicia adire præsumant; & qui hanc præceptionem contempti fuerint fu. perioribus pœnis subjacebant. Ita ut in pœnitentiam sint, abstinentes a vino potatione, vel ab esum carnium donec ad metropolitanum suum accedant.

(d) f. qui

ANNO CHRISTI 820.

NOTÆ EDITORIS IN SUPERIOREM EPISTOLAM.

Can. I. Presbyteris hoc ipsum injungit Nimerarus in Capit. anni 831. cap. 3.
Can. II. Ita & Cabilonenſe II. anni 650. can. III.
Can. III. Non diffimilem abuſum coercet Conc. Aquisgranenſe II. anni 836.
Can. IV. Sacrilegi nuptiæ in gradibus hiſce vetat Conc. Romanum Eugenii II. can. XXXVIII. & Moguntinum I. ſub Rabano can. XXIX.
Can. V. Fontes, zoſores, petras cultus quodam ſuperſtitioſo venerantes olim ex Fidelibus quoſdam cathecumenis Patres & Concilia, inter quæ Con. Turonenſe II. anni 567. De die Jovis quam ex ſuperſtitione feriatam habebant quidam, loge quæ ſcribit author vitæ S. Eligii Noviomenſis lib. 2. cap. 15. De die Veneris nihil aſpiam nec legiſſe fuccurrit. Quid vero ſit *cervulum, aut cervinum* (legendum anicellas, quod Concilia nonnulla melius explicant *neculas*) *facere*, diſcas ex his verbis Fruſtini epiſcopi Sermon. in Kalen. Januar. apud Bollandum in Actis SS. ad eam diem. *Cervulum facientes in ferarum ſe habitum commutant.* Ita & juvenes, deteriplius fones larvati ſaltitabant. Denique quod hic habetur de incantationibus cornuum, reſpondet illi quod legitur in indiculo ſuperſtitionum paganorum Concil. Liptinenſis anni 743. ubi cap. 21. legas *De tempeſtatibus & cornibus & cultris*; forte enim ad ſubitas gravéſque procellas avertuncandas coreubus inſtatis inſtrepebant; eſt enim *incantare* idem ac *cantare* apud Lampridium in Juliano. *Carmina profana incantare.*
Can. VI. His affinis habes ſanctia in Aquiſgran. an. 789. can. XXII. & Forojulien. an. 791. can. V.
Can. VII. Ita & Cabilonenſe II. anni 650. can. III. & alia paſſim.
Can. VIII. Nihil ulibi ſanctium de hac re comperi; quamquam ſcio injundum eſſe archipreſbyteris ruralibus, ut nunquam ſint ſine ſyncellis. Turonen. II. can. XIX. Vicinenſ. an. 850. ca. I.
Can. IX. Vide Moguntin. ſub Rabano an. 847. can. VIII. & IX.
Can. X. Huic affine aliquid eſt in Bracarenſi anni 675. ca. III.
Can. XI. Ita & Matiſcon. an. 581. ca. VIII. & Emeritenſe anni 666. ca. XI.

LONDINENSE CONCILIUM

Sub Cuenulfo Mercorum rege, in quo Wulfredus Cantuarienſis archiepiſcopus cum rege paucis componere cogitur.

Anno circiter 820. celebratum.

SYnodi hujus 28a in concilii Clovesho- | tur, ex quibus lectores repetent.
vienſis anni 825. actibus inferta legun-

CON-

ANNO CHRISTI 821.

CONCILIUM ſeu CONVENTUS CONSTANTINOPOLITANUS ORTHODOXORUM

Pro decernendo, num eſſet cum hæreticis unum in concilium conveniendum,

Anno 821. habitum.

MIchael Balbus vacuum ex obitu Leonis Armenii imperium occupans, in ipſo quidem regiminis exordio miſiorem ſe præceſſore ſuo erga orthodoxos facturum imaginum cultores exhibuit, atque inter cætera componendæ pacis media illuq elegit, ut orthodoxi ſimul & hereticodoxi epiſcopi in concilium coeuntes, de reſtituenda eccleſiæ quiete deliberarent. Venientes eo catholici epiſcopi cum Hegumenis monachorum, concilium inter ſe pius habuerunt, an ex pediret cum hæreticis in ſynodum convenire conſulturi. Decretum eſt non licere, communique conſenſu definitionem ſuam ſcripta ad imperatorem ſynodica expoſuerunt. Concilium illud curr Labbeus cæteraq ue omiſerint non aſſequor, cum de concilio inter ſe habito perſpicua ſint verba in exordio ejuſdem ſynodicæ. *Nos qui veſtri a Deo coronati imperii juſſu in unum convenimus.* Extat ſynodica illa inter epiſtolas S. Theodori Studitæ lib. 2. epiſt. LXXXVI. in editione Sirmondi, ex quo Græce & Latine hic damus.

Επιστολὴ ἐκ τροσώτων πάντων τ Ηγουμένων περὶ Μιχαὴλ Βασιλέα. φησί.

Epiſtola ex perſonæ omnium Progreſſorum ad Michaelem Imperatorem.

Π ΑΝΕΙΣ οἱ ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνελθόντες κατὰ κέλευσιν Θεοτέκνου ὑμῶν βασιλέως ἐλέγχεται ἐσίμεναι τὸ καὶ ἡγεμόνι, σφᾶς ἐκ Θεοῦ τοιοῦτο φθεγγόμενα ἐκεῖ τὸ Θεοπροβλήτου ὑμῶν κράτους, ἐκχρίσματον τε καὶ ἀνατέρας· ὅτι ἀνελλιπῶς ἐν αὐτοφύλοις, ὅτι ἐλαθέμενοι οἱ τετολμηκότες, ἐπὶ διαβολῇ ἐκ ἐκλογισάμενοι· ἀπὸ γνώμης δὲ ἴσμ, ἀπὸ ζέλους δὲ γαλεῖται, ἀπὸ ἀζωίας δὲ ἐκ ὑπομένει· ἔξω τοῦ καὶ παιδεύειν ὑμᾶς ἐκμανάτες. Τοιαῦτα γὰρ ἡ θύελλα ὑμῶν βασιλεῖα κεκίνηκεν, ἐκβρίπτους, πολλοὺς κτες, ἀφορμὰς δὲ, φιλοδίκαιε, πολλὰς ἔτέρας προσυγορίας εἰδέναμεν· μιμήτη Χριστῦ τῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν, τὰ δίκαια συνάπτων, τὰ νοσοῦντα ὑγιάζων, τὰ λυπηρὰ χαροποιῶν· ἐξελεγκτὴς τῶν βασιλέων, καὶ τῶν τόλμαν μακαριζόντων ἐσβήτων· ἐν ἀνοσιωμένοις τῦ ἐγκωμίου ἐν ἐμφαγῆς γλῶσσα ἀνδρῶν ἐξαρκέσειν. ἈΛΛ ἔπαθε μὲν ἐν τοῦτο· πάσχει· Δ λείψει καὶ ἀντιβολάβῃ οἱ ἀνάξιοι, καὶ ἀυτῆς τῆς λεβὸς ὑμῶν δίκης ἀδικήσει, καὶ φωνὴς ἀθέτης ἀκόσει τὸ τακτὸν μὴ δεσπόσ ἀμαστος ὑμῶν. ὡς δὲ ἐπ᾽ ἐμὲ ἐκδικῶν, τάυτα ἐκ᾽ ἐβελήσω θεωτέρωσεν ἐπικρίσειν τῷ τοιμένι· ὡς γὰρ τε ἔνδομα σεσίκασι τῶν κατεβόων μετενδυσάμενοι ὑφρασύνης ἀμελλήτου. Ἐπειδὴ δὲ ἡ δεύτερος λόγος περὶ τῆς ἀλλοιεμὸς τε καὶ ἀμμήκης χρόνῳ Φ Χριστιανῶν ἐφὶ σέβεως· ἐκεῖνο μετὰ πάσης τολμήσεως ἀπεκρίναμεν, ὡς ἡ μὲν ἀθρίσεσιν τῶν τῷ τὸ λεγόμενον, καὶ τὸ τῆς τῷ ἀγνωτάτου ἡμῶν ἀρχιερέως, ἡ πᾶς ἡμῶν Φ ἀνάξιον ἐξωτικζόμενον· ἀυτὸν τὸ μυεῖν, ἀλλὰ γὰρ καὶ τὸ αὐτὸ πατριαρχῶν Θεοῦ ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας κελεύομεν· Ἐπὶ δὲ τῆ Θεοῦ καὶ ἐς Θεὸν ἡ λόγος ἡμῶν βάλλα τὰ ἐ σύμπαντα· οὔτε ὁ τόσδε. Ἡ τόδε· ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ὁ Πέτρος καὶ Παῦλος, οὐδ᾽ ἂν τις τῶν ἀγγέλων ἢ τῶν ἀρχόντων ἐκ καὶ τὴ βλαχήσαντα παρακούσειν· ὡς δὲ τάυτα τὰ τωτὸν ἐναγγελίου ἀναγινωσκόμενα. Πρὸς τε τὸ συνάξαι λόγον ἀντιθήτειαν μετὰ τ ἐτεροδέξαν ἐναντίωσεων, τῇ ἀποφαθῇ συναγωγῇ, ὃ καθήμαι· ἃ μὴ τι πρὸς ἐκείνους μὲν

Epiſtola ex perſonæ omnium Progreſſorum ad Michaelem Imperatorem.

NOs qui veſtri a Deo coronati imperii juſſu in unum convenimus, minimi epiſcopi & præpoſiti, primam hanc vocem, ſub divinitus conſtituto regno veſtro edimus; actionis gratiarum & laudis; quod revocati ſumus qui fueramus ejecti; quod miſericordiam experti, qui ærumnis preſſi; quod reſocillati fuerimus, qui deficiebamus, ab hyeme ad vec, a tempeſtate ad tranquillitatem, a mœrore ad lætitiam, nova quedam & incredibilia cernentes. Tale enim eſt judium imperium veſtrum, letum, jucundum, valde optabile, pacatum, æqui amans, multis aliis appellationibus dignum: quod ad Chriſti veri Dei-noſtri *exemplum, diſſidentia* coaptet, ægra ſanet, triſtia exhilaret, eximium quoddam revera imperium, & ex iis quæ beata quondam præcidata fuerunt, par: quod nullus exornare hominis lingua haud facile poſſit. Sed quandoquidem hæc ita ſe habent, oramus & obteſtamur indigni, ut ſacro ipſo conſpectu veſtro frui nobis liceat, & ſiaviſſimam vocem audire veneranti ac ſapientiſſimi oris veſtri: ut quæ auribus accipimus, oculis intuentes animo exulemus, quaſi lugubrem quandam veſtem mœrorem noſtrum hilaritate permanentes. Et quoniam alterum nobis loquendi argumentum de ſincera & inviolata Chriſtianorum fide noſtra eſt; illud cum reverentia referre audemus, quod ſi humanum quidpiam eſſet de quo ſermo eſt, & vel in ſanctiſſimi patriarchæ noſtri poteſtate ſitum, vel in noſtra; non ſolum parum aliquid, ſed totum ipſum credere oporteret, ita jubente mandato. Cum autem de Deo ſermo ſit, & in Deum cui ſerviunt omnia: non modo hic aut ille, ſed neque ſi Petrus & Paulus, neque ſi angelorum quiſpiam foret, demutare quippiam vel minimum auderet, tanquam everſio ea ratione evangelio univerſo. Jam vero ſermonem, refellendi cauſa, repugnat: minimeque convenit, niſi ad

Tit. 3. 10.

Concilior. Supplem. Tom. I. Fff 2 cor-

ANNO CHRISTI 821.

ANNO CHRISTI 821.

correptionem tantummodo. Propterea indigni nos pii imperii vestri famuli, ne hiscere quidem audemus. Quod si quid est ejusmodi, de quo ambig at aut diffidat divina magnificentia vestra pie a patriarcha diffolvi posse; jubeat magna ipfius & a Deo confirmata manus, vel ut divinorum æmulatrix ad communem utilitatem, a vetere Roma fulcipi decltaratione, & ab imperio paterna traditione tranimiffus mos fuit. Hæc enim, Chriſti æmule imperator, ſuprema eſt ocdeſiaſtarum Dei, in qua Petrus fedeas primus tenuit, ad quem Dominus dixit: *Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam.* Hæc eſt indignorum famulorum tuorum poſtulatio: hæc noſtra humilis ſecundum Deum exhortatio. Valida ergo Dei manus ſervet te mundo deliberabilem ipſum pie Chriſtianorum imperatorem, ad multos annos ſignifticum, & ad ſuorum filios imperium tranſmittentem cum proſperis ſucceſſibus, hoſtiumque & inimicorum victoriis. Fiat, fiat.

Matth. 16. 18.

ANNO CHRISTI 821.

μένον. Καὶ διὰ τέτο οἱ ἀκόλεθοι βοῶσι τὸν ἐυσεβῆ ὑμῶν καὶ χριστιανικώτατον βασιλέα ὑπὸ τῆ ἀληθείας ἐυτυχῆ· ἡ μεγάλη καὶ βασιλικωτάτη σπέρμα χάρ, ὡς ζηλωτοῦσιν τὰ θεῖα ἐν ὀρθοδοξίᾳ τῶν πατέρων, κελεύσατω τοῦτο τὸ προσβεύτερον Ῥώμης δίδασθαι τῶν διαλεγέντων, ὡς ἐπιβῆτε τῆς ἐκείνε καθέδρας τοῦ ἁγίε Πέτρε. Ἐν ἐκείνῃ γὰρ χρὴ ἐμφιλοτεχνῆσαι τὸν ἐυσεβῆ καὶ χριστιανικώτατον ἡμῶν βασιλέα τῆ ἀληθείας ἐυτυχῆ, ἡ κυριοδιατάτη ἡ βασιλικωτάτη τῶν Θεοῦ, ὡς Πέτρε πρωτόθρονε, πρὸς τὸ πάντας ἡμᾶς ἐν Πέτρῳ ἑνωθῆναι τῇ πέτρᾳ τοιαῦτα γὰρ τῶν ἐναντίων ἡ τῶν ἀξίων οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. Τοῦτο ἡμῶν τὸ αἴτημα· ἡ ἀνάδειξις βοῶν σε· ἄνετε ὑπὸ Θεῷ ἡ σωμάλαρις ἡ τετιμημένη. Ἡ κραταιὰ δὲ χεὶρ τοῦ Θεοῦ σώζοι σε, τὸν κοσμοπλάνητον καὶ θεοδόλη τὴν βασιλεῖα ἡ χριστιανὸν, ὡς πολλὰς χρόνις διατηρόμενον, ἡ ὁς πλείσας πόλεις τῶν κατὰ ἀμφίβοτον ἐν εὐημερίαις τε ἡ νίκαις ἐχθρῶν τε ἡ πολεμίων. Γένοιτο, γένοιτο.

ANNO CHRISTI 821.

AD CONCILIUM apud THEODONIS VILLAM,

Alterumque Triburiense, anno, ut fertur, 821. *celebratæ,*

ADNOTATIO CRITICA, ET CORRECTIO.

COncilium ad Theodonis Villam ex Burchardo omnium vetuſtiſſimo ſcriptore notum in annum 821. poſt Baronium reliqui omnes Eccleſiaſticorum Annaliſtarum ſcriptores contulerunt. Surius, qui illos omnes præceſſerat, anno 821. aſſignandum maluerat, errore ille quidem manifeſto, cum ex eodem Burchardo conſtet inter cæteros Concilii hujus patres aſſeditſe Ebbonem Remenſem, cujus prædeceſſor Wulfarius anno 813. majo menſe, quo Remenſi Concilio interfuit, vacuam illi ſedem reliquiſſe. Sed & ejuſdem Burchardi vetuſtiſſimi codicis Lucenſis teſtimonio conſtat, ſuperſtite adhuc Carolo Imperatore hanc, Theodonis Villam ſynodum conveniſſe. Ita enim ibi lego de ſynodo Triburienſi, altero anno a Concilio ad Theodonis Villam celebrata. *Ex Concilio Triburienſi Cap. 1. expoſitum eccleſiaſticum apud Triburiam a Carolo, & primis Galliarum colludatum, & ſubſcriptum.* Quæ ſi admittatur lectio ab editoribus Concilii hujus ſive neglecta, ſive ex codicis defectu omiſſa, Concilium iſtud ad Theodonis villam confignemus oportet poſt Remenſe, quo tempore Ebbo Remenſem ſedem illam nondum tenebat, & ante diem 28. Januarii anni 814. quo Carolus obiit. Imo nec ad exordium anni 814. tejiciendum eſt, cum ſerius quam ad illud exordium revocari haud quaquam poſſit ſynodus Triburienſis, in qua a Carolo ſignata eſt conſtitutio pro confirmatione eorum, quæ Patres ſynodi ad Theodonis Villam ſanxerunt. Concilium enim illud Triburienſe *alio anno* poſt ſynodum ad Theodonis Villam convenit, ut in eadem conſtitutione exprimitur. Quare ſynodi hujus ad Theodonis Villam annus eſt 813. poſt majum menſem. Reformandus ideo eſt titulus conſtitutionis editæ, ac Ludovici Pii nomine inſcriptæ apud Labbe Tom. IX. pag. 614. edit. Ven. in hanc formam: *Decretum Caroli Imperator adverſus clericorum perculſores &c.*

Nec in hac tantum correctione chronologica uſus fum felleiter ope mei codicis manuſcripti; ſed & variantia quædam ex illo pronenda funt, quæ ſcrtè eruditis nondiſpliceburt. Primò igitur Epiſcoporum nomina, quæ, in editis eſt XXXIII. noſtro eſt XXII. & manu antiqua additur alius decimum X. ut ſit XXXII. Ex patribus concilio præſidebus Wilfolfus Moguntinus, & Ebbo Remenſis tantummodo profecuntur, cæteris Habaldo Colonienſi, Hetrone Trevirenſi, qui in editis comparent, omiſſis. Quo etiam loco cap. III. edita ferunt: *Si quis presbyterum calumniatus fuerit, eumque mentitus, & debilitaverit, & convaluerit*; Codex noſter legit: *Si quis Presbyterum calumniatus fuerit, & ſuſtaverit*; quæ utique lectio præferenda eſt, cum Triburienſis conſtitutio, in qua canones illi omnes repetuntur; tantumdem habeat; quin & ita pariter legit Piſtorienſis codex MS. Ivonis, in quo hæc ipſa decreta leguntur. Ex eodem pariter Piſtorienſi codice emendandus eſt canon IV. in quo edita ferunt: *presbyteri non occiſi triplicem compoſitionem* &c. ſtud enim *non* in eodem codice deeſt.

Hanc vero, quam ſtatuo, epocham concilii ad Theodonis villam, Cæſolo adhuc ſuperſtite, habiti, confirmat correctio ab antiqua manu in codicem noſtrum inducta: ubi enim in editis conſtitutionem Triburienſem legitur confirmaſſe *Imperator*, & *per omnes provincias* prout etiam primigenis manibus

ANNO CHRISTI 822.

nus in codice noſtro ſcribitur, vetuſtus A fuæ Carolus imperii dignitatem communiquidam conſtat correxiſſe *Imperatores*, Carolum ſcilicet, & Ludovicum, cui in extremo vitæ caverat.

ANNO CHRISTI 822.

AD CONCILIUM ATTINIACENSE

Sub Ludovico Pio

Anno 822. habitum

ADDITA.

IN *hoc forte Attiniacenſi concilio auditæ ſunt querelæ Norchildis nobilis feminæ in Agelbertum virum ſuum. Quam totam liſtoriam, & concilii ea de re ſententiam, legas apud Hincmarum Remenſem in opuſculo de divortio Lotharii & Thevtbergæ Interrogat. V. hic verbis*: Quidam noſtrorum tempore, ſanctæ memoriæ Domini Hludovici pii auguſti in Actiniaco palatio tunc fuerunt, quando in univerſali ſynodo totius imperii, etiam cum ſodis Romanæ legatis, & in generali placito, femina quædam non ignobilis genere, nomine Northildis, de quibuſdam inhoneſtis inter ſe & virum ſuum vocabulo Agelbertum, ad imperatorem publice proclamavit, quam imperator ad ſynodum deſtinavit, ut inde epiſcopalis auctoritas quid agendum eſſet decerneret; ſed epiſcoporum generalitas ad ſalcorum ac conjugatorum eam tenuit judicium, ut ipſi inter illam & ipſum conjugem judicarent, qui de talibus negotiis erant cogniti, & legibus ſæculi ſufficientiſſime præditi; eorumque legalibus judiciis eadem femina ſe ſubjiceret, & quod de quæſtione ſua decreviſſent, ſine repetitione teneret: Si verò crimen aliquod eſſet, unde pœnitentiæ modum poſt illorum judicium ab epiſcopali auctoritate deponeretur, ſecundum quod ſacri canones præſcrerunt, ei imponere non negarent: nobilibus autem laicis ſacerdotalis diſceretio placuit, quia de ſuis conjugibus eis non roilebatur judicium, nec a ſacerdotali ordine inferebatur legibus civilibus præjudicium, & legem proclamationi feminæ proponerunt, ac legali judicio quæſtioni terminum contulerunt.

AD CONCILIA ſub BEORNULFO REGE HABITA

ANIMADVERSIO CHRONOLOGICA.

Anni 822. 823. 824.

SUb Beornulfo Mercorum rege in Anglia concilia nonnulla, præſidente Wulfredo Dorobernenſi ſeu Cantuarienſi archiepiſcopo habita, Labbeus ex ſpelmanno in collectionem ſuam retulit, ſed ex neglecta Beornulfi regis epocha ſingulorum annos perperam aſſignat. Si enim notæ chroniche *concilii* Cloveshovienſis, quas infra ex Wilkins aferemus, admittantur, anno DCCCXXV. Beornulfus regni ſui annum agebat III. ex quo ſit ut conciſlum illud Anglicum, in quo Cenedritha abbatiſſa filia ſimul & hæres Cenulfi Mercorum regis defuncti cum Wulfredo Dorobernenſi primo reconciliata eſt, non citius anno DCCCXXII. non verò anno DCCCXX. ut habet Labbeus, celebrari potuerit. Alterum verò conciſlum apud Oshaſlen quod poſt menſem Xbr. a priori illo convenit, nonniſi anno DCCXXIII. coaluit. Denique Concilium Cloveshoviense, quod geminis illis tempore poſterius eſt, ſive ad annum DCCCXXIII. vel, ut indidio III. in eo ſignata conſtet, anno DCCCXXIV. poſt ſeptembrem pertinet. Concilium illud Cloveshoviense habere apud Labbeum tom. IX. col. 621. & nos inferius ſuo loco reproducemus.

SYNODUS INCERTI LOCI

In qua Ebbo Remenſis archiepiſcopus in Daniam deſtinatur ad fidem Chriſti annunciandam

Circa annum 822.

QUo tempore Ludovicus pius imperator Capitulare II. edebat, quod ex concilio a Sirmondi in notis in ſynodo Attiniacenſi anni 822. perfectum eſt, Ebbo Remenſis archiepiſcopus vel jam agebat in Dania, legatus apoſtolicus & fidei Chriſtianæ præco, vel eo jam deſtinatus fuerat; nam in cap. XXV. eorum capitularium tranſmittende edicuntur leges illæ ad coetus quoſdam epiſcopos, a quibus per totam provinciam evulgarentur. Inter cæteros id muneris demandatur Ebboni *quando poterit*; & *quando ei non licuerit* (quod feliciter procul a diœceſi ſua eſſet in Dania) *Rotado epiſco-*

pus

ANNO CHRISTI 823.

po ejus vice. Hæc porro Ebbonis destinatio in Daniam authoritate synodi facta est, cui dein Paschalis Romani pontificis confirmatio accessit, ut ex sequentibus S. Anscharii Hamburgensis episcopi literis discimus, quas ideo recitandas duxi, quod de synodo hac, alias ignota, nos docent. Forte tamen ignora hæc synodus ipsum est Attiniacense concilium, cujus auctoritate Danicam missionem Ebbo suscepit. Porro Epistolam *de exemplo ex Honichelmio in Comment. prævio ad vitam S. Anscharii die III. Febr. §. XIV.*

ANNO CHRISTI 823.

EPISTOLA S. ANSCHARII.

IN nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis. Anscharius gratia Dei archiepiscopus, omnibus fanctis Dei ecclesiæ præsulibus, in regno dumtaxat Ludovici regis commanentibus. Ni sic vos cupio, quis in hoc libello continetur, qualiter Ebbo Remensis archiepiscopus, divino afflatus spiritu, temporibus Domini Ludovici imperatoris cum consensu ipsius, ac pene totius regni ejus synodi congregatæ, Romam adiit, ibique a venerabili papa Paschali publicam evangelizandi licentiam in partibus Aquilonis accepit. Et qualiter postea Ludovicus imperator hoc opus sublimavit; seque in omnibus largum præbuit & benevolum, & cætera quæ huic legationi contigerunt. Quapropter supplicitèr deprecor, ut apud Deum intercedatis, quatenus hæc legatio crescere & fructificare mereatur in Domino. Jam enim Christus proposito & apud Danos & apud Suevones Christi fundata est ecclesia, & Sacerdotes absque prohibitione proprio fungantur officio. Precor etiam, ut has literas in bibliotheca vestra ad perpetuam memoriam reponi faciatis, & prout locusditaverit, tam vos, quam successores vestri, ubi utilitatem perspexeritis, notum omnibus illud faciatis. Omnipotens Deus faciat vos omnes hujus operis pia benevolentia participes, & in cœlesti gloria Christi coharedes.

ANNO CHRISTI 823.

CONCILIUM LATERANENSE,

In quo Paschalis pontifex coram XXXIV. episcopis de homicidio se purgavit,

Anno 823. habitum.

Anno 823. THeodorus quidam S. R. E. primicerius & presbyter cum Leone Nomenclatore, nescio quo, in tumultu Romanorum oculis primum orbati, dein capite truncati sunt. Necis hujus authorem Paschalem papam quidam inimulabantur, cujus finistræ de se suspicioni amovendæ frequenti episcoporum & reliquorum ex clero concilio coacto, interposita sacramenti religione esse ritu solemni purgavit. Episcopos ad XXXIV. interfuisse Theganus in libro de gestis Ludovici pii testatur his verbis: *Qui supradictus pontifex cum juramento purificavit se in Lateranensi patriarchio coram supradictis legatis ex populo Romano cum episcopis XXXIIII. & presbyteris & diaconibus quinque &c.*

AD COMPENDIENSE CONCILIUM

Anno 823. habitum.

ADDITIO.

Anno 823. PEr nitentiam de iis, quæ contra Bernardum Italiæ regem cæterosque conjurationis in se instructæ conscios admiserat, Ludovicum pium imperatorem in conventu Attiniacensi ab episcopis impositam egisse, ex authoritate anonymi, qui vitam ejusdem Ludovici literis consignavit, res est nemini litteratorum. Verum & eundem regem iterum correctum de commissis quibusdam excessibus, iterum emendationem spopondisse, in conventu quodam Compendiensi, omnes pariter admittente ordinatore. Cum id asseratur in narratitium eorum quæ gesta sunt in alio conventu Compendiensi, in quo Ludovicus Imperio privatus fuit. Hæc enim Ludovico exprobrant seditiosi conventus illius patres: *Ne forte interius aliud regeret, aut in confessu Dei quidquam dolose ageret (pœnitentiam simulando) sicut jam prædem in Compendico palatio ab illo facto conventu correptus, coram omni ecclesia cum fecisse om-*

nibus notum est. Quisnam fuerit conventus ille Compendiensis inquirenti mihi, nullus alius præter illum occurrit, in quo multa se speraste bona ab imperatore scribit Agobardus in libello de dispensat. ecclesiast. rer. nihil imperasse. Ut multa sponderet, veniamque de rebus a se perperam gestis posceret suasit fortasse Ludovico divinæ ultionis metus; nam *eo tempore*, ait anonymus vitæ ejus scriptor, *quadam prodigiosa signa apparentia duumum imperatorix fallitabant*. Quanquam verò non nego sedi tiosos hosce episcopos hæc omnia per injuriam principi exprobrasse; neque enim fide emendationem spopondit, sed sincere & ex animo, cujus rei testem Agobardum exhibeo, qui in eodem libello hæc de imperatore testatur est: *Hanc rem Dominus imperator cum audiret, volens eam deducere ad tranquillitatem pacis, quantum in se fuit, sresit unire episcopos & comites in consensum & pacem*.

EU-

ANNO CHRISTI 824.

EUGENIUS PAPA II.

Sedit ab anno 824. *usque ad annum* 827.

ANNO CHRISTI 824.

CONCILIUM CLOVESHOVIENSE

In quo de juribus rebusque a Canuto rege ecclesiæ Cantuariensi ablatis a Ceuedrida abbatissa ejus filia satisfit.

Anno 825. celebratum.

ADMONITIO COLLECTORIS.

Anno 825. HOc idem concilium ex Spelmanno accepturn omitti hic potuisset, nisi diligentia Cl. Wilkins alia ejus acta producta fuissent, in quibus præter nomina patrum, qui concilio adfuerunt in codice Spelmanni resecta, plura leguntur, quæ frustraqueras in præcedentibus concilii hujus editionibus. Mentio verò in ipsis, quæ hic dantur, actis fit de concilio alio Londini habito ante annos tres, ex quo in cognitionem concilii anno forte 820. Londini celebrati deducimur. Hujus Londinensis acta ex ipso Cloveshoviensi innotescunt. En igitur acta illa Cloveshoviensia ex Wilkins tom. I. pag. 173.

CONCILIUM CLOVESHOVIENSE

Anno 825. habitum.

ANno Dominicæ incarnationis DCCCXXV. indictione 3. de diversis Saxoniæ partibus congregatum est synodale concilium in loco præstato, qui nominatur ad Cloveshoum, præsidente autem huc venerabili concilio Wulfredo archiepiscopo, anno vigesimo episcopatus sui, seu etiam Beornulfo, rege Merciorum, anno tertio regni ejus, cæterisque episcopis & abbatibus, necnon & ducibus, omniumque dignitatum optimatibus, ecclesiasticarum vel secularium personarum, ecclesiarum Dei utilitatem & necessitatem sedulantes, atque scrutantes, monasterialisque vitæ regulam & observantiam, seu etiam generositatem, stabilitatemque regni terrestris consilia sacra, ac quærentes; inter ea etiam ab omnibus illic in eadem synodo residentibus tractatum ac quæsitum fuerat, quis cum justitia & æquitate conservatus fuisset, quis autem cum injustitia & violentia fraudatus, dispoliatusque in sua persona fieret. Tantundem verò inter alarum allocutiones verba percussum est, quod præfatus archiepiscopus Wulfredus per inimicitiam, & violentiam, avaritiamque Cœnwulfi regis, sive quæ hic in nostra propria gente peracta sunt, seu etiam ultra mare, ad illam apostolicam sedem per ejus jussionem & immissionem adlata tunc. Hoc est vero, quod in testimonio totius populi omni donatione propria privatus est, vel in suis literis monasteriis omnibus, rebus ac possessionibus, quæ ad illos pertinebant, cum violentia ac rapacitate, ejusdem præfati regis dispoliatus est; nec ille solus episcopus his allisque rebus perplurimis infecundatus fuisset, sed per easdem supradictas accusationes & discordias tortas gens Angiorum sex ferme annorum curricula sua primordiali auctoritate, sacrique baptismatis ministerio privata est. Postea etiam ille prædictus rex Cœnulf, cum suis sapientibus ad regalem villam Lundoniæ perveniens, ad hoc idemque concilium illum archiepiscopum, cum suo fædere sanctorque principum thorum invitabat. Tunc quæ in eodem concilio cum maxima diligentia illi episcopo mandavit, quod omnibus rebus, quæ illius dominationis fuit, dispoliatus debuisset fieri, omnique de patria ista esse profugus, & nunquam nec verbis domini Papæ, nec Cæsaris, seu alterius alicujus gradus huc in patriam iterum recepisse, nisi hoc consentire voluisset. Hoc est, quod illam terram C. C. mancas reddidisset, illamque pecuniam tradidisset CXXX. librarum. Sed & ille episcopus hanc reconciliationem diu recusans, spontaneaque voluntate omnino insons noxiæ consentire, sed tamen cantundem præ ista repræhendenda increpatione rapacitatis & fugæ coactus hac condizione, hanc reconciliationem, sic invitus consensit; ut omni potestate obedientiaque quæ ad illius episcopalem sedem pertinebant, juxta auctoritatem gradus ejus dignus fuisset, sicut prædecessores ejus juxta justum ordinem in pristinis temporibus ante per omnia habuerant. Sed & hocque ille rex Cœnulf illi episcopo reconciliavit, ut omnium supradictarum fugglitationum discordiarumque insontem & securum contra *dominum* papam fecisset. *Aut ii hoc* facere non potuisset, illum pecuniam, quæ ei dedisset, iterum episcopo omnia reddidisset. Sed nihil hujus condictæ conditionis impletum est; sed hæc continua omnia fallata sunt, quia post eandem reconciliationem tribus annis integris, tam in pastu & pecunia vestimentisque

ANNO CHRISTI 825.

tisque atque omni obedientia, quæ ad illum archiepiscopalem sedem pertinebat, sine omni honore tenuistus est, ministque in locis perplurimis illius parochiæ honnoratus est. Postea vero contigit, ut in temporibus prædicti Bernulfi regis ad illamque prænominatam synodum ad Cloveshum ille archiepiscopus Vulfred abbatem, hæredem Coenulfi cum eadem hæreditate illius invitabat, emendationemque sibi omnium suprædictarum molestiarum imperiumque postulavit; quas ille idem rex Coenulfus, ibi & ecclesiæ Christi, ac parochiæ ejus iniquapravitate perpetrarat. Tunc verò omnis illa synodus ad æquitatem inventum, hocque judicium unanimo consensu constituerunt, quod illi episcopo redderæ omnia debuisset, quod violentia abstulerat in omnibus rebus, quibus cum aliqua injuria in omni spatio illa spoliata fuerat, & alteram similem partem ad hoc ipsum adjecisse, & omnem usum emendasse, quæ in ipso spatio confracta fuerat. Postea autem placuit Bernulfo regi, pro amicitia hæreditarii Coenulfi regis, hæredique illius, cum suis fidelibus, illo prænominato archiepiscopo libarum supradictarum terrum reconciliationem & emendationem diligentissime facere decrevisset, humilique prece deposcebat, ut hanc reconciliationi pro amore Dei, & amicitia illius adnueret; quia hæreditas & hæres ejus ad interecessorem & patronum cum expetivit. Hoc ille ut terram C. manent. in quatuor locis suscipere deprecabat. In postremo autem ille prænominatus episcopus illius regis allegationibus accondans, non tamen spontanea voluntate, sed pro amore Dei, & amicabili amicitia illius regis hanc prædictam reconciliationem consentiendo suscepitilet, ut illa abbatissa Cenedritha, filia Coenulfi, hæreditate illius hanc prædictam terram comparat. C. manent. illi archiepiscopo, cum propriis & antiquis testigraphis, & cum eadem libertate, quam ante habuerat, in perpetuam hæreditatem ad habendum & possidendum, postque dies ejus, cuicumque ei placuerit, derelinquendum tradideræt. Insuper etiam ille Bernulfus rex cum testimonio consilioque ejusdem synodi illam terram, quæ ante non fuerat liberata, hujus prædictæ donationis eadem libertate liberabat, sicut & altera terra. jamdudum liberata fuerat, & in altera Kartula conscripta habetur. Sed ftatim illa prædicta reconciliatio confracta est, quia duodecim mensibus illius prænominatæ terræ illi manentes abstractæ sunt libriquæ xivii. manent. in tribus locis prædictis nonfuerunt. Iterumque secundo anno, postquam hæc omnia ita peracta sunt, hæc eadem abbatissa illius episcopi colloquium flagitabat, eumque in provincia expetivit illo in loco, qui nominatur, eique fuam insipientiam confessa est retardatæ reconciliationis, hoc est, illius terræ; quod ante negaverat. Tunc ibique in eodem loco episcopus, illa abbatissa præsente, exponebat, quod ille omnium antiquarum causarum, quas ante reconciliaverunt, liberatas fuisset, cum illa perfecta non fuerunt, quæ ante spondara habuisset. Tum autem illa abbatissa cum omni humilitate promiseræt, ut omne, quod ei reddi- tum non fuerat, cum omni devotione diligentissime emendare voluisset, quosdamque libros, quos ante non habebat, in eodem concilio illi redderat, agellum quoque iii. manent. pro eius amabili amicitia ad illam prænominatam terram donabit. Similiter etiam & in provincia Cantiæ XXX. manent. terram, ubi dicitur Cuneburne cum eadem agellis, ad emendationem illi infempiternam hæreditarem donasset, ut illa prædicta reconciliatio ftabilis firmaque permaneret, & omnis hæreditas Ecgbrychi hæreditasque illius firmaliter sit liberata. Tunc quoque episcopus hoc idem consensit hac conditione, ut illorum prædictorum agellorum nomina de antiquis cartulegiis eradara fuerunt, iterumque in posterum non sunt prolata. Si autem iterum aliqua altercatio ab aliquo hærede Coenulfi in posterum elata fuerit, absque omni dubitatione sciat me liberum esse, neque hæredes & ecclesiam Christi jultitiam ac emendationem ad hæreditatem illam requirere, omnisque suprascripta inpuria inreconciliata manere.

Hæc sunt autem nomina illorum hominum, qui ex alia parte conferciunter, qui eum totas synodalis auctoritate hujus rei reconciliationes testes adfuerunt, & signo sanctæ crucis Christi proprius manibus confirmarunt.

† Ego Cenedritha abbatissa hanc reconciliationem propriis manibus, cum signo sanctæ crucis Christi robor. & fubicr.

† Ego Bernulfus, rex Merc. signo sanctæ crucis Christi confirmabo & fubicr.

† Ego Vulfredus, gratia Dei archiepiscopus, hanc eandem reconciliationem cum signo sanctæ crucis Christi rob. & fub.

† Ego N. episc. conf. & fubic.
† Ego Redhun episc. conf. & fubsc.
† Ego Cadulf. episc. conf. & fubsc.
† Ego Hebert episc. conf. & fubic.
† Ego Beornred episc. conf. & fub.
† Ego Beonna episc. conf. & fub.
† Ego N. episc. conf. & fub.
† Ego Alhhun episc. conf. & fub.
† Ego Humberht episc. conf. & fub.
† Ego N. electus conf. & fub.
† Ego Ceolberht episc. conf. & fub.
† Ego Cynred episc. conf. & fub.
† Ego Cuthwulf presb. abb. conf. & fub.
† Ego Wulfred presb. abb. conf. & fub.
† Ego Eanmund abb. conf. & fub.
† Ego Eanmund presb. abb. conf. & fub.
† Ego Torhthelm prior conf. & fub.
† Ego Wlohtred abb. conf. & fub.
† Ego Wlort presb. conf. & fub.
† Ego Beornnodh dux conf. & fub.
† Ego Eadberht dux conf. & fub.
† Ego Eadvvulf dux conf. & fub.
† Ego Ecgberht dux conf. & fub.
† Ego Alchhard dux conf. & fub.
† Ego Cyneberht dux conf. & fub.
† Ego Sigered dux conf. & fub.
† Ego Mucel dux conf. & fub.
† Ego Cuthred dux conf. & fub.
† Ego Eadvvulf dux conf. & fub.
† Ego VVulfred dux conf. & fub.
† Ego Bynna frater regis conf. & fub.

Ego

ANNO CHRISTI 825.

ANNO CHRISTI 825. 828.

† Ego Aldred conf. & fub.
† Ego VVighelm conf. & fub.
† Ego Aldred conf. & fub.
† Ego Bola pedifecus conf. & fub.
† Ego Alhhun conf. & fub.
† Ego Eadbald conf. & fub.
† Ego Feologeid presb. abb. conf. & fub.
† Ego Osvvulf presb. conf. & fub.
† Ego Huntred presb. conf. & fub.
† Ego Coena presb. conf. & fub.
† Ego Osmund presb. conf. & fub.
† Ego Tudda presb. conf. & fub.
† Ego Brunhard presb. conf. & fub.
† Ego Deornodh presb. conf. & fub.
† Ego Baegmund presb. conf. & fub.

† Ego Hunred presb. conf. & fub.
† Ego Cynehard diac. conf. & fub.
† Ego VVigmund diac. conf. & fub.
† Ego Daegmund diac. conf. & fub.
† Ego VVinfred presb. conf. & fub.
† Ego VVaerhard conf. & fub.
† Ego Eadvvulf presb. conf. & fub.
† Ego Duda conf. & fub.
† Ego Cuenhard conf. & fub.
† Ego Alhhere conf. & fub.
† Ego Aelfgyd conf. & fub.
† Ego Beonne conf. & fub.
† Ego Baegswith conf. & fub.
† Ego Aloburgh conf. & fub.
† Ego Exgburg. conf. & fub.

ANNO CHRISTI 825. 828.

AQUISGRANENSE CONCILIUM

Occasione solemnis translationis corporis S. Hucberti Tungrensis episcopi

Anno 825. habitum.

Anno 825. HOc anno *Concilium magnum Aquisgrani in ecclesia B. Mariæ celebratum* perhibet author brevis chronici Leodiensis, vulgati in Anecdot. PP. Martene & Durand to. III. col. 1492. quod sane chronicon inanum 1192. desinit. Licet autem imis ille author, & quidem plusquam opus fit ad fidem adstruendam recentior, hujus concilii mentionem ingerit; probabile est tamen vera illum narrare, cum in solemni corporis S. Hucberti translatione Leodio Andagium id factum commemoret. In his autem rerum circumstantiis episcopos provinciæ plures convenire conservisse, planum est. Facta est autem translatio illa pridie Kal. Octobris, ut ex Jona, a Pagio laudato, & ex authore ejusdem chronici Leodiensis dimanifestum.

VALENTINUS PAPA

Uno vix mense sedit, obiisque anno 827.

GREGORIUS PAPA IV.

Sedit ab anno 827. ad 844.

CONCILIUM MANTUANUM II.

Gregorio IV. pontifice celebratum, pro definiendis juribus litigiosis inter Aquilejensem & Gradensem patriarchas.

Anno 827. IN Mantuano concilio anno 827. habito præsentibus S. R. E. legatis quæstio dirigitur de jure in episcopatus Istriæ inter Aquilejensem & Gradensem patriarchas, pro Aquilejensibus definita est. Sed Gradensibus judicio synodi bare recusatoribus, iterum in Mantuana altera synodo, eadem quæstio ad examen revocata fuit, & Aquilejensibus iterum asserta. Rem eoram fubobscuris verbis indicat diploma Ludovici II. augusti vulgatum in novis additionibus ad Ughellium to. V. col. 40. in Aquilejensibus. Postquam enim imperator narravit, quæstionem illam decisam fuisse *in pluribus conciliis*; dein illorum conciliorum quædam designaturus, Mantuanum sub Eugenio commemorat, *in quo*, ait, *controversia Aquilejensis & Gradensis ecclesiarum, sententiæ episcoporum, pensius est soluta*, cum subdit. *Deinceps quoque temporibus papæ Gregorii, interpellantie etiam iterum contra Gradensem episcopum supradictis Mastrevo Forojulensis pontifice, eadem est quæstio retractata, & eorum judicio ad finem usque perducta*. Quid est illud *eorum judicio*, nisi eorum episcoporum in Mantuana synodo residentium? Nisi forte quisplam contenderit, id quidem in synodo episcoporum, sed alibi quam Mantuæ collecta, discussum fuisse. Is enim per me, ut ita fentiar, liber, dummodo concilium quoddam agnoscat.

AD CONCILIUM LUGDUNENSE

Jussu Ludovici & Lotharii Impp.

Anno 829. celebratum

A D D I T I O.

VEnetus Labbei editor concilium hoc Lugdunense, a Pagio ad A. 829. 10. indictum, in collectionem suam accivit, & optime ille quidem, qui & accurate designat, datam, ut credere pronum est, a concilio illo synodicam inter Agobardi opera, legendam occurere, quæ in ipsa fronte nomen Agobardi Lugdunensis archiepiscopi, Bernardi archiepiscopi Viennensis, & Eaof Cabilonensis episcopi præfert. Unum tamen aliud optabant lectores, ut epistolam ipsam, tanquam actorum hujus concilii deperditorum reliquias proferret. Huic eruditorum desiderio nos fatisfaciendum rati, hanc ipsam synodicam damus, cui & præmittimus epistolam aliam ab uno Agobardo, sed ex assensu synodi, ut idem Pagius opinatur, ejusdemque argumenti ad imperatorem directam.

Christianissimo, & pene piissimo, & in Christo victori, ac triumphatori Ludovico imperatori felicissimo, semper augusto, Agobardus abjectissimus omnium fervorum suorum.

Ex Bibliot. Vet. PP. in Oper. Agobardi to. 1. pag. 1101. Edit. Paris.

a Tim. 3.

CUm Deus omnipotens qui vos ante tempora præscivit, & præordinavit vestrum piam futurum temporibus valde necessariis, sublimaverit prudentiam vestram & excellentiam religionis (quæ cæteros vestri temporis mortales; dubium non est præparari vos ad remedium temporibus periculosis, de quibus Apostolus loquitur: *in novissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati &c. & habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes:* De quibus nihil est expectandum, quod jam non videatur nisi solutio Sathanæ, & publica calcatio sanctæ civitatis, menibus quadraginta duobus, quæ futura est per caput omnium iniquorum antichristum. Cum hæc igitur ita se habeant, obsecro tranquillissimam longanimitatem vestram, ut præbeatis patientissimam autem vestram verbis, quibus ego infimus fervorum vestrorum, nimis necessarium putavi admonendam sanctissimam sollicitudinem vestram de re tam necessaria, quæ aut fola, aut præcipua est, cui per cæteras res occurrere debeat gubernatio vestra; cujus narrationem si prosequi potuissem, taciris nominibus authorum, vellem omnino. Sed quia fieri non potest, commixto me bonitati & patientiæ vestræ, dando me periculis, & innotescens vobis, quæ tacere perniciosum est. Venerant Gertycus & Fredericus, quos præcucurrit Eurardus, mihi quidem vestri, non tamen per omnia vestra agentes, sed ex parte alterius, & ostenderunt se Christianis fidibles, & Judæis mites, maxime Lugduni, ubi partem persecutionis adversus ecclesiam depinxerunt, quam mutis gemitibus, fuspiriis & lachrimis stimulaverunt. Quæ persecutio, quia præcipue adversum me acta est, tota a me profenda non est, nisi forte clementissima sollicitudo vestra scire voluerit; tamen in quantum ecclesiæ Christi noxia est, (si vestra patitur manfuetudo) breviter intimare exordiar. Venientes itaque primum Judæi dederunt mihi indiculum ex nomine vestro, & alterum ei qui pagum Lugdunensem Vice-Comitis regit, præcipientem illi ut auxilium ferret Judæis adversum me. Quos indiculos licet ex facro nomine vestro recitarentur, & vestro anulo essent signati; nullatenus tamen credidimus ex judicio vestro tales prodiisse. Comperunt autem efferri quadam odibili insolentia Judæi, comminantes, omnibus injustis nos afficiendo, per missos, quos adepti fuerant ad exolvendam vindictam de Christianis. Post eos venit Eurardus eadem literans, & dicens majestatem vestram commotam esse valde adversum me propter Judæos: deinde venerunt & prædicti missi, habentes in manibus tractoriam stipendiarem, & capitularia sanctionum, quæ non putamus vestra jussione existere talia. His caulis lætificati funt Judæi ultra modum, & contristati Christiani, non solum illi qui fuerunt, sed & qui futuri sunt, & qui difficili; sed & cæteri qui hæc viderunt, vel audierunt. Maxime ideo quia sententia judæorum ita contra scripturas est, ut auderent irreverenter proferre Christianis, quid potius credendum esset ac tenendum; blasphemantes coram eis Dominum Deum, ac Salvatorem nostrum Jesum Christum. Roborato quoque hac perversitas ex verbis missorum, quibus sufurrabant quorundam auribus, dicentes, quod Judæi non abominabiles, ut plerique putant, fed chari eſſent in oculis vestris, & dominibus eorum dicentibus, ex parte meliores eos habitos, quam Christianos. Et ego quidem indignus fervus vestter non eram Lugduni, fed aberam longe cauſa Nazuadarum Monachorum, qui quadam diſſimulatæ inter ſe laborabant. Tamen direxi miſſos noſtros, & literulas ad illos, ut perficerent quicquid vellent, quod eis impoſſibile eſſet, & nos obediremus. Sed nihil veniæ adepti ſumus, ita ut etiam aliqui ex ſacerdotibus noſtris, quibus nominatim minabantur, non audeant præſentiam ſuam eis exhibere. Hæc paſſi ſumus a fautoribus Judæorum, non ob aliud, niſi quia prædicavimus Chriſtianis, ut mancipia eis Chriſtiana non venderent; ut ipſos Judæos Chriſtianos vendere ad Hiſpanias non permitterent, nec mercenarios domeſticos habere; ne feminæ Chriſtianæ cum eis fabulari-

AD CONC. LUGDUNENSE ADDITIO.

& operum obrui circumvenientes (a) ſe utres novos evangelico vino repletos dicebant. Cavendum ergo patres beatiſſimi, & paterna vigilantia providendum, ne forte & nunc hoſtis antiquus, qui tanquam leo rugiens circuit quærens quem devoret, qui magnum de modico ſæpe malum excitat, & de ſcintillis conflat incendia nova, per has novas fantaſias in ſimplicium & ignorantium cordibus errorum ſemina nutriat. Curandum etiam ne per earum inſtitutionem ſchiſmata divina volumina violentur: confert enim ea affidue cum hebræis; & quia nullam linguæ eorum, nullam literarum familiaritatem habet, frequenter, ut audio, quæ ſunt recta pervertit. Nam & in hac parte tantam patres adhibuere cautelam, ut evangelii quæ boatus Hieronymus ab Eſtio, five Luciano falſata eſſe commemorat, inter libros non recipiendos abjicerunt. Quanto etenim magis iſtius emendatio deber eſſe ſuſpecta, qui in tantis, ut res ipſæ demonſtrant, præcipuum calcar ſcripturæ dicentis: (b) *Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui.*

Hæc ſunt, o ſanctiſſimi patres, quæ pro timore Dei, pro honore ſuo, pro amore veſtro, immo totius eccleſiæ, manſuetudini veſtræ credidi intimanda. Nunc precor indignus, & obſecro per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui dilexit eccleſiam ſuam & ſeipſum credidit (c) pro ea, mundam eam lavacro aquæ in verbo, ut exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiam, non habentem maculam aut rugam aut aliquid hujuſmodi, ut inflammentis veritatis zelo, & in cum ſancto concilio expugnetis errorem infuſiſſimum, neque hæc ſolum noſtra, quæ præde, & direptioni, & concuſcationi patet, ſed & ex aliis Chriſti eccleſiis hujus ſuperſtitionis peſtilentiam exterminetis. Credite enim, Domini omni mihi veneratione digniſſimi, quia nihil ita hæc miſera & miſerabilis plangit eccleſia, ſicut veritatis, quam non audit, diſpendium, & multiplicium errorum, quos tolerare compellitur, incrementum. Videtis, ſanctiſſimi, pro qua & adversus quem ſupplicem pro eccleſia videlicet Chriſti, cui fidem & caritatem uſque ad mortem debeo, adverſus fabricatorem mendacii, & cultorem perverſorum dogmatum, qui temporibus prædeceſſorum antiſtitum, temporibus religioſiſſimi principis, contra veritatem ſcripturarum, contra auctoritatem eccleſiaſticorum patrum, contra omnem rationis ordinem, eccleſiæ Dei vivi, qui eſt columna & firmamentum veritatis, auſu temerario atque ſacrilego, tanta errorum & ſuperſtitionum ſcandala inferre conatus eſt; quæ procul dubio habent initium, truncum, & medium putridum, & finem ruinoſum. Nam aut humiliter confitebitur errorem, ut poſſit diligenter præbere ſatisfationem; aut ſi infatuatum ſuarum commenta pertinaciter arque impudenter aſſerere maluerit, quod ei non expedit, nec optamus, habet præceptorum auctoritatibus rebus, ut ſupra oſtendimus, exempla, quorum exitus pertimeſcat.

ANNO CHRISTI 838.

(b) Prov. XXII. 28.

(c) *al. tradidit.*

ANNO CHRISTI 838.

bono ſunt. Sic lucet lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt. Hæc igitur intentione, ut Deus inſpicit, præſtam tam laudabiliter, atque utiliter geſtam, tenui licet eloquio breviſſime, quantum potero, ceteris (a) tradere, & piorum auribus, Chriſto Domino auxiliante, inculcare curabo. Quod præcipue nobis, ideſt univerſo clero eccleſiæ Lugdunenſis neceſſarium duxi, ut quorum fides hæſtenus infauſti & fantaſtici erroris fabulis improbe affixa eſt, nunc paterno adjuta ac robuſta ſuffragio, & evaſiſſe ſe gaudeat, & vicifſe.

Auctor hujus inauditi execrandique erroris Amalarius omnibus notus eſt. Hic in tantum præſumptionis erupit, ut ſpreta ſcripturarum veritate, calcata ſanctorum patrum auctoritate, doctrina damnabili ſinceritatem fidei catholicæ violaverit, & ſimplicem eccleſiaſticæ obſervantiæ cultum, fallaciarum nebulis involvere ac decolorare auſus ſit. Quam vanitatum ſuarum peſtiferam vanitatem, non jam viva, quam mortua voce, fed & libroram multiplicium monumentis longo jam tempore, ubi poterat, velut furor noſturnus tritico agri Domini ſtatuia interferens, longe lateque diſſeminaverit, ſcripturarum teſtimoniis abutens ad aniles ineptias ſuas, & orthodoxorum patrum ſententias coaptans fabulis ſuis.

Senſit, inimo ingemuit hoc malum præſens eccleſia, cum in celeberrimo presbyterorum conventu, præſentibus chorepiſcopis & archidiaconis, præſentibus etiam nonnullis aliis ex clero, tam ingenia & fidei contraria docere præſumſit, ut omnium horrere auditus; cum poſtmodum etiam deſtandum opuſculorum ſuorum codicem omni parrochiæ noſtræ velut legendum tranſcribendumque ingeſſit; ſed & ante paucos dies cum aliam librum ſuum huc deculit dementiſſimus, adinventionum ſuarum ſarcaſmatibus plenum. Quæ omnia magis odio & obſivione, quam relatu digna libenter nunc ſilentio præterirem, niſi hæc vel tenui commemoratione perſtringere, rei geſtæ, quam explicandam ſuſcepi, ordo & cauſa depoſceret. Neque enim inis quæſtionis poteſt rite agnoſci, niſi ante initium ſollicitius præmoſcatur.

Aſſerit itaque doctor præfatus inter alia corpus Chriſti triforme, & tripartitum eſſe, immo tria eſſe Chriſti corpora. Corpus Chriſti quod in ſacramento a fidelibus ſumitur, vel in cœlum invifibiliter recipi, vel in corporibus humanum manere uſque in finem ſeculorum, vel ex incifione venarum cum ſanguine fluere, vel in receſſu labi opinatur. Diacones altari cum aſſiſtunt incliues, aſſerit ſuperne apoſtolos in paſſione Domini metuentes atque latitantes; ſubdiaconos, mulieres cruci intrepide aſſiſtentes; presbyterum, Joſeph ab Arimathia; archidiaconum, Nicodemum; calicem, ſepulcrum; oblationem Dominici corporis dicit crucifixionem; lignum ipſum deſignare dicit dodiones; lignum unde pendet, crucem; ſunem quo attrahitur, fidem; tintinnabulum quo reſonat, linguam; manum trahentis cum levatur, vitam contemplativam; cum depo-

ANNO CHRISTI 838.

(a) *al. traditis.*

(b) Psal. CXVIII. 105.

(c) Ephes. V. 25. Tit. II. 14.

(d) Matth. XXVIII. 20.

(e) Ezech. XXXVII. 26.

(f) Ezech. XXXVI. 24. & XXXVII. 21.

(g) Ezech. XXXVII. 22.

AD SYNODUM CARISIACAM

Anno 838.

ADDITIO.

IN NOMINE DOMINI JESU CHRISTI,

Incipit opuſculum de cauſa fidei, apud Carisiacenſe epiſcoporum concilium. ſuper habita.

Ex Marten. Veter. monum. to. IX. col. 649.

Res ſuperrime apud Carisiacum palatium, in generali & valde celebri epiſcoporum concilio, ſuper quibuſdam cauſis fidei & obſervationibus eccleſiaſticis acta eſt, adeo memorabilis & ſalubris, ut licet in omnium fere oortium propalata ſit, diſſimilis tamen exiſtat, quæ ad utilitatem & ædificationem fidelium litteris mandari, & cunctorum ſenſibus doctrinæ debeat commendari.

E Cum enim in ſacro-ſancto ſacerdotali conventu, inſpirante Domino, qui in nomine ſuo congregatis medium ſe affuturum promiſit, clarus fidei ac veritatis fulgor aperitur, non oportet divinum manus obtegi, ſed ad illuminationem eccleſiæ, & laudem nominis Dei aperta luce omnibus declarari, ipſo Domino dicente: (d) *Neque accendunt lucernam & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, ut lucent omnibus qui in do-*

nitur, adſivam. Exorciſmos Catheculmenorum ad ſpiritalem emundationis affectum ſimpliciter depromendos, ad quinque ſe nſus corporeos nimia carnalitate convertit.

Hiſdem ipſis, ſicut aures & nares, ita & oculos tangendos meſius indicat. Antiphonam Johannis Apocalypſi comparat. Atque has omnes & innumeras alias nænias per fandum dicti Spiritum revelari, ſibi ſurpans teſtimonium Petri apoſtoli dicentis: (b) *Non enim voluntate humana allata eſt aliquando ſ. 1. prophetia, ſed Spiritu Sancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines.* Ex quo manifeſte & ſe prophetam, & doctrinam vaniſſimam & riſu dignam, hos miſerabiliter deceptus! vult credi prophetiam. Verum ut quod corpſum eſt breviter explicetur; ubi doctrinæ hujuſmodi contagium ad ſubverſionem ſimplicium in hac eccleſia diſſeminari cœpit, paſtor de commiſſi gregis ſalute ſollicitus, cum multi meorum amaritudine religioſo principi cauſam innotuit, congenes ac deplorans magnum eccleſiæ vulnus, & execrandam hæreſim maculam, ſub illuſionis novitatum præſumptione nitri, niſi velocius Deo debita ejus providentia ſubveniret pii principis cura ardenter ac laudabiliter in Dei rebus ſollicita, tantum ob ipſarque eccleſiæ negotia in prædictum palatii locum reverendos patres epiſcopos convenire juſſiſſet, cauſam ad cognitionem atque

C examen concilii eorum profetti recte, cognoque in eorum auribus, tam inepta & profana novarum adinventionum commenta recitarentur, & ſacrilegiis quæ ex eorum fidi audaciſſima vanitate protulerat præſente; & tes blaſphemas religioſus horreret auditus, exigunt ab eo, ſi vere ſua eſſet doctrina. Negare non poterat, utpote quæ in libris quamplurimis ab ipſo editis fere ubique vulgata ſit. Interrogant ubi hæc legerit. Tunc ille maximo confuſus articulo, rem quæ neque de ſcripturis ſumta eſſet, neque de catholicorum patrum dogmatibus tracta, ſed nec ab ipſis etiam hæreticis præſumta; quia aliud quod dicerer penitus non habebat, in ſuo ſpiritu ſe legiſſe reſpondit. Sed nox tam ſuperbam & ſatuam reſponſionem venenata ſynodus exſecrans, dixit; vere ille fuit ſpiritus erroris. Mentiuntur enim beatum dixiſſe Apoſtolum: *e Noviſſimis temporibus* (c) 1. Tim. *diſcedent quidam a fide, attendentes ſpiritibus IV. 1. erroris & doctrinis dæmoniorum in hypocriſi loquentium mendacium:* De qualibus & Ezechiel dicit: (d) *Ve prophetis inſipientibus* (d) Ezech. *hoc qui ſequuntur ſpiritum ſuum, & nihil* XIII. 3. *vident.* Et iterum: (e) *Videtur vana viſio & divinantes mendacium, dicentes; Hec dicit* (e) ibid. *Dominus, cum Dominus non ſit locutus.* Unde & illuſionoſi præſumptores Deus per eundem prophetam ſuo decoratus eſt, (f) Ezech. teſtatur, dicens: (f) *Et prophetæ ſtulti vident-* XIV. 9. *verunt a me, & locutus ſuerit verbum in nomine meo, quod non præcepi ei, ego Dominus deceptæ prophetam illum.* Quos omnes ſpiritu Dei vacuos, & ſpiritu proprio inflatos, alienandos penitus a ſanctorum cœtu terribiliter demantians in conciliabulo: *g Populi mei* (g) Ezech. *non erunt, & in ſcripturas domus Iſrael non* XIII. 20. *ſcribentur, nec terram Iſrael ingredientur;* cumque, illo retinente ac de mendaciorum ſuo-

ANNO CHRISTI 838.

fuorum deprehensis fallaciis consuta, veneranda synodus plurima loquacetur, deliberat tum est, doctrinam hanc esse omnino damnabilem, & ab omnibus catholicæ fidei cultoribus fundi-tus respuendam; præcipiente nobis Apostolo ac dicente: (a) *Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci.* Diversam ille illam doctrinam a finceritate veræ fidei & omnimo ab ecclesiastica peregrinam, quippe quam nemo orthodoxorum patrum novit, nulla veritatis ratio fulcit; sed novitius atque adventitius error Indaici umbras & figuras in cæremoniis testamenti veteris extitisse; novum adventum Christi veritate fulgere, & fidei puritate, atque observantia Christum confitere; de tertio autem Apostolo: (b) *Vetera transierunt, ecce facta sunt nova. Omnia autem ex Deo*

(b) 2. Cor. v. 18.

nato, qui reconciliavit nos sibi per Christum. Omnia igitur, ideft & vetera & nova, de typum legis & evangelii veritatem unius & solius Dei, non cujuslibet hominis aut angeli auctoritate confiare. Unde nemini decet omnino post utriusque testamenti ministros divino spiritu illustratos, divina auctoritate subnixos, in quibus & per quos ea quæ diversis temporibus ad salutem populi sui congrua judicavit, evidenter fecit, & ostendit, & locutus, licuisse aut licere nova figurarum genera vel mysteriorum sacramenta fancire, & ideo rationabile obsequium ecclesiæ vivæ in omnia vallum, sive in multiplici vasorum ministerio, in simplicitate veritatis, & fidei puritate, procul omni superstitionis phantasmate, remota omni nebulosi dogmatis vanitate, pure Deo & Christo, ejusque, ideilt de veteri & novo, de lege & evangelio veritatem unius & solius Dei, non cujuslibet hominis aut angeli auctoritate confiare. Unde nemini decet omnino post utriusque testamenti ministros divino spiritu illustratos, divina auctoritate subnixos, in quibus & per quos ea quæ diversis temporibus ad salutem populi sui congrua judicavit, evidenter fecit, & ostendit, & locutus, licuisse aut licere nova figurarum genera vel mysteriorum sacramenta fancire, & ideo rationabile obsequium ecclesiæ vivæ in omnia vallum, sive in multiplici vasorum ministerio, in simplicitate veritatis, & fidei puritate, procul omni superstitionis phantasmate, remota omni nebulosi dogmatis vanitate, pure Deo & Christo, ejusque fancire, & ideo rationabile obsequium ecclesiæ vivæ in omnia vallum, sive in multiplici vasorum ministerio, in simplicitate veritatis, & fidei puritate, procul omni superstitionis phantasmate, remota omni nebulosi dogmatis vanitate, pure Deo & Christo, ejusque

(a) Hebr. xiii. 9.

(b) 2. Cor. v. 18.

pter me; Sicut nihil vitæ æternæ cibo nisi vera animæ refectio apparenda est, ita nihil pernitus cogitandum, nisi quod spiritale & immortale est. Quid autem mirum si fidei gratia & virtute divina talis cibus fiat fumitur, ut absorbeatur quod mortale est a vita? (g) *Hic est*, ait Dominus, *panis de cælo descendens, ut si quis ex ipso manducaverit non moriatur.* Sed quid pertinet ad virtutem Sacramenti, quod pertinet ad visibilis Sacramentum? Qui manducat intus, non foris; qui manducat in corde, non qui premit dente. Credere enim in eum, hoc eft manducare panem vivum; qui credit manducat; qui manducat, spiritaliter quia & invisibiliter renafcitur. Sacramenta funt ista; ideo autem dicuntur Sacramenta, quia in eis aliud videtur, aliud intelligitur. Quod videtur fpeciem habet corporalem; quod intelligitur fructum habet fpiritalem. Manet igitur in mente fidelium incorrupta veritatis myfterii virtus, & efficaciffima potentia, quæ non dubia fidelis, firmandam conscientias, perficiens gratiam redemtionis & falutis. Unde ait beatiffimus Joannes: (h) *Et fanguis filii ejus Jefu Chriſti emundat nos ab omni peccato.* Ex quoque eleftionis Apoftolus: (i) *Quanto magis*, inquit, *fanguis Chriſti qui per Spiritum Sanctum femetipſum obtulit immaculatum Deo, emundavit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis ad ſerviendum Deo viventi?* Sed & princeps Apoftolorum Petrus: (k) *Scientes*, ait, *quod non* (k) 1. Pet. *corruptibilibus auro & argento redemti eſtis de vana veſtra converſatione traditionis, ſed pretioſo ſanguine, tanquam agni incontaminati & immaculati Chriſti.* Non ergo corruptibili redemti ſumus. Hoc fidelis fumit ad vitam, indignus ad pœnam; hoc pretium redemtionis & viaticum ſalutis ſuſcipitur fidelium fub bota mortis fideli pietate expoſcit. Hoc ſe peccatorum veniam adipiſci, hoc malignorum ſpirituum incurſu ipſa morte tucndum, ad paradiſi amœna præſumit admittendum. Cumque pulvis revertitur in terram ſuam, unde erat, ſpiritus vero ad Dominum ſolitæ fretus hujus gratiæ præſidio munitus, redit ad Dominum qui dedit illum, nec in depoſitione corruptibilis corporis ſui amittens incorruptibilem gratiam corporis Chriſti. Nec propterea annuente poteſt de concilio venerabilium epiſcoporum ad ædificationem eccleſiæ Dei, & confirmationem catholicæ fidei nuper habitoru, brevi pagina annorare curavi, verba eorum & ſenſus quibus valui verbis, & ſcripturarum teſtimoniis explicans & excogitari nuper, & exteranali erroris conſuturationem in omnium, qui hæc legere vel audire voluerint, notitiam perferens, ut repudiata atque damnata profani dogmatis fabuloſiſſima vanitate, & vanilimamentes noſtras emundet; quatenus, tam divinum glorioſiſumque myſterium puro-ſenſu cogitantes, pura pietate ſumentes, incorruptæ purificationis gratiam conſequamur. Cum eaim Dominus dicat: (d) *Ego ſum panis vivus, & Pater meus dat vobis panem de cælo verum; & (e) caro mea vere eſt cibus, & (f) ſanguis meus vere eſt potus. Qui manducat me & ipſe vivet propter*

(g) Joan. vi. 50.

(h) 1. Joan. i. 7.

(i) Hebr. ix. 14.

(k) 1. Pet. i. 18.

(d) Joan. vi. 51.

(e) Joan. vi. 56.

(f) Ibid.

pulo ait: (a) *O Timothee depoſitum cuſtodi, devitans profanas vocum novitates, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt.* Cum ergo illiuſmodi pfeudoſcientia, & profanavocum novitas fides excidium, & naufragium faciat, velut ſcyllam quandam, & carybdim, eam vitemus, metuamuſque inimica cœgis ſtipendia, ne forte jam in illo tempore, eſſe caeperimus, de quo ideam terribilem denunciatione clamat Apoſtolus: (b) *Erit enim tempus cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt: ſed ad ſua deſideria coacervabunt ſibi magiſtros, prurientes auribus, & a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur;* ſtatimque ſubjungit: *Vu terræ cygelia*, videlicet ne dormientibus patris familiæ ſervis, inimicus homo ſuperſeminet zizania in medio tritici. Audiamus eundem Apoſtolum alteri cæriſimo diſcipulo dicentem (c) *Stultas autem quæſtiones, & genealogias & contentiones, & pugnas legis devita, ſunt enim inutiles & vanæ.* Et proſtquas adjungit: *Hæreticum hominem poſt unam & ſecundam correptionem devita: ſciens quia ſubverſus eſt huiſmodi & peccat proprio judicio condemnatus:* Sed & alio loco dicit: (d) *Si quis autem docet & non adquieſcit ſanis ſermonibus Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ei quæ ſecundum pietatem eſt doctrinæ, ſuperbus eſt, nihil ſciens, ſed languens.* Circa quæſtiones & pugnas verborum, nonae videtur Apoſtolus in his verbis, velut digito monſtrare, præſarum noſtri temporis vanitatem, præſumtorem, qui ſpretnens ſanos ſermones Domini Jeſu Chriſti, conculcans doctrinum pietatis, totus circa novas quæſtiones, & inutiles adjectiones languidus & inquietus oberrat? Dominus enim noſter Jeſus Chriſtus, qui eſt verus & veritas, veriſſimum corporis & ſanguinis ſui myſterium in evangelio eoponere dignatus ait: (e) *Amen amen dico vobis, niſi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Cæro enim mea vere eſt cibus & ſanguis meus vere eſt potus. *Qui manducat carnem meam, & bibit ſanguinem meum, in me manet, & ego in eo.* Sicut *miſit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem, & qui manducat me, & ipſe vivit propter me.* Panis enim Dei eſt qui deſcendit de cœlo, & dat vitam mundo; *& panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita.* Ecce ſanos ſermones Domini noſtri Jeſu Chriſti, ecce doctrinam pietatis, ecce veritatem ſine ullo vitio ſitæ; (f) *Verba quæ locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt.* Et Petrus ad illum: (g) *Domine*, inquit, *verba vitæ æternæ habes.* Audiamus ergo verba quæ ipſe vitæ. Carnem ſuam dicit a fidelibus manducari, & ſanguinem ſuum potari. Vere illum cibum carnem ſuam eſſe, vere illum potum ſanguinem ſuum exiſtere confirmat. Scipſum aſſerit a fidelibus fuis comedi, & ſine hoc cibo neminem vere pes hunc mundum vivere teſtatur; hunc eſſe panem de cœlo deſcendentem, id eſt carnem quam ipſe tradidit pro mundi vita. hic panis cœleſtis, quia cœleſte, immo ſupercœleſte verbum, nobis quidem ge-

(a) 1. Tim. vi. 20.

(b) 2. Tim. iv. 3.

(c) Tit. iii. 9.

(d) 1. Tim. vi. 3.

(e) Joan. vi. 54.

(f) Joan. vi. 64.

(g) Ibid. 69.

neris, ſed cœleſtis originis caro ſuſtum eſt & habitravit in nobis; neque carnem illam Dei genitrix ex voluntate viri, ſed ex ſuperventu Spiritus Sancti & obumbratione concepit virtus Altiſſimi. Ideo & de hoc pane olim fuerat prophetatum: (h) *Panem cœli dedit eis, panem angelorum manducavit homo.* Verbum enim Dei manens in cœleſtibus ſuperais panis angelorum caro ſuſtum eſt, ut panem angelorum manducaret homo. Quomodo igitur ille profanæ novitatis præſumptor, & quantum in ſe eſt, tantæ pietatis violator, per quam in fidelibus videlet, & in ſuis fidelibus Chriſtus manens caput corporis eccleſiæ exiſtit. Quomodo, inquam unum cœleſtem panem tam ſtita dividi? illud illic afferens eſſe Chriſtum, alibi vivantes fideles, aliud jam defunctos. Et Chriſtum quidem calicis particula contineri, viventes in parcina fragmentia, defunctos autem in tertia quadam altaris particula cenſeri. Ira errore tactilego implicatur, ubi Dominus Jeſus Chriſtus affirat ſemetipſum a fidelibus manducari, & vere carnem ſuam eſſe cibum, vere ſanguinem ſuum potum; ſite, contendit vivos comedi, & defunctos. Arguit ipſo in ſe ſuperbiæ Apoſtolus hunc errorem. (i) *Calix*, inquiens, *benedictionis* (i) 1. Cor. *cui benedicimus, nonne communicatio ſanguinis Chriſti? & panis quem frangimus, nonne communicatio corporis Chriſti eſt?* Ille autem e contrario in presbyterorum concilio docet, ſanguis ille anima Chriſti eſt. Quid hac novitate profanius? Apoſtolus omni diſſoluti ſuſpicione fabulæ panis aſſidue: *Multi unum corpus ſumus in Chriſto.* Et iterum: (k) *Solliciti ſervare unitatem ſpiritus in vinculo pacis, unum corpus, & unus ſpiritus, ſicut vocati eſtis in una ſpe vocationis veſtræ.* Et rurſus, caput & corpus, Chriſtum & eccleſiam unum Chriſtum eſſe conteſtans, dicit: (l) *Sicut enim de uno homine multa membra multa, omnia autem membra corporis unum ſunt multa, unum corpus ſunt. Ita & Chriſtus.* Unde & Corinthios male diviſos, & ſectarum Dominicam ſcindere ſchiſmatibus diſrumpentes objurgans, clamat: (m) *Dividitur ſic Chriſtus?* Hanc quoque unitatem in ſacrificio ſacroſancto eccleſiarum deſcelegnati (n) *Unus panis*, inquit, *unum corpus* (n) 1. Cor. *multi ſumus, omnesque de uno pane participa-* x. 17. *mus.* Ita igitur omnes tam antiqui quam moderni, tam viventes quam dormientes, in Chriſto unus panis ſumus, Chriſto incorporati & uniti, ut tamen omnes ad vitæ & ſalutis gratiam capiendam de uno participemur: illo videlicet qui deſcendit de cœlo, & dat vitam mundo. Sic omnes ſanctí ſunt lapides vivi, ſed per eum vivificati, de quo illis per Petrum apoſtolum dicitur (o) *ad quem accedentes lapidem vivum, & ipſi tanquam lapides vivi ſuperædificamini.* Sic omnes efficiuntur lux, dicente Domino, (p) *Vos eſtis lux mundi*, ſed ex illo illuminati, ut de quo evangeliſta ait (q) *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Sic ergo & unus panis exiſtunt, fed illius participatione vitalem ſubſtantiam trahentes, qui dicit: (r) *Ego ſum panis vivus, qui de cælo deſcendi.* Partici-ap. tantur quidem, & communicant ſibi invi-

(h) Psal. lxxvii. 25.

(i) 1. Cor. x. 16.

(k) Ephes. iv. 4.

(l) Rom. xii. 4.

(m) 1. Cor. i. 13.

(o) 1. Pet. ii. 4.

(p) Matt. v. 14.

(q) Joan. i. 9.

(r) Joan. vi. 41.

cem

ANNO CHRISTI 838.

cem omnes fideles per societatem & communicationem spiritus, per unitatem fidei, spei & caritatis, dicente Apostolo: (a) *Gratia Domini nostri Jesu Christi, & caritas Dei, & communicatio Sancti Spiritus sit cum omnibus vobis*. Omnis tamen hæc participatio & communicatio, quæ illis non utique de invicem, sed ad invicem exsistant, ad illum tendit, & ex illo solo vegetatur, qui est fons vitæ, de quo beatus Johannes dicit. (b) *Quod vidimus, & auditimus annuntiamus vobis, ut & vos communionem habeatis nobiscum, & communio nostra sit cum Patre, & cum Filio ejus Jesu Christo*. Christus enim Jesus caput & vertex Ecclesiæ, & idcirco ad vitæ æternæ communionem illi connectitur & cohæret, & in illum tota concurrit ecclesia, ut tonte capitis totum corpus irrigetur, & vivat dicente Apostolo: (c) *Veritatem autem facientes in caritate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus: Ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem juncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram unius cujusque membri, augmentum corporis facit in ædificationem sui in caritate*. Et iterum: (d) *Ne simus fluctuat, volens in humilitate & religione animarum, quas non vidit ambulans, fruitus inflatus sensu carnis fuit, & non tenens caput, ex quo totum corpus per connexum & conjunctionem subministratum, & conjunctum crescit in augmentum Dei*. Hanc unitatem inseparabilem ecclesiæ, idest corporis sui, jubet Dominus Jesus, quem omnium caput significabat, dicens: (e) *Et alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet unum ovile, & unus pastor*. Pro hac adunatione, & unitate corporis sui suscepit mortem, refutante evangelista. Quia non arbitrantur erat pro gente, & non tantum pro gente, sed ut filios, qui erant dispersi, congregaret in unum, pro hac Dom Patrem in qua nobis tradebatur recurate dignatus dicens: (f) *Pater sancte, serva eos in nomine tuo quos dedisti mihi, ut sint unum sicut & nos*. Et post pauca: *non pro his autem rogo tantum, sed pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint, & ego claritatem quam dedisti mihi dedi eis, ut sint unum sicut nos unum sumus; ego in eis, & tu in me, ut sint consummati in unum*. Hæc est inseparabilem mirabilis unitas Domini Jesu, & corporis ejus, quam nemini licitum est violare aut dividere, præcipiente lege de agno paschali: (g) *Os non comminuetis ex eo*. Vere enim quantum in se est, os ejus nobis non comminuit, qui virtutem & robur tantæ compaginis infringit. Hujus unitatis mysterium, jam olim in Adam & Æva præfiguratum, & in novitiamis temporibus in Christo & in ecclesia revelatum Adam prophetavit: (h) Apostolus expolvit dicens: (i) *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Sacramentum*, inquit, *hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in ecclesia*; quod ipse Dominus Jesus in evangelio memorans

(a) 1. Cor. xiii. 13.

(b) 1. Jo. 1. 3.

(c) Ephes. iv. 15.

(d) Ephes. v. 6.

(e) Jo. x. 16.

(f) Jo. xvii. 12.

(g) Jo. xix. 36.

(h) Ephes. v. 31.

ANNO CHRISTI 838.

adjunxit dicens: *Itaque jam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus junxit, homo non separet*. Volumus scire quanta vigilantia cavendus sit, quantumque nefas præsumat, qui hanc unitatem violare ac dissolvere conatur? audiamus beatum Johannem apostolum dicentem: *Carissimi nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sunt. In hoc cognoscitur spiritus Dei. Omnis spiritus, qui confitetur Jesum Christum in carne venisse, ex Deo est; & omnis spiritus qui solvit Jesum, ex Deo non est; & hic est Antichristus*. Audiat ergo hoc etiam ille, qui ambulans fruitus inflatus sensu carnis suæ, & non spiritum Dei sequens, sed spiritum suum, Jesum, quantum in se est, dividit ac dissipat, dividens eum in tres partes, in tres formas, & in tria corpora. Audiat, inquam & æterno silentio conriceat: *Omnis spiritus qui dividit Jesum, ex Deo non est, & hic est Antichristus*. Audiamus & apostolum Paulum, nos in semel tradita fidei veritate roborantem, atque dicentem: *Si quis vobis evangelizaverit præterquam quod accepistis, anathema sit*.

Ignoscat mihi indigno, o domini venerabiles, vestra dilectio, quia hæc non superbiæ fastu, nec malitiæ alicujus instinctu, sed amore ecclesiæ hujus dominæ & nutricis meæ loquor, cui non solum, prout Deus inspirare dignatur, exhortationis verbum, sed omne debitæ caritatis & pietatis officium; præsertim hoc tempore, quo tam lacrymabili calamitate, peccatis nostris exigentibus, afflicta est, ut habeat episcopum sine pecellare, magistrum sine vitio. Nunc ad finem sermonis commodum duxi paucas ecclesiasticorum patrum sententias ponere, quibus adversus omnia fallaciarum commenta, quæ huic ecclesiæ inepius fabulator conatur ingerere, velut turribus & propugnaculis muniamur, fiateque in nobis, divina favente gratia, quod Apostolus optat & obsecrat, *ut jam non simus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, sed veritatem facientes in caritate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus*.

Primum ergo ecclesiæ inseparabilem unitatem, quæ non in Christo tantum, sed & in ipso ambulate radicati, & superædificati in ipso, & confirmati fide. Itaque alio loco: *Si qua ergo consolatio in Christo, si quod solatium caritatis, si qua societas spiritus, si qua viscera & miserationes, implete gaudium meum, ut idem sapiatis, eandemque caritatem habentes, unanimes idipsum sentientes, nihil per contentionem neque per inanem gloriam. Et alibi: Et si quid, ait, aliter sapitis, & hoc vobis revelavit Deus*. Veruntamen ad quod pervenimus, ut idem sapiamus & in eadem permaneamus regula. Panem, qui in mysterio sumitur, corpus & carnem Christi esse, imo ipsum esse Christum & Dominum, ex libro Pauli Cypriani de oratione Dominica, panem nobis Panis vitæ Christus est, & panis hic omnium non est, sed Dominus noster est; & quomodo dicimus Patrem nostrum, quia Christus corpus qui corpus eorum contigimus, panis est. Ideo panem nostrum, idest Christum dari nobis quotidie petimus, ut qui in Christo manemus & vivimus, a sanctificatione ejus & corpore non recedamus.

(i) Genes. ii. 24.

ANNO CHRISTI 838.

Item ex tractatu Pfal. 80. S. Hieronymi.

Vis accipere Domini cibos? vis comedere ipsum Dominum tuum & Salvatorem? Audi quid dicat: *Dilata os tuum, & implebo illud*. Dilatare ora vestra, ipse est de Dominus Deus noster. Ipse horetur nos, ut comedamus, & ipse nosier cibus est, quantuncunque dilataveris, tantum accipies.

Item ex homilia S. Augustini.

In altaris mysterio Dominum sumi, nec aliqua posse divisione partiri, qualem vocem Domini audistis invicantis nos. Quis invitavit? quos invitavit? & quid præparavit? Invitavit Dominus servos & præparavit eis cibum seipsum. Quis audeat manducare Dominum ipsum? & tamen ait: *Qui manducat me, vivet propter me*. Quando Christus manducatur, vivet manducatur, nec occiditur, ut manducetur; sed mortuos vivificat quando manducatur. Deficit, sed non deficit. Non ergo timeamus; fratres, manducare panem istum, ne forte finiamus illum, & postea quæ manducemus non inveniamus. Manducatur Christus, vivit manducatus, quia reiarrexit occisus; nec quando manducamus, partes de illo facimus. Et quidem in sacramento sic fit, & norunt fideles quemadmodum manducet carnem Christi. Unusquisque accipit partem suam, unde & ipsa gratia partes vocantur. Per partes manducatur in sacramento, & manet integer totus in cœlo, manet integer totus in corde tuo; totus enim erat apud patrem, quando venit in Virginem. Implevit illam, nec recessit ab illo; venitbat in carne ut eum homines manducarent, & manebat integer apud Patrem, ut angelos pasceret. Quod enim scitis, & qui scitis, & qui necessitis, licite debetis. Quando Christus factus est homo, panem angelorum manducavit homo. Unde, quomodo, qui via, quibus meritis, qua dignitate panem angelorum manducavit homo, nisi creator angelorum factus homo?

Pfal. 80. 11.

ANNO CHRISTI 838.

ANNO CHRISTI 838.

ANNO CHRISTI 838.

Item S. Gregorii de eadem re, ex homilia Natalis Domini.

Joh. 6. 41.

Joh. 6. 54.

Qui ergo æternus permanens temporalis apparuit, alienum est ubi defecendit; & quia per prophetam dicitur: *Omnes caro fenum, & fadus homo, fœnum nostrum vertit in frumentum*, qui de seipso ait: *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet*. Unde & natus in præsepio reclinatus ponitur, ut fideles omnes, videlicet fanelia animalia carnis fuæ frumento refieiet, ne ab interne intelligentiæ pabulo legam remaneret.

Joh. 12. 24.

Item ejusdem in alia homilia de eadem re.

Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus fuis. Fecit quod monuit, ostendit quod fuffit, bonus pastor pro ovibus animam fuam posuit, ut in sacramento nostro corpus fuum, & sanguinem verteret, & oves quas redemerat carnis fuæ alimento satiaret.

Ejusdem de ea re ex dialogorum libris.

Hæc nanque singulariter victima ab æterno interitu animam falvat, quæ illam nobis morte unigeniti per mysterium reparat; qui licet furgens a mortuis, jam non moritur, & mors ei ultra non dominatur: tamen in femetipso immortaliter atque incorruptibiliter vivens, pro nobis iterum in hoc mysterio facre obtionis immolatur. Ejus quippe ibi corpus fumitur, ejus caro in populi falute paritur, ejus fanguis non jam in manus infidelium, sed in ora fidelium fumitur.

Mysterium vestis Christi, idest corporis ejus, scindi non oportere ex libro S. Cypriani de ecclesiæ unitate.

Joh. 10. 30.

Joh. 5. 7.

Joh. 19. 23.

Dominus dicit. *Ego & Pater unum sumus*: Et iterum de Patre & Filio & Spiritu Sancto scriptum est: *Tres unum sunt*: & quisquis credit hanc veritatem de Trinitate firmitate venientem, sacramentis cœlestibus hæretem scindi in ecclesia posse hoc unitatis sacramentum, hoc vinculum concordiæ inseparabiliter cohærentis obtenditur, quando in evangelio tunica Domini nostri Jesu Christi non dividitur omnino, nec scinditur, sed lorentibus de vestibus Christi, quis Christum potius indueret, integra vestis accipitur, & incorrupta atque indivisa tunica pollidetur. Loquitur ac dicit scriptura: *De tunica autem, quia de superiore parte non consutilis, sed per totum textilis fuerat, dixerunt ad invicem: Non scindamus illam, sed fortiamur de ea cujus sit*. Unitatem ille portabat de superiore parte, idest de cœlo & patre venientem, que ab accipiente scindi omnino non poterat, fed totam femel

& solidam firmitatem inseparabiliter obtinebat. Possidere non potest indumentum Christi, qui scindit, & dividit ecclesiam Christi. Contra denique cum Salomone moriente regnum ejus & populus scinderetur, Achias propheta Jeroboam regi obvius factus in campo in duodecim scissuras vestimentum suum discidit dicens: [3. Reg. 11. 31.] *Sume tibi decem scissuras, quia hæc dicit Dominus: Ecce scindo regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem sceptra, & duo sceptra erunt ei propter servum meum David, & propter Jerusalem civitatem quam elegi, ut ponam nomen meum illuc.* Cum duodecim tribus Israel scinderentur, vestimentum suum propheta Achias discidit. At vero quia Christi populus non potest scindi, tunica ejus per totum textilis & cohærens divisa a possidentibus non est, individua, copulata, contexta, ostendit populi nostri, qui Christum induimus, concordiam, cohærente sacramento vestis & signo, declaravit ecclesiæ unitatem. Quis ergo sic sceleratus & perfidus, quis sic discordiæ furore vesanus, ut aut credat scindi posse, aut audeat scindere unitatem Dei, vestem Domini, ecclesiam Christi.

Ille sacerdos vice Christi vere fungitur, quidquid Christus fecit imitatur, & sacrificium verum & plenum tunc offert in ecclesia Deo Patri, si sic incipiat offerre quomodo Christum ipsum videt obtulisse. Non est ergo quod aliquis existimet sequendam esse quorundam consuetudinem; quærendum est enim ipsi quem sint secuti: nam in sacrificio quod Christus obtulit, nonnisi Christus sequendus, utique id nos obaudire & facere oportet quod Christus fecit, & quod faciendum esse mandavit, quando ipse in evangelio dicat: [Joh. 15. 15.] *Si feceritis quod mando vobis, jam non dicam vos servos, sed amicos.* Et quod Christus debeat solus audiri, Pater etiam de cœlis contestatur dicens: [Matt. 17. 5.] *Hic est filius meus dilectissimus, in quo bene sensi, ipsum audite.* Quare si solus Christus audiendus est, non debemus attendere quid alius ante nos faciendum esse putaverit, sed quod qui ante omnes est Christus, prior fecerit. Neque enim hominis consuetudinem sequi oportet, sed Dei virtutem. Cum per Esaiam prophetam Deus loquatur & dicat: [Matt. 15. 9.] *Sine causa autem colunt me, mandata & doctrinas hominum docentes.* Et iterum Dominus in evangelio hoc idem repetit dicens: *Rejecistis mandatum Dei ut traditionem vestram statuatis.* Sed & alio loco ponit & dicit: [Marc. 3. 9.] *Qui solverit unum de mandatis istis minimis, & sic docuerit homines, minimus vocabitur in regno cœlorum.* [Matt. 5. 19.] Quod si nec minima de mandatis Dominicis licet solvere, quanto magis tam magna, tam grandia, tam ad ipsum Dominicæ passionis, & nostræ redemptionis sacramentum pertinentia fas non est infringere, aut in aliud quam quod divinitus institutum sit, humana traditione mutare? tota ipsa redempta civitas, hoc est congregatio societasque Sanctorum, universale sacrificium offertur Deo per sacerdotem magnum: qui etiam seipsum obtulit in passione pro nobis, ut tanti capitis corpus essemus, secundum formam servi. Hanc enim obtulit, in hac oblatus est, quia secundum hanc mediator est. In hac sacerdos, in hac sacrificium est. Cum itaque nos hortatus esset Apostolus, *ut exhibeamus corpora nostra hostiam vivam*, intulit post aliquanta: [Rom. 12.] *Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eosdem actus habent; ita multi unum corpus sumus in Christo: singuli autem alter alterius membra;* hoc est sacrificium Christianorum, multi unum corpus in Christo, demonstratur quod in eadem re quam offert ipsa offeratur.

Ecclesiarum diversitates fidei unitate constare, ex libris S. Cypriani de unitate fidei.

Episcopatus unus est, cujus a singulis in solidum pars tenetur. Ecclesia una est, quæ in multitudinem latius incremento fœcunditatis extenditur, quomodo solis multi radii, sed lumen unum, & rami arboris multi, sed robur unum tenaci caritate fundatum. Et cum de fonte uno rivi plurimi defluunt, numerositas* licet diffusa videatur exundantis copiæ largitate, unitas tamen servatur in origine. [* al. universitas.] Avelle radium solis a corpore, divisionem lucis unitas non capit; ab arbore frange ramum, fructus germinare non potest; a fonte præcide rivum, præcisus arescit. Sic ecclesia Domini luce perfusa per orbem totum radios suos porrigit, unum tamen lumen est, quod ubique diffunditur, nec unitas corporis separatur. Ramos suos in universam terram copia ubertatis extendit, profluentes largiter rivos latius pandit, unum tamen caput est, & origo una, & una mater fœcunditatis successibus copiosa, illius fœtu nascimur, illius lacte nutrimur, spiritu ejus animamur.

Non pro locis res, sed pro bonis rebus loca amanda, ex epistola S. Greg. ad Aug. episcopum Anglorum scripta.

Novit fraternitas tua Romanæ ecclesiæ consuetudinem, in qua se meminit nutritum. Sed mihi placet, ut sive in Romana, sive in Galliarum, sive in qualibet ecclesia aliquid invenisti, quod plus omnipotenti Deo possit placere; sollicite elige, & in Anglorum ecclesia, quæ adhuc ad fidem nova est, institutione præcipue quam de multis ecclesiis colligere potuisti, infunde; non enim pro locis res, sed pro bonis rebus loca amanda sunt. Ex singulis ergo quibusque ecclesiis, quæ pia, quæ religiosa, quæ recta sunt elige, & hæc quasi in fasciculum collecta apud Anglorum mentes in consuetudinem depone.

In vestibus & cultu ecclesiastico non superstitiosum mysterium præferri, ex epistola S. Cælestini papæ ad episcopos Galliarum scripta.

Didicimus quosdam Domini sacerdotes superstitioso potius cultui inservire quam mentis vel fidei puritati. *Et post pauca:* Amicti pallio & lumbos præcincti credunt se sancti

ANNO CHRISTI 838.

ctæ scripturæ fidem non per spiritum, sed per literam completuros. Nam si ad hoc ista præcepta sunt, ut taliter servarentur, cur non fiunt pariter quæ sequuntur, ut lucernæ ardentes una cum baculo in manibus teneantur? Habent suum mysterium, & intelligentibus ita clara sunt, ut ea magis quam decet significatione serventur. Nam in lumborum præcinctione castitas, in baculo regimen pastorale, in lucernis ardentibus boni fulgor operis, de quo dicitur sic: *opera vestra luceant*, indicatur. Habent tamen istum forsitan cultum, morem potius quam rationem sequentes, qui remotioribus habitant locis, & procul a ceteris degunt. Unde hic habitus in ecclesiis Gallicanis, ut tot annorum, tantorumque pontificum in alterum habitum consuetudo versatur. Discernendi a plebe vel ceteris sumus doctrina, non veste; conversatione, non habitu; mentis puritate, non cultu. Nam si studere incipiamus novitati, traditum nobis a patribus ordinem calcabimus, ut locum supervacuis superstitionibus faciamus. Rudes ergo fidelium mentes ad talia non debemus inducere. Docendi enim sunt potius, quam ludendi, nec imponendum est eorum oculis, sed mentibus infundenda præcepta sunt.

Item S. Hieronymi de simplici ministrorum & sacerdotum ornatu ex libris dialogorum Attici & Christoboli.

Adjungis gloriam vestium, & ornamentorum Deo esse contrarium. Quæ sunt, rogo, inimicitiæ contra Deum, si tunicam habuero mundiorem? si episcopi, si presbyteri, si diaconi & reliquus ordo ecclesiasticus in administratione sacrificiorum candida veste processerit? Cavete clerici, cavete monachi, viduæ, & virgines periclitamini nisi sordidas vos atque pannosas vulgus aspexerit. Taceo de hominibus sæculi, quibus aperte bellum indicitur, & inimicitiæ contra Deum, si pretiosis atque nitentibus utuntur exuviis. In sacerdotio ecclesiæ non mysticum vestium ornatum, sed splendorem quærendum animarum, ipsa consecratio monstrat pontificis, ita se habens, Deus qui Moysem famulum tuum secreti familiaris affatu, inter cætera cœlestis documenta culturæ, de habitu quoque indumenti sacerdotalis instituens, electum Aaron mystico amictu vestiri inter sacra jussisti, ut intelligentiæ sensum de exemplis priorum caperet secutura posteritas, ne eruditio doctrinæ tuæ ulli deesset ætati, cum & apud veteres reverentiam ipsa significationum species obtineret; & apud nos certiora essent experimenta rerum, quam ænigmata figurarum. Illius nanque sacerdotii anterioris habitus nostræ mentis ornatus est, & pontificalem gloriam non jam nobis honor commendat vestium, sed splendor animarum. Quia & illa quæ tunc carnalibus blandiebantur obtutibus, ea potius quæ in ipsis erant intelligenda, poscebant. Et idcirco huic famulo tuo, quem ad summi sacerdotii ministerium elegisti, hanc quæsumus Domine gratiam largiaris, ut quidquid illa velamina in fulgore auri, in nitore gemmarum, in multimodi operis varietate signabant, hoc in ejus moribus actibusque clarescat.

Falsos codices, & a fidei sinceritate discordes, in nullo usu lectionis habendos: quin potius igni tradendos, ex epistola S. Leonis papæ ad Turibium Asturiensem.

Curandum ergo est, & sacerdotali diligentiæ maxime providendum, ut falsi codices, & a sincera veritate discordes, in nullo usu lectionis habeantur. Apocriphæ autem scripturæ quæ sub nominibus apostolorum multarum habent seminarium falsitatum, non solum interdicendæ sunt, sed etiam penitus auferendæ, atque ignibus concremandæ, quia quamvis sint in illis quædam, quæ videantur speciem habere pietatis, nunquam tamen vacua sunt venenis.

Hæc, domini venerabiles, tam de scripturis sacris, quam de scripturarum sanctarum dictis, sedula intentione collegi, ac reverentiæ vestræ audienda seu & legenda proposui, quatenus ea & hujusmodi meditantes contra novellæ præsumptionis auctorem, qui in similitudinem arioli & conjectoris æstimat quæ ignorat, fidei & veritatis firmitate munita dicamus cum ecclesia: [Psal. 118. 85.] *Narraverunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua Domine.* Atque intelligamus quam verum sit quod Spiritus Sanctus Salomonis ore præcecinit dicens: [Prov. 13. 23.] *Multi sibi in novalibus patrum & aliis congregantur absque judicio*, neque enim sic nostra calamitate, & humilitate abuti debet, ut imitator insolentissimæ jactantiæ Naas regis filiorum Ammon, qui interpretatur serpens, dicere nobis velut habitatoribus Jabes Galaad oppugnator veritatis iste præsumat: [1. Reg. 11. 2.] *In hoc feriam vobiscum fœdus ut eruam omnium vestrum oculos dextros, ponamque vos opprobrium Israel.* Vere enim dextrum oculum conatur eruere, qui lumen rectæ fidei laborat extinguere. Utilius illi a nobis optandum est, quod parabolice per Salomonem dicitur: [Prov. 30. 17.] *Oculum qui subsannat patrem, & despicit partum matris suæ, effodiant eum corvi de torrentibus, & comedant eum filii aquilæ.* Vere etenim subsannat patrem, qui filii dividit unitatem, testante ipso: [Joh. 5. 23.] *qui non honorificat filium, non honorificat patrem, qui misit illum*, & prorsus despicit partum matris suæ ecclesiæ, qui mysterium redemptionis, quo ex ejus utero ad vitam gignitur, puritate sincera venerari contemnit. Expedit nobis in talem oculum, qui ducatum promittit luminis; & e contrario tenebris caligat erroris, præceptum evangelicum: [Matt. 5. 29.] *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum & projice abs te.* Cupit nequam iste oculus hæreditatem patrum auferre: nititur vineam ipsorum in hortum olerum commutare, idest fortia & fructuosa & meracissima eorum dicta vilibus & cito arescentibus, ac decidentibus fabulis enervare; sed filii martyris lapidati respondeant ei cum Naboth: [3. Reg. 21. 3.] *Propitius mihi sit Dominus ne dem hæreditatem patrum meorum.* Si ob hujus responsionis honestam libertatem

vel

ANNO CHRISTI 838.

vel infamandi falsis testibus, vel etiam lapidibus obruendi essemus, habeamus Deum clementissimum consolatorem atque ultorem dicentem: *Si non pro sanguine Nabothæ, & filiorum ejus, quem vidi heri dicit Dominus, reddam tibi in agro isto, dicit Dominus.*

ANNO CHRISTI 838.

4. Reg. 9. 26.

Hanc epistolam, facile lectores intelligerunt authorem habere eundem Florum, qui pariter binas ad concilium Lugdunense a me supra relatas, dedit.

SYNODI duæ JACOBITARUM

Alia quidem in Scalzar pago, alia in Gubrino Cyrrhestium pago a dissidentibus inter se duabus Jacobitarum factionibus

Anno circiter 1143. Græcorum, Christi 837. celebratæ.

CYriaco Jacobitarum patriarcha agente Monachi Gubenses patriarcham illum supplicarunt, ut ad Alepinorum episcopatum Xenajam quendam eveheret. Ille rogantium supplicationibus spretis Salomonem exulit. Qua de re exacerbati monachi nec Salomonem recepturus, & patriarchæ nomen e liturgia delere aufi sunt. Addiderunt & accusationem in patriarcham apud Aaronem Rasidum Caliphum. Ab ea calumnia patriarcha sese purgavit; quare ad comobium suum innocens regressus est, & monachi in altum Schisma prorumpentes episcopos quosdam in Scalzar pago congregatos induxerunt, ut duos episcopos ordinarent. Contra patriarcha in Gubrino, quod castrum Cyrrhestium est, synodum coegit, in qua & episcopos recens promotos & Guzenses monachos anathematizavit devovit. Nec illi tamen quiescerunt, nam ad extrema redacti Abrahamum quendam Cartaninæ monachum sibi patriarcham induxerunt. Hæc Assemanus Biblior. Orient. to. 2. pag. 342.

AD CONVENTUM AQUISGRANENSEM

In quo causa de jure in canonicum Anisolense discussa est,

ADDITIO, ET ADNOTATIO CHRONOLOGICA.

Anno 838.

PAgius V. Cl. in sua ad Baronii annales critica omnium primus admonuit in collectionibus conciliorum desiderari geminos illos seu conventus seu synodos, quæ pro vindicando ecclesiæ Cenomanensi antiquo jure in monasterium Anisolense coactæ fuêre. Eo indicante Venetus editor defectum agnovit & supplevit, in collectionem suam ejusdis vel conventibus Carisiacensi & Aquisgranensi relatis. Sed Pagium de more sequentium in eam declinavit errorem, quem idem Pagius aberravit. Vir ille doctissimus præferendam censuit synodum Carisiacam Aquisgranensi, & cum temporis adscripitorem opinioni huic suæ repugnantem cerneret, reformandam, illam congrua opinioni suæ correctione judicavit. Verum in utraque charta, in qua utriusque synodi res describuntur, temporariæ notæ salvæ sunt. Neque enim vera ille opinatur judicans Carisiacam synodum anno 837. *die VIII. iduum novembris* conventisse, sequenti verò anno 838. pridie Kalendas Maias Aquisgrani eam causam iterum partes retractasse, quin potius causæ illius discussio, primo quidem Aquisgrani facta est anno 838. *die pridie Kalend. Maias*, prout temporis adscriptio ejusdem concilii accurate representatur. Eodem quoque anno in synodo Carisiaca iterum audiri Anisolenses monachi, iterum rejecti, pœnaque depositionis ab omni sacerdotali gradu mulcati sunt, id vero actum die VIII. *iduum septembres anno Ludovici XXV. indictione I.* ideft 838. ut indata ejus concilii legitur. Tota errandi causa fuit Pagio, quod Carisiacam synodum Aquisgranensem præcessisse certum renuerit; id vero perquam erroneum esse ex eo constat, quod in synodo Aquisgranensi primo tractatum fuisse Anisolensis monasterii causam demolitorum jura & chartæ, quæ tunc prolatæ leguntur. Insuper vix lata pro episcopo Cenomanensi in monachos sententia, continuo Ludovicus imperator *missum* suum episcopo affignavit, quibus imperatoris nomine monachis denunciaret ut episcopo subderentur; quæ omnia in ea charta legas, quæ synodi Aquisgranensis gesta refert. Patere recusarunt monachi, quare a monasterio sese subduxerunt, & exulum more perfugæ iterum imperatori iteruntque sese, episcopi violentia exorcto e monasterio suo actos querentes. Digna res videbatur quæ discuteretur in concilio; id verò delatum est ad Carisiacam synodum, quam ad septembrem indixerat, tefte authore vitæ Ludovici pii. In eo concilio monachi accusationem de exilio, quod pati se ab Aldrico episcopo Cenomanensi querebantur, instaurarunt; iisdemque pro jure suo in monasterium Anisolense inftituendi. Patres, episcopo audito, iteramque discussa causa, iterum pro episcopo judicarunt, pœna in monachos pervicaces infida, & ni desinerent parerentque, etiam exilium minitati. Ex his collectionis Veneto-Labbeanæ tom. IX. col. 887. & 891. errorem corrigas Carisiacensem conventum primum, dein Aquisgranensem collocantem.

Porro ad Aquisgranensem conventum quod attinet, quanquam Venetus collector narrationem de lite in eo agitata dedit, ex authore libelli de vita Aldrici episcopi Cenomanensis vulgari a Baluzio Miscellan. tom. III. allam tamen chartam omisit ad conventum illum eandemque causam pertinentem, quam ne quid defideradum reliquatur, hic dare constitui, erutam ex eodem libello num. II. pag. 237.

ANNO CHRISTI 838.

DE RESPONSIONE HLUDOVICI IMPERATORIS

Et judicio optimatum suorum contra præceptum quæ monachi de monasterio Anisolæ attulerant coram eo, quando contra Aldricum episcopum de prædicto monasterio in rationes venerant.

QUando Aquisgrani palatio, anno imperii Domni Hludovici piissimi Augusti XXV. coram eo, & principibus suis tam ecclesiasticis, quam & secularibus in generali conventu querela de monasterio Anisolæ & rebus suis inter Aldricum Cenomanicæ urbis episcopum, & Sigemundum ejusdem monasterii abbatem agebatur & diligentius scrutabatur, atque jam dictus pontifex inter reliqua instrumenta chartarum, & præcepta regalia, unum præceptum quod Dominus Karolus facere justit, sua videlicet progenia manu roboratum, & anulo suo fubter sigillatum, per quod ipse jam dictum monasterium Franconi episcopi, ecclesiaque sibi commisse reddidit, de monachi prædicti Sigemundi quoddam præceptum de electione eorum, ut de femetipsis haberent licentiam eligendi abbatem, quod dicebane justu Domni Hludovici piissimi imperatoris esse conscriptum. Ad quod respondit. Domnus imperator: *Si ego hoc præceptum fieri justi, nefcitbam quod prædictum monasterium de episcopio Cenomanico esset, & ignorabas quod pater meus illud ibi per fuum præceptum reddere. Sed quia vos & pares vestros hoc nobis celastis, & per fraudem & malum ingenium facere fuastitis; idcirco ipsum præceptum quod mihi præcipere fieri dicastis, vestro mendacio refutamus*, quia causa, ubi fraus intercedit, non valet, sed mendacii reproba efficitur; & ideo vestrum præceptum stare non poterit, quia vestro mendacio & vestra fraude fundatus dessruitur. Si enim vos unum vobis tantum electionem conceffimus, ipsam citò finitam esse cognoscimus, quia Sigemundum, quem vobis abbatem elegistis, memoratum monasterium sua culpa perdidit, qua nobet mendacium & infidelis existit. Hæc taliter prædictus domnus imperator agens, interrogavit cunctos circumstantes, quid super hac re eis rectius videbatur. Qui respondentes dixerunt, tam episcopi, quam abbates, five comites, & reliqui omnes: *Hæc posterone præcepta, quæ ipse monachi afferunt, non possunt destruere auctoritas, quæ Aldrici episcopi & ecclesiæ sibi commisse habet; sed anterioribus credendum est; & posteriora, quæ fraude & malo ingenio imperata fuerunt, infirmantur, & stare non possunt, quia actio qua in quibuscunque negotiis fraus intercefferit, non valebit. Et ut ratione & lege finiantur ea quæ testamur, aliqua ex antiquitis nostris vobis testimonia indicantes proferimus. Conftitutum eft a S. Patribus & nostris Imperatoribus, & lege decretum, ut quicquid falsa petitio a principe obtinuerit, quia fraus intervenit, non valebit. Item alibi: Quicunque contra jus conspirat facerit non valebunt, quocunque modo fuerint impetrata. Item alibi. Qui falsa Principum præcepta detulerint, puniantur. Item alibi: Dolus malus eft cum aliter agitur, aliud simulatur. Item alibi: Qui dolum, vel metum adhibuit, ut res ad alium transiret, de dolo actione tenebitur. Item alibi: Dolus malus eft, ft per fallitatem volueris quit prior deftruta convellere. Item alibi: Redintegrandum eft a præsentibus judicibus, & in ejus, unde abjecit potestate revocandum, quod quicunque conditione temporis, aut dolo, aut coactione, aut virtute majorum, timore faciente, deperierit. Item alibi: Quodquod vera feu falsa petitio a Principe obtinuerit, quia fraus intercessit, non valebit. Magna fraus fuit quoniam monachi prædicti monasterium monasterium de jure Cenomanicæ fedis ecclesiæ esse scribant, quæ non sunt adhuc XXX. anni, quod a Pontificibus memoratæ sedis possessum eft, & hoc celatum, vobisque mentientes præcepta sibi fine confenfu prædictæ sedis Pontifici, cui jussit debetur, facere fuadebant. Et hoc ipsum eft, ut ft aliquæ ligarum boe feciffet, ut magnum detrimentum fuftineret, fed & pro certo judicaretur illi, ut capitali fententia* B *puniretur. Sed quia non licet, sed jam dicti monachi hoc fecerunt, dignum eft ut ita corrcantur, ne alii monachi deinceps talia agere præsumant.* Propterea nonnulli præfati monasterii monachi cum Sigemundo prædicto eorum abbate exilio damnati sunt. Et sic confirmatum fuspedicum monasterium Aldrico Epifcopo, & ejus epifcopio, ficut in ejus notum eft præceptis, & aliis monumentis chartarum continetur infertum.

ANNO CHRISTI 838.

CONCILIUM KINGSTONIÆ

Celebratum anno Domini DCCCXXXVIII.

Egberhti regis occiduorum Saxonum XXXIX. Præsidente eidem concilio ipso Egberhto rege, & filio ejus Aethelwulfo, una cum Ceolnotho archiepiscopo Dorobernie, caterisque Angliæ episcopis & optimatibus.

ADMONITIO COLLECTORIS.

Concilium hoc ex Spelmanno notum Labbeus nequaquam omiserat; sed cum integrum diplo-ma in eo datum Cl. Wilkins ex MS. Cottoniano autographo vulgaverit, isthic reproducendum, quale apud eundem exhibetur, censui.

REgnante in perpetuum Domino Deo nostro Sabaoth, congregatum est venerabile in illo famoso loco, qui appellatur Kininges in regione Sudregie; præsidente autem huic eidem Domino devotæ congregationi Ceolnotho archiepiscopo, ceteris-que *perplurimis episcopis*, nec non excellentissimis *regibus* nostris Egberchto, & Aethelwulfo, cum omnibus gentis suæ optimatibus. Omnesque in unum consona mente, ac sincerissima cordis intentione spiritualium sæcularimque rerum necessitatibus inter semetipsos communi pacifico ferurantibus, quomodo pax & unanimitas ecclesiarum Dei, totiusque populi christiani, eorum seculari ditioni per Dei omnipotentis gratiam subjecti, firmissimæ dilectionis vinculo servari potuisset. Inter ea verò a præfato venerabili archiepiscopo Ceolnotho flagitatum est, quod a regibus prænominatis Egberhto, & Aethelwulfo illis in femipiternam eleemosinam illi agrum ad Mallingum ad ecclesiam Christi, quæ sita est in Dorobernia civitate, reddidissent; quod ante a Baldredo rege ad eandem ecclesiam perdonatus fuit. Sed a quibusdam dictum est, quia cum recta libertate facta non esset, quia in fugatu ejus conscripta & concessa fuisset. Tunc verò pro intimæ charitatis affectu precibus episcopi adnuentes, cum consilio, ac licentia omnium sapientum eorum, spiritualium sæcularium- que grandium, qui inibi congregati fuissent, hanc præfatum agrum ad Mallingum pro æmpiterna salute animarum suarum, ac spe remunerationis æternæ ad prænominatam ecclesiam Christi in perpetuam hæreditatem cum omni libertate benivolus mente tradidissent. Hac verò conditione interposita, hæc prænominata donatio firma permanet, quod nos ipsi, nostrique hæredes semper inpositorum firmam inconcussamque amicitiam ab illo archiepiscopo Ceolnotho (&) ejusdem congregatione ecclesiæ Christi habeamus, & ab omnibus successoribus ejus hoc idem patrocinium, ac protectionem illius sedis nos, & hæreditas nostra, nostrique hæredes, quicumque Dei voluntatis fuerit, quod illi sint, in omnibus necessitatibus nostris absque omni dubitatione spontaneum, paratumque amicali amore semper inveniant. Seu etiam familiæ liberorum monasteriorum; quæ antiquitus sub jure dominioque abbatum abbatissarumque constituæ fuerunt, qui me memunque patrem Egberhtum regem, pro suis peccatis, ac maximis necessitatibus sibi ad protectionem & ad dominium elegerunt, spiritualesque dominos, ideò episcopos mecum constituti, propria voluntate mecum habuerunt, ut in omnibus libertas, & regula monasterialis vita, rite ac rectè ab omnibus illis servetur. Sed & post dies meos sue libertatis electione, absque omni obblatculo, cuicumque personis digni habeantur. Insuper etiam pro hac nostra susceptione, electioneque nequaquam a cujuscumque potestatis homine, vive regi vel episcopo majoris, minoriseve personis accusari calumniantur, neque libertas eorum semper inpositorum in aliquo frangatur. Nullaque altercatio alicujus quæstionis inter nos nostrosque hæredes, & hæreditatem nostram, & illum archiepiscopum, successoresque ejus & ecclesiam Christi, & familiam ejus ex hac die, & deinceps inimicaliter exorta fit. Sed pax nostra conglutinata amore vigeat, floreat, creſcereque inter nos nostrosque carissimos amicos perpetualiter valeat: duaque scripturas per omnia consimiles hujus reconciliationis conscribere statuimus; alteram habeat archiepiscopus cum celligraphis ecclesiæ Christi; alteram Egberht, & Aethelwulf reges, cum hæreditatis eorum scripturis.

Actum est autem anno Dominicæ Incarnationis DCCCXXXVIII. indictione I. die feria. His testibus consentientibus, qui hanc nostram reconciliationem cum signo sanctæ crucis Christi confirmantes, subscripserunt.

† Ego Ceolnoth, gratia Dei archiepiscopus hanc reconciliationem, & illam confirmationem cum signo sanctæ crucis roborans. subscripsi.

† Ego Baegmund presb. abb. conf. & subscripsi.

† Ego Vuerhord pr. abb. conf. & subscripsi.

† Ego Brunhard presb. conf. & subscripsi.

† Ego Hyseneoh presb. conf. & subscripsi.

† Ego Oimund presb. conf. & subscripsi.

† Ego Hunred presb. conf. & subscripsi.

† Ego Wigmund pr. conf. & subscripsi.

† Ego Beornnodh presb. conf. & subscripsi.

† Ego Headberht diac. conf. & subscripsi.

† Ego Badanodh diac. conf. & subscripsi.

† Ego Vuealhhere diac. conf. & subscripsi.

† Ego Nodhwulf S. diac. conf. & subscripsi.

† Ego Ceolwulf S. diac. conf. & subscripsi.

GAL-

GALLICANA seu MORINENSIS SYNODUS

In qua Exordium S. Audomari abbatis S. Bertini imperio subditur.

Anno 839.

DE hac synodo in meis ad Pagium animadversionibus ad A. 839. I. ita disserui. Hoc (839.) vel sequenti anno synodum quandam celebratam fuisse uno tantum verbo asserit Joannes Ypreus in chronic. S. Bertini, vulgato a PP. Martene, & Durand Anecdot. tom. III. ibi enim cap. 12. part. I. col. 512. legimus, Hugonem, Caroli magni filium, qui monasterium S. Bertini anno Ludovici Pii XXI. Christi 834. regendum, susceperat, *anno regiminis sui sexto, Ludovici XXVI.* (quæ annorum data in instrumento ejusdem Hugonis legitur) monasterium S. Audomari, quod ab antecessore suo canonicis sæcularibus traditum fuerat, obdicentiæ utcumque monasterii S. Bertini restituisse; cujus rei gratia a Ludovico imperatore privilegium obtinuisse, quod, ait author, *in plena synodo confirmatum & publicatum fuit.* Quæ synodus hæc fuerit, ubi locorum celebrata, ignorare me fateor. Interfuisse huic videtur S. Folquinus, qui Morinorum episcopatum anno 816. vel 815. regendum susceperit, ut patet ex data ejusdem instrumenti, quod confignatur anno præsulatus Folquini XXIII. Concilium illud collectores fugit. Verba Iperii hæc sunt: *Hugo noster abbas, cui ordinatio Fridogisi sui prædecessoris præjudicare non potuit, cum par in paren non habeat imperium, & dicta ordinatione privilegium suum concessit, consensu imperatoris antedicti, quod sic incipit: Quidquid ob amorem Dei exigentes rei inspectum &c. Actum anno Domini DCCCXXXIX. indictione secunda, imperii autem Ludovici regis anno XXVI. præsulatus quoque almi præsulis Folquini anno XXIII. & nostri regiminis anno sexto. Ego Hugo abbas, consensu Domini Ludovici imperatoris hoc voluntarie firmavi, ipsumque, ut subscriberet, rogavi. Hæc etiam ordinatio subscriptione authoritate regia, & imperiali, sanctisque Folquini episcopi privilegio roborata, & utriusque collegii capitulari sententia concordata, ac in plena synodo confirmata & publicata, noster Hugo abbas edixum ibidem confestim hujus loco monachum, nomine Morum, ordinationem exsequens antedictam.*

TEATINA SYNODUS

Pro redigendis canonicis sæcularibus ad commune vitæ institutum

A Theodorico Teatino archiepiscopo anno 840. celebrata.

Domnus Theodoricus Sanctæ Teatinensis ecclesiæ licet exiguus episcopus.

Anno 840. Extheli. in Teatin. tit. 6. col. 679. Nov. Edit.

CUm Synodali more in præfata reſidentia mus, præsensibus aobiscum Presbyteris & diaconibus, hoc est & cuncto clero præfatæ ſedis, ibique Christo Domino cooperante in custodiam rectitudinis fuoque more ecclesiæ flaturemus; ut ad meliorem quidem statum ecclesiasticum in aliquo excrescremus consuetudinem, quæ antiquitus fuerit, reconciliandæ, ibique inter cæteras cum consensu omnium præfatorum canonicam instituere certificavimus, habentes normam firmitatis, eo quod a Domino imperatore Augusto per diversa episcopia jam diu ea fieri præcognitum est; & quia hic propter obitum antecessoris mei semanſi; idcirco prompto animo, illis consentientibus, Canonicam reconciliamus in ecclesia Beati Juſtini, cum ipſa ecclesia S. Salvatoris, cum terris & vineis, cum colonibus & omni pertinentia ſua, & in ecclesia S. Agathæ, quod eſt Synodochica ibi conſtituta, cum terris & ancillis, cum terris & vineis, quæ sunt in Grenaci, in fonte Sammaſia &c. . Sic conſtituimus & tradidimus pro amore, & timore

D

E

ſcatrum eccleſiæ ſancti Joannis, quorum nomina intenuntium, sacri animo, & mente humili in caritate confirmasi ita ſunt: Leo præpoſitus, Gundefrid, Gaſulphus presbyter, pro cujus amore ipſi conſtituimus præditam plebem S. Joannis cum ipſa plicatione, & Thcopo, Gualdefred, Joannes, Leopardus, Lambertus, Luitprand, Antefred, Janfred, Murtianus, Giſelpertus Decanus & portarius, quem ſchole Cantorum, & Scribarum magiſtrum ordinavimus. Ad victum verò & veſtitum dedimus illi eccleſiam S. Juſtini, ubi & ipſam canonicam ad honorem S. Thomæ conſtruximus, cum rebus & vineis, villis, caſalibus, appendiciis, atque colonicibus ſuis, cunctaque ibidem pertinentia. Nobis verò referviamus medietatem ex ipſis luminariis ad honorem S. Thomæ Apoſtoli; & dedimus propter adjutorium boum paria XX. boves decem, jumenta VII. pecora & porcos C. Hæc quoque firmiter ſtabilitus perficere ad honorem & laudem almi Thomæ, ſeu ad ſtabilitatem imperii piiſſimi imperatoris, anno propitio imperii Domini Ludoici imperatoris XXXII. per indictionem tertiam hoc factum eſt XII. die menſis Madii .

MEDIOLANENSE CONCILIUM

In quo immunitas Monasterii SS. Faustini & Jovitæ, Brixiæ fundati, confirmatur

Anno 842. habitum.

Rampertus Brixiæ in Italia episcopus monasterium SS. Faustino & Jovitæ dicatum confirmavrat, monachisque Gallis ab Angelberto Mediolanensi episc. missis incolendum dederat. Ita verò ad monachorum quietem, & felatum liberos illos ab omni inquietione esse, jussit, ut nullus episcopus juris sibi aliquid in electione abbatis, or rerum administratione ut usurpari. Quod ut ratum firmumque maneret, tabulas illas fust, ea de re scriptas, concilio Metropolitani sui Mediolanensis episcopi confirmandas obtulit. Ipsum conscriptum instrumentum hic damus ex novis additionibus ad Ughellium Ital. Sac. tom. IV. col. 333. Decretum parvum Spatulæ Angelberti Mediolanensis archiepiscopi ex Muratorio Antiq. Ital. col. 983. adjungimus.

DIPLOMA RAMPERTI

Brixiensis Episcopi pro monasterii confirmatione.

IN nomine Patris & Filii, & Spiritus Sancti amen. Rampertus indignus Beatæ Brixiensis ecclesiæ antistes. Notum per hanc institutionem esse volumus omnibus piæ matris ecclesiæ filiis, quod cum nostra parvitas statum plebium, ac xenodochiorum canonicè disponere vellet, repererit loca, quæ quondam monasteria de monachis fuerant ordinata, miserabiliter destituta, quæ de re solicitus mecum volvere cœperiu, qua ordinatione non solum diutiùs Judicis animadvertionem aliquo modo evadere, sed etiam pia æstificantium sancta intentione servata, pro mutuorum salvatione animarum, nobis aliorum daretur remissio peccatorum. Hoc & forte suffragantibus sanctorum precibus exitum perspexerit, ut in loco ubi sanctorum Faustini & Jovitæ martyrum corpora quiescunt, monachorum æstificaretur cœnobium. Et cum super hoc re sæpenumero deliberatione admodum hæsitarem, clara sanctissimi nostri archiepiscopi, aliorumque episcoporum, & cunctorum pontificum Deum timentium affectione, hæc pro maxima malesi deliberatio confirmata Deo revelante fuerit rebus. Primum, ut intentio Deo res suas discantium cum augmentatione maneret, quam perversetre malum est. Deinde ut in venerabilium domo martyrum jugiter, ac sapienter divinum celebraretur officium, quod non E nostra, quam antecessorum nostrorum desiderii, adeo tunc solvere indocte ut hoc uno nobis inflaret periculum. Postmodum, ut propriis haberemus intercessores, vel etiam quorum vita & exempio non solum laicorum, verum etiam clericorum vita ac devotio instrui posset. Novissime, verò, ut nulla nostris esset difficultas seculo abrenuntiare volentibus, quoniam hæc ratio tepidis adhuc mentibus tarditatem nonnunquam ad Deum generat converrendi. Denique cum nostrorum fidelium, & maximè Sacerdotum ad hoc multorum saluti profuturum provocaremur opus, petere a fastidiosimo viro Domino Angelberto archiepiscopo fratres curavimus, quibus hujus officii curam nostra committere posset sagacitas. Ipse verò ut vir doctissimus multorum affatim illustrationem desideransa, & non sua, sed quæ sunt Jesu Christi per omnia quærens, conscripsit nobis fratres ex Francie partibus advenientes, quosque ob illuminationem suæ ecclesiæ insolubili fibi sociaverat vinculo, Leutgarium videlicet abbatem, & Hildemannum monachum, quatenus ita nobis præsitaceat adjutorium quemadmodum illi nunc præstant, & semper præstabunt, quorum vita, atque doctrina plurimi hoc in regno illustrati esse noscuntur. Præditis itaque viris hujus operis curam cum nostrorum Sacerdotum etiam sensu commisimus, ea utique ratione, ut pro sui defensione i C cujus congregatio, quo quiete, atque tranquille fuum Deo perfolvere valeant votum, libram argenti episcopo ilius perfolvant ecclesiæ in beatissimorum Faustini, atque Jovitæ martyrum festivitate, habeantque nihilominus ex se ipsis secundum suæ normam professionis licentiam abbatem semper creandi. Decrevimus etiam ut si aliquis successorum nostrorum, quod minimè credimus, aliquid ab ipsa congregatione, supra quam definitum est, exigere quolibet modo voluerit, vel quamlibet inquietudinem facere ipsi vel rentaveris, quidquid ab hac ipsi loco, fanctæque congregationi datum fuerit, vel quæque adquirere quolibet modo vel arte potuerint, in eorum perpetuo maneant jure, quatenus his libere utendo, & quem voluerint defensorem habendo, quiete atque tranquille votum Deo susceptum perfolvant. Nam sicut propter inquietudinem hinc vos exire cum ipsis omnibus permittimus, ita si absque inquietudine, & oppressione fueritis, nisi propter obedientiam ut piam ipsos ire non finimus. Obtestor quapropter unumquemque successorum nostrorum coram Deo, & Christo Jesu, ut nullam ipsis inquietudinem fratribus ingerat. Quod si aliquid de his, quæ ipsi congregationi per hoc præceptum data sunt, quis diabolica fraude deceptus vel avaritiæ pesse corruptus fubtraxerit, vel aliquam perturbationem intulerit; maximè cum de his unde episcopus vivere confuevit nihil datum sit ipsis præter duas vineas, quæ ipsorum prato adjacent, propter quas alias plantare præcepimus; sciat se pro certo cum his sanctis martyribus & cum his qui res suas Deo dicarunt, in districto Dei judicio causas habiturum pœnasque perpetuas luiturum; & merito, quia sanctam sanctorum devotionem diabolique ecclesiæ perverterem-

ANNO CHRISTI 842.

minimè timuit. Hæc igitur sunt, quæ ipsorum fratrum utilitati conceffimus, idelt curam ipsius ecclesiæ & ædificia, & hortum, & pratum, & omnia quæ circumdata sunt muro, & duas (supradictas vineas, idelt campum Meleli, & tabernula cum torcularia, & fabbloraria cum affatiis, & familia, & omnia ficut vaffallus noster Luithfredus ufque nunc in beneficio habuit; & monasteriolum fandli Maximi, quod eft in vico, qui dicit Turbulas, cum omnibus que ad ipfum pertinent, & cafam S. Viti cum omnibus quæ ad eum pertinent; & monasteriolum S. Michaelis, quod finum eft in locum qui vocatur Calfirus, cum xenodochio S. Nazarii, & omnibus quæ ad eum pertinet; xenodochium etiam quod eft in loco qui dicitur Campedellus cum omnibus quæ ad ipfum pertinent; & cafam S. Eufebii, quæ eft in monte Boenne cum omnibus quæ ad ipfum pertinent. Propter oleum verò, ad luminaria ecclesiæ & fratrum neceffitatem dedimus quidquid de Vualperto venit de cuniculo, & quidquid de Joanne venit de Aufemo. Dedimus ilti fylvam, quæ dicitur ad montem, cum illis hominibus qui ibi habitant. Conceffimus etiam illis fortem in monte piano unam, locus qui nuncupatur Villafica, & alteram in monte digno ad vineas faciendas & lignaria componenda, & fecundum fuam neceffitatem, & uc accipiatur de ipfo monte abfque contradictione. Et conceffimus eis in fauxbarno vico Epifcoporum unum quod deerat Maffarium Giffulfum nomine, & omnia quæ per ipfum fegurtur, quod Luithfredus antea non habuit. Volumus etiam, ut in tegularia S. Faufti, quæ eft in loco qui dicitur Freones, habeant licentiam terram cavandi tegulafque coquendi, ad ecclefiam fanctorum martyrum cooperiendam, & monafterium continendum. Concedimus eis cafam altam cum omnibus, quæ ad eam pertinent, quæ Vvichelenda, & Lea filiæ Vifconis habent nunc poft mortem ipfarum. Hæc verò funt nomina familiorum, quos illis conceffimus de miniflerio, Vitalis, Audoberti, Urfeberti, Boniperti, Lunembertus, Leoperus, Giffulfus; de miniflerio Sicheradi Vicedomini, Leopertus, Benedictus, Rachiperti, Ivitulus, Theodepertus, Nigrius, de Medulas, Ingus, Martinus; item Lupus, item Martinus de Jafiano, Leopardus, Maffiolus, Urfeberti, Albutius, Maficharellus. Item de Regiade, Amatus, Giffulfus, Dominicus, Leo, Urfus, Ropertus. De Luciago Leopertus, Cagocius, Giffimbertus, Amfo, Andelpertus, Walpertus. Clerici verò Gradelpertus, & Urfebertus, & Fredebertus, & Audebertus. Ut igitur hæc inflitutio firmior haberetur archiepiscopo noftro hanc obtuli, quatinus A fuo ipfam confirmaret præcepto cum Epifcoporum ac fuorum facerdotum fubfcriptione, quamque Odelbertum ecclefiæ noftræ notarium fcribere juffimus, & propria manu fubfcripfimus. Actum anno Dominicæ Incarnationis DCCCXLII. Anno etiam imperii chriftianiffimi Hlotharii imperatoris vigefimo fecundo, Indictione quarta die pridie Kalendarum menfis Junii.

Ego Rampertus, indignus epifcopus, hanc inflitutionem a me factam propria manu fub.

Utlongus diaconus, juffus a Domno Rampertus epifcopo, manu mea fub.

Perfus archipresbyter, ex juffione Domni B Ramperti epifcopi, manu mea fub.

Audoni presbyter, ex juffione Domni Ramperti epifcopi, manu mea fub.

Ego Conftabilis presbyter, ex juffione Domni Ramperti epifcopi, manu mea fub.

Gifembertus Diaconus, ex juffione Domni Ramperti epifcopi, manu mea fub.

Lupus presbyter, ex juffione Domni Ramperti epifcopi, manu mea fub.

Agimundus presbyter, ex juffione Domni Ramperti epifcopi, manu mea fub.

Simpertus presbyter, ex juffione Domni Ramperti epifcopi, manu mea fub.

Deusdedit presbyter, ex juffione Domni Ramperti epifcopi, manu mea fub.

Ego Theodorus presbyter, ex juffione Do- C mni Ramperti epifcopi, manu mea fub.

Pelprandus presbyter, ex juffione Domni Ramperti epifcopi, manu mea fub.

Lampertus presbyter, ex juffione Domni Ramperti epifcopi, manu mea fub.

Ropertus presbyter, ex juffione Domni Ramperti epifcopi, manu mea fub.

Vitalis preceptor & inutilis diaconus, juffus a Domno Ramperto epifcopo, fub.

Ego Garlpertus presbyter, ex juffione Domni Ramperti epifcopi, manu mea fub.

Agipertus diaconus, ex juffione Domni Ramperti epifcopi, manu mea fub.

Lovimpertus ultimus presbyter, ex juffio- D ne præfecta, manu mea fub.

Adelraldus diaconus, ex juffione Domni Ramperti epifcopi, manu mea fub.

Bonipertus minimus omnium diaconus ex præcepta juffione, manu mea fub.

Bonipertus presbyter, ex juffione Domni Ramperti epifcopi, manu mea fub.

Ermenpertus fubdiaconus, ex juffione Domni Ramperti epifcopi, manu mea fub.

Adrepertus fubdiaconus, ex juffione Domni Ramperti epifcopi, manu mea fub.

Lampertus minimus fubdiaconus, ex præcepta juffione, manu mea fub.

DECRETUM SYNODALE

Angelberti archiepiscopi Mediolanensis & comprovincialium episcoporum, per quod confirmant immunitatem monasterii Erixiani Sanctorum Faustini & Jovitæ a Ramberto episcopo ædificati.

Angelbertus humilis beatæ Mediolanensis ecclesiæ antistes.

NOtum esse cupimus cunctis Christi Dei nostri cultoribus, quod confrater, atque coepiscopus noster Rambertus, cum suorum sacerdotum, aliorumque fidelium consensu, in loco ubi sanctorum Faustini, & Jovitæ martyrum corpora quiescunt, monachorum ædificavit cenobium. Super cujus perpetuo statu institutionem facere, ipsamque nobis, ut nostro roboraretur præcepto, curavit offerre. Et quia officii nostri est non extinguere bonorum, sed magis magisque accendere studia, alacri devotione institutionem, quam jam prædictus Deo gratus episcopus, nobis verò carissimus, ideo edidit, ut salva maneret intentio res suas Deo dicantium, & in ecclesia nobili omnibus canonicis horis divinum persolveretur officium, & ut nullam quis pateretur tarditatem ad Dominum convertendi, firmare, ac roborare hoc nostræ auctoritatis præcepto curavimus. Eo videlicet modo, ut nil amplius ab ipsa congregatione quam libra requiratur argenti. Liceatque ei absque superimpositione susceptum Deo persolvere votum: habeantque nihilominus licentiam de seipsis semper abbatem creandi. Eo si unquam aliqua inquietudo eis illata fuerit, quicquid ab hac die ipsis datum fuerit, vel adquirere quolibet modo vel arte potuerint, in ipsorum sit potestate, quatenus his libere utendo, & quem voluerint defensorem habendo, quietius Deo valeant militare. Ut igitur institutio sancti coepiscopi nostri prædicti Ramberti, a nullo successorum ejus possit aliquo modo corrumpi, sed firma, & inconcussa, atque inviolata permaneat, per hoc nostræ auctoritatis præceptum eam firmare curavimus, canonice proclamantes, ut si quis eam violare temptaverit, anathema sit.

Quod etiam Andream ecclesiæ nostræ notarium scribere jussimus, propriaque manu subscripsimus. Anno Dominicæ Incarnationis DCCCXLII. Anno etiam imperii Christianissimi Lotharii imperatoris vicesimo tertio, Indictione quinta.

Angelbertus indignus episcopus confirmans subscripsi.

Ego Aldigisius Episcopus consensi, & subscripsi.

☧ gratia Dei Hagamo episcopus huic sacræ synodali pragmaticæ manu mea subscripsi.

Pancoardus episcopus subscripsi
Ermenfredus episcopus sub.
Walfericus episcopus sub.
Ercanbertus episcopus sub.
Verendarius Curiensis ecclesiæ episcopus subscripsi.

SERGIUS PAPA II.

Sedit ab anno 844. usque ad 847.

AD CONCILIUM SENONENSE

Anno 845. habitum

In quo privilegium monasterii S. Remigii firmatum est,

ADNOTATIO CHRONOLOGICA.

Anno 845. INter Baluzium & Dacherium de anno quo privilegii hujus auctoritas firmatur, lis intercedit. Dacherius annum præfert 852. Baluzius 845. Constat enim ex præfatione Capitularium Caroli Calvi tit. VII. Wenilonem non diu ante ann. 846. Synodum cum suffraganeis suis egisse. Cujus potissimum partes tenendæ sint nobis indicat nomen *Adalberti Tricassini*, quod inter subscriptores recitatur. Constat enim Adalbertum anno 837. conventui Carisiacensi interfuisse, ut ex diplomate Ludovici imperatoris apud Baluzium lib. 3. Miscellan. cap. 50. vitæ Aldrici Cenomanensis constat. Anno vero 847. successor ejus Prudentius Parisiensi concilio subscribit. Ex quo inferas Senonense concilium, cui Adalbertus adfuit, ante annum 847. convenisse. Præstat ergo Baluzii chronologiam, quæ concilium istud cum anno 845. componit, retinere.

IN PARISIENSIA CONCILIA DUO

Annis DCCCXLVI. & XLVII. celebrata

DISSERTATIO.

PArisiense concilium aliquod per hos annos habitum ex præfatione concilii Meldensis discimus; ex qua pariter concilio cuipiam Parisiensi annum DCCCXLVI. diem XVI. Kal. martias assignare cogimur. An verò gemina ejusdem nominis concilia continuo succedentibus annis 846, 847. celebrata sint, Sirmondus to. III. conciliorum Galliæ quidem affirmavit, ratus concilium illud, in quo Corbejense privilegium ratum confirmatumque fuit, aliud esse ab eo, in quo Ebboni Remensi diem dictam ex Flodoardo scimus. Labbeus duo hæc confundenda opinatur; sed unum illud, non quidem anno 846. at sequenti potius 847. assignandum contendit, quod colligit ex indictione X. & anno DCCCXLVI. die XVI. Kal. Martias, quæ temporis notæ Parisiensi concilio in præfatione concilii Meldensis assignantur, & cum anno 847. ex veteri anni supputandi more congruunt. Pagius in critica Baronii conjecturam Labbei de unico Parisiensi concilio probat; sed annum improbans, retinendum annum 846. contendit. Mihi in meis ad Pagium adnotationibus alia sedit opinio, præferendum annum 847. judicanti; quanquam de unico vel duplici concilio nihil definivi. Modo vero, re maturiùs discussa, anno 847. unum aliquod e geminis Parisiensibus conciliis habitum confirmo; duo verò ejusdem nominis concilia distinguo; ac tandem Parisiense illud concilium, in quo libertas monasterii Corbejensis rata ac firma esse sancitur, posterius esse concilio Parisiensi, in quo Ebbonis Remensis exauctoratio stabilitur, affirmo.

Hæc verò omnia superstruo fundamento illi, cui jam olim innixus, concilium Parisiense ad annum 847. transtuli. Josephus presbyter scriptor coævus in libello de translatione corporum SS. Ragnoberti, & Zenonis in Spicilegio Dacherii to. II. pag. 327. nov. edit. cap. I. narrat Herveum quendam anno Christi DCCCXLVI. indictione X. anno VII. Caroli regis, per somnium admonitum, ut in certo quodam loco jacentia corpora SS. Ragnoberti, & Zenonis effoderet, & alio decentius transferret. Id verò primum neglexisse Herveum; quare secundò admonitum, iterum tamen monita despexisse. Hujus iteratæ admonitionis diem indicat VIII. Kal. Julias. Denique, Natalis Domini pervigilio, tertio jussum eadem præstare, adiectis minis ni pareret. Territus ad Baltfridum urbis Bajocensis episcopum se contulit; sed, ait Josephus, aberat tunc episcopus, nam *eodem tempore crimine fuerat nefando apud gloriosissimum regem Carolum accusatus, & ob id, quia ad sanctam Synodum ab eo congregatam convolaverat, defuit civitati. In Synodo officium a quo corruerat, quia ab eo suspensus fuerat, recepit, etiam & donis adornatus plurimis.* Tota hæc narratio ab exitu anni 846. quocum chronici omnes characteres supra expressi concurrunt, cœpta, ad finem anni 847. nos ducit, quo tempore nullum aliud concilium jussu Caroli regis habitum occurrit quam Parisiense, sive illud fuerit in quo Ebbo exauctoratus fuit, sive aliud in privilegio Corbejensi expressum. Quamvis enim postremum illud de convocatione regia nihil exprimat, vix tamen fieri poterat ut conventus adeo solemnis, cui archiepiscopi tres, Remensis, Rothomagensis, & Senonensis interfuerunt, ab alio quam ab ipso rege invitaretur. Quæ enim per hæc tempora celebrata est Moguntina Synodus non quidem ad regnum Caroli, sed Ludovici pertinebat. Adde quod privilegio Corbejensi Baltfridus Bajocensis cum cæteris concilii patribus subscribit. Stat ergo Parisiensis Synodus labente anno 847. coacta, eademque facile est synodus Parisiensis privilegio Corbejensi memorata. Quibus constitutis, nullo negocio synodus alia Parisiensis stabilitur. Cum enim ex præfatione concilii Meldensis, apud Labbeum tom. IX. col. 951. legenda, compertum sit Parisiense concilium quoddam anno Christi DCCCXLVI. die XVI. Kal. martias convenisse; nec illud quod hucusque descripsi, concilium prius quam labente anno 847. haberi potuerit; duo inter se tempore discreta concilia stabilire oportet. Ultro tamen concesserim, concilium illud anni 846. die 16. Kal. Martias ipsum esse idemque concilium Parisiense, in quo Ebbo damnationis sententiam tulit. An verò annus iste 846. cum die 16. Kal. Martias compositus ex veteri anni supputandi more ductus sit, ut referat ex nostro more annum 847. vel potius annus 846. retinendus sit, mihi perobscurum est & ambiguum.

ANNO CHRISTI 846.

CONCILIUM SENONENSE

ANNO CHRISTI 846.

In quo Audradus Modicus chorepiscopus confecratur,

Anno 846. habitum.

AUdradus Modicus per hos annos Ilduini revelationum fuarum (scribebat, *cujus* excerpta Duchesnius Hist. Francorum tom. II. dedit; Audradus, inquam, de hoc concilio, alias incognito, hæc scribit in fragmento, quod Albericus monachus Trium-fontium in chronico servavit: *Anno indictione* (seu Indoris inter fratres reges anno 843. inito) *tertio, secundum Audradum advocatum ipsum Archiepiscopus Warulo* (Wenilo) *Senonensis: & habita Synodo, eundem per electionem chorepiscopum confecravit.*

CONSTANTINOPOLITANA SYNODUS,

In qua Methodio patriarcha defuncto, S. Ignatius fubfficuitur,

Anno 846. habita.

HÆc synodus authoritate Methodii (successoris Nicephori in elogio S. Ignatii Patriarchæ Constantinopolitani asserituræ. Narrat enim ille, Theodoram augustam defuncto S. Methodio patriarchæ dignum fuccefforem quæsiviffe; cujus rei gratia fynodo antiftitum ad hoc convocata, S. Ignatium celebrem monachum propofuiffe, eufque approbatione patriarcham elegiffe. En verba Methodii: *Theodora pia augufta celebrato fanctorum patrum concentu*; (Græcus textus, *Patrum fynodo*) *præfente quoque fenatu patriarcham dixit.* Id etiam Nicetas in fuiori vita ejufdem fancti fubobfcurioribus verbis de Synodo hac coacta fignificavit: *Ignatium antiftitum authoritate, & fententia, honorefacto dignifimum eft judicatur.* Concilium vero ea de causa convocandum fortaffe cenfuit Theodora, quod cum multi facrum illud manus affectarent, dignifimum ex judicio epifcoporum eligere volebat. *Multos*, ait Nicetas, *ad ecclefiæ adminiftrationem defignatos, aliefque alias ob caufas voto fruftratos fpes.* Ex epifcopis tamen, qui tunc fortæ aderant Conftantinopoli, eam Synodum collectam fuiffe arbitror. Annus vero Synodi ex Pagii fententia anno 846. ftatuendus.

LEO PAPA IV.

Sedit ab anno 847. ufque ad 855.

EPISTOLARUM LEONIS IV.

FRAGMENTA.

Affert ex Leone IV. Gerhaus in Dial. vulg. a P. Pez Anecdot. 40.11. par. a. pag. 482.

OMnes canonum fponte violatores, in omnibus authenticis concilii anathematizati funt.

Ex regiftro Leonis Papæ IV.

Ex Collect. S. Aug. fol. Lucen. in Antiq. Leodien. Canif. to. III. par. I. pag. 190. edit. Ba-fnag.

DE decimis juflo ordine non tantum nobis, fed majoribus vifum eft, plebibus tantum, ubi facrofanctæ dantur baptifmatis, dari debere.

IN SEQUENTEM LEONIS PAPÆ IV. HOMILIAM

COLLECTORIS PRÆMONITIO.

QUam hic exhibeo, Leonis papæ IV. homiliam, maximi faciendam iuadet Romanæ Eccleſiæ ætatis illius difciplina, quam vivis coloribus depiftam exprimit; fed cum maxime variet in MSS. Codicibus, nec in editis femper fibi cohæreat, permagni interefle arbitror, fi collatio inter varios Codices inftituatur, quo ex conſenſu plurimorum elicitatur, quid genuinum fit Leonis, quid adulterinum & alcititium. Interpolationis vero hujus cauſam hanc affero poſſe arbitror, quod poſt Leonem mos obtinuerit, ut hæc ipſa homilia in ſynodis legeretur ad Cleri eruditionem; ex quo factum eſt, ut pro varia locorum diſciplina variaretur, & moribus Provinciæ vel Diœceſis, cui tradebatur, accommodanda. Conſtat id ex titulo quem in MS. Codice Lucenſi gerit: *Epiſtola Leonis papæ in Synodo legenda.* Quæ cum ita ſe habeant, e re Eccleſiaſtica futurum me arbitror, ſi triplex ejuſdem homiliæ ſchema propoſuerim, quorum alterum Labbeanum eſt, aliud ex Martene Veter. Mon. tom. VII. pag. I. petitur, quamquam Leonis nomen adſcriptum ibi non legitur; tertium tandem ex MS. Codice Bibliothecæ Cathedralis Lucenſis ſæculi XII. Variantes lectiones e MS. Codice Bibliothecæ S. Victoris Marſilienſis adjecis, ex quo hæc tranſfero, junctis paciter variantibus e ſermone ſynodali, quem ex Marco Velſero acceptum Labbeus To. XI. Ven. edit. pag. 1075. non expreſſo Leonis Papæ nomine (cum reliqua tamen ipſa ſit Leonis homilia interpolata) exhibuit.

MAR-

ANNO CHRISTI 847.

MARTENI EDITIO

Communitorum cujufque epifcopi ad Sacerdotes fibi fubditos.

Fratres, Sacerdotes Domini, cooperatores noſtri Ordinis eſtis; & nos quidem, quamvis indigni, locum Aaron tenemus; vos locum Eleazari, & Ithamari. Nos vice duodecim Apoſtolorum fungimur; vos ſeptuaginta duorum diſcipulorum. Nos patres veſtri ſumus; vos plebis vobis commiſſæ. Nos de vobis rationem reddituri ſumus ſummo paſtori Domino noſtro Jeſu Chriſto; vos de plebe vobis commiſſa. Ideoque, chariſſimi, veſtrum videte periculum. Admoneſtus itaque & obſecratus fraternitatem veſtram, (*a*) ut quæ vobis ſuggerimus, memoriæ commendetis, & opere exercere ſtudeatis.

I. In primis admonemus, ut vita & converſatio veſtra irreprehenſibilis ſit, ſcilicet ut cella veſtra ſit juxta Eccleſiam, & in domo veſtra feminas non habeatis.

II. Omni nocte ad vigilias (*b*) ſurgite, curſum veſtrum horis certis decantate.

III. Miſſarum (*c*) ſolemnitates celebrationeſque religioſe peragite; Corpus & Sanguinem Domini cum timore & reverentia ſumite; vaſa ſacra propriis manibus abluite, & exergite.

IV. Nullus canter, niſi jejunus; nullus canet, qui non communicet.

V. Nullus cantet ſine amictu, alba, ſtola, fanone, caſula (*d*). Et hæc veſtimenta nitida ſint, & ad nullos alios uſus ſint.

VI. Nullus cum alba, qua in ſuos uſus utitur, præſumat Miſſam celebrare (*e*). Nulluſ in ligneo, aut vitreo calice audeat Miſſam celebrare (*f*).

VII. Nulla femina ad altare accedat, nec calicem Domini tangat.

VIII. Corporale mundiſſimum ſit. Altare ſit coopertum de mundis linteis. Super altare nihil ponatur, niſi capſa cum reliquiis Sanctorum.

LABBEI EDITIO

Homilia Leonis Papæ IV.

Fratres, Presbyteri & Sacerdotes Domini, cooperatores mihi eſtis ordinis. Nos quidem, quamvis indigni, locum Aaron tenemus; vos autem Eleazari, & Ithamar. Nos vice duodecim Apoſtolorum fungimur; vos ad formam ſeptuaginta Diſcipulorum eſtis. Nos verò paſtores veſtri ſumus; vos autem paſtores animarum vobis commiſſarum. Nos de vobis rationem reddituri ſumus paſtori noſtro Jeſu Chriſto; vos de plebibus vobis commendatis. Et ideo, chariſſimi, videte periculum veſtrum. Admonemus, & obſecramus, ſicut alibi ſcriptum invenimus, fraternitatem veſtram, ut de communi ſalute veſtra cogitantes, attentius audiatis admonitionem noſtram; & quæ vobis ſuggerimus memoriæ commendetis, & opere exercere ſtudeatis.

In primis admonemus fir-miterque præcipimus, ut vita & converſatio veſtra irreprehenſibilis ſit, ſcilicet ut cella & habitatio veſtra ſit juxta Eccleſiam, & in ea feminas non habeatis. Omni nocte ad noſturnas horas ſurgite; curſum veſtrum certis horis decaurate; Miſſarum, celebrationes devote peragite; Corpus, & Sanguinem Domini cum timore & reverentia ſumite. Vaſa ſacra propriis manibus abluite, & exergite. Nullus Miſſam cantet ſolus: nullus ante ſolis ortum, niſi in nativitate Domini. Nullus cantet eam niſi jejunus. Nullus cantet qui non communicet. Nullus cantet ſine lumine, ſine amictu, ſine alba, ſtola, fanone, & caſula. Veſtimenta nitida ſint, & ad nullos alios uſus ſint. Nullus in alba, qua in ſuo uſu utitur, præſumat miſſas cantare. Nullus in ligneis, aut plumbeo, aut vitreo calice audeat Miſſam agere. Nulla femina ad altare Domini accedat, & calicem Domini contingat. Corporale mundiſſimum ſit. Altare ſit cooperta mundiſſimis linteis. Super altare nihil ponatur, niſi capſa cum reliquiis Sanctorum.

LUCENSIS CODEX M. S.

ANNO CHRISTI 847.

Epiſtola Leonis in Synodo legenda.

Fratres, presbyteri, Sacerdotes Domini, cooperatores ordinis noſtri eſtis. Nos, quamvis indigni, locum Aaron tenemus; vos autem locum Eleazari, & Ithamar. Nos vice XII. Apoſtolorum fungimur; vos ad formam LXX. diſcipulorum eſtis. Nos verò paſtores veſtri ſumus; vos autem Paſtores animarum vobis commiſſarum. *Reliqua ut apud Martene.*

I. In primis &c. *ut apud Martenium.*

II. Omni nocte ad horas ſurgite.

III. Miſſarum celebrationes religioſæ &c. *ut apud Martenium.*

IV. Nullus Miſſam cantet ſolus. Nullus ante ſolis ortum cantet niſi in Natali Domini. Nullus cantet Miſſam &c. *ut in Martene.*

V. Nullus cantet ſine lumine, ſine amictu &c. *ut apud Martene.*

VI. Nullus cum alba, qua in ſuos uſus utitur, præſumat Miſſam celebrare. Nullus in ligneo, aut plumbeo, aut vitreo calice audeat Miſſam cantare.

VII. Nulla femina &c. *ut apud Martenium.*

VIII. Corporale.....
& reliquiæ, aut forte IV. Evangelia, aut Buxis cum corpore
&

ANNO CHRISTI 847.

Martenii editio.

altare nihil ponatur nisi capsæ, & reliquiæ, & (g) quatuor Evangelia, & pixis cum (b) Corpore Domini ad viaticum infirmis; (i) cætera in nitido loco recondantur.

IX. Missale plenarium, (k) lectionarium, antiphonarium, (l) utrumque libeum XL. Homeliarum unusquisque habeat.

X. Locus, in secretario, (m) vel juxta altare fit præparatus, ubi aqua effundatur, quando sacra vasa abluuntur, ibique vas nitidum cum aqua pendeat, ubi sacerdos manus lavet post communionem.

XI. Ecclesiæ sint benè cooperteæ, & cameratæ; atrium Ecclesiæ undique (n) muratum.

XII. Nullus extra Ecclesiam per domos, vel in locis non consecratis Missas cantet (o), nec folius cantet.

XIII. Quisque Presbyter Clericum (p) habeat, qui Epistolam, vel lectionem legat, & ad Missam respondeat, cique ad Missam respondeat, & cum quo Psalmos cantet. (q)

XIV. Infirmos visitate, eosque Deo reconciliate, (r) oleo sancto ungite, & propria manu communicate. Nullus præsumat tradere communionem laico, vel fœminæ ad ferendam infirmo.

XV. (s) Nullus Sacrum chrisma vendat, nullus pro baptizandis, vel pro Corpore Domini, vel pro reconciliatione, vel pro sepultura, vel pro confecrandis Ecclesiis precium quærat, vel Ecclesias aliquorum data pecunia furripiat.

XVI. Videte, ne per negligentiam vestram ullus infans sine baptismo moriatur.

XVII. Nullus vestrum sit ebriosus, litigiosus, (t) nullus arma in feditione (u) nul-

Labbei editio.

dorum, aut forte quatuor sanctæ Dei Evangelia, aut pyxis cum corpore Domini ad viaticum pro infirmis: cæreca in nitido loco recondantur. Missale plenarium, & lectionarium, & antiphonarium unaquæque Ecclesia habeat. Locus in secretario, aut juxta fit præparatus, ubi aqua effundi possit, quando vasa sacra abluuntur, & ibi linteum nitidum cum aqua dependeat, & ibi Sacerdos manus lavet post communionem. Ecclesiæ sint cooperteæ bene, & cameratæ, & atrium sit semper mundatum.

Nullus extra Ecclesiam per domos, aut in locis non consecratis Missas cantet sine licentia sui Episcopi. Omnis presbyter clericum habeat scholarem, qui epistolam, vel lectionem legat, & ad Missam respondeat, cum quo & psalmos cantet. Nullus cum calcaribus, vel cultellis Missam cantet, quia indecens, & contra regulas Ecclesiæ est. Calicem, & obiaram resta- cruce signate, id est non in circulo & variatione digitorum, ut plurimi faciunt, sed distinctis duobus digitis, & pollice intus recluso, per quos Trinitas annuitur, libi signum † recte facere studete; non enim aliter quidquam possitis benedicere.

Infirmos visitate, & ut sua rationabiliter disponat, admonete; deinde reconciliate, & juxta Apostolum, oleo sancto inungite, & propria manu communicate; & nullus præsumat communionem laico aut fœminæ tradere ad deferendam ad infirmos. Nullus vestrum pro baptizandis infantibus, aut infirmis reconciliandis, aut mortuis sepeliendis, præmium aut munus exigat. Videte ne per negligentiam vestram ullus infans absque baptismo moriatur. Nullus vestrum ebriosus, nullus sit litigiosus, quia fervum Dei non decet litigare. Nullus vestrum arma ferat in feditione, quia arma vestra spiritualia debent esse.

Nul-

Lucensis Codex M. S.

ANNO CHRISTI 847.

&c. *ut apud Martene.*

IX. Missale plenarium &c. *ut apud Martenium; sed desit utrumque librum XL. Homeliarum.*

X. locus in Sacrario &c. *reliqua ut apud Martenium ... ...* manus lavet ante & post communionem.

XI. Ecclesiæ &c. *ut apud Martenium*, atrium Ecclesiæ sepe munitum.

XII. Nullus extra ecclesiam cantet sine licentia sui Episcopi.

XIII. Quisque Presbyter Clericum, vel scholarem habeat &c. *reliqua, ut apud Martenium.*

Quæ sequuntur apud Labbeum, & in Martene desiderantur, in nostro pariter desunt.

XIV. Infirmos visitate & eos reconciliate, & juxta Apostolum oleo &c. *ut in editis apud Martene.*

XV. Nullus pro baptizandis infantibus, aut infirmis reconciliandis, aut mortuis sepeliendis præmium vel munera exigat.

XVI. Videte &c. *ut apud Martenium.*

XVII. Nullus vestrum &c. *ut apud Martenium; additur* quia fervo Dei non oportet li-

ANNO CHRISTI 847.

Martenii editio.

nullus (u) canum, vel avium jocis inserviat. Nullus in tabernis bibat.

XVIII. Unusquisque vestrum, quantum sapit, plebi sæ de Evangelio, (x) de epistola, vel aliqua divina Scriptura Dominico die, vel festis diebus annuntiet.

XIX. Curam pauperum, peregrinorum, orphanorum habeat, eosque ad prandium invitet (y), ut in his, & aliis hujusmodi a vobis alii exemplum capiant.

XX. Omni die dominico ante Missam aquam benedictam facite, unde populus (z) & loca fidelium aspergantur.

XXI. Sacra vasa, vel vestimenta Sacerdotalia non dentur in vadimonium (a) negotiatori, vel alicui sæculari.

XXII. Nullus vestrum minus digne pœnitentem cujuscumque rei gratia ad reconciliationem adducat, & ei reconciliationis testimonium, ferat.

XXIII. *Nullus vestrum* uxuras exigat, & conductor- sui (b) seniores existat. Res & facultates, quas post diem ordinationis vestræ adquisitis, ad Ecclesiam, cui deservitis, (c) pertinere scitis.

XXIV. Nullus sine scientia, & consensu nostro Ecclesiam adquirat. Nullus per potestatem sæcularium Ecclesiam ordinet, nullus Ecclesiam, ad quam titularis est, dimittat, & ad aliam cauta- quæstus migret.

XXV. Nullus plures teneat Ecclesias sine aliorum auxilio presbyterorum; nullatenus una Ecclesia inter plures dividatur.

XXVI. Nullus alterius Parochianum, nisi in itinere, aut si sibi placitum fuerit, ad Missam recipiat. Nullus in alterius parochia fine (d) licentia illius cantet.

Labbei editio.

Nullus canum, aut avium jocis inserviat. Nullus in tabernis bibat. Unusquisque vestrum (quantum ei datur, & in fe est) aliquid de facro Evangelio, vel de epistolis Apostolorum die Dominico vel festis diebus plebi sæ annuntiet. Unusquisque presbyter officium suum recte addiscat; qui autem est illiteratus, ab officio suspendatur, nisi emendet. Verbum Domini, & non fabulas inanes ex corde vestro debetis populo annunciare, & prædicare. Curam pauperum, peregrinorum, & orphanorum habete; & ad prandiola vestra eos invitate. Ecce hospitales, ut a vobis alii bonum sumere exemplum.

Omni die dominica ante missam aquam benedicite, unde populus aspergatur; & ad hoc propriumvas habete. Sacra vasa, & vestimenta sacerdotalia nolite pignori dare. Nullus vestrum minus digne pœnitentem cujuscumque rei gratia ad reconciliationem adducat, & ei testimonium reconciliationis ferat. Nullus vestrum usuras exigat ut conductus fœneratorum existat; res, & facultates, quas post ordinationem vestram acquisitis, sciatis ad ecclesiam matrem pertinere. Nullus sine licentia Episcopi per potestatem fecularem Ecclesiam acquirat. Nullus presbyter sub potestate laicorum ministet, aut castaldio fiat. Nullus per pecuniam ecclesiam alterius fupplanret. Nullus Ecclesiam, ad quam titulatus est, dimittat, & ad aliam, quæstus gratia, sine licentia Episcopi migret. Nullus plures Ecclesias teneat sine adjutorio aliorum Presbyterorum. Nullatenus una Ecclesia inter plures dividatur. Nullus alterius parochianum, nisi itinere, & sibi placitum fuerit, ad Missam recipiat. Nullus in alterius parochia absque propriis presbyteri voluntate, vel rogans, missas cantet. Nullus decimam ad aliam pertinentem invitet carnem manducare & bibere vi-

Lucensis Codex M. S.

ANNO CHRISTI 847.

tigare. Nullus auferat (a)in fe- ditione, quia arma nostra fpiritualia debent esse; *reliqua* (z) *arma lerat. ut apud Martene.*

XVIII. Unusquisque vestrum quantum sapit plebi sæ de Evangelio vel Apostolo die Dominica, & festis diebus annuntiet.

Verbum Domini, & non fabulas inanes ex corde vestro debetis prædicare.

XIX. Curam pauperum &c. *ut apud Martenium .....*

XX. Omni die Dominico &c. *ut apud Martenium .... unde populus aspergatur, & ad hoc solum vas habete.*

XXI. Sacra vasa &c. *ut apud Martenium ..... in vadium dare negotiatori, aut tabernario.*

XXII. Nullus vestrum &c. *ut apud Martenium.*

XXIII. Nullus vestrum &c. *ut apud Martenium ..... & conductus sui fœneratoris exsitar &c. ..... ad Ecclesiam matrem pertinere.*

XXIV. Nullus sine fcientia &c. *ut apud Martenium..... ..... Episcopi per potestatem fecularem Ecclesiam obtineat. Nullus per pecuniam alterius Ecclesiam fupplantes. Nullus &c. ut apud Martenet.*

XXV. Nullus plures teneat &c. *ut apud Martenium.*

XXVI. *Desit* nullus alterius parochianum..... ..... recipiat.

ANNO CHRISTI 847.

Martenii editio.

XXVII. Nullus decimam ad alium pertinentem recipiat. (*e*).

XXVIII. Nullus pœnitentem invitet carnem manducare, vel vinum bibere, nisi pro eo ad præfens eleemosynam dederit.

XXIX. Nullus (*f*) præsumat baptizare, nisi in vigilia paschæ & pentecostes, nisi pro periculo mortis.

XXX. Unusquisque fontes habeat, si non poterit habere lapideos, habeat aliud vas ad hoc tantummodo præparatum (*g*).

XXXI. Omnibus Parochianis vestris symbolum, & orationem Dominicam insinuate.

XXXII. Jejunium quatuor temporum, rogationes, letaniam majorem (*h*) eis indicite.

XXXIII. Feria IV. ante quadragesimam eos ad confessionem invitare, eisque juxta qualitatem delicti pœnitentiam injungite, non ex corde vestro, sed sicut in pœnitentiali scriptum est.

XXXIV. Tribus vicibus in anno, scilicet in Natale Domini, pascha, pentecosten omnes (*i*) fideles communicent.

XXXV. Certis temporibus conjugati ab uxoribus abstineant.

XXXVI. Eulogias post Missas in diebus festis accipiant (*k*)

XXXVII. Nullus Presbyter in itinere sine stola (*l*) incedat; nullus induatur vestimentis laicalibus; nullus rem aut possessionem, aut mancipium Ecclesiæ vendat, aut commutet, vel quocumque ingenio alienet.

XXXVIII. Dominicum diem, aliasque festivitates (*m*) a vespera usque ad vesperam celebret unusquisque.

XXXIX. Cantus, & chorus

Labbei editio.

vinum nisi pro eo ad præfens eleemosynam faciat.

Nullus baptizare præsumat, nisi in vigiliis paschæ, & pentecostes, nisi pro periculo mortis. Nullus Clericus, vel laicus in Ecclesia loqui audeat; tantum oret, maxime infra divinum officium. In Sabbato paschæ extinctio veteri novus ignis benedicatur, & per populum dividatur, & aqua benedicta similiter. Unusquisque fontes lapideos habeat, & si lapideos habere non possit, vas saltem aliquod ad hoc paratum, in quo nihil aliud fiat, habeat. Attendite ut omnibus parochianis vestris symbolum apostolorum, & orationem dominicam insinuetis. Vigilias apostolorum, & jejunium quatuor temporum, & rogationum, & litanias majores plebibus vestris omni studio observandas insinuate. Quarta feria ante quadragesimam plebem ad pœnitentiam & confessionem invitate, & juxta qualitatem delicti pœnitentiam injungite, non ex corde vestro, sed sicut in pœnitentiali scriptum est. Ab illa quarta feria usque in diem resurrectionis domini nullus manducet carnem, vel diguinem. Quatuor temporibus in anno, id est in nativitate Domini, in cœna Domini, pascha, & pentecoste, omnes fideles ad communionem corporis, & sanguinis Domini accedere admonete; certis diebus & temporibus conjugatos abstinere ab uxoribus exhortamini.

Eulogias post missas in diebus festis plebi distribuite. Nullus vestrum induatur vestibus laicalibus. Nullus rem, aut possessionem, aut mancipium Ecclesiæ vendere aut commutare, aut quocumque titulo alienare, absque licentia Episcopi præsumat. Die dominico & aliis diebus festis absque opere servili a vespera ad vesperam celebrare facite. Cantus, & chorus mu-

Lucensis Codex M. S.

XXVII. Nullus decimam &c. *ut apud Martenium.*

XXVIII. Nullus pœnitentem &c. *ut apud Martenium.*

XXIX. Nullus præsumat &c. *ut apud Martenium.*

Nullus Clericus vel laicus in Ecclesia loqui audeat, si non oret, maxime infra divinum officium. In Sabbato paschæ extinctio veteri novus ignis benedicatur.

XXX. Unusquisque &c. *ut apud Martenium* . . . . . præparatum, in quo nihil aliud fiat.

XXXI. Omnibus &c. *ut apud Martenium.*

XXXII. Jejunium &c. *ut apud Martenium.*

XXXIII. Feria IV. &c. *ut apud Martenium.*

XXXIV. Tribus vicibus &c. *ut apud Martenium.*

XXXV. Certis temporibus &c. *ut apud Martenium.*

XXXVI. Eulogias &c. *ut apud Martenium.*

XXXVII. Nullus Presbyter in itinere sine stola incedat. Nullus induatur &c. *ut apud Martenium* . . . . . alienare sine Episcopo præsumat.

XXXVIII. Die Dominica, & aliis diebus festis absque opere servili a vespera usque ad vesperam celebrare facite.

XXXIX. Cantus &c. *ut apud Martenium.*

ANNO CHRISTI 847.

ANNO CHRISTI 847.

Martenii editio.

ros mulierum in atrio omnino prohibete.

XL. Carmina diabolica, quæ super mortuos vulgus cantare solet, & cachinnos, quos exercent, sub contestatione Dei omnipotentis vitare, cum excommunicatis nolite communicare. Nullus præsumat illis Missas cantare; sed & hoc ipsum plebibus annuntiate. Ad nuptias, nisi fortè ad eas benedicendas, nullus vestrum eat. Omnibus plebibus denuntiate, ut nullus uxorem accipiat nisi publice celebratis nuptiis. Raptum omni modo prohibete, & ut nullus ad proximum sanguinis accedat, firmiter prohibete: & ne alterius sponsam quis ducat, contradicite. Porcarios, pecuarios, & alios pastores, diebus dominicis ad Missam venire admonete; ut filiis suis orationem dominicam, & symbolum insinuent, vel per alios insinuari faciant. Crisma semper sit sub cera, & sigilla propter quosdam infideles. Volumus autem, fratres carissimi, quatenus quæ nostra perceptis traditione, quantum humana patitur infirmitas, bonis studeatis operibus adimplere, præstante domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre &c.

Labbei editio.

mina diabolica, quæ nocturnis horis super mortuos vulgus facere solet, & cachinnos quos exercet, sub contestatione Dei omnipotentis vitate, cum excommunicatis nolite communicare. Nullus præsumat illis Missas cantare; sed & hoc ipsum plebibus annuntiate. Ad nuptias, nisi fortè ad eas benedicendas, nullus vestrum eat. Omnibus plebibus denuntiate, ut nullus uxorem accipiat nisi publice celebratis nuptiis. Raptum omni modo prohibete, & ut nullus ad proximum sanguinis accedat, firmiter prohibete: & ne alterius sponsam quis ducat, contradicite. Porcarios, pecuarios, & alios pastores, diebus dominicis ad Missam venire admonete; ut filiis suis orationem dominicam, & symbolum insinuent, vel per alios insinuari faciant. Crisma semper sit sub cera, & sigilla propter quosdam infideles. Volumus autem, fratres carissimi, quatenus quæ nostra perceptis traditione, quantum humana patitur infirmitas, bonis studeatis operibus adimplere, præstante domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre &c.

Lucensis Codex M. S.

Martenium . . . . . in atrio Ecclesiæ &c.

XL. Carmina diabolica, *ut apud Martenium.*

XLI. Cum excommunicatis nolite communicare. Nullus præsumat illis Missam cantare &c. sed & hoc ipsum plebibus annuntiate.

XLII. Ad nuptias, nisi forte ad eas benedicendas, nullus vestrum eat. Omnibus plebibus denuntiate, ut nullus uxorem accipiat nisi publice celebratis nuptiis. Raptum nullus faciat, & nullus ad proximum sanguinis sui accedat, similiter prohibete; & ne alterius sponsam quis ducat, contradicite.

XLIII. Porcarios &c. *ut apud Martenium.*

XLIV. Patrini filiolis suis symbolum insinuent, vel per alios insinuari faciant. Crisma semper sit sub cera, & sigilla propter quosdam infideles.

Volumus autem &c. *ut apud Labbeum.*

ANNO CHRISTI 847.

(a) Aug. *de communi &c.* ut in Sermone Leonis Labbeano.
(b) Aug. *ad nocturnas.*
(c) Aug. *Missarum celebrationes.*
(d) Aug. *Flamen.*
(e) Victor. & Aug. *cantare.* Reliqua in Augustano desunt, sed statim subjungit *Nulla femina &c.*
(f) Victor. *Cantare.*
(g) Aug. & Victorin. *Aut forte quatuor &c.*
(h) Aug. *Invida.*
(i) Aug. *Cum corpore Domini ad infirmos.*
(k) Aug. & Victor. ut in Lucensi.
(l) Aug. ut in Lucensi.
(m) Aug. & Victorin. *Sit sepe munitum.*
(n) *Nec solus cantet.* Deest in Aug. & Victorino.
(o) Aug. vel *Scholarem.*
(p) Aug. addit: *Nullus solus missam cantet.* Dein subdit: *Nullus cum caluniis, quas sperunt rubi vacuosa, & vultellis exstirpatas dependentibus missam cantet, quia inducens ris & contra regulam ecclesiasticam est. Calicem &c.* ut in homilia Leonis Labbeana.
(q) Aug. & *juxta Apostolum sleo.*
(r) XV. Aug. & Victorin. in toto isto capite, Lucensi cohærent.
(s) Aug. & Victorin. cum Lucensi congruunt.
(t) Aug. & Victor. cum Lucensi cohærent.
(v) Aug. & Victor. cum Lucensi.
(x) Aug. & Victorin. cohærent Labbeo.
(y) Deest in Victorin. & Augusl. *Luca fidelium*; In reliquis cohærent Lucensi.
(z) Aug. & Victor. ut in Lucensi.
(a) Victorin. *Novel fenerarotis.* Aug. *sui fenoris.*
(b) Aug. & Victorin. ut in Lucensi.
(c) Ita in Victorino; deest in August.
(d) *Nullus derimam &c.* Deest in August.
(e) *Nullus presumat baptizare &c.* Deest in Augustano.
(f) Aug. & Victor. ut in Lucensi.
(g) Victor. & Aug. ut in Lucensi.
(h) Augustan. ut apud Labbeum. Victorinus ut in Lucensi.
(i) Aug. *Nullus ordinetur presbyterus laicalibus. Nullus rem aut possessionem &c.*
(k) Aug. & Victorin. ut in Lucensi.
(l) Victor. & Augusl. ut in Lucensi.
(m) Aug. & *alias palliares.*
(n) Aug. *vel dominica.*
(o) Aug. & Victorin. ut in Lucensi.
(p) Caput XLVII. in Augustano eadem habet, quæ in Marculfo leguntur, sed interpolata, & variis additionibus variata. Dein utrique codex, Victorinus nempe & Augustanus eodem epilogo claudantur, qui pariter legitur in editione Labbeana. *Volumus autem &c.*

AD CONCILIUM MOGUNTINUM I.

Sub Rabano Archiepiscopo

Anno 847. celebratum

EMENDATIO CANONIS XXIV.

IN hoc canone ritus purgandi se a crimine statuitur iis qui de nece illata presbytero accusati delictum negant; is ergo, ait canon, *si liber est cum XII. juret.* Burchardus, Ivo, Gratianus 17. q. 4. ca. *Qui presbyterum* summo consensu legunt: *cum septuaginta duobus juret.*

ROTONENSE CONCILIUM

In monasterio S. Salvatoris; agente Nomenojo Britannia minoris duce, in causa episcoporum de simonia delatorum,

Anno 848. habitum.

NOmenojus, Britanniæ minoris dux, ditionis suæ episcopos quosdam seu veri, seu conficti simoniæ criminis reos in concilio suorum episcoporum in Monasterio S. Salvatoris coacto egit. Re ibidem ventilata, neque culpam a se amovere tentantes episcopi illi depositionis sententiam retulerunt. Ita rem prodit vetus ille scriptor, cujus narrationem Sirmondus inter analecta Opusculorum to. III. col. 281. nov. edit. vulgavit. *In crastino evocans princeps in monasterio S. Salvatoris, Synodum episcoporum, atque proceres, adhibens testes falsissimos* (ita scriptor Gallus partes Nomenojo averfas sequutus) *precio conductos adversus Susannum Venetensem, Salacenem Aletensem, Felicem Coriopitensem, Liberalem Oximensem episcopos, qui dicerent eos precio in ecclesia intrasse, muneribus sepe sacros ordines fuisse largitos, & omnibus criminibus obnoxios fore. Cumque reticerent episcopi mortis metu,* (quam sibi a Nomenojo irrogandam timebant) *percussi, requisiti sunt a convento, utrum vera essent, quæ opponebantur. Qui ita se habere professi sunt. Depositisque in concilio virgis & annulis pontificalibus, Gallias petierunt, ad Karolum se conferentes.* Hæc anonymus, qui in iis quæ de insinuato episcopis necis timore, ita a defensione innocentiæ suæ desisterent, utrum vera narret, ignorare me profiteor. Constat profecto Britones episcopos legationem ad Leonem pontificem destinasse, per quam pontifici eas accusationes exposuerunt. Quibus ille suis literis apud Labbeum to. IX. col. 1025. legendis, reponit episcopos eorum criminum reos in concilio audiendos esse, convictosque puniendos. Cujus mandati pontificii exequutio in concilio hoc, a Labbeo præter-missio, exhibetur. Hanc vero legationem anno 848. affignandam Pagius ad eundem annum censet.

AD CONCILIUM PARISIENSE,

Quod a nonnullis Turonense dicitur,

ADDITIO.

ANNO 849. AD concilii hujus decreta pertinere arbitror sanctionem illam, quam ex vetusto, ut opinor, scriptore notavit Albericus monachus Trium fontium his verbis: *Audradus Chorepiscopus Senonensis de mandato Petri, qui ei in visione apparuit, & de licentia archiepiscopi sui Romam profectus est, anno inducialum* (inter fratres Ludovicii pii filios) *quinto, & libros suos obtulit quarto Leoni papæ, qui roborantes eos excepit. Inde Senonas reversus, Parisiis ad concilium revocatus est, & non solum ipse, sed etiam alii chorepiscopi, qui erant in Francia, in eodem concilio depositi sunt.*

ANNO CHRISTI 852.

AD CONCILIUM MOGUNTINUM II.

Cui Rabanus præsedit,

Anno 852. habitum

ADDITIO.

Concilium hoc, solo nomine notum ex auctore annalistæ Pithœano, nonnisi illustrat diploma Ludovici Germanici anno 852. datum, tu quo de concilio ille, ut opinor, sit mentio, atque in eo confirmata dicitur portio solvendæ episcopo cunobium Corbejæ novæ, & Herisordiensis Sanctimonialium inquisiti. Diploma illud legitur apud Lunig Spicileg. III. pag. 66. ex quo hic damus.

In nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis. Ludovicus, divina favente gratia rex.

SI petitiones fervorum Dei, justas & rationabiles, ad effectum perducerimus, & ad humanam vitam felicitet transigendam, & perpetuam felicius promerendam proculdubio nobis profuturum speramus. Quapropter notum esse volumus, quomodo venerabilis abba Warinus adiit excellentiam nostram, suppliciter orans, ut nostra munificentia propiceremus *monasterio* illi commisso, quorum unum est *monasterium*, novа Corbeja nominatum, ubi & ille primum regulari electione abbas extitit, & alterum est Sanctimonialium, Herisordt dictum, & propriæ abbatissæ, cujus nomen Addila, subjectum, sed juxta consuetudinem, quod ancillarum Dei congregationibus procurari solent præpositi ex ecclesiastico ordine, jam dicto abbati commendavimus, ut tam in disciplina abbatissim juvaret, quam in cunctis negotiis, quæ famulæ Christi pro sexu, & professione sua exequi non possent, ipsarum provisor, & patronus existeret. Is ergo petiit celsitudinem nostram recordari, quod piæ memoriæ genitor noster HLudovicus imperator ambo hæc monasteria extruxit juste, ad normam videlicet præcipuorum in Gallia monasteriorum, novam utique Corbejam ad similitudinem antiquæ Corbejæ, Herisfordense verò cœnobium ad exemplum monasterii sanctimonialium in Svessillonis civitate existentium, & ut in eleemosinam suam hoc totius generis sui institutionum earundem perfectio expleretur, cellam juris sui, quæ vocatur Meppia cum decimis & possessionibus undique ad eam pertinentibus, & ecclesiam Eresburg, quam avus noster Carolus primo exteruens in Saxonia, decimis dotavit circumquaque habitantibus, per duas Saxonicas rastas, præfatus noster genitor ad novam Corbejan tradidit. Ad Herisfordiensis autem monasterii adjumentum dedit, in episcopatu quidem Osnabrugensi ecclesiam Bugimthi cum subjectis sibi ecclesiis, in parochia verò Mimigerfordensi ecclesiam hreni cum iis quæ ad eam pertinent ecclesiis. Ita fanè ut decimarum aliorumque reditum, & proventiones præfatis cederent monasteriis, & ab ipsis vicissim procurentur fidelibus

ANNO CHRISTI 852.

plebes in baptismate, in Eucharistia, in sepulturis, in confessione peccatorum audienda. Et presbyteri, qui principales ex his ecclesiis tenerent, archipresbyterorum officio fungerentur ad agenda omnia, quæ solent fieri ab archipresbyteris episcoporum. Cum autem ipsi episcopi circuitiones suas ibi agere deberent, ad eorum manſionatica daretur, quod in capitularibus anteceſſorum noſtrorum præſcriptum habetur. Nos igitur tata eſſe volentes certa omnia, tantum expenſas ad miniſterium epiſcopi propter ægritudinem & ſenectutem ei, quæ nunc eſt, Gonberti augere debemus. Id juxta petitionem ſepe dicti abbatis Warini ita moderari placuit, ut deſcripto, quantum ſatis ſit, ad ſervitium epiſcopi, hoc nullo modo ſubtrahatur, & epiſcopus viciſſim ampliora non requiat, nec cum pluribus veniat, quam ut ei ſufficere poſſint. In quibus ſatis eſſe conſenſit præfatus epiſcopus coram nobis, & archiepiſcopo noſtro HRabano cæterisque cum eo in ſynodo agentibus. Item ut dentur ad ſingulas eccleſias porci quatuor, valentes ſinguli denariis duodecim, & ſolo arietes, qui eadem pene ſumma, quod quatuor porci æſtimarentur, tres porcelli, quatuor aucæ, octo pulli, viginti ſtrulæ de melle, XX. de mellita cervisia, XL. de non mellita, CXX. panes, C. modii de avena, manipuli DC. ſique in poteſtate epiſcopi uti rum hæc per ſingulas eccleſias ad unam manſionaticam, an ad duas velit habere. Ne autem in ſumma debiti his plus aut minus conjecturæ, hoc auctoritatis noſtræ præcepto cum conſenſu Synodali decernimus, atque jubemus. His etiam adjungere placuit liberam utrique loco conceſſionem eligendæ de propria congregatione in reginen ſuis, per futura ſemper tempora, congruæ perſonæ. Et ut omnis hinc dubietas tollatur, manu propria hæc roboranter, annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

Signum (L S) HLudovici
Sereniſſimi regis

Hadelbertus ſubdiaconus ad vicem Baldrici abbatis recognovi. Data XI. Cal. junii, anno Xmo regni glorioſiſſimo regis HLudovici in orientali Francia regnantis, Ind. I. Actum in palatio regio Francofordi, in Dei nomine feliciter. Amen.

CHAR-

ANNO CHRISTI 852.

CHARTA LUDOVICI I. GERMANIÆ REGIS PRO MONASTERIO RHINAUGIENSI,

In eodem Synodo data.

ANNO CHRISTI 852.

Ex Gallia Christiana 10. p. pag. 307.

IN nomine Domini, & Salvatoris Noſtri Jeſu Chriſti Hludewicus divina ordinante providentia rex. Quoniam Principem, ac deſenſorem Eccleſiarum nos fecit Dominus, ne ejus ingrati eſſe videamur gratiæ, ſervicium ſuum augmentare eccleſias ditare, bene & opportune conſtitutas defendere, deſtructas vero nos oporteat reſtaurare. Idcirco notum ſit omnibus fidelibus noſtris, præſentibus ſcilicet & futuris, qualiter Rabanus metropolitanus Moguncientis, & Salomon epiſcopus Conſtantienſis, nec non Folcwinus venerabilis Abbas Augienſis cum multis aliis principibus in generali Concilio Moguncæ celebratum noſtram adierunt, & quendam nobilem virum de Alemannica in pago Turgowe in comitatu Adalhalmi ob laudes divinas, & regulares diſciplinas conſtituerant, obtutibus noſtris præſentaverint, humiliter deprecantes, quatenus monachum quemdam nomine Gobbertum, quem idem Wolvene a fratribus & a ſe electum diverat in præfato loco abbatem conſtituere mus, quod & fecimus, ea videlicet ratione, quod mona chos ſuos regulariter regat, *nulli* calumniam ſine juſto judicio inferat, res monaſterii inrus, & bene, rediens, omnia juxta ſapientis architecti diſpoſitionem decenter, congrue, & utiliter gubernet.

Hic nam ſaltem ſucceſſores a nullo eligantur, niſi tali, quod abſit, facinori involvantur, quod eccleſiaſtici viri eos inter ſe non patiantur; tunc primo in Concilio generali Conſtantienſi, vel Moguncenſi juſto conregularium judicio deponantur. Poſtquam vero aliquis eorum ſic depoſitus fuerit, vel de hac luce quod abſit, migraverit, nullo modo abbas conſtituatur, niſi, quod abſit, inter eos nullus idoneus inveniatur. Præterea principes ſupradicti nobis flebiliter ſunt conqueſti, quod & nos ſatis audivimus, & veraciter ſcivimus, ſcilicet pleroſque eorum, qui eccleſiarum vocantur advocati, debita poteſtate in tantum abuti, ut qui deberent eſſe modeſti defenſores, imprudenter effecti ſint rapaces & injurioſi exactores. Quapropter noſtræ placuit providentiæ in præfati Abbatis ſiſ torumque ſucceſſorum, & fratrum, videlicet monachorum loco perpetualiter ponere poteſtate, ut ſapientum uſi conſiliis, & eis, quos inter potentes facuit eſſe noverint moderatæ & modeſtiæ amatores, eligant ſuo contemporaneo ter loco advocatos & defenſores, nec quiquam omnium ſibi hanc curam, vel poteſtatem præſumat vindicare, vel quaſi hæreditariam, aut aliquo jure debitam invadere, niſi quem abbatis electio, & monachorum conſulta approbatione velint admittere. Cujuſcumque autem fidei abbas ejuſdem

In authen. Coenobii advocatiam non timet committere, tio adjuncti, eidem nos & ſucceſſores noſtri hannum re- legitur ap- gale debemus contradere, eo videlicet or- probatoria. nore, ut quandocumque fui commiſſi prævaricator in rebus, vel hominibus, quod vulgo *Barmunt* dicitur, exiſtat, vel ſi alii quem advocatum, ſive exactorem præter ſe ſine abbatis permiſſione ſibi uſpiam conſtituat, ſemel, ſecundo, & tertio commoniti, ſi non emendaverit, ſtatim ſine mora, & ſine præjudicio advocatiam cum omnibus commodis perdat. Idem advocatus in præfata loco nullum jus habeat placitandi, vel aliquas judiciarias poteſtates exercendi, niſi forte ab abbate vocatus adveneris, & tunc voluntati, ſive petitioni ipſius ſatisfaciat. Quæcumque autem potens, vel impotens perſona hoc ſtatutum bonæ memoriæ Caroli avi noſtri, ac piæ recordationis Hludewici patris noſtri una cum noſtra confirmatione aliqua temeritate transgredi, & infringere præſumpſerit, ſexaginta libras auri, medietatem palatio noſtro, medietatem abbati perſolvat. Et ut hæc conſtitutionis noſtræ auctoritas firma, & ſemper ſtabilis, & inconvulſa permaneat, manu propria illam firmantes ſigillo noſtro conſignari juſſimus.

Hadelbertus ſubdiaconus ad vicem Grimaldi archicapellani recognovi. Datum anno ab Incarnatione Domini 852. regni domini Hludewici regis primo, indictione xv. Actum Mogunciæ coram multis principibus in generali concilio feliciter. Amen.

CONVENTUS TICINENSIS

Epiſcoporum & Principum, Lotharii imperatore præſente,

Anno 852. habitus.

CConventus hujus, cujus nullam alibi mentionem offendi, menſio exstat in actis translationis corporis S. Abundis diaconi Fulgino Bercetum in diœceſi Parmenſi, quæ ab anonymo fed coævo deſcripta dederunt Bollandiani ſocii, in tractatu præliminari ad tom. I. Julii pag. 45. Hæc enim ille num. 4. *Evoluto multo tempore* (egerat prius de tempore, quo Sergius II. Romanam cathedram tenebat, quam anno 844. accepit) *contigit eundem abbatem* (Tiberium Bercetì) *ad ſedem regiam ire, quæ eſt urbs Papiæ, ubi tunc piſſimus imperator Lotharius juſſerat epiſcoporum comitumque magnum venire conventum, inter quos, & Fulginez civitatis Dominicus &c.* Conventum ſeu concilium Ticinenſe habitum anno 850. Bollandiani ſocii judicarunt; ſed fugit viros doctos ea animadverſio, quæ illos planè in aliam ſententiam traxiſſet. Qui ab anonymo deſi-

ANNO CHRISTI 853.

designatur Papiensis conventus, a Lotharii indictus erat, eodemque præsente habendum fuisse non ambigo. Qui verò coivit cœtus anno 850. authorem non quidem Lotharium, sed Ludovicum ejus filium habuit. Eundem pariter Ludovicum indixisse conventum illum, qui Ticinum anno 855. convenit, leges ab eo late eo in conventu demonstrant. Asseguandus est ergo ille, de quo agimus, conventus anno illi, quo Lotharium in Italiam descendisse diu post annum 844. compertum est. Anno verò 853. imperatorem illum eo venisse discimus ex actis synodi Romanæ anno 853. decembri mense celebratæ, in cujus synodi actis Lotharii nomen primum post Leonem pontificem occurrit. Is ergo annus conventui huic statuendus est. Forte tamen ad annum præcedentem 852. conventum hunc retrahendum esse demonstrari posset ex diplomate ejusdem Lotharii pro ecclesia Clusina dato, relatoque ab Ughellio tom. III. col. 614. nov. edit. in Clusinis, quod ab eo imperatore, Papiæ agente, anno XIII. imperii die VI. Kal. Novembris indictione I. idest anno 852. datum est.

ANNO CHRISTI 853.

AD CONCILIA ROMANA

Sub Eugenio II. & Leone IV.

ADDITIO.

Quam XXIII. hujus concilii item legitur a Ratherio Veronensi episcopo in tractatu de contemptu canonum par. I. in Spicileg. Dach. to. I. pag. 545. edit. in fol. Per sollicitudinem episcoporum hæc, quorum, dioeceseos exsitunt, ad easdem utilitates, quibus constituta sunt, ordinentur; ut debiti *pastus atque cætera pertentibus (a)* revertantur, qualiter Deo vacantes inopia, vel neccessitatibus nullatenus occupentur, sed omni expulsa cura hæc, quorum, Dei servitio valeant mentibus permanere.

(a) In textu: ut debitis atque cæteris pertinentibus revertantur: Sed Gratianus sollicitarii tantum MS. Cod. Lucensis, de quo mox dicam.

EJUSDEM CONCILII

Variantes Lectiones

ADMONITIO COLLECTORIS.

Anno 853. LUcensis Manuscriptus codex annorum; ut facile judico, septingentorum concilium hoc Eugenii exhibet, nulla facta alterius sub Leone IV. mentione. Ex eo verò cum Labbei editione collato, has majoris momenti variantes expressi; quas, *licet non omnes* probatas, dandas tamen utcumque arbitror, cum præsertim quædam sint inter plures, quas optimas & opportunas æquus & rei conciliaris studiosus Lector agnoscet. Muratorius praeter Rer. Ital. to. I. par. II. pag. 150. legem quandam Lotharii I. imperatoris affert, quæ ipsam Eugenii sanctionem canonis XIII. totidem verbis exhibet. Ex ea vero variantia hæc refultant. Ubi enim edita ferunt: *Si evenue causæ*; lex habet: *si causa eventus*. Ubi *aut coram se & competentibus judicibus*; lex scribit: *etant coram se & competentibus judicibus*. In his tamen codex MS. Lucensis ab edito non discrepat. Sed jam ad codicis hujus variantia.

EDITI.	MS. LUCENS.
Can. IV. Divinæ hostiæ	Divini mysterii
Can. V. Invidiosè	Invito se
Can. VI. piissimè	Sæpissime
Neque subscripti	Subiecti
Can. VII. adhibere consensum.	Convenit enim in eis ibidem habitantium habere consensum
Can. X. conservandi	Conversandi
Can. XX. cujus rei	aut cujus rei
Can. XXIII. Per sollicitudinem &c.	Xenodochia, & reliqua per sollicitudinem episcoporum dioeceseos exsitunt, ad easdem utilitatem, quibus constituta sunt, ordinentur, ut debiti panes, atque curæ pertinentibus revertantur.
Can. XXVI. aliquolibet clerico & plis locis	Quolibet alio clerico & plis locis
Can. XXVII. Vel ut hoc tempore	Vel ut tanti tempore
Can. XXXII. justas offensionis crimine	*Deest* crimine.
Can. XXXVI. divertere... ut ab eo singulariter.	A conjugio divertere... se ab eo singulariter. Sin autem provisio constituantur loco *In fine post. adhæ hæ duæ subscriptiones adguntur, quæ in editis absunt.*

ANNO CHRISTI 853. 854.

Eugenius gratia Dei episcopus catholicæ atque apostolicæ Romanæ ecclesiæ huic decreto nobis promulgato fs.

Presentacius humilis archiepiscopus S. Ravennæ ecclesiæ huic decreto a nobis promulgato fs.

ANNO CHRISTI 853. 854.

Ex hoc etiam concilio, non quidem Eugenii II. sed Leonis IV. (nam unum idemque commodè haberi potest, quamquam duo reipsa fuerint tempore discreta) referas subsequens decretum, quod S. Anselmus Lucensis in tract. contr. Wibertum lib. 2. affert his verbis:

Ex concilio Leonis IV. episcoporum L. cap. V.

SI qui Sacerdotibus, seu primatibus nobilibus, seu extero clero hujus sanctæ Romanæ ecclesiæ electionem Romani pontificis contradicere præsumpserit, sicut in concilio Beati Stephani legitur statutum, anathema sit: *Item*, quod electio Pontificis non pertineat laicis tantum.

AD SUESSIONENSE CONCILIUM

In monasterio S. Medardi, anno 853. habitum,

Canones additi ex Burchardo.

Ex Concilio apud S. Medardum cap. IV. Burch. lib. XII. cap. XXIV.

Cap. decrevit XXII.

DEcrevit S. Synodus, ut a Septuagesima usque in octavas Paschæ, & ab adventu Domini usque post consecratas dies; necnon & in jejuniis quatuor temporum, & in Litaniis majoribus, & in diebus Rogationum, & in diebus Dominicis, nisi de concordia, & pacificatione nullus super (*a*) sacra jura præsumat.

(a) Gratian. addit *Evangelia.*

Ex concilio apud S. Medardum presente Carolo imperatore Cap. V.

Burch. lib. I. cap. CCXXVIII.

PRovidendum est ne episcopi per suam quietem ad remotiora loca recedentes, & suum ministerium negligentes proprias deserant civitates, sed aut parrochias suas cum officiosa efficacia circumeant, aut cum religione in suis civitatibus canonicè cum filiis suis degant; presbyteros etiam sibi commissos doctrina, castitate, & sobrietate, atque hospitalitate secundum suum ministerium ordinari compellant.

Ex Concilio ad S. Medardum

Cap. XI. Burch. lib. XI. cap XXI.

Si quis oblationes ecclesiæ extra ecclesiam rapere, vel dare voluerit præter consicientiam episcopi, vel ejus cui ejusmodi officia commissa sunt, anathema sit.

AD CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM

In quo Gregorius Siracusanus episcopus damnatus fuit,

Anno, ut fertur 854. habitum

ADNOTATIO CHRONOLOGICA.

COncilium hoc Constantinopolitanum, in quo Gregorio Siracusano anathema dictum ab Ignatio patriarcha Constantinopolitano, idemque e sede sua episcoporum sententia depolitus est, inannum 854. chronologi hucusque omnes retulerunt. Verum longe ante annum illum convenisse demonstrat fupputatio illa chronologica deducta ex iis, quæ vulgavit P. Matthæus Radesius in appendice ad concilium VIII. generale, legendis in editione Veneto-Labbeana tom. IX. col. 927. Scriptum est Graeci alicubi, qui hæc literis mandabat post annos quatuor & triginta a Photii consecratione, nempe anno 892. Notat enim Græcus ille scriptor, Photium solidis undecim annis ante assum-

ANNO CHRISTI 855.

ptionem suam ad solium Constantinopolitanum anathemate obstrictum perferentes, A quod feliciter incurrerat ex communione cum Gregorio Siracusano censura insulo, atque damnato. Constat vero Photium anno 858. Constantinopolitanam sedem occupasse; ex quo si annos XI. demas, ad annum 847. vel 848. retraheris. Hoc ergo anno Gregorius in concilio Constantinopolitano anathematis fenestrium retulit. Annus vero ille 847. primus erat Leonis IV. & Ignatii in Constantinopolitana sede alter. Epocha ista conficit cum iis, quæ Nicetas in vita S. Ignatii scribit, narrans Ignatium, mox in patriarcham in augurandum denunciasse Gregorio Siracusano de *malefacto reo jam facto, ne initiatione sua interesset, donec per ætatem causa ipsius diligenter recognosceretur*. Dies igitur jam dicta erat Gregorio anno 846 quo Ignatius Sacerdotium capessivit. Quis vero credat causam anno 846. jam coptam, nonnisi post septenium anno 854. in concilio discussam fuisse? Appellatio vero, quam Gregorius ad sedem Romanam interposuit, diutius extracta est, cum labentibus Leonis IV. annis nondum penitus desiisset.

ANNO CHRISTI 855.

AD CONCILIUM TICINENSE

Anni 855.

ADDITIO.

ADNOTATIO COLLECTORIS.

C. L. Muratorius e Bibliotheca Ambrosiana pluteis leges quasdam Ludovici II. in hoc concilio datas eruit, deditque in volumine I. p. 2. rer. Ital. quarum pars quidem apud Labbeum legitur, pars vero meæ diligentiæ reliquitur ut hic supplentur, quod æquum præstitero, postquam varianda quædam ex Muratorii editione hic repræsentavi, quæ Labbeanum emendant. Sunt verò hæc pauca pag. 1166. §. *Sanctimus*. Labb. *loca*. Mut. *per loca*. Lab. *eorum dirupiant*. Mut. *eorum rer*. Lab. §. *Denique &c. Neminem injuste*. Mur. *Neminem juste confecuto*. §. *Porro*. Lab. *ut generalis utilitas &c.* Mut. *ut terræ generalis utilitas exigiti cum Statutis veniat in statutes episcopos & comes per quorum &c.* Lab. *neque indigne*. Mut. *neque indigena*. Lab. *aut aquam carcus*. Mut. *aut sua carcus*. §. *Igitur &c.* Lab. *frenate voxisse*. Mut. *infrenate traxisse*. Lab. *ne recipiat*. Mut. *ne recipiatur*. Post hæc varianda, ut idem meam liberem jam profero ex Muratorio additamenta. Sunt autem monita Legatis data, quos se miserum in capite ultimo concilii denunciat Imperator, ut inspiciante, num mandatis suis obtemperatum sit. Id vero vel ex titulo ipso constat.

LEGATIO.

Cap. I.

Ecclesiarum Dei justitia inquiretur, & omni studio perficiatur; & ne a sacrilegis thesaurus diripiatur earum, fideliter B deseribatur.

II.

Pupillorum & viduarum causa investigetur, & diligenti cura misericorditer examinetur.

III.

Totius populi querimonia generaliter audiatur & legaliter diffiniatur.

IV.

De statu reipublicæ inquirendum. Ubi cum iter dictaverit, dominus imperator recipi debet per singula ministeria. Ubi ab eo directi Legati. Unde eis administrentur obsequia; unde Paravereda, unde, vel quæ dona annualia, aut tributa publica exigi debeant. Qui debeant palatia restaurare; qui pontes. Ut non destruantur beneficia, & destructa restaurentur. Quæ beneficia Dominicus-Gafindius habuit, quis habeat illa, vel ubi conjacent.

V.

Directi abbates monasteria monachorum, & puellarum, & fenodochia circumeant, si unde administrentur debita obsequia habeant, & concorditer degant, inquirant. Quicquid inordinatum reperierint, regulariter corrigant. Senodochia autem sicubi quæ sunt neglecta ad priſtinum statum revocent. Hospitales verò pauperum tam in montanis, quam & ubicumque fuisse noscuntur, E peniteer & diligenti cura restaurentur.

AD

ANNO CHRISTI 855.

AD CONCILIUM APUD BONOILUM VILLAM

Anno 855.

ADNOTATIO CHRONOLOGICA, ET ADDITIO.

AD restituendam concilii hujus epocham hæc olim adnotavi ad Pagium ad A. 855. 3. Meminerunt hoc anno concilium, quoddam apud Bonoilum villam a pluribus Galliarum episcopis celebratum die VIII. Kal. Septembris pro afferendis juribus monasterii Anisolensis, quæ Cenomanenses archiepiscopi subverterze conabantur. Præsul illi Amaricus Turonensis, cujus subscriptio cæteras 27. episcoporum præcedit. Celebratum autem refertur *anno Dominicæ incarnationis 855. Caroli regis XVI. Indict. I. die VIII. Kal. septembre*.

Ab inauguratione sua in regem epocham unam regni deduxisse Carolum, eruo ex data concilii apud Bonoilum. Constituit enim Careli anno *XVI. Indict. I. die VIII. Kalendas septembris*; quæ omnia cum anno 853. concurrunt, ducta epocha regni Caroli a septembri anni 837. Hinc pater notam numeralem anni DCCCLV. quæ huic concilio in Anecdotis Marteuii additur, corruptam esse, & ita emendandam: *anno DCCCLIII.*

Concilium vero istud ex Martene Anecdot. tom. V. Venetus Labbei editor defumpsit. Hanc ipsam chartam dedit Mabillonius ex eodem, quo Martene, Anisolensi tabulario accepta, cui idem Mabillonius Annal. ord. S. Benedicti tom. III. in appendice num. VII. adjecit privilegium eodem in loco eademque die, & anno, eademque de causa datum, quod proinde ad idem concilium pertinere certum est, idemque, in editione Veneta omissum, hic dandum censui.

PRIVILEGIUM EPISCOPORUM APUD BONOILUM VILLAM

Concilium celebrantium pro Anisolensi monasterio.

IN nomine summæ, & incomparabilis clementiæ, adorandæ felicet, & incomparabilis Trinitatis. Cum sacrosancti conventus fraterna societas venerabilium præsulum Bonoilum unanimem sui exhiberet præsentiam, vocatione magni atque orthodoxi regis serenissimi Karoli, anno Incarnationis Dominicæ DCCLV. indictione prima, regni etiam memorati Augusti XVI. inter cætera variarum rerum sanctæ matris ecclesiæ sinu eruspentia discrimina, facrorum præsentium auditum judem fecerat dignatio conferenda, & auctoritate sibi conlata inprittinum, & necessariam ordinem relevanda, dotuit sese eorum præsentes & pristinæ constationi ordinis monastici cultus, ac flatus ejusdem profectionis, ipsorum quidem, regiminis pastorali solatio subvehenda ac conservanda religio, quæ quondam in patribus virtute divina promulgata resortuit, sed jam nunc emergentium tempestatum procellis attrita, vada sui portus inexplebili naufragio subjecta, optati literis quietem adire non patitur. Hujus igitur institutionis utilitates, & convenientes pro tempore necessitudines, cum efficacius pertractare, & eas sollerti cura, Christi freti juvamine, ad effectum usque idem facer conventus optaret effertre; Rainaldum religionis cultu, & vitæ merito venerabilem, eidem facro concilio cum quibusdam aliis sanctitatis forma reverendis abaatibus retudentem, accidit commissi fibi cœnobii pii patris, & precioli confessoris Caroli inconvenientias, & fratrum in ea consistentium oppressiones, & calamitatum anxietudines studio gregis contradicti lacrymabili sermone prosequi; atque sue sermocinationis alloquia promulit, præceptiones regum catholicorum orthodoxorum *supra-*

fato monasterio conlatas pro Dei omnipotentis amore, & sanctorum veneratione, ibique constientium monachorum remota, & Cconcussa quiete, qualiter idem idem monasterium per successiones temporum illustrium regum immunitatum titulos, & securitates perceperit, quibus felici successu, divina id providente clementia, salubri & efficaci tramite, ad hæc usque deguerit. Ipsis etiam, eisdemque præceptionum ordinem juste & rationabiliter tenet, ut monachi jam dictæ congregationis regularis propositi studio contenti, sub norma beati Benedicti patris cœnobitice viventes, ex propria congregatione sibi eligendi abbatem sua habeant, licentiam, & facultatem: nempe ut quibus cor unum & anima una necessario esse habenda, patri spirituali tam corpora quam corda subdentes, jugo etiam Christi suavi, & oneri leviſſimo colla summittentes, obedientiæ freno devinchi, discant patri spirituali se suaque committere. Præterea harum præceptionum iterationes, & violentissimas quorumdam infinctu ipsius loci infestationes asserentium fabdole jure possessionis propriæ idem monasterium debere subiici urbi Cenomannicæ, prænominatus vir venerabilis Rainaldus abba evidentissimis intimavit, cum nihil horum acta, & præceptorum confirmationes præscriptæ continent, sed potius hæc interdicant, amputent & inhibeant. Quapropter prædictorum beatorum antistitum unanimitas pari assensu, communi quoque voto sctatsant, & regularis auctoritatis, & regiæ collationis, ac corroborationis gesta concordi æquitatis vigore libramine, acta prædicta pristinorum regum sanctæ religionis patrata intuitu de reliquo intemerata manere percensuit. Ne vero ab aliquo

eorumdem patrum sacrosancta institutio audeat temerario aggredi præsumptu, neque quis id nefario conamine pertentet irrumpere, quod propriæ auctoritatis tenore cuique ipsorum libuerit confirmare, necessario placuit adnotare. Statuimus ergo, optamus, & communi æquitatis auctoritate determinamus, ut sicut dictum monasterium beatissimi Cæsarii confessoris, omni liberitate monasticæ religionis adepta, pace & quiete, per Christi gratiam potita, ordine libero, & inconcusso per succedentia quietum valeat degere tempora, ita ut non propriis, nullis extera persona, laicalis seu clericalis, ad hoc inquietandum, perturbandum, ac solicitandum, aut invadendum, vel possidendum monasterium aspiret, nec etiam prænemoratæ urbi Cinomunicæ proprietatæ rerum fuarum fabjaceat: cum liberum sit donо antiquorum regum præter communem canonum auctoritate, a propriis prouticibus ipsi, & universis monachis commendandum; sed liceat eidem loco de proprio gregе, juxta regularis vitæ auctoritatem proprium habere pastorem. Si quis autem his nostris constitutionibus refragari ausus fuerit, & multipliciter præceptum Principum bonitatem, & indulgentiam, simul etiam nostræ auctoritatis inflexura per quamcumque calliditatem, seu cupiditatem infringere, & aliquo modo pervertere præsumpserit, anatematis ultrione se plectendum noverit, justo Dei omnipotentis, quem facrilegè irritavit, una cum nostræ auctoritatis judicio. Postremo tenorem hujusce firmitatis, potestate nobis a Domino cælitus contributa, dicentes; (a) *quæcumque ligaveris super terram erunt ligata & in cælo, quo sermone ligamus, ut quicumque hæc irrumpere, vel aliter quam a nobis sunt statuta, ligata, solvere, aut solvenda ligare præcenlucrit, nequaquam se in cælesti regno solvendum, sed claudo æterni regni aditu in tenebras exteriores ligandum esse cognoscat, nisi digna satisfactione correxerit, quod arroganti impletate præsumpsit.* Harum itaque sanctionum evidentissimam confirmationem manibus facrorum præsentium Pontificum subter notatam, absentium quoque consecretiorum, nec minus idoneis adhipulationibus per Christum, & in Christo fulciri postulamus.

(a) Matt. XVI.

Almaricus gratia Dei Turonicæ metropoleos ecclesiæ humilis episcopus sub signo sanctæ crucis volui, consensi, & subscripsi. Wenilo munere divino Senonensis ecclesiæ episcopus huic privilegio assensum præbui; & subscr. Inemarus sanctæ metropolis ecclesiæ Remorum episcopus subscr. Paulus sanctæ Rotomagensis ecclesiæ archiepiscopus subscr. Heribaldus Autissiodorensis ecclesiæ episcopus subscr. Ercanradus Parisiacensis ecclesiæ episcopus subscr. Rothadus Suessionensis ecclesiæ episcopus subscr. Teutboldus Lingonicæ ecclesiæ episcopus subscr. Hirmenfridus gratia Dei Bellovacensis ecclesiæ episcopus subscr. Baldricus Bajocensis ecclesiæ episcopus subscr. Gumbertus Ebrocensis ecclesiæ episc. sub. Jonas Eduorum humilis episcopus subscr. Hariardus Lixiovisensis ecclesiæ episc. subscr. Hildebrandus Sagensis ecclesiæ episc. sub. Hildegrarius Meldensis ecclesiæ episcopus sub. Imo episcopus Noviomensis hoc privilegium subsc. Agius episcopus humilis. Aurelianensis ecclesiæ sub. Frotboldus Carnotensis ecclesiæ episcopus sub. Partulus Laudunensium ecclesiæ episcopus sub. Elmeradus Ambianensium ecclesiæ episcopus sub. Remedius Albinetensis ecclesiæ episcopus sub. Godefsadus episcopus sub. Braidingus Matisconsium fedis episcopus sub. Prudentius S. Trecasinæ ecclesiæ episcopus sub. Dodo Andecavensis ecclesiæ indignus episcopus subscr. Actardus Nannetensis indignus episcopus huic pr. sub. Ludovicus abba in Dei nomine sub. Adalardus abba in Dei nomine sub. Ego Lupus abba in Dei nomine sub. Heinbardus abba sub. Frodinus abba indignus sub. Odo abba monasterii Corbejensis sub. Hunfredus abbas monasterii Decvensis sub. Bernardus abba huic privilegio sub. Gaupfenus abba sub. Abbo abba sub. Agambaldus abba sub. Georgius abba sub. Item Abbo abba sub. Data VIII. Kal. septembris anno XVI. regnante Karolo glorioso rege indict. I. Actum Bonolio villa in Dei nomine feliciter. Amen.

Ab his pariter episcopis profectum opinor consilium illud Carolo suggestum, quod inter capitularia Caroli Calvi tit. XVII. Sirmondi operum ejus tom. III. pag. 71. vulgavit.

Annis quidem ibi Christi DCCCLVI. fignatur. Sed contingere facile potuit, ut in nostrarum chronicarum vitium irrepserit, cum præsertim licet annus discrepet, mensis tamen augustus utrinque conveniat. Igitur ejusdem, ut arbitror, concilii factum hoc productumque ex editione ejusdem Sirmondi exscripsi.

A

B

C

D

APUD BONOLIUM

(*a*) Hoc est consilium, quod episcopi & ceteri fideles Domini Karoli apud Bonolium communiter illi dederunt.

Anno Incarnationis D. N. J. Christi DCCCLVI. in mense Augusto.

(*b*) Increpatio quam in epistola Domni apostolici vobiscum, & cum aliis fidelibus vestris audivimus, severissime nos tangeret, si nos aliter non egissemus, quam isdem Domnus Apostolicus nos egisse, secundum quod ipse audierat, magna auctoritate mandavit. Nam quia nos in illo facto, unde nos specialiter redargüit, consentientes non fuimus, & vos, ac fideles vestros, quos inde admonere convenit & verbis & scriptis, ficuti ipsi scitis, & mantenia scripta testantur, frequenter, & salubriter commonuimus, ut quod contra salutem & auctoritatem fadum erat, emendaretur, & de delinquo committeretur omnimodis caveretur, damnabiliter ista increpatione non tangimur. Sed & nunc nostris monitis illius monita conjungentes, & illius monitis nostra monita subjogentes, hortamur, ut statum monasterium in regno vestro consistentium aliter quam debeat, & deceat perversum, ac confusum, quanto citius & melius, ac possibilius, atque rationabilius potueritis, & restituere, & corrigere studeatis. Et non solum hoc vos & C comodius vobis in regno vestro agere commonemus: Verum etiam monemus, hortamur, & precamur, ut capitula, quæ vos ipse cum fidelibus vestris in Colonia villa, manu propria confirmastis, sed & ea, quæ in Belvaco civitate episcopis tradentibus sub conditione notissima suscepistis: Illa quoque, quæ cum fratribus vestris fecus Teudonis villam, in loco qui dicitur Judicium approbastis: Illaque, quæ in Verno palatio synodaliter probata fuisse pis, ea etiam, quæ in Spannaco de Christiana capitula cum inlustribus viris & sapientibus (*c*) baronibus vestris observanda deleglibis: sed & illa, quæ cum fratribus vestris apud Martinani D manu propria confirmastis: Verum & illa, quæ in synodo Suessionica, cui vestram præsentiam exhibere dignati fuistis, acceptastis; Nec non & illa, quæ in Silvaco decrevistis cum his quæ in Leodico cum fratre vestro Hlothario annuntastis, diligenter & frequenter ad memoriam reducatis, ac relegatis, & quæ in regno vestro contra illa acta sunt, contraque divinam & salubrem auctoritatem, quam præsentibus & prædecessores vestri directo ordine tenuerunt, & observaverunt, perpetrata sunt, quantocius ratio, & possibilitas permittit, corrigere, procurerit. Et ne de cætero a quocumque contra hæc aganter omnes communiter cooperante Domino caveamus: & si quid contra hæc actum fuerit, statim, ut citius fieri potuerit, æquitate, & ratione, ac possibilitate didcinte, absque dolo cum recta intentione, & lege, ac auctoritate competente, unicuique corrigitur. Et ne de lege cuiquam videatur, quod Deo tefte, ac mediante mana propria confirmatum, & ipsonione cum veritatis, quæ Deus est, alteratione prolatum est, dicat ex confirmationis cautione in terris, & ex baptismatis, ac cætera observationum confirmatione in cælis quantis nexibus quisque teneatur obstrictus, omnesque quod divino spiritu dictus communiter audiamus. (*a*) *Nisi converfis* (2) Pf. *fuerit, gladium fuum subrabit, arcum fuum tetendit, & paravit illud, & in eo paravit vasa mortis.* De quibus nos omnes ad E & ad mandatorum fuctum obtemperemus, converfos, & in observatione eorumdem permanentes ad cælestia scripta Christus Dominus nofter, cui est honor & gloria, potestas, & imperium per omnia fæcula fæculorum. Amen.

NOTÆ SIRMONDI

(*a*) *Apud Bonolium*) vicum agri Parisiensis. Bonosilus Lupo abbati epist. XVIII. *ad generale placitum occurrendum apud in pradio quodam Parisiorum, cui Bonogilo nomen eft, incipias Kalendis julii celebrari.* Hincmarus in præfatione posterioris refutationis Gothescalci: *Sermonem Eliæ quem mutuante Heribaldo Autissiodorensium episcopo in synodali conventu apud Bonolium exposuimus.* Sed Lupus de alio quodam fuperiore conventu loqui videtur; Hincmarus de hac ipfo. Et & in agro Senonensi eadem nomina vicus alter, qui villa Borgilicus appellatur in vita Ludovici.

(*b*) *Domni Apostolici*) Benedicti III. papæ (*a*). Dubium non eft, quin Benedictum intelligant; fed quam eius increpationem dicant, incertum. De hac autem fedis Apostolicæ commonitione iterum Tit. XIII. C. VIII.

(*c*) *Baronibus vestris*. Regni primoribus, Hincmaro interprete, qui quos regni primores dixerat, quorum consilio, & opera post mortem Pippini patris Karlomannus, & Karolus reges levati funt, eosdem paulo post Barones vocat epist. I. cap. VI. *Nam & illi honi Barones post mortem Pippini cum duobus fratribus fis jura conflita egerunt, ut pax inter fratres regni, & inter regni primores, ac populum eflet.* Diutifime apud nos usus perstevravit, ut Barones universe dicerentur optimates. In actis visitationis Simonis archiepiscopi Bituricensis anni MCCXXCV. *Dolorum fuit recepto Philippi regis defundi in Aragonia præcipualiter ad majorem ecclefiam, & receptum in ea a D. archiepiscopo, & epifcopo Carnotensi præfente nono rege, qui corpus præfidium geflabat inter brachia nec non cum multis Baronibus*. Et post alia ubi de multa quæ ab eodem archiepiscopo pro defuncto celebrata eft, *præfente nono rege, epifcopo Carnotenfe & Othone comite Burgundia, & pluribus aliis Baronibus, & perfonis*.

ANNO CHRISTI 853.

CONCILIUM ROMANUM

A Leone IV. pontifice & Ludovico II. imperatore habitum, in quo causa juxium quorumdam parochiarum inter Senonsem & Aretinum episcopum definita est,

Anno incerto habitum.

ANNO CHRISTI 853.

ANno 853. qui postremus fuit Leonis papæ IV. Ludovicus II. imperator Romam impotvisus venit cogniturus de Gratiano quodam, quem Daniel magister militum molitæ conspirationis in Francos reum egerat. Ea occasione coactum fuisse a pontifice concilium nemo veterum prodidit. Verum Cl. Muratorius Antiquit. ital. tom. VI. pag. 389. ex Aretino tabulario chartam eruit, in qua de concilio a Leone IV. pontifice habito præsente Ludovico imperatore perspicua fit mentio. Hoc vero non alio referendum esse, quam ad hanc Ludovici Romanam profectionem, contra ac opinetur Muratorius, arbitror. Vir ille doctissimus sermonem hic esse censet de synodo celebri Romæ a Leone celebrata anno 853. decembri mense; quæ tamen ejus opinio ex eo falsi arguitur, quod concilio anni 853. Lotharius, non verò Ludovicus subscribit, & Joannes Ravennatensis archiepiscopus concilio anni 853. nondum per ablegatum suum Paulum interfuit, cum per se præsens adfuerit nostro huic concilio anni, ex nostra quidem sententia 855.

Hæc olim mihi federat opinio, antequam offenderem chartam quandam Lucensem relatam a Muratorio Antiquit. Ital. tom. III. col. 187. datam anno *Ludovici pofiquam in Italiam ingressus est trigesimo primo, & filii ejus Domni nostri Ludovici imperatoris anno quarto, indictione prima*, idest anno 853. *mense Aprili*, qua in charta Hieronimus Lucensis episcopus reprædentatur. Huic verò Lucensi episcopo præcellisse constat Ambrosium, qui synodo huic, quæ in Aretina charta exhibetur, subscripsit. Fit inde ut synodus ista retrahenda sit post Aprilim anni 853. ex quo duo ad rem præsentem consequuntur. Primò quidem synodum istam plane diversam esse ab ea, quæ legitur apud Labbeum tom. IX. col. 1137. anno quidem 853. sed mense decembri coadta; planeque errare Muratorium, qui utramque confundendam arbitratur. Secundo neque coherere posse cum profectione Romana Ludovici anno 855. adornata. Unicum superest, ut synodum hanc vel diversam ab omnibus conciliis a Leone IV. coactis, de quibus memoria superest, agnoscamus, vel cum alterutro e duobus illis confundamus, in quibus Anastasio dies dicta est, de quibus non supra egimus. Ut ut res habeat se fe, synodi hujus acta, saltem quoad portionem non modicam, e charta illa Aretina Muratorii hic damus. Referuntur vero litigium illud celebre inter Aretinum & Senensem episcopos de jure quodam in ecclesias aliquas parochiales, quod sibi uterque episcopus vindicabat. Porrò in ea ipsa causa non semel concilia fese exercuerunt, cum superius ad annum 715. concilium quoddam in Vico Wlari prodixerimus, in quo hæc eadem agitata est, & ~~quemadmodum~~ decisa; nunc verò Senensibus adjudicatur. Rursus ad annum 1029. in concilio apud plebem S. Marcellini recidivi in scenam, ut ex actis ejusdem synodi a nobis producendis patebit. Nunc chartam ipsam, acta concilii Romani continentem, promamus.

JUDICATUM LEONIS PAPÆ IV.

Et Ludovici II. imperatoris in Concilio I. Romano pro episcopo Senensi contra Episcopum Aretinum in controversia de diversis ecclesiis, sive Parochiis.

Anno 853.

IN nomine Domini. Amen: Dum nos Leo summus pontifex, & universalis papa quartus, constitutus in Beati Petri apostoli cathedra, una cum piissimo, & gloriosissimo Ludovico, Lotharii filio, imperatore Augusto, pluribusque archiepiscopis, episcopis, Abbatibus, Synodale habentes concilium, congregatum Romæ, videlicet in ecclesia beati Petri Apostolorum principis: adveniit in præsentia sancti concilii Senensis ecclesiæ episcopus, nomine Cantius, & retulit qualiter jam sæpe petierat apud jam dictum Lotharium, Episcolis Adriani papæ specialiter conscriptis, quatenus . . . . . judicii censuram inter Senensem ecclesiam, & Petrum Aretinæ ecclesiæ episcopum de ecclesiis, ~~ac~~ baptisteriis, & Monasteriis, quæ [illegible] tantum Senensem sunt, cum eorum pertinentiis, item jam multis vicibus prolixa fuit contentio, finitivam secundum canonicam auctoritatem percipere sententiam. Tunc nos Leo summus pontifex ita diximus: *& quoniam sacerdotali officio, quo modo, licet invisti fungimur . . . . oportet nos spiritualis mucrone talium, ~~ac~~ cretionum, quæ quotannis serpentes secularitatum assuta, funditus incidere, & exstirpare radices, ne forte discordia ibi vigeat, ubi inveteratæ pacis debent conflare bona.* Simul omne conclusum, *justa*, inquit, *& vera catholica, & apostolica definivit cathedra.* Tunc autem episcopus manibus decretalia, & judicialia tenens, ubi finitiva sententia Sena fervat, & auctoritate Adriani summi pontificis, & universalis papæ, & Constantini queriendo dixit:

ANNO CHRISTI 853.

xit: *Frater, & corepiscopus noster Petrus Aretinæ ecclesiæ Senensis ecclesiæ parochiar, atque Diœcesim pervertere ordine, & contra canonicum regulam tentasti, & pervim detinet.* Tunc nos, & Ludovicus Imperator in præsentia magni concilii Decretalia ab episcopo Cantio oblenta relegi jussimus. His igitur perlectis, nos Leo summus pontifex, sic ad universalem plebem loqui exorsi sumus. *Quantum enim præcellit dignitas omnium ordines dignitatum, tiquem sit dispensatione animarum nobis credita., tanto amplius cogimur, cuique petenti fallere rationem. Aliud enim est unumquemque sibi curam gerere, aliud vestræ Domenicæ cura regimen tenere. Quapropter canonicam sequentes doctrinam, dissentiones atque discordias Sacerdotum apostolica non pertunet obviare cenfura, Redemptoris nostri sequentes præcepta dicentis.* Pacem meam do vobis. Pacem relinquo vobis. (a) In hoc enim cognoscent omnes, quod mei estis discipuli, si dilectionem habuerilis ad invicem (b). Pretiosi enim pedes evangelizantium bona, (c) *gratia Sancti Spiritus*, inquit. *Quatenus sacrata orta fuerat innoderatæ quæstio, spiritualis debeat mucrone autiri, ne sobolescat, & Christi concutiat plebem, & necessitate discordiæ fideles delinquant, Sancti Petri apostolici monitis parentes, omni forde perditæ, pura frumenta in horreo Domini resident valeant, legitur dum per aliquot sam lapsos terminos Longobardorum. gens devicta, regiones territoria, invasa desolabatur loca, contigit, ut diœcesis Episcoporum alter alterius invadere, & temerario ausu immoderatis eas detinere, atque in magno mare pernaciosæ errore, & ignorantiæ canonum definitiones, alterutrum antelantes arripere Parochias, perturbi resultum contrahunt. Ac sequæ callida versutia inter fi dimicantes, pejora quæque nectit, errore vita in malum incidunt pueuli, facinus, dum procul abiciunt canonum conformia, transgredientes. Apostolicorum Pontificum salutarium Pontificum decreta, canonicis auctoritatibus fulcita. Propterea talia inhibentes apostolica institutione una cum gloriosissimo, & pusillus Ludovico, & sanctis episcopis, in carona hujus sacri concilii residentibus, Apostolica constitutionis privilegio promulgantes sancimus, ut sicut canonici in decretis constatuuntur, secundum territoria, seu pertinentias civitatum, sic Parochiæ, & Diœceses ad disponendum episcopos tenere censemus, sicut canonum conformia, quæ dixit* Episcopum non licere alienam Parochiam propria setta (d) pervadere. *Et iterum*: Episcopus alienam civitatem, quæ non ei illi subjecta, non invadat, nec ad ullam possessionem ejus accedat, quem ad eum non pertinet, nec constituat presbyteros aut Diaconos alteri episcopo subjectos, nisi forte ex consensu, & voluntate regionis Episcopi. Si quis autem tale aliquid facere tentaverit, irrita fit ejus ordinatio, atque cohercearur a Synodo. *Et sicut Prædecessores nostri beati Celestini papæ continent constituta*; ut sit contemptus unusquisque episcopus suæ civitati concessis hominibus, aliter in alterius provincia nihil

(a) Jo. XIV.
(b) Jo. XVII.
(c) Matt. XI.
(d) Ex. propria sepia.

præsumat: *Ita & non beati Petri Apostolorum principis, cujus vicem, quamvis immeriti, Dei omnipotentia gerimus; sanctus ambitionem, decernimus, ut sicut statutum est, unusquisque episcopus Parochias, seu Diœceses, justis limitet suæ civitati pertinentes, imperviolabiliter possideat, sub divini Judicii obtestatione, & anathematis interpositione.*

Dum igitur nos Leo summus pontifex sanctæ auctoritatis sermonem claudimus, Decretalibus supra nominatis per ordinem offensis, & relectis, tunc Petrus Aretinæ ecclesiæ episcopus dixit Cantio episcopo: *Ista tua Decretalia & judicata, quæ hic ostendisti, nullam possunt facere justitiam mea ecclesiæ, neque dispendia; quoniam nos & antecessores nostri monasteria & baptisteria cum eorum oraculis, seu privilegiis, seu adjacentiis, quæ intra fines Comitatus Senensis sunt constituta, unde tu, frater & Corepisope, adversus meam ecclesiam quæris, possessa habemus amplius quam quadraginta annis.* Tunc Cantius episcopus ad hæc: *Semper enim*, (inquit) *monasteria & baptisteria, quæ infra fines Senensis territorii sunt, parochiæ nostræ ecclesiæ fuerunt & sunt. Et crisma hic dedimus, & consecrationem fecimus. Presbyteros, & Diaconos ego & antecessores mei ibi ordinavimus. Ubi scitiat conservavimus. Sed tu, frater, callide & fraudolenter præsicta monasteria, seu baptisteria contra sacrorum canonum institutia occupasti.* Petrus vero episcopus civitatis Aretii hæc audientes dixit: *Verò ista monasteria, seu baptisteria, quæ intra fines tui territorii sunt, unde adversus nos queristas, a tempore Longobardorum, ~~usque~~ dusque detenuerunt. Nam judicatum habeo, quod tempore Liutprandi regis Longobardorum a tuis prædecessoribus, seu & a nostris, litatem conjuncta fuerunt. Et accepium eorum habeo, quod Carolus rex confirmavit in Ecclesia Sancti Donati. Sed hic modo præ manibus non habeo: quoniam fuit res alterocationem hic habere non arbitratis sumus.* Inducias de spatium a facto concilio peto, donec Aretium celeriter petens, afferrious meæ judicatum, atque præceptum, quemadmodum pollicitus sum, in conspectu Domni nostri summi Pontificis, atque imperatoris pissimi & totius concilii ostendisse pariter . . . . . Inducias usque ad duodecim dies concelerunt, quatenus unusquisque eorum in prædicto patio quicquid firmitatis per præceptorum fundionem, seu per cetorum juditiones haberet, deferre. nec non tetes idoneos de prædicta ecclesia unusquisque ad indagationem veritatis secum ducerer. Finitis igitur diebus duodecim, Petrus episcopus Aretinæ ecclesiæ, & Cantius episcopus Senensis in præsentia nostri, & imperatoris Ludovici piissimi Augusti pectoraliter venerunt, & in conspectu eorum episcoporum, quorum nomina subter adnexa sunt, Johannes archiepiscopus civitatis Ravennæ, Ambrosius episcopus Lucensis ecclesiæ, Otchelis episcopus Pistoriensis, Donatus episcopus Fesulanæ civitatis, Johannes episcopus Pisæ, Andreas episcopus Volaterranensis civitatis, Taceprandus episcopus

ANNO CHRISTI 853.

&c

civitatis Clusi, Otho episcopus Rosellensis, Tanimundus episcopus Suanensis, Petrus episcopus civitatis Orbevetanensis, Johannes episcopus Tuscanensis, Johannes episcopus Centumcellensis, Petrus Episcopus Spoletinus, aliique plures. In prædictorum itaque præsentia ambo episcopi, hoc est Cantius episcopus Senensis, & Petrus Aretinæ ecclesiæ, cum sanctionibus præceptorum, atque institutionibus decretorum, idoneis testibus ex utraque parte, ut imperatum fuerat, adhibitis, iterum corona sancti concilii in eadem ecclesia Beati principis Apostolorum, ubi prius fuerat, residentibus cum nobis in concilio, & volentibus tantæ altercationis litigium rectissima lance pensare, & libratum æquitatis trutino finiro; ecce Petrus Aretinæ ecclesiæ Decretalia, atque præcepta, juxta quod promiserat, in manibus retinens, ex jussu nostro, & Augusti Luduici piissimi Josepho Archicappellano edita sunt ad legendum. Cumque perlecta fuissent in conspectu magni concilii Luduicus imperator sic in aures totius ecclesiæ concionatus est: *Et quoniam uniuscujusque rei possessio talis debet esse, ut principium possessionis in se nullum habeat vitium, liquido colligere possumus, dum constat has parochias ecclesiam Aretinam ex tempore Longobardorum tenuisse tantummodo, non sibi sufficere possessionis oppositionem; dum antequam Longobardorum gladius Italiam populando devastaret, Romanis imperatoribus tranquillæ pacis felicitate orbem regentibus, Senensis ecclesia, sicut mos antiquus statuit, easdem parochias rexit, & tenuit.* Tunc omne concilium verum & probabile laudeque dignissimum imperatorem protulisse acclamabat. Ad hæc Petrus episcopus Aretinus: *Et quoniam imperatoria majestas, & apostolica sublimitas non solum scripturarum, verum & testium jussit in hoc testimonium adhiberi, jubeant illi, Sacerdotes testimonii veritatem proferre, qui in eisdem inhabitantes parochiis, incorruptam veritatem, antiquorum relatione hominum per parentelæ gradus insigniter consociantur.*

Tunc nos Leo pontifex universalis papa & Lodovicus imperator jussimus exhiberi sacerdotes, aliosque fideles. Qui subito vocati sunt in conspectu magni concilii. In primis venit Gisulpherianus de plebe sancti Quirici in Ausinora: Aterpalianus presbiter, & monachus de plebe sancti Stephani de Cinnano: Gesilarus Archipresbyter sanctæ Mariæ in Pava: Malperianus presbyter de plebe sanctæ Mariæ de Soleta: Lamfrancus presbyter de plebe sanctæ Mariæ de Cusona; Benedictus archipresbyter de plebe sancti Viti Vitaliano: Agiprandus archipresbyter de plebe sancti Andreæ Malcino, Leucari presbyter de plebe sanctæ Mariæ in Sexta: Aliperus archipresbyter de Plebe sancti Donati de Ziliano. *Hii sunt mei archipresbyteri de jam dictis plebibus*, dixit Petrus Aretinus episcopus. Tum nos Leo papa jussimus librum Evangeliorum in medio concilio poni, simulque sanctæ crucis vexillum ibi collocari. Atque per hæc sciscitati sumus: *Audite vos, Sacerdotes, quibus reddendum testimonium facultas a sanctissimo concilio tributa est, in virtute obedientiæ, & sub obtestatione divini judicii vobis præcipimus, ut in continenti nobis de hac re veritatem dicatis.* In primis ergo omnium Gesolfrandus jam dictus archipresbyter ait: *Quoniam nefarium est sub tanta optestatione jurantem reticere, sacrilegium esse arbitror in conspectu hujus sacri concilii falsum testimonium dicere. Idcirco quod a meis parentibus didici, & ego ipse, cum sim fere nonagenarius, memini, absque falsitatis colore narrabo. Scio namque secundum meorum parentum relationem, Senensem ecclesiam usque Longobardorum tempora prædictas parochias inconcusse, & absque ullo litigio tenuisse. Sed eorum iniquus gladius cuncta diripiens, subjectasque hominibus terras, multis populis refertas, redegere in solitudinem. Contigit denique ex illius temporis desolatione, invasione callida alter episcopus, alteri parochiæ nefario ausu commorare, & invasam totis viribus detinere. Sic itaque Senensi ecclesiæ ab Aretina accidisse scimus. Quamlibet Petrus Aretinus episcopus nos huc sui causa duxit, tamen veritatis rationem celare nefas esse credimus; ita nimium re in ambiguo posita, utrisque ecclesiis parere, alteri quidem ex necessitate, alteri vero ex voluntate, prædictas Parochias meminimus: Senensi quippe ex voluntate, Aretinæ ex necessitate. Constat nos ecclesia Senensi usque hodie reddidisse ecclesiæ & constitutum servitium, & crisma ab eadem ecclesia cepisse, consecrationemque Diaconorum & presbiterorum hactenus ab ea sumpsisse. Aretinæ vero ecclesiæ, armorum viribus concussos, servitium nos coacte exhibere non negamus. Jure igitur apostolica sublimitas & imperatoria majestas nos nostrasque parochias a tali periculo eripiat, & hujus sacri concilii decreto statuat, ecclesiæ posthac libere, & inconcusse servire nos oporteat.* Tamen hoc, sicut unum, singillatim unusquisque eorum interrogatus testimonium Gesolfrandi asserebat verissimum. Aripaldus presbiter & monachus de plebe sancti Stephani de Anciano, ut Gesolfrandus ita refert. Et Gelisarius archipresbiter de saltu similiter confessus est. Benedictus archipresbiter sancti Viti similiter dixit. Aliprandus de plebe S. Donati similiter dixit. Aliprandus de plebe sancti Andreæ similiter dixit. Laufridus archipresbiter sanctæ Mariæ de Osona similiter dixit. Laucari archipresbiter de plebe sanctæ Mariæ de Sexta similiter dixit. Omnes itaque, ac si uno hore Senensi ecclesiæ prædictas parochias pertinere, & rectissimo jure pariter constanter asserebant. Petrus verò hæc audiens, prædictos Sacerdotes testimonium ferentes, perjurii reatum incurrisse arguebat. Tunc jubentibus nobis, & piissimo imperatore, & universo concilio, juraverunt omnes prædicti Sacerdotes, quod in testimonium perducti satis vera & probabilia narrarent, & sicut dixerant, se habet veritas.

Tunc nos Leo summus pontifex sic ad Petrum episcopum, & ad omne concilium effati sumus: *Similiter oportet nos, fratres, hujusmodi æquitatis lance pensare, quoniam eorum affectionem, qui testimonio supradicto frater noster Petrus justitiam suæ ecclesiæ adipisci sperabat, Senensis ecclesia triumphum sui*

sui certaminis est consecuta. Ad hæc universum collegium dixit: *Liquido patet prænominatas parochias Senensis ecclesiæ esse, quoniam ejusdem comitatus limitibus pertinere probatum evidenter est, & testium verissimorum assertio clamat, & scripta sanctissimorum pontificum hæc roborant. Jubeat ergo vestra sanctitas, & imperatoria majestas, Senensi ecclesiæ ea, quæ sua fuere, restituantur: quatenus discordia de medio sublata, unusquisque eorum propter hoc, & sicut in omnibus statutum est, sibi subjectas parochias regat, nec ad vicinam diœcesim sui fratris nullatenus accedere præsumat.* Tunc Comeranus episcopus dixit omnibus: *Sunt mihi adhuc testes idonei, quos de mea civitate huc duxi, quibus proposita altercationis patet ambiguum: qui antiqua relatione nobilium parentum quicquid inde est, insigniter noverunt. Ipsi, si introducti fuerint, veritatem nullo modo celabunt.* Tunc ingressus Willeradus bonæ memoriæ Meremperidi filius, & Gunteramus filius quondam Sicheradi Ginnonis, qui erant milites regis, & Lamfredus miles prædicti episcopi Aretini. Et Willeradus sub testatione divini nominis a nobis interrogatus, dixit: *Scimus igitur, quod prædictæ plebes & monasteria, juxta relationem meorum antiquorum parentum, Senensis ecclesiæ fuerunt. Consignationes, rectorum consecrationes, & presbyterorum ordinationes, Episcopus Senensis ecclesiæ ibi fecisse vidimus. Nullum inibi fuisse litigium, manifesta res docet, nisi ab ingressu gentis Langobardorum in Italiam. Senensis quippe ecclesia usque ad eorum tempora inconcusse prædictas parrochias possederat.* Reliqui verò omnes, cum singillatim interrogati fuissent, testimonium veritatis Willeradum protulisse testati sunt: illi verò una voce testimonium veritatis proferentes, sacrosanctis Evangeliis, in medio positis, tactis juraverunt .... prænominatæ parochiæ jam Senensis ecclesiæ sint propriæ, quod ecclesiæ Aretinæ recto jure non pertinent. Hoc sacramento expleto, nos Leo summus pontifex diximus Petro episcopo: *Oportet te frater Petre, jam nunc tuis tantummodo parochiis contentum esse, & ab illicita præsumptione cessare, & primam de hac inusitata finire, aut si quid ad opponendum potes, quod utile sit, adhibere. Nam nihil vanum, neque superfluum, aut quod a veritate sit alienum, hoc sacrum recipit concilium.* Petrus vero episcopus inquit: *Juxta examinationes vestras sanctas litigium rectum pensavit, neque in ambiguo, quod a vobis hic definitum est, pono. Et jam neque aliorum præsentiam hominum, quibus vos magis credere possitis, exhibere valeo, neque aliorum scriptorum decreta, præter quæ a me hic sunt ostensa.*

Ad hæc Imperator: *Constat itaque evidenter, Petrum episcopum superatum; quoniam testimoniis eorum, a quibus se salvari putabat, Senensis ecclesia victoriam est consecuta. Justum est*, inquit, *ut propter hoc sileat, neque amplius hujus rei altercationem adire præsumat. Superfluum est ei, ut cum suæ civitati parochias subjectas retineat, ad alterius episcopi Diœcesim illum temerario ausu transire. Quapropter volumus, ut in hoc sacrum & venerabile concilium ita hujus litis altercationem æquissimo termino includat atque definiat, quatenus futuro tempore ulla possit inter eos scrupulositas renovari.* Tunc imperator relictis nobiscum missis suis ad istam causam finiendam, idest Joseph Archicappellano, Angelberto archiepiscopo, Notingo episcopo, & Adelchesi comite, a concilio discessit. Remansere autem Cantius cum duodecim Sacerdotibus idoneis, quorum non fuerat adhuc in testimonio jusjurandum receptum. Tunc juravit Cantius cum duodecim Sacerdotibus, quod in sacramentis supradictorum testium veritas absque ullo dolo versata est. Tunc omne concilium simul clamavit: *Jubeat ergo Apostolici culminis sanctitas, ex totius concilii decreto, prædictarum parochiarum, quas temere invasit, Petrum episcopum refutationem senensi ecclesiæ facere, ac deinceps super hac re penitus silere.* Tunc jubente Apostolico, & legatis imperatoris, ac universo concilio; penitus posuit, & refutavit Petrus episcopus Senensis ecclesiæ parochias supra nominatas, quas illicite, & nefario ausu invaserat. His igitur ita expletis, nos Leo summus pontifex sic dicendo definivimus: *Opportunum itaque valde reor in hujus litigii definitionem auctoritatem nostram accommodare, atque sub anathematis interpositione æquissima ratione finitum litigium hinc inde sopire, ne fortè in futuro tempore aliquis, pravitate plenus, quod modo juste, & canonice a nobis definitum est, audeat violare. Nam firmum & stabile in Senensi manere ecclesia sancimus quicquid per testium indagationem eidem pertinere est compertum. Si quis igitur adversus hujus nostri privilegii decretum aliquo tempore quilibet violare temptaverit, sive clericus, sive laicus, sive dignitate præditus, sive honoribus decoratus, aut qualibet magna, parvaque persona, sciat se auctoritate Domini nostri Petri Apostolorum principis omni honore privatum, atque anathematis maranatha vinculis innodatum, & cum Juda proditore Domini nostri Jesu Christi, & Anania & Saffira perpetuo supplicio deputandum. Et quoniam in Dei sumus nomine collecti, Dominus vere inter nos esse creditur, ejus auxilio, quicquid agimus vel definimus, credimus esse fulcitum; idcirco prædictæ maledictionis se innodat, quisquis violare temptaverit quicquid a nobis est, Deo auxiliante, decretum.*

Leo Dei gratia Catholicæ, & Apostolicæ Romanæ ecclesiæ episcopus, hujus Judicati decretum propria manu roboravi.

Joseph Archicapellanus Domni imperatoris subscripsi.

Joannes Archiepiscopus Ravennæ subscripsi.

Angelbertus archiepiscopus Mediolanensis subscripsi.

Notingus episcopus Brixiensis subs.
Ambrosius episcopus Lucensis sub.
Oschisi episcopus Pistoriensis sub.
Donatus episcopus Fesulanus sub.
Gerardus episcopus Florentinus sub.
Johannes episcopus Pisæ sub.
Andreas Volaterræ episcopus sub.
Taceprandus episcopus Clusinus sub.

ANNO CHRISTI 853. Otto episcopus Rosellensis sub. Tanimundus episcopus Suanensis sub. Dominicus episcopus Centumcellensis sub. A Petrus episcopus Orbivetanus sub. Joannes episcopus Tuscanensis sub. Petrus episcopus Spoletanus sub. ANNO CHRISTI 855.

BENEDICTUS PAPA III.

Sedit ab anno 855. usque ad 858.

CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM,

In quo Gregorii Syracusani statuerer damnantur,

Anno 850. habitum.

Anno 856. IGnatius Constantinopolitanus patriarcha Gregorium quendam Syracusanum episcopum damnaverat, & ab episcopali sede dejecerat, habita ea de re synodo, quam Labbeus anno 854. conjungat. Michael imperator patriarchae sui sententiam ratam *habens & firmam, intelligensque episcopos nonnullos turbas pro eodem abiecto episcopo ciere, novam aliam synodum cogi jussit, Ignatio patriarcha forte tunc abiente; atque a coetu illo episcoporum anathemate feriendos seditiosos illos curavit. Rem totam subsidiaris quidem verbis narrat Nicolaus I. in epistola ad eundem Michaelem imperatorem, quae octava est inter epistolas Nicolai apud Labbeum. En verba epistolae:*

ecce scripta vestra missa ad antecessorum nostrorum, (Benedictum) quae gesta nos recundista servantur, quaedam partes Gregorii Syracusani, congregatis episcopis, etiam absente fratre nostro Ignatio, eos anathematizasse testantur. Porro hanc Synodum plane diiungendam esse ab ea, in qua Gregorius Syracusanus damnatus est, ex eo demonstratur, quod Gregorium Ignatius ipse in synodo damnaverit, ut tenuit Nicolaus I. in epistola IX. ad Michaelem his verbis: Si pretendit (Gregorius) injusse ab Ignatio se fuisse depositum &c. Postrema verò haec cynodus, Ignatio absente, sententiam fuam tulit.

AD SYNODUM CARSIACAM

Pro reformandis moribus Laicorum, & Clericorum,

Anno 857. habitam

A D D I T I O.

Anno 857. CArsiacam Synodum Labbeus quidem non omisit, acceptamque ex capitularibus D. Caroli Calvi, a Sirmondo editis, epistolam a patribus ejusdem concilii sub Caroli regis nomine scriptam dedit. Verum nescio quid bono & diligenti viro acciderit, ut alia plura ad concilium idem pertinentia, quae apud eundem Sirmondum (a) extant, omiserit. Optima fortasse ratio id fuaserit viro doctissimo, sed quoadusque illa non eluxerint nobis, opportunum accidet, ut haec pariter additamenta in collectionem conciliorum praesto habeantur. Sunt autem primo capitula quaedam in eodem concilio a Carolo magno, & Ludovico imperatoribus jam olim edita, nunc verò in eodem concilio iterum in memoriam revocata. Dein adiunximus octo alia capita cum sua praefatione, quae apud Sirmondum sub titulo alio quidem a priori in quo capita Carsiacae Synodi dedit, expressa, sed & illa pariter ad idem Carsiacum concilium pertinere constat ex ipsa tituli illius inscriptione. Ita enim legit: *Capitula data in synodo apud Carsiacum anno DCCCLVII. mense Februario*; haec autem Chiacae cum Synodo haec Carsiaca confunditur.

SEQUUNTUR CAPITULA DOMNI KAROLI,

Et Domni Hludovici imperatorum.

VObis verò comitibus dicimus, vosque commonemus, quia ad vestrum ministerium maxime pertinet, ut reverentiam & honorem sanctae Dei ecclesiae exhibeatis, & cum episcopis vestris concorditer vivatis, & eis adiutorium ad suum ministerium peragendum praebeatis: ut & vos ipsi in ministeriis vestris pacem, & justitiam faciatis, & quae nostra auctoritas publice fieri decernit, ut in ministeriis vestris fluidose perficiatis, studeatis. Proinde monemus vestram fidelitatem, ut memores fitis. fidei vestrae nobis promissae & in parte ministerii nostri nobis commissi, in pace feliciter, & justitia faciendo, vos metipsos eorum Deo, & coram hominibus tales exhibeatis, ut & nostri veri adjutores, & populi conservatores jure dici, & vocari possitis. Et nulla quelibet causa, aut munerum acceptio, aut amicitia, cujuslibet, vel odium, aut timor, aut gratia, ab fatu restitudinis vos deviare compellat, quin inter proximum & proximum semper justè judicetis: pupillorum verò & viduarum & ceterorum pauperum adiutores ac defensores, & sanctae ecclesiae, ideft fervorum illius honoratores juxta vestram possibilitatem sitis. Illos quoque qui temeritate, & violentia in furtis, & latrociniis, sive rapinis communem pacem populi perturbare molluntur, vestro studio & correctione, sicut decet, compescite, & si aliqua persona in aliquo vobis impedimentum fuerit, quin ea quae dicimus facere non valeatis, nobis ad tempus illud notum fiat, ut nostra auctoritate adjuti, ministerium vestrum digne adimplere possitis.

Lib. 1. cap. 7. Omnes verò fideles monemus, ut honorem ecclesiasticum conservent, & dignam veneterationem episcopis & Dei Sacerdotibus exhibeant, & ad eorum praedicationem cum suis devote occurrant, & jejunia ab illis communiter indicta reverenter confervent, & suos observare doceant. Ut etiam dies Dominicus, sicut decet, obiervetur, & colatur, omnes studeant. Et ut liberius fieri possit, mercata, & placita a Comitibus, sicut ipse admonitum fuit, illo die prohibeantur.

Lib. 1. cap. 14. De pace vero in exercitali itinere servanda utique ad marcham, hoc omnibus notum fieri volumus, quod quicumque auctorem, damni sibi praeterire animo habet nominatim cognoscit, ut justitiam de illo quaerat, & accipiat.

Lib. 1. cap. 25. Deinceps tamen omnibus denunciare volumus, ut unusquisque cognoscat omnes, qui in suo obsequio in tali itinere pergunt, sive sui sint, sive alieni: ut ille de eorum factis rationem reddituram, & quicquid in pace violanda deliquerint, ad ipsius debeat periculum pertinere, ea fcilicet conditione, ut pacis violator primum juxta facinoris qualitatem, sive coram nobis, sive coram missi nostri dignas poenas persolvat, & senior qui secum talem duxerit, quem aut comitemque noluit, aut non potuit, ut nostram justionem servaret, & insuper in regno nostro praedas facere non timuerit, pro illius negligentia, si ante eum de his non admonuerit, & postquam negligentia, contemptoris ad ejus notitiam pervenerit, eum corrigere, sicut decet, neglexerit, honore suo privetur, ut fcilicet neuter illorum sine justa vindicta remaneat.

Lib. 1. cap. 23. Comites verò ministris ecclesiae in eorum ministeriis, ut hoc plenius & de nostris, & de fe, & de suis hominibus obtinere possint, adiutores in omnibus fint. Et quicumque prima, & secunda vice de his a Comite admonitus non fe correxit, volumus ut per eundem Comitem ejus negligentia ad nostram notitiam perferatur, ut nostra auctoritate, quod in nostro capitulari continetur, fubire cogatur.

Lib. 3. cap. 1. De pace admonemus ut omnes qui per *Conciliar. Supplem.* Tom. I.

AD CARSIACUM CONCILIUM ADDITIO. 950

aliqua fcelera rebeiles fint, constringantur. De pace & justitia infra patriam, sicut saepe per alia capitula jussimus, adimpletum fiat.

Cap. 61. Si quis homum alienam cujuslibet infregerit, quicquid exinde per vim abstulerit, aut rapuerit, vel furaverit, (a) secundum legem eam illi, cujus domus fuerit infractta & fpoliata, in triplum componat, & insuper bannum dominicum solvat. Si fervus hoc fecerit, fententiam fuperiorem accipiat, & insuper fecundum fuam legem compositionem faciat. Si quislibet homo aliquid taledammum alicui fecerit, pro quo plenam compositionem facere non valeat, femetipsum in vadio pro fervo dare ftudeat usque dum plenam compositionem adimpleat.

Cap. 62. Si quis meffes aut annonas in hofte fuper bannum Dominicum rapuerit, vel pavertit, aut furaverit, aut cum caballis vaftaverit, aestimato damno fecundum legem in triplum componat; & fi liber homo hoc fecerit, bannum Dominicum pro hac re componere cogatur. Servus vero fecundum legem triplà compositione damnum in locum reftituat, & pro damno difciplinae corporali fubiaceat.

Lib. 5. cap. 189. Si quis in exercitu infra regnum fine justione dominica per vim hoftilem aliquid praedare voluerit, aut nominatim tollere, aut granum, five pecora majora, vel minora, domoque infrangere, vel incendere, haec ne fiant, omnino prohibemus. Quod fi ab aliquo praefumptivo factum fuerit; LX. folid. fi liber eft; fi culpabilis, & omnia familia reftituat, aut cum XII. teftibus fe purget. Si vero fervus hoc fecerit, capitali crimini fubjaceat, & dominus omnia familia reftituat, quia fervum fuum non correxit, nec cuftodivit ut talia non perpetraret, quoniam de nos ipsis conquimur, cito delictemus; unusquisque tamen cuftos gliat exercitum fuum, ne aliqua deprzdatio infra regnum fiat.

Si quis infra regnum rapinam fecerit, aut cuidam noftro fideli, cujufque homini alliquid vi abftulerit, in triplo cui aliquid abftulit legibus componat, & insuper bannum noftrum, ideft LX. folidos nobis perfolvat. Poftmodum vero a comite ante nos adducatur, ut (b) in baftonico refruftis, ufque dum nobis placuerit, poenas luat. Nam & publice actum fuerit, publicam inde agat poenitentiam juxta fanctorum canonum fanctionem. Si verò occulte, Sacerdotum conflio ex hoc agat poenitentiam, quoniam raptores, ut ait Apoftolus, nifi veram egerint poenitentiam, regnum Dei non poffidebunt. Qui verò de rebus ecclefiarum aliquid abftulerit, graviat inde judicetur; quia facratum rerum ablatio facrilegium eft, & facrilegus vocatur, qui ex eis aliquid abftulerit, aut rapuerit. Ex

(a) *Secundum legem eam illi*) non eft dubium quin ita legendum fit, ut editum eft a Pithoeo in capitularibus lib. XII. cap. LXV. Secundum legem, & eorum. Nam & hoc prorfus modo capitulum idem recitatur in legibus Longobardicis lib. I. tit. XXV. I. IX. & in additione II. lib. V. cap. XXXIV. vox tamen infarpaux quae legem quoque prifca Germanicarum gentium linguis fignificat. Sedantiquati obfcuritate vocis percolli locum hunc multis modis deprayarunt. Plerique tamen codices fiaccae lectionis veftigia retinent, leguntque aut *fecundum legem fuam illi*, aut *fecundum legem & eorum illo*, aut *fecundum legem & eum illo*. SIRMOND.

(b) *In baftonico* Archiftma cuftodia. Iterum tit. XXVII. ex lib. VI. cap. XCVI. SIRMOND.

ANNO CHRISTI 857.

torres namque a liminibus sanctæ matris ecclesiæ tales personæ usque ad satisfactionem Ecclesiæ, quam exserant, sunt habendæ, atque firmiter denotandæ.

ITEM CAPITULA DATA IN SYNODO

Apud Carisiacum anno DCCCLVII. mense februario.

CAP. I.

PRopter cognitas vobis necessitates & ruinas pertubationes, quæ in regno illo eveneruntur, sicut scitis, senior noster Karolus, plurimos fideles regni sui, tam episcopos, quam abbates, & comites, atque reliquos regni sui fideles mediante februario mense apud Carisiacum congregans hæc capitula ab ipsis confirmata nobis transmisit, ut ea vobis denuntiaremus, ut & vos cum omni timore Dei & legali imperio observare cum justitia studeatis, omnesque christiani, qui in nostro constituti missatico

CAP. I.

Primo capitulo continetur, ut vos monemus de honore sanctæ Dei ecclesiæ qui per omnia ab omnibus fidelibus christianis obtervandus est, ut * eorum immunitates in nullo infringantur, res facere & fruibus ejus a nullo rapiantur; quoniam qui aliena rapiunt, a regno Dei excludantur, dicente apostolo: (a) *Rapaces regnum Dei non possidebunt*. Nonæ & decimæ fideliter persolvantur. Sacerdotes Dei, & ministri ejus non dehonorentur, non flagelletur, neque de ecclesia fine consensu episcopi sui eliciantur, aut in ea recipiantur. Ecclesiæ destructæ restaurentur. Quod si quis transgredius fuerit, anathematis vinculta feriatur, & Comitis districtione constringatur, & banni regalis exactione damnetur.

* ejus

(a) 1. Cor. 6.

II.

Sanctimoniales, viduæ, orphani, & pauperes nullo modo opprimantur, & res illorum tam in fragibus, quam in pratis, nec non etiam in eorum scerio a nullo per rapinam deprædentur, & ubicumque oppressi sunt, ab episcopis, Comitibus, & vassis regalibus subleventur, & oppressores illorum, sicut supra scriptum est, in omnibus constringantur.

A

III.

De his qui intra patriam residentes rapinas exercent, domos infringunt, homines sine causa occidunt, fructus commovent, aut assios damnant & opprimunt, prata defensoria depascunt, fruges aliorum devastant, ex his mandat senior noster, ut primum episcopali auctoritate judicentur, & sic poenitea a Comitibus legaliter constringantur, & insuper bannum nostrum, idest sexaginta solidos, componant. Et si eos constringere non poterint, ad regalem præfectum deducantur, ut dignam suscipiant vindictam.

IV.

B

Mancipia aliena, quæ intra immunitates fugiunt, aut intra fiscum nostrum, aut aliorum poreltatem, & a dominis suis infequuntur, sine ullo murmure, aut aliqua contradictione reddantur, aut foras eiiciantur, nisi legibus fua esse probaverint. Et si quis contenderit, & reddere noluerit, & postea fugerint, legaliter ea perfolvat.

V.

Ut nemo virgines, aut viduas rapere præsumat, & ad eas nullo modo accedat, nisi legaliter eas nuptialiter desponsatas conjunxerit. Nullus Deo faeratam rapiat, aut *viuler*, vel in conjugio sibi socier. Si quis hoc transgressus fuerit, ecclesiastico anathemate feriatur, & publico judicio damnetur.

C

V[illegible]

Ut regales justitiæ cum omni diligentia perficiantur.

VII.

Ut nullus de domo sua ad aliam transiens, aut in itinere pergens, rapinam facere præsumat.

D

VIII.

Ut unusquisque presbyter imbreviet in sua parochia omnes malefactores, videlicet raptores, rapaces, adulteros, incestos, homicidas, latrones; & eos extra ecclesiam faciat, nisi pœnitentiam agere voluerint. Si se emendare noluerint, ad episcopi præsentiam perducantur.

ANNO CHRISTI 857.

AD SYNODUM VVORMATIENSEM

Ex anno 857. transfatam ad 864.

ADNOTATIO CHRONOLOGICA, ET ADDITIO.

De epocha hujus Wormatiensis concilii differui in meis ad Pagium ad A. 858. 6. adnotationibus, quam tamen huc transferre juvat, cum ex ea pariter nonnulla ad concilium Moguntinum pertinentia elucidantur.

B

NIcolai papæ bullam pro utriusque episcopatus Hamburgensis & Bremensis conjunctione recitat Hermannus Cornerus in suo chronico ad annum usque 1435. perductio, vulgatoque ab Eccardo in corpore Historic. tom. II. col. 495. In eo autem omnia leguntur, quæ chronista Saxo hic num. VI. a Pagio relatus expressit. Confinaetur autem manu *Zacharie Notarii S. Romanæ ecclesiæ, in mense maio, indictione XII. imperante Ludovico imperatore anno sua* (sic) *quinto*. Hæc utique temporis adscriptio mendosa est, cum indictio duodecima cum anno quinto Ludovici cum nulla ejus epocha concurrat. Cum vera illud, *anno sua*, insolens & novum sit, suspicio oritur, ibi errorem cubare, & illud *sua*, forte in autographo exprimere numerum aliquem annorum, *quinto*, qui dein notarius, anno adeundum, pura *decimo quinto*. Sane annus Ludovici decimus quintus ab anno 849. quo ad imperii consortium admissus fuit, usque ad 864. Parce adscitus fuit, saltem post majum inceptum, congruit cum mense majo indictionis duodecimæ, fignatque annum 864. quo & S. Anscharius, & Ludovicus adhuc in vivis agebant. Nostram hanc conjecturam non evertit Adami Bremensis apud Pagium hic auctoritas, quam quasi nullo negotio Nicolai notarium fuisse asserit, DOCCLVIII. cum tamen id novum effet, & insolens in bullis pontificiis hujus sæculi, ab aliquo fcioto id additum, fuisse oportet. Igitur non sine fundamento afferuerimus hanc unionem pontificia auctoritate nonnisi anno 864. roboratam fuisse, atque eam historicos, qui privilegium illud anno 858. confignant, cum præfertim chronista Saxo apud Pagium hic asserat hæc omnia peracta fuisse *ultimo tempore* S. Anscharii, qui anno 865. decessit. Hanc conjecturam indubitatam reddit responsio Nicolai papæ ad legationem Salomonis episcopi Constantiensis, a Ludovico rege missi, quam in tom. V. miscellaneorum Baluzius vulgavit. Salomonem illum Romam directum fuisse a Ludovico, ut de confirmanda unione episcoparus Hamburgensis & Bremensis, & de utriusque erectione in archiepiscopatum tractaret, tam notum est eruditis, testante Remberto vitæ S. Anscharii cap. X. quam inexploratum, eidem paeiter Salomoni ea ipsa occasione injunctum fuisse, ut de reconciliatione Lotharii cum Pontifice, & de restitutione Theodagaudii, & Guntbari tractaret. Utrumne vero munus illi demandatum ex eodem Nicolai responso discimus. Utri-

C

que huic postulationi respondet pontifex, Ludovicum rogans, ut una secum Lotharium ad pelliceum deferendum inducere laboret. Quoad episcopos verò, ait, se illos cum S. Synodo ita depositurum; *ut si aliquid de ministerio sacro audierint contingere, nullo modo licetet eis in alia synodo vestitionis formam habere*. Quibus verbis indicari censeo synodum Romanam anni 863. in qua primum, utramque episcopum Hammaburn fuisse ex annalista Bertiniano Pagius ibidem num. III. docet. Sed *nunc*, pergit Nicolaus, *audivimus Guntharium interdictum fuis ministerium usurpasse*. Quod ab eo præsitum die Cenæ Domini anno 864. mense Martii, cum dies Cenæ Domini anno illo in diem 30. Martii incideret. Postquam vero pontifex postiffimis legationis hujus postulationibus ita satisfecit, dein in cap. IV. ita negocium Bremense archiepiscopatus expedit. *Ut episcopus Bremensis, licet a Guntharo hac non potuerit dari licentia, nec ab eo tale quid petit debuerit, tamen pro amore Domini regis, quia pia est ejus petitio, cum nostra auctoritate in præsatis locis Bremæ consecretur & honorem archiepiscopatus super Danos & Swevvos habeat, & similis modo sui successores pro tempora futura perpetualiter teneant atque poslideant*. Hæc Nicolaus postulationibus Ludovici per Salomonem respondit, eademque occasione bullam ea de re supra a nobis indicatam expedit. Ex his autem patet, *confirmationem* hanc pontificis non prius quam anno 864. datam fuisse, nec de illa agi in concilio Moguntino anni 857. prosulit. Nec sane quisquam ex antiquis in eo concilio de controversia hac tractatum, prodidit; non Fuldensis annalista, qui a Patribus Moguntinis discussa quædam ecclesiastici juris argumenta prodidit: sicut & letam in eo fuisse asserit epistolam quandam Gantbarii narrantis mala, quæ procella subito obortæ Colonienfibus intulit. Ex quo discimus Guntharium Synodo huic non adfuisse. Non Rembertus, qui causam unionis utriusque episcopatus ventilatam affert coram utroque rege Wormatiæ exhibentibus, Lotharío, & Ludovico, & *in frequentia episcoporum* ex utroque regno, rogatumque ab episcopis *ibi aggregatis* Guntharium, qui proinde hic præsens aderat; ut junctioni illi consentiret, eoque respondente se præsto esse, dummodo Apostolica confirmatio intercederet, a rege Ludovico Salomonem ad Nicolaum deputatum. Ex hac Remberti narratione intelligimus male a Pagio scribi, hanc delegationem Ludovicum, destinasse ex decreto concilii Moguntini, ac tandem anno 864. quo illa suscepta fuit, Concilium quoddam Wormatiense assignandum esse.

Hæc olim commentatus sum; nunc vero diligentius discussa arque Remberto au-

ANNO CHRISTI 857.

thore coævo vitæ S. Anscharii fedulo expenso, aliter de re tota agendum, intelligi. Primo igitur ex eodem Remberto cap. IX. constare arbitror rem hanc de conjunctione episcopatus Bremensis & Hamburgensis, tribus in concilio absolutam fuisse. In priori quidem, quod ex authoritate annalistæ Fuldensis ad annum 857. eo ipso anno habitum Moguntiæ censeo, *jubente Rege Ludovico hac eadem res*, scilicet episcopatus Bremensis Anscharico affignandi, *in concilio episcoporum ventilata est. Qui multis exemplis præcedentibus probaverunt bene ipsi fieri, ut quæ domestici illi, ad quam ipse ordinatus fuerat, admodum parva erat (nam nonnisi quatuor baptismales habebat) & hæc ipsa multoties jam barbarorum incursibus devastata, sita ex causa salutis adjungeretur*; nempe Bremensis.

Hæc de actis in priori synodo Rembertus. Secundæ vero causas & acta ita describit. *Verum ne in aliqua scripturæ Verdensis præteritor episcopis, quod etiam parvum de suo episcopatu ultra Albiam sitam, ipse cum breuegh tunc simul peregrinus retinuerat, flatuerunt* (in priori illo concilio) *ut, si cui tempore domni Ludovici primo fuerant, episcopatus ipse & Bremensis & Verdensis restituerentur, ex qua ratione Ansc. Bremensium, ex qua magna parte diœcesis sue sumpte erat, quæ etiam tunc erat præsentia pastoris desolata. Quo decreto tis ab episcopi constituta ipse jubente Rege, Bremensem ecclesiæ diœcesim gubernandam, Verdensem parochiæ, quæ ultra Albiam sita fe pertinere, debebat, Waldagarium cum tunc Verdensis episcopus. Quod cum ita aliquandiu effet inter diligentius ipsa re ab Ansc. concilio episcoporum ventilata* (en secundum concilium) *visum est eis nisi, bonum esse, ut seder ad quam ille ordinatus fuerat, ab alio episcopo teneretur, ipse & Hemburg tunc in partem efferat Waldagarii*) *potestatem quidem regis effe dicentes ut diœcesim parvam & admodum captivatam augeret, locum tamen ad episcopalem dignitatem auctoritate Apostolica firmatum, nullatenus immutandum. Unanimo ergo consensu, cum voluntate regis præditissimi Ludovici, episcopi ibi constituti constituerunt, ut sedem ad quam consecratus fuerat, pater noster Anscharius recipere: & si quid ultra Albiam ex Verdensi ipse retinuerat diœcesi, ex Bremensis ecclesiæ parochia illius fedis restituere episcopo. Quod ita regio jussu, & synodali episcoporum decreto, ipsius quoque Waldagarii, memorati Verdensis episcopi voluntate & assensu perfectum est.* Hæc Rembertus de rebus in altera synodo gestis, quantum ad ea quæ ad conjunctionem episcopatus utriusque spectant. Synodi hujus locus ignoratur; nec de tempore constat; fed forte altero a Moguntina synodo anno scilicet 858. res acta eft.

Tertiæ tandem synodi hiftoriam perfequens fcriptor ille, narrat Bremenfem fedem ad id ufque Colonienfis fuffraganeam in archiepifcopalem erigere optaffe Ludovicum Germaniæ regem, at ideque tandem eveniffe, cum forte Colonienfis ecclefia antiftite carens, haud ftumpto demum in eam fedem archiepifcopo, tunc in *VVormacia civitate* poffi-

ANNO CHRISTI 857.

noſter Karolus, tempore præcedentium noſtrorum, divino afflatus ſpiritu, gentem Saxonum ſacro cultui ſubdidit, jugumque Chriſti, quod ſuave ac leve eſt, uſque ad terminos Danorum, five Sclavorum, corda ferocia perdomans, docuit, ultimamque regni ipſius partem Tranſalbeam, inter morifera Paganorum pericula conſtituit, videlicet ne ad ritum relaberetur Gentilicium, vel quia lucrandis adhuc gentibus aptiſſima videbatur, proprio epiſcopali vigore fundare decreverat. Sed quia effectum mors prohibuerat, ſuccedente ejus filio, Hludovico imperatore Auguſto pium ſtudium ſacri geſtoris fui efficaciter implevit. Cujus etiam auctoritate in Nordalbingorum populo ſedes conſtituta eſt archiepiſcopalis, in caſtello Hammeburg nuncupato, in eadem ſede archiepiſcopus, accepto a fede apoſtolica pallio, primus, eſt nominatus Anſgarius, cui delegata cura mandandi verbi Dei & animas lucrandi Deo. Delegavit etiam genitor noſter eidem archiepiſcopo quandam ceſſam Turholt vocatam, quatenus eidem loco periculis undique circumdato ſeret ſuppletamentum. Cumque ego, quem divina clemencia in ſedem regni ejus aſciverat, in multis regni ejus diſponendis ſollicitus inſiſterem, hoc quoque præditum patris mei ſtudium, velut regni in finibus peractum, minus cautæ attendi. Unde contigit, ut peccatis populi exigentibus, Deoque permittente, occulto judicio, ipſa metropolis Hammeburg penitus devaſtaretur. Cumque prædictus archiepiſcopus in multis eſſet preſſuris & calamitatibus, & ſtatum ecclefiaſticum ejus una cum ſanctis pignoribus per varia loca circumvendo huc illuque vagarentur, & nuſquam ſedem habere poſſent, mutatus quandam Ikia, divino amore tacta, ex ſua hæreditate poſſeſſiunculam tradidit in ſylva Ramesloa nominata, in pago Bardengoa in epiſcopatu Waldagari Verdenſis epiſcopi, ubi ſanctuarium & cellam conſtruxit, & reliquias ſanctorum una cum fratribus ſuis congregatis collocavit. Quapropter adite conſtructionem noſtram miſericarum ſuarum ordinem lacrimabiliter exponens; unicum namque refugium monaſterium videlicet Turholt nuncupatum, quod illi genitor noſter ad ſuppletionem & victum ſibi fuiſque clericis dederat, ex parte fratris noſtri Caroli regis abſtrahi, non fine magno dolore conquerebatur eſſ; unde & nos paterna ſimilia & regali protectare conmunceri, quærere cepimus, quomodo ei ſolatium ſubſiſtendi faceremus, quo legationis ſuæ mandatum perficere poſſet. Et quia in eadem provincia ejusdem nullam huic legationi habebamus congruam, ſuggerere ſtuduimus prædicto Waldagario (*a*) Verdenſis eccleſiæ epiſcopo, ut ejus permiſſione ei liceret in prædicto loco Ramesloa monaſterium ex ſuis impenſis conſtruere, ubi & fratres qui tantæ eladi ſuperfuerant, noſtro cæterorumque Dei fidelium auxilio ſuſtentarentur, & ipſe locum reſpirandi, & ſi unquam

ANNO CHRISTI 857.

facultas ſuppereret, propter viciniratem eiſdem loci Hammeburgenſem epiſcopum ſe ſtaturandi haberet, ſub ſuo ſuffraganeatu ejus regimine manſuram. Cui quidem rei ipſe admodum contrarius exiſtit. Poſtmodum verò Wormatiæ habito generali conventu in noſtra noſtrique fratris, Lotharii regis præſentia, præſentibus archiepiſcopis, Ebone Remenſi, Hetti Trevirenſi, & Otgario Moguntinenſi cum pluribus aliis utriuſque regni Præſulibus, hæc eadem res noſtro juſſu diligentiſſime ventilata eſt. Quæ cum ab omnibus licita & concedenda probaretur, ut prædictus pontifex Waldagarius hoc ipſum ſua auctoritate concederet, & confirmaret, cunctí rogavimus. Qui primum quidem ſoriter renuit cæpit non eſſe juſtum multipliciter aſſerens, ut honorem ſuæ ſedis in aliquo minueret: Poſtremus tamen, & nobis ipſis, & cunctis epiſcopis ibi aggregatis pro hoc ipſo eum rogantibus, & omnino cauſa neceſſitatis id licitum fore dicentibus, ſuæque ſedi nullum detrimentum ſed ſolidum noſtrorum, tam noſtra, quam ſanctæ Romanæ ſedis auctoritate per hoc noſtræ regiæ dignitatis præceptum præcipimus firmiter, atque jubemus, ut prædicta cellula, Ramesloa nuncupata, ſub poteſtate, ac regimine Ansgarii, Hammaburgenſis eccleſiæ archiepiſcopi, ejusque ſuccefforum abſque omni contradictione perpetualiter maneat. Homines quoque, qui eidem cellulæ ſervire videntur, ob amorem Dei, & ſancti Sixti confeſſoris ejus, ad noſtrum usque feſtivitatem pertecum mercedem ab omni expeditione, vel militia, feu qualibet occupatione abſolvimus, ut idem venerabilis archiepiſcopus ad hanc dignitatem Deo propitio perducendi vis temporibus legationem, nullum in hoc partiatur impedimentum. Res quoque ſedis & præſertim noſtræ auctoritate nec plenitudo defenſionis, & immunitatis veſtigium, volumus ut conſultant, ac tueantur, ita ut nullus judex publicus, aut alia quælibet poteſtate publica prædita perſona de eorum rebus freda, tribute, manſionaticos, vel paratas, aut teloneum, vel ſidejuſſores tollere, aut homines ipſorum tam litos, quam & ingenuos ſuper terram eorum commorantes, diſtingere, nec ullas publices funétiones aud redibitiones, vel illicitas occaſiones requirere vel exigere præſumat: Sed liceat venerabili archiepiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus, ac omni clero ſub eodem regimine conſtituto quiete in Dei ſervitio degere, ac pro nobis proloque noſtra, atque ſtatu totius regni noſtri divinam miſericordiam exorare. Et ut hæc authoritas ſui vigoris perpetuam habeat firmitatem, manu noſtra propria fubter eam firmavimus. Datæ VI. Idus junii Anno Dominicæ Incarnationis DCCCLXII. (*) & VI. Hludovici Sereniſſimi regis. Actum in Francofurdt palatio regio in Dei nomine feliciter Amen.

(*) A. 854.

NI-

*qui ſæpe rant.

(a) i. e. Verdenſis.

ANNO CHRISTI 857.

tit duobus regibus; (ait Rembertus cap. X.) *Ludovico ſcilicet & Lothario coram multa utriuſque regni epiſcoporum frequentia hæc eadem res expoſita eſt. Quod cum ab omnibus bene id ordinatum probaretur, ut prædictus quoque pontifex Guntharius hoc ipſum ſua, auctoritate firmaret, cunctí rogaverunt. Qui primo quidem bit fortiter renuit cupit, juſtum non eſſe multiplicitter affendens, ut ſedes ſuffraganea in archiepiſcopalem ſedem verteretur: nec ſe debere honorem ſedis ſuæ in aliquo diminuere. Poſtremo tamen & ipſe Regibus, & cunctis ſimul epiſcopis ibi aggregatis pro hoc ipſo eum rogantibus, & omnino cauſa neceſſitatis id licitum fore dicentibus, reſpondit, ſi apoſtolica auctoritate ſtrmaretur, ex ſe quoque ratum eſſe.* Tum ſubdit idem ſcriptor, Ludovicum, ut hæc omnia rata haberentur & firma, Salomonem Conſtantiæ epiſcopum Romam ad Nicolaum papam abſegaſſe, quo id peteret a pontifice. Tertia hæc ſynodus, cum ſtatim ante legationem Romanam Salomonis epiſcopi præceſſiſſet, non ante annum 863. convenifſe oportuit; idque Rembertus reſtim ordinem ſatis contegruit, aſſerit enim *multum temporis fuiſſe, ex qua ſedem illam* (Bremenſem) *gubernandam ſuſcepit, priuſquam auctoritate apoſtolica firmaretur.* (Rembert. cap. XI.) Etiamſi ne multum temporis; nam in Moguntina ſynodo anni 857. conjunctio hæc diſcuſſa, in ſynodo tandem anni ſequentis abſoluta eſt. Demum poſt quinque circiter annos, poſtulante fynodo Wormatienſi, anno 863. vel 864. habita, ſummi Pontificis authoritate ſtabiliter.

His omnibus in apertam lucem produeſtis, monumenta quædam promendo deſuerunt, quæ ad ritum harum ſynodorum acta utcumque referuntur. Ac primo quidem ex Lunig. Spicilegio Eccleſ. pag. 70. profertur diploma Ludovici Germaniæ regis, quo cella quædam in ditione Fardenſis epiſcopi ex decreto ſynodi Wormatienſis anni 864. Anſchario Hamburgenſi & eidem commendatur. Signatur diploma hoc anno Domini 857. Ludovici regis VI. quæ ſane annorum epocha mendoſa eſt, cum apoſtolica authoritas id jam confirmaſſe in diplomate illo legatur. Hæc vero confirmatio a Salomone Conſtantienſi epiſcopo Romam miſſo anno 864. (ut ſuperius demonſtravi) impetrata eſt, ut ex bulla Nicolai I. quam poſtea, intelligimus. Poſt Ludovici diploma ſubjungo Nicolai I. bullam, acta hæc ſynodi Wormatienſis approbantem, ex Lunigii Spicilegio ibidem pertinet. Denique Nicolai ejuſdem bullam recito, non quidem ex Henſchenio in Actis SS. ad diem III. Februarii peritam, non enim ibi extat integra; ſed ex Henſchenii Hiſtoria vulgata ab Eccardo in Corp. Hiſtor. Med. ævi tom. II. pag. 465.

LUDOVICI REGIS GERMANIÆ DIPLOMA.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Hludovicus, divina favente gratia rex. Notum eſſe volumus omnibus ſanctis Dei fidelibus noſtrique præſentibus & futuris, qualiter beatæ memoriæ præcellentiſſimus rex, avus no-

ANNO CHRISTI 857.

NICOLAI PAPÆ I. BULLA.

Pro translatione loci cujusdam in directo Pardenesis episcopi sito in distante archiepiscopi Hamburgensis.

Nicolaus episcopus servus servorum Dei, omnibus fidelibus sanctæ Dei ecclesiæ præsentis scilicet temporis & futuri.

QUisquis Dominum & redemptorem nostrum Jesum Christum de hinc patris ad terram pro demonstranda cordibus hominum vera & certa fide defectendis non dubitat, profectò non ignorat, omnes qui ejusdem fidei per gratiam ipsius participes facti sunt, & præcipue nos, qui per primum tantæ virtutis minimum locum præeminentiæ retinemur, hominibus debere lucrandis insistere, & per universas gentes verbi semina ferere, & solatia ferentibus ministrare. Nunc autem quia Hludewicus sublimissimus rex per Salomonem, venerabilem episcopum civitatis Constantiæ nostro fiducit apostolatui intimare, quod piæ memoriæ Hludewicus imp. genitor suus quendam nonasterium nomine Ahtschinburc de monasterio Corbeja tulisset, & collocasset eum juxta Albiam fluvium, in confinibus Sclavorum, & Danorum, atque Saxonum, in castello Hammaburg, annuente & solemnia fecente apostolicæ privilegia præbente prædecessore nostro beatæ memoriæ Papa Gregorio, cujus etiam auctoritate in supradicto Nordalbingorum populo fedes archiepiscopalis, in castello superius nuncupato Hammaburg, & in eadem quoque sede accepto a fede apostolica pallio, archiepiscopus primus est ordinatus Ansicharius, cui a præfato pontifice delegata est cura feminandi verbum Dei, & animas lucrandi Deo. Cujus delegationis, & auctoritatis, & pallii acceptionis pagina nobis est a præfato filio nostro Hludewico regis, post jam dictum Salomonem episcopum destinata, juxta morem sanctæ Romanæ ecclesiæ bullata. Per cujus tenorem paginæ hæc ita dinoscitur comperimus, sicut pietas nobis jam fati regis per fidelem virum, Salomonem scilicet episcopum intimavit. Verum quia Karolus rex, frater sæpe dicti regi Hludewici cum a prænominato loco, qui dicitur Hamburg monasterium, quod appellatur Turholt, utpote, quod post partitionem inter fratres suos in regno suo conpacere videbatur, situm in occidentali Francia, quod illic genitor suus ad supplementum, & victum episcopo, & clericis ejus dederat, carpere, ficut fertur, omnes ministri altaris recedere. Deficientibus quippe necessariis sumptibus ab ipsis recedentibus, & eadem ad gentes legatio per hujusmodi factum deficit. Ipsa quoque metropolis Hammaburg, Dei permittente occulto judicio per barbarorum sævitatem prorsus devastata est. Conrigit namque ex improviso piratæ advenientes civitatem navigio circumdedisse, filius vero nostri archiepiscopus Ansicharius ibi positus, [illegible] qui aderant in urbe pia vel in fu[illegible] primo quidem, audito adventu eorum, locum ipsum continere voluit, donec majus eis veniret auxilium; sed impollentibus paganis, & civitate jam obsessa cum eis certâri non posse conspexit, quomodo pignora sanctarum reliquiarum aliquatenus præparavit, ceque ipse clericis suis huc illuque fuga dispersis etiam sine cappa sua vix evasisse. Hostes autem arrepta civitate ac succensis omnibus, & direptis, egressi. His itaque peractis, cum filius nostri jam dictus Ansicharius multis esset pressuris & calamitatibus oppressus, & fratres congregationis ejus una cum sanctis pignoribus per varia loca circumcundo huc illuque vagarentur, & aliquam fedem haberent quietam, matrona quædam nomine Ikia, divino amore tacta, ex sua hæreditate possessiunculam ei tradidit in sylva, Ramesloa nominata, in pago Berdergo, in episcopatu Waldagarii Verdensis ecclesiæ episcopi, ubi & cellam construxit, & reliquias sanctorum una cum fratribus, qui supererant, collocavit. Quamobrem clementissimus rex jam dictus Hludewicus quærere cæpit, quomodo ei solatium subsistendi faceret, quo legationis fuæ mandatum perficere posset. Et quia in eadem provincia, in qua hanc legationi habeat congruam, suggerere studuit prædicto Waldgario, Verdensis ecclesiæ episcopo, ut ejus permissione ei liceret in supradicto loco Ramesloa monasterium ex his impensis construere, ubi fratres, qui tantæ cladi superfuerant, sustentarentur, & ipse locum suspicandi, & si unquam facultas suppeteret, propter vicinitatem ejusdem loci, Hammaburgensem ecclesiam restauranda, haberet sub suo successorumque ejus regimine, & potestate manuram. Cui quidem rei ipse admodum contrarius extitit. Quæ causa postmodum in Wormatia civitate positus duobus regibus, Hludowico, & Hlothario præsentibus, archiep. Ebone Remensi, Hetti, Trevirensi, & Otgario Moguntiacensi cum pluribus aliis generali interventu utriusque regni præfulibus congregatis hæc eadem res pohita est. Quod cum omnibus bene ita ordinatum probaretur, ut prædictus pontifex Waldgarius hoc ipsum sua auctoritate concederet, & firmaret, cunctis rogaverunt. Qui primò quidem fortiter his resistit caput, judicans non esse multiplicare [illegible] ut honorem suæ sedis in aliquo minueret; postremò tamen, & ipsis regibus, & cunctis episcopis ibi aggregatis pro hoc ipso eum vegantibus, & omnino ea necessitate ita id licitum fore dicentibus, respondit, si apostolica auctoritate firmaretur ex fe quoque ratum esse. Unde perscripsit nostrum venerabilem virum Salomonem, videlicet Constantiæ civitatis episcopi hoc relatum est confirmandum ac postulatum est nostra auctoritate roborandum. Nos igitur id subtili perpendentes examine, animadvertimus propter instantem necessitatem, & animarum lucra in Gentibus demonstrata, utile fore. Omnia enim, quæ profecua ecclesiæ prebantur exiitere, & divinis non refutare præceptionibus, licita & faciendæ esse non dubitamus. maxime in tam novelli christianitatis plantatione, in qua varii so-

ANNO CHRISTI 857.

lent eventus contingere. Quamobrem omnipotentis Dei & beatorum apostolorum Petri & Pauli, & hoc nostro decretorum decreto, secundum prænotandissimi regis Hludovici votum, & præcommitati episcopi Valdgarii, aliorumque episcoporum consensum, ut prædictum monasterium Ramesloa nunquarum sub pretextu & regimine Ansicharii Hammaburgensis ecclesiæ archiepiscopi, ejusque successorum perpetualiter confirmat. Nullus igitur Verdensis, vel quilibet episcopus ullam sibi decerpsa hinc inde monasterio vindicet potestatem. Quinimo & ipse, & omnibus fuademus, & veræ religionis cultoribus, ut sacra hac legatione fungentibus adjutoria, & solatia sint, quatenus pro gratia hujus beneficii plenam mercedem recipere mereantur, ab eo qui dixit: *Ite, docete omnes gentes, & quicunque receperit vos, me recipit.* Itaque omnia a dilecto filio nostro rege Hludovico, ad hoc Deo dignum officium deputata, nostra etiam pia ejus nota authoritate firmavimus. Et quia ipse præteritorum non cautos faciunt in futurum, omnem quoque advertantem vel contradicentem, atque piis his nostris fiudiis quolibet modo insistantem, anathematis mucrone percutimus, atque perpetuæ ultionis reum diabolica sorte damnamus, ut culmen apostolicum, more prædecessorum nostrorum, caufamque Dei pro affectu zelantes, ab adversis hinc inde partibus tutius munemus. Observator verò, & custos hujus nostræ perceptionis benedictionis gratiam a B. Petro apostolorum principe, & cælestis retributionis æternæ gaudia a juito judice Domino Deo nostro consequi meretur. Scriptum per manum Leonis notarii regionarii & scriniarii sanctæ Romanæ ecclesiæ, insensæ Majo indict. XII. Datum Kal. junii per manus Tiberii primicerii sanctæ sedis apostolicæ. Imperante Domino Nicolao, pii[illegible]mo papa, anno pontificatus ejus V. indictione XII.

EJUSDEM NICOLAI BULLA

Pro conjunctione episcoporum Hamburgensis & Bremensis.

Nicolaus episcopus servus servorum Dei, omnibus fidelibus ecclesiæ sanctæ Dei, præsentibus, & futuris, salutem, & apostolicam benedictionem.

QUisquis Dominum, & redemptorem nostrum Jesum Christum de hinc patris ad terram pro demonstranda cordibus hominum vera & certa fide defendisse non dubitat, profectò non ignorat, omnes, qui ejusdem fidei per gratiam ipsius participes facti sunt, & præcipue nos, qui per primum tantæ virtutis minimum locum præeminentiæ tenemus, hominibus debere lucrandis insistere, & per universas gentes verbi semina ferere, ac solatia ferentibus ministrare. Nunc autem quia Ludowicus filius noster Hammaburg, & in eadem quoque sede accepto a Sede apostolica pallio, archiepiscopus primus ordinatus est Ansicharius, cui a præfato (*d*) Summo pontifice delegata est cura feminandi verbum Dei, & animas Deo lucrandi. (*e*) Cujus delegationis, & auctoritatis, ac pallii acceptionis pagina nobis est a præfato filio nostro Ludowico regge per jam dictum Salomonem sanctissimum episcopum destinata, juxta morem sanctæ Romanæ ecclesiæ bullata. Per cujus paginæ tenorem hæc ita facta fuisse comperimus, sicut pietas nobis jam præfati regis per fidelem virum Salomonem episcopum intimavit. Unde non veltigia tanti pontifices & prædecessoris nostri Gregorii sequentes, omnemque Deo dignam ibi flatutam, providentiam agnoscentes, memorium Principum vorum, Lodowici videlicet divæ recordationis Augusti, & æquivoci ejus filii excellentissimi regis, tam hujus apostolicæ auctoritatis præceptos, quam etiam pallii dictione, more prædecessorum nostrorum roborare decrevimus, quatenus tanta fundatus auctoritate prænominatus Ansicharius primus Nordalbingorum Archiepiscopus, & post ipsum successores ejus, lucrandis plebibus insistentes, adversus tentamenta Diaboli validiores existant. Ipsum vero hæc nostrum jam dictum Ansicharium legatum in omnibus circumquaque gentibus Sveorum, Danorum & Slavorum, ac in cæteris ubicunque illis in partibus constitutis divinæ pietas otium aperuerit, publicam evangelizandi tribuimus auctoritatem. Ipsamque sedem Nordalbingorum, Hammeburg dictam, in honorem S. Salvatoris, Sanctique ejus intemeratæ Genitricis semper Virginis Mariæ confecratam, deinceps esse decernimus archiepiscopalem. Atque ut brevem prædicatoris episcopi, post decessum dicti Ansicharii archiepiscopi, crebro persona tanto officio apta eligatur semper successio (successura) sub divini obtestatione judicii flatuimus. Verum quia Karolus rex, frater fupradicti regis Lodowici, post decessum imperatoris patris sui, pie memoriæ Lodowici, abbatiæ a prænominato loco, qui dicitur Hammeburg, monasterium, quod appellatur Turholt, situm in occidentali Francia, quod illic genitor suus ad supplementum & victum episcopo, & clericis ejus dederat, reperunt, ut fertur, ministri altaris recedere. Deficientibus quippe necessariis sumtibus ab ipsis recedentium gentibus, & eadem ad gentes legatio prorsus destructa est. Civitas quoque ipsa Hammaburg, Dei permittente occulto judicio, a barbarorum sævitate prorsus devastata est. Contigit namque ex improviso piratas advenientes civitatem navigio circumdedisse, filius vero nostri archiepiscopus Ansicharius ibi positus, [illegible] qui aderant in urbe pia vel in fu[illegible] primo quidem, audito

(*a*) *Ita editio Bollandi.* Pilot. (*b*) *Boll.* genitor. (*c*) *Boll.* Sclavo. (*d*) *Boll.* non legit. Summo. (*e*) *Hic desinit Bollandus.* Sed hinc incipit excerptum a Brunsvicensibus in vita S. Anscharii datum.

ANNO CHRISTI 857.

tes legatio per hujusmodi factum defecit. Ipsa quoque metropolis Hammeburg pene deserta est facta. Igitur dum hæc agerentur, defunctus est diœcesanus Bremensis, quæ hanc conjugat ecclesiæ dicitur. Cumque sæpe dictus rex & hanc diœcesim vacantem, & illam novellam institutionem cerneret deficientem; insuper, & utramque hanc ecclesiam, Dei permitente occulto judicio, per barbarorum sævitiam admodum attenuatam; quærere cœpit, qualiter prædicta Bremensis ecclesia jam dictæ novellæ ecclesiæ probantur existere, & divinis non inimicari præceptis, licita, & faciendæ esse non dubitamus, maxime in tam novellæ Christianitatis plantatione, in qua varii solent eventus contingere. Quamobrem auctoritate omnipotentis Dei, & beatorum apostolorum Petri & Pauli hoc nostro decreto decernimus, seculorum reverentissimi regii Ludowici vorum, ipsas prædictas diœceses, Hammeburgensem videlicet & Bremensem, non deinceps duas, sed unam esse, & vocari, subdique sedi, quæ prædecessoris nostri decreto archiepiscopali est munere fulcimata, cultuiu dumtaxat in Bremensis ecclesiæ rebus Episcopatui Verdensi parti indebita. Nullus vero archiepiscopus Coloniensius ullam deinceps in eadem diœcesi vendicet sibi auctoritatem; quinimo & ipse, & omnibus omnino suademus veræ religionis cultoribus, ut sacra hac legatione fungentibus adjutorio ine & solatio, quatenus gratia hujus beneficii plenam meccedem recipere mereantur ab eo qui dixit: *Ite, docete omnes gentes: & quicumque recipit vos (a) Matth. 28. 19. & cap. 19. 40.* nec recipit, (a.) Itaque omnia a dilecto filio nostro Lodowico ad hoc Deo dignum officium deputata, nostra etiam pia ejus vota auctoritate firmamus. Et quia cafus præteritorum, nos cautos faciunt in futurum, omnem quoque adversitatem, vel contradictentem, atque nostris his studiis quoquomodo obliet insidiantem anathematis mucrone percutimus, atque perpetuæ ultionis ictum

ANNO CHRISTI 857.

A diabolica sorte damnamus, ut cuimen apostolicum more prædecessorum nostrorum cautumque Dei pio affectu zelantes ab adversis hinc inde partibus tutius muniamur. (b) Et quia te, carissime fili Anschari, divina (b) *Hic de-* clementia nova in sede primum dispositi es- *fecit Bremenses.* se archiepiscopum, nosque tibi pallium ad missarum solemnia celebranda tribuimus. Quod tibi in diebus tuis uti, & ecclesiæ tuæ perpetuo statu manentibus privilegiis uti largimur. Idcirco hujus indumenti honor a te servandus est mirum vivacitate. Si ergo pastores ovium sole geluque pro gregis sui custodia, ne qua ex eis aut errando pereat, aut ferinis lanianda morsibus, oculis semper vigilantibus circumfodiant: quanto B fudore, quantaque cura debemus esse pervigiles nos, qui pastores animarum dicimur, attendamus, & ne fusceptum officium interrenis negotiis aliquatenus implicare debeas, admonemus. Vitaque tua sit filiis tuis via. In ipsa, si qua fortitudo illis inest, dirigat, in ea quod imitentur, afpiciant. In ipsa semper considerando proficiant, ut tutum poft Deum videatur esse bonum quod vixerint. Cor ergo tuum neque prospera, quæ temporaliter blandiuntur, extollant, neque adversa dejciant. Distributum nali cognoscant, pium benevoli sentiant. Insontem apud te malitia aliena non maculet, reum gratia non excuset. Viduis & pupillis C injuste oppressis defensio tua subveniat. Ecce, frater carissime, inter multa alia, ista sunt Sacerdotii, ista sunt pallii. Quæ si fludiose servaveris, quod foras accepisse ostenderis, intus habebis. Verumtamen ista omnia superius annexa, ab apostolica fede beatitudini tuæ indulta cognosce, & a fide, & decretis sanctæ ecclesiæ catholicæ Romanæ in nullo deviaveris. Quod si a fide & inditutis fedis Apoftolicæ declinare præsumperis, his noftris tibi collatis beneficiis carebis. Porro te pallio uti nonnisi mense D die concedimus apoftolice, fcilicet, ut fuccessores tui per femetipfos vel legatos fuos fidem nobifcum tenere, ac fanctas fex fynodos recipere, nec non decreta omnium Romanæ fedis Præfulum, & epiftolas, quæ fibi delatæ fuerint, venerabiliter obfervare, atque perficere omnibus vitæ fuæ diebus fcripto fe, & juramento profiteantur. Scripsum per manum Zachariæ Notarii Sanctæ Romanæ Ecclefiæ in menfe majo, Indictione XII. Imperante Lodowico imperatore anno fuo (c) quinto.

(c) *Apud Lunig Spicil. pag. 73. ubi pe- riter hui bulla habetur, redi- legitur: decimo quinto.*

ANNO CHRISTI 858.

NICOLAUS PAPA I.

Sedit ab anno 858. ad 867.

IN EPISTOLAS NICOLAI I.

EXCURSUS CHRONOLOGICUS.

Nicolai I. epistolarum fylloger, epistolarum LXX. completentem, primo quidem Labbeus dedit, cui appendicem fubjecit epistolarum XXIV. adnexuit & aliam quatuor epistolarum, quarum tamen altera fragmenta plura continet ex diversis epistolis E concrafa; tertia vero decreta quædam Nicolai exhibet. Hæ omnes epistolæ ita sunt inter se confuse atque permixtæ, turbato ubique chronologiæ ordine, ut studiosum lectorem confundant plurimum, illuminent parum. Quare lectorum me gratiam inituram credo, fi in rectum chronologiorum ordinem dirigendas illas aggrediar, cujus rei probationes in hoc meo excursu afferam, hisque veluti positis fundamentis, laterculum illarum chronologicum fuperftruam.

Omnium igitur primum conftituo epiftolam ad Adonem Viennenfem, quem cum gallio donet pontifex, ideo in exordio adtae ab illo facræ dignitatis datum non ambigo. Affentiur quidem Baronius compofitionem illam cum Adonis exordio; fed epiftolopatus ejus epocham anno 863. conftituit, cui tamen Pagius ad eundem annum validis argumentis refiftens, demonftrat Adoneni anno 860. poft Aprilim menfem cecpifle. Sit ergo prima omnium ad Adonem Vienenfem epiftola, quam nec nicitiam a Labbeo omiflam, hic integram dabimus.

Succedunt eodem anno datæ epiftolæ inter Labbeanam fecunda & tertia, illis ad Michaelem imperatorem, hæc ad Photium, quarum utraque fuos præfert temporum, characteres, fignatur enim die 25. Septembris, indictione IX. Adrianopoli IV. ad epifcopos in regno Caroli conftitutos, monens illos, ut Ingeltrudem, Boforis comitis uxorem, fugitivam, ad virum fuum revocent, recufantemque anathematæ plectant, hoc forte anno data eft: fi vera fit adnotatio, quam Harduinus in MS. codice nactus eft, fecreto epiftolam hanc ferarat, dum concilium in villa Tuffiaco celebraretur: concilium enim illud anno 860. coivit. Nondum equidem femina illa a pontifice communione fuerat prohibita fuerat, quod ab illo præfitum anno 863. in fynodo Romana. Epiftola vero I. appendicis, hanc epiftolam LV. commemorans, ad eundem, quo illa, annum pertinet.

Sequenti anno 861. epiftolæ forte quidam datæ funt, fed nullæ inter editas occurrunt; niti forte anno huic adfcripferimus epiftolam inter editas a Labbeo LIX. ad Adonem archiepifcopum Vienenfem, in qua certior fit a pontifice archiepifcopus, de refpicientia Joannis Ravennatis, quem fane conftat in Synodo Romæ habita die XVIII. Novembris, indictione X. hoc nempe anno, in obfequium pontificis redifle.

Conciliorum. Supplem. Tom. I.

Annus 861. offert epiftolam quintam ad. Michaelem imperatorem fignatam die XIX. martii, indictione IX. pro X. ita enim legendam monuit Pagius, fuce & alteram VI. ad Photium die XVIII. ejufdem menfis indictione X. fcripsum: eademque die & indictione fignatur quarta ad omnes fideles. Anno vero illo excunte die IX. Calendas Decembris, indictione XI. fcripfit pontifex ad Lotharium regem epiftolam XVII. ad Carolum regem epift. XVIII. ad Ludovicum II. imperatorem epift. XIX. itidem ad Carolum Calvum regem epift. XX. ad Hermentrudem reginam epift. XXI. quæ licet epiftola temporis nota caret, cum tamen in ea Legati ad concilium Metis celebrandum miffi commemorentur, ab hoc anno removeri utique non poteft. Quod etiam argumentum militat pro epiftola XXII. ad epifcopos Galliæ, qui Metim ut fe conferant invitantur, epiftolæ etiam fcripfæ die LXVI. ad Stephanum, qui cauſam fuam dicere in Synodo Legatorum jubetur. Denique eodem anno, & menfe fcripfit pontifex epiftolam XXIII. caracteres illius temporis præfeferentem ad epifcopos in concilio Metenfi refidentes: non quod jam concilium illud Metis haberetur, fed quod illum volvit epifcopis, cum ad concilium venifent.

Annus 863. uber eft diviti epiftolarum fegete. Hoc anno ineunte miffi funt in Gallium ad concilium Metis, celebrandum Joannes, & Rhadoaldus epifcopi, quibus commonitorium datum eft cum epiftola quæ fecunda eft appendicis. Habita in hujus annis exordio Synodus Suefionenfis fynodus, vel fi mavis Sueffionenfis, cum ex Annalifta Bercinano Rothadus Sueffionenfis in fynodo non quidem Sylvanectenfi, fed potius Sueffionenfi damnatus facrit; habita, inquam, hæc fynodus miffe legatum fuum Romam Odonem epifcopum Bellovacenfem, ex quo fit, ut epiftolæ omnes, in quibus Odonis legatus tanquam Romam miffi, fit mentio, ad hunc annum pertineant. Id argumenti probat hoc referendam epiftolam LXIII., quam ab Odone epifcopo delatam affirmat Hincmarus in fua ad Nicolaum epiftola apud Flodoardum lib. 3. cap. 12. Connexio autem argumenti eidem anno, & tempori adfcribit epiftolam LXIV. in qua de affignando epifcopo in ecclefia Cameracenfi, quod etiam præfcribitur in epiftola LXIII. hæc alio fpectat epiftola LXV. Meminit etiam Odonis Romam miffi epiftola LXVIII. ad Hucherium abbatem fratrem Theutbergæ reginæ, & LXIX. ad Ludovicum & Carolum Caroli Calvi filios, quibus de pace cum patre reconciliata adgratulatur. Odonis tandem Romam miffi nomen continet epiftola XXXII. ad epifcopos fynodi Sylvanectenfis, vel potius Sueffionenfis,

ANNO CHRISTI 858.

fis, quam præcessit epistola XXIX. ad Hincmarum, quæ in eadem epistola XXXII. commemoratur. Huc etiam spectat epistola XXVIII. ad eundem Hincmarum, ubi de Odone Romam misso. Meminit & ejusdem epistola LXII. sed hanc in notis ad Romanum concilium anni 863. suspicionis arguimus. Meminit & epistola XXVIII. ad Hincmarum, quæ argumenti connexione fecum trahit epistolam XXIX. ad eundem Hincmarum, & XXX. ad Carolum Calvum. Epistola V. appendicis notas hujus anni præfert IV. Cal. maii, indictione XI. quas pariter easdem servat epistola XXIV. ad Trasulfum abbatem Corbejensem.

Eodem anno die VIII. Kal. novembris convenit synodus Vermeriensis, in qua pontificiæ Nicolai epistolæ quatuor commemorantur; sunt autem epistola LX. ad Carolum regem pro controversia monachorum Anisolensium, & LXI. ad Rothertum Cenomanensem episcopum pro eadem controversia, epistola VI. appendicis ad monachos Anisolenses ejusdem argumenti, ejusdemque & septima, & octava ejusdem appendicis, illa quidem ad episcopos in regno Caroli constitutos, hæc vero ad Hincmarum.

Denique ad hunc pariter annum refero epistolam XIII. appendicis ad Robertum Bituricensem archiepiscopum cæterosque episcopos, quibus nunciat Gunthardi & Theutgardi exauctorationem a se pronunciatam in Romano concilio, quemadmodum de Guntario, quod turbulenta consilia in aures imperatoris insusurret, ex quo intelligimus nondum Guntharium scelera illa in pontificem perpetratum, quæ in exordio sequentis anni commisit.

Qui proxime succedit annus 864. peperit epistolas XXXIV. XXXV. XXXVI. & XXXVII. quarum omnium epocham figit epistola eadem XXXVII. cum in ipsa serie epistolæ, ante Kalendas majas indictionis XII. scripta, illæ indicentur, & in ea pariter epistola Gunthatii facinus commemoretur, qui a facerdotio licet abjectus, re tamen sacra operatus fuerat, quod ab illo præstitum die cœnæ Domini anni 864. compertum est. Petunt igitur illæ epistolæ aliquando ante XXXVII. datæ, quanquam pro eadem causa Rothadi Suessionensis e carcere liberandi, & Romam ut veniret permittendi, ad priores anni hujus menses commode revocantur.

Eo indicio ductus, quod illis verbis exhibetur: *nunc audimus Gunthariam interdixisse sibi ministerium usurpasse*; epistolam primam appendicis tertiæ in editione Veneto-Labbeana tom. IX. col. 1588. seu epistola Nicolai ad legationem Salomonis episcopi (Constantiensis) circa hos menses scripsisse conjicio. Hinc argumenti & temporis connexione, jungenda bulla Nicolai pro episcopatuum Bremensis & Hamburgensis conjunctione, signata majo mense Indict. XI. Ludovici anno XV. quam a Labbeo omissam hic damus ex spicilegio Lunigii pag. 73. Ejusdem anni est denique Lotharii regis epistola ad Nicolaum, in qua detestari se scribit facinus Gunthæi, sacrum munus præstare contra pontificis censuras auli. Legenda est epistola illa inter Nicolai literas Labbeanæ collectionis tom. IX. col. 1517.

Appendicis secundæ epistola I. ad Adonem Viennensem signatur III. Kal. aprilis, indictione XII. nempe anno 864. Nec diu post scripsit Nicolaus epistolam IX. ad Rotlandum Arelatensem, signatam die XII. mali, indict. XII. Diem XV. Kal. octobris indict. XIII. adeoque annum 864. præfert epistola XLV. ad Franconem episcopum. Tungrensem, quem ex sautore synodi Metensis pœnitentem recipit. Congruit authoritas annalistæ Bertiniani, qui hoc anno episcopos regni Lotharii libellos pœnitentiæ ad pontificem *misisse* refatur. Quo tempore Adventii Mercatis episcopi in appendice Labbeana relatos, huc referendus est. Hue pariter Nicolai ad eundem rescriptum in epistola IV. appendicis spectat; hoc ailo trahenda Caroli Calvi ad Nicolaum pro eodem Adventio epistola, literis Adventii a Labbeo promissa.

Anno illo exeunte die III. idus decembris Nicolaus alias dedit ad Adonem Viennensem decretales literas in appendice secunda Labbeana num. II. legendas.

Sequenti anno Nicolaus legatum fuum in Gallias destinavit Arsenium Hortonensem episcopum, datis illi *epistolis ad Ludovicum & Carolum fratres*, ait Annalista Bertinianus, *& ad episcopos & primores Regnorum illorum*, quæ literæ sunt XXV. XXVI. XXVII. Labbeanæ collectionis. Porro Arsenium jam in Gallis agebat, cum data est epistola X. appendix sexta & epistola IV. appendicis tertiæ, in qua Nicolaus ad consulta Arduici respondet. Porro Arsenium anno 865. in Galliam venisse ex auctoritate Annalistæ Bertiniani asserui.

Hunc denique eumdemque annum refert epistola Nicolai ad Salomonem, legenda num. 21. appendicis. Id vero affero ex conjectura, cum geminæ ejusdem Nicolai ad eundem Salomonem, ejusdem fere ac prioris diæ argumenti datæ sint, die VII. Kal. junii, indictione XII. hoc nempe anno. Has epistolas ex anecdotis Martenii tom. III. col. 863. hic damus.

Epistola XX. & XXI. appendicis ad Eglonem Senonensem archiepiscopum electum, & pro illo ad Carolum Calvum datæ sunt. Porro Eglo, ut Sumonem in nota ad eam epistolam ex chronico MS. docet, anno 864. adhuc inter monachos meruerat; anno vero 866. in concilio Suessionensi veluti episcopus interfuit. Quare epistolas illas anno huic congrue adscripseris; quod & confirmat author chronici S. Petri vivi, qui anno 865. Eglonem assumptum tradit.

Anno 866. orientalis causa de intrusione Photii, & S. Ignatii expulsione totum poneficem occupavit. Quanquam & Lotharii pueri epistolam ad universos episcopos num. XI. appendicis datam idibus junii, indict. XIV. Porro ad causam orientalem spectat epistola nona data *Idibus novembris*, Indictione XV. ad Michaelem imperatorem, decima ad clerum Constantinopolitanum, in qua Rhadoaldi damnati in synodo meminit. Epistola undecima ad Photium eadem temporis nota confignata, XII. ad

ANNO CHRISTI 858.

ad Bardam, XIII. ad Ignatium patriarcham, XIV. ad Theodoram Augustam, XV. ad Eudoxiam Augustam; quæ sane epistolæ præterquamquod omnes ejusdem sunt argumenti, eandem fere omnes temporis assignationem præferunt. Epistola pariter VII. licet ad Michaelem imperatorem inscribitur, pars est tamen altera Synodicæ Nicolai ad episcopos fedi Constantinopolitanæ subjectos ex concilio Romano anni 866. missæ. Epistola etiam prima ad universos catholicos, cum enunciet epistolas anno 866. datas, huc pariter referenda est.

Annum claudit epistola XV. appendicis ad Aquitanos, data mense decembris Indictione XV.

Annum sequentem 867. aperit epistola XLVIII. ad Theutbergam reginam, uxorem a Lothario dimissam, quæ signatur die IX. Cal. februarii, Indict. XV. Epistola XLIX. eadem præfert temporis adscriptio-

ANNO CHRISTI 858.

nes cum epistola L. quæ literæ una cum sequentibus num. 51. ad Lotharium regem, & ad Carolum regem transmisse sunt. Post bimestre datæ sunt literæ LIII. ad Ludovicum Germanicæ regem signatæ nonis martii, Indictione XV. Epistola LXX. ad Hincmarum & cæteros episcopos die X. Kal. novembris, indictione I. signatur, quas literas Hincmaro archiepiscopi archiepiscopis reddendas, transmissas fuisse opinor Rodulpho archiepiscopo Bituricensi cum alia ad ipsum epistola Nicolai legenda in appendice num. XIX. ibi enim Rodulpho injungitur a pontifice ut epistolam ad eum transmissam ad Hincmarum, cæteroíque dirigat. Quo argumento annus epistolæ huius XIX. appendicis explicatur. Epistola LV. ad Ludovicum Germaniæ regem data legitur III. Kal. novembris, Ind. decime I. anno scilicet 867. quam pariter temporis adscriptionem exhibent epistolæ LVI. LVII. LVIII.

LATERCULUM CHRONOLOGICUM EPISTOLARUM NICOLAI.

	Ordo motus	*Ordo vetus.*
Anno Christi 860.	I.	I. *appendicis noftræ* ad Adonem Viennenfem.
	II.	II. ad Michaelem imperatorem.
	III.	III. ad Photium.
	IV.	IV. ad epiſcopos in regno Caroli conſtitutos.
	V.	I. *appendicis* ad Carolum regem.
Anno 861.	VI.	XLV. ad Adonem archiepiſcopum.
862.	VII.	V. ad Michaelem imperatorem.
	VIII.	VI. ad Photium.
	IX.	IV. ad omnes fideles.
	X.	XVII. ad Lotharium.
	XI.	XVIII. ad Carolum regem.
	XII.	XIX. ad Ludovicum imperatorem.
	XIII.	XX. ad Carolum Calvum regem.
	XIV.	XXI. ad Harmentrudem reginam.
	XV.	XXII. ad epiſcopos Galliæ &c.
	XVI.	XXIII. ad epiſcopos in concilio Metenſi.
Anno 863.	XVII.	Commonitorium ad Joannem, & Rhadoaldum A. S. Legatos in Galliam.
	XVIII.	II. *appendicis* ad eoſdem.
	XIX.	V. *appendicis* ad Hincmarum.
	XX.	XXIV. ad Trafulfum abbatem
	XXI.	XXXV. ad Rothadum.
	XXII.	LIII. ad epiſcopos regni Lotharii.
	XXIII.	LIV. ad Lotharium regem.
	XXIV.	XXV. ad Hildaunum clericum.
	XXV.	LXVI. ad Sedechiam Sonienſem.
	XXVI.	LXVIII. ad Huchertum abbatem.
	XXVII.	LXIX. ad Ludovicum, & Carolum Caroli Calvi filios.
	XXVIII.	XXVIII. ad Hincmarum.
		XXIX. ad eundem.
	XXIX.	XXXII. ad epiſcopos in Synodo Silvanectenſi vel Sueſſionenſi.
	XXX.	XXX. ad Carolum regem.
	XXXI.	LXVII. ad univerſos epiſcopos.
	XXXII.	IX. ad Carolum regem.
		LXI. ad Robertum Cenomanenſem epiſcopum.
	XXXIII.	VI. *appen.* ad monachos S. Carilefi.
	XXXIV.	VII. *appen.* ad epiſcopos in regno Caroli conſtitutos.
	XXXV.	VIII. ad Hincmarum.
	XXXVI.	XIII. *appendicis* ad Robertum Bituricenſem

ad

ANNO CHRISTI 858.

Ordo nov.	Ordo vet.	ANNO CHRISTI 858.
	fem archiepiscopum.	
Anno 864. XXXVII.	XXXV. Ad Rothardum episcopum Suessionensem.	
XXXVIII.	I. *appendicis II.* ad Adonem Viennensem.	
XXXIX.	IX. *append.* ad Rotlandum archiepiscopum Arelatensem.	
XL.	XIII. *append.* ad Rodulphum Bituricensem.	
XLI.	II. *appendicis nostræ.* Bulla pro conjunctione episcopatuum Hamburgensis, & Bremensis.	
XLII.	XXXV. ad Carolum Calvum regem.	
XLIII.	XXVI. ad Hermintrudem regiram.	
XLIV.	XXXVII. ad Hincmarum.	
XLV.	XLV. ad Franconem Tungrensem episcopum.	
Anno 865. XLVI.	XXVII. ad Ludovicum Germaniæ regem, & Carolum Calvum.	
XLVII.	XXVI. ad episcopos in regno Caroli.	
XLVIII.	XXV. ad Carolum Calvum regem.	
XLIX.	X. *append.* ad episcopos in regno Lotharii.	
L.	III. *appendicis II.* ad Adonem Viennensem archiepiscopum.	
LII.	XX. *appen.* ad Eglonem archiepiscopum Senonensem.	
LIII.	III. *appendicis nostræ* ad Salomonem Britannorum regem & ejus conjugem.	
LIV.	IIII. *append. nostræ* ad eundem.	
LV.	XXI. *appen.* ad Carolum Calvum regem.	
LVI.	XXII. *append.* ad Salomonem regem Britannorum.	
LVII.	XX. ad Carolum Calvum regem.	
LVIII.	IV. *append. III.* Responsa ad consulta Arduici.	
LIX.	V. *appendicis nostræ* Ad Festinianum episcopum Dolensem.	
Anno 866. LX.	XI. *append.* ad universos episcopos.	
LXI.	I. ad universos catholicos.	
LXII.	VII. Ad Michaelem, seu potius continuatio epistolæ ad universos catholicos.	
LXIII.	IX. ad Michaelem imperatorem.	
LXIV.	X. ad Clerum Constantinopolitanum.	
LXV.	XI. ad Photium.	
LXVI.	XII. Ad Bardam Cæsarem.	
LXII.	XIII. ad Ignatium patriarcham.	
LXIII.	XIV. ad Theodoram Augustam.	
LXIV.	XV. ad Eudoxiam Augustam.	
LXV.	XVI. ad Senatores Constantinopolitanos.	
Anno 867. LXVI.	XLVIII. ad Theutbergam reginam.	
LXVII.	XLIX. ad episcopos in regno Lotharii.	
LXVIII.	L. ad Carolum Calvum regem.	
LXIX.	LI. ad Lotharium regem.	
LXX.	LIII. ad Ludovicum Germaniæ regem.	
LXXI.	LXX. ad Hincmarum, & cæteros episcopos regni Caroli.	
LXXII.	XIX. *appen.* ad Rodulfum archiepiscopum Bituricensem.	
LXXIII.	LVII. ad Carolum Calvum.	
LXXIV.	LV. ad Ludovicum Germaniæ regem.	
LXXV.	LVI. ad eundem.	
LXXVI.	LVIII. ad episcopos in regno Ludovici.	

AP-

ANNO CHRISTI 858.

APPENDIX AD EPISTOLAS NICOLAI I.

I.

AD ADONEM ARCHIEPISCOPUM VIENNENSEM.

Pallium novo archiepiscopo mittit, ad quem acta Synodi a se Romæ celebratæ transmittit.

Nicolaus episcopus servus servorum Dei Reverendissimo, & sanctissimo Adoni Viennensi confratri nostro archiepiscopo.

Extat apud Baron. Annal. An. 863. n. 1.

SAnctioni, & institutioni canonicæ obtemperantes, vestræ dilectionis apices destinare curavimus, quibus cordi apostolico lætitiam dedimus, licet eisdem perlectis, mærore affecti fuerimus, eo quod quatuor Synodos observantes, Quintam, & Sextam prætermiseritis. Nam in petitione pallii vobis annulmus. Verumtamen istiusmodi occasione nacta, non fuerat postulatio vestra implenda, nisi recentica intentione directæ Scripturæ cognovissemus vos per omnia tenere velle quod sancta dogmatizat ecclesia. Ideoque volumus, pariterque sanctitatem vestram rogamus, ut sub omni celeritate dirigatis qualiter vos de ipsis V. & VI. Synodis sentiatis. Gratia Sancti Spiritus adhortante, atque adjuvante, in mense martio pro diversis ecclesiæ utilitatibus synodum Romæ celebravimus. Ubi etiam quædam capitula statuimus, ipsaque vestræ sanctitati custodienda, seu confratribus vestris archiepiscop. per vos transmittenda direximus, & sufragancis vestris, ut hoc instruatis, observare hortamur.

II.

AD SALOMONEM BRITANNORUM

Regem, & ejus conjugem,

Recusat mittere pallium Festiniano Dolensi episcopo, donec authenticæ scripti de illius jure convincatur.

Salomoni Britannorum regi, ejusque conjugi Cyenbret.

Ex Martene Anecdot. Tom. III. pag. 89. cum seq.

PRopositum quidem apostolatus noster per sanctæ gloriæ vestræ suggestionibus respondere; sed utrum fuerint suggestiones, quas quidam presbyter & alii Britanniæ gentis homines in scripto nobis detulerunt, apertio ipsius scripti & impressio sigilli, quæ paginæ decrat, nos ambiguos reddit. Unde vestra prudentia curet necesse est, jam post hæc sua scripta propriis signo nobis impressa atque..... munita mittere, ut nihil addi, nihil minui, nihil immutari, præter quod a vobis in his inseri jussum fuerit, subdole queat. Unde quia, quæ postulasse credimini, pia fuit; dilectioni vestræ super his brevi stylo, quod divinitus fuerit inspiratum, referare curabimus. Igitur deprecamini nos, ut pallium fratri & coepiscopo nostro Festiniano, qui ecclesiæ S. Saxonis præsse dinoscitur, dirigamus, quod interim ideo non facimus, quia, sicut olim nos scripsisse meminimus, ut pro tantæ dignitatis gratia nulla solemnis videtur fuisse omissa petitio, nec obtervata postulatio ordine legitimo consequenti. Ergo ut multa prætereamus, adeo jam tempore fluxistis, qui tanti apud nos meriti esse perspexi, & tale opitulatore Domino munus adipisci defideret, scripsa illa, quæ ab apostolica sede prædecessores ejus in acceptione pallii percoperunt, transmittere; quatenus eisdem scriptis, quæ a prædecessoribus meis data sunt, diligenter inspectis, per eorum quoque & nos vestigia inoffensis greffibus incedamus. Mittat etiam & alia scripta pariter, & idoneum ex proprio clero legatum. Scripta siquidem fidei catholicæ documenta, de obtervandarum B. Petri apostolorum Principis cathedræ decretalium sanctionum promissa circumferentia: legarum, verò, qui jurejurando, positis super sacrum evangeliorum codicem manibus, affirmet, antiftitem fuum ita credere, atque ita deinceps obtervaturum esse, sicut illa scripta nobis ab eo missa testari vel continere noscuntur. Quoniam ita est apostolicæ sedis auctoritas & sanctæ Romanæ, cui Deo disponente præsumus, ecclesiæ irrefragabilis obtervatio. Is autem, qui fuerit, ita properet omni ex parte mutius, ut si non esse eit, saltem XXX. hic valeat demorari diebus, quatinus quod utilitas & mos ecclesiasticus dictat, affectus recedendi non adimat. Ad ultimum sane monemus, ut quotiescunque nobis epistolam vestram miseritis, talem hominem hanc deferentem dirigatis, qui nulla inquietudine stimulent, sed tandiu apud nos moretur, quousque de quibus consultis Dprovida consideratione, ac sufficienti spatio rescribere valeamus. Datum VII. Calendas junii Indictione XIII.

III.

AD SALOMONEM REGEM BRITANNORUM

Ejusdem argumenti, ac superior.

LEtis gloriæ vestræ literis, quas nostro præsulatui fine impressione signaculi alicujus dirigere visi estis, reperimus in eis vos nobis mandasse, quod & ante vos sæpe mandastis, scilicet ut pallium Festinianò venerabili Dolensi antistiti ab apostolica sede, cui divinitus præsumus, mitteremus. Sed antequam ad hæc consulta aliqua rescribere mus, convenerat nobis pro hoc quod nomen vestrum apostolico nomini (scribendo præpositilis, vos modesta increpatione corrigere. Tamen quia apostolica manisestato ne-

mi-

ANNO CHRISTI 858.

minem repentina unquam invectione redarguit, & per negligentia forte scriptoris hoc evenisse utcumque cognovit, difficile vos modo pro meritis coercere, quod tantum volumus emendetis, quantum correctioni ecclesiasticæ pro tam præsumptiva factione fubiacere formidatis. De palliis vero diversitate, quam dicitis, simulque Turonensi metropoli, sæpius vobis ea quæ rationis sunt scripsimus: sed ficut in literis vestris celegimus, ad scripta nostra aurin non cordis inclinastis intuitum. Restat ergo, ut tandem quæ sit apud vos antiquitus metropolis intuearmini. Metropolis enim vestra est, ficut dudum vobis significavimus, Turonensis ecclesia, ut sese habent munimenta præcedefforum nostrorum, & priorum exempla oftendunt, ad quam vestræ regionis episcopos oportet recurrere, & quæ judicii fementiam, refervata fedis apoftolicæ potestate, exquirere modis omnibus, non detrectare, Quoniam reprehenibilis effe videtur, ut ob diffidentem regni quis filii fui, regia nulla fuerit vos audiuntur, vindicare nitatur. Quapropter, fili mi, ne præbeatis illa volentibus affenfum, fed & alios ad verba veftra per exemplum obedientiæ admonitis, & ficut ait Apoftolus, humiliamini fub potenti manu Dei, ut vos exaltet in tempore tribulationis. Quia fi monitis noftris obedientes extiteritis, omnibus bonis repletbimini, & poft finem hujus fæculi regnum, quod vivit in æternum, oranibus fanctis apoftolis capietis. Porro fi aliquas auctoritates habetis, quæ apud Britannos metropolim fuiffe declarent, aut decefforum noftrorum pontificum quæcumque fcripta id oftendentia retinetis, ad nos ea dirigite. Meminat etiam & Turonenfis ecclefia nobis fimiliter, fi habeat, auctoritates, quæ illam fuffraganeam fuam exiftiffe teftentur, quatenus utrifque partibus auditis, inter utramque quæ fit metropolis cognofcamus. Quia licet vos elamantes & illa clamat, metropolitanatus jura apud Britannos regni iftius tenuiffe, atque tenere. Aut fi forte fuppofita ecclefia authoritates, aut veftra quas habuit perdidit, & miffionis illius nodum referare, aut ex utriufque partibus idoneos præcipuofque legatos, qui fciant plenam de omnibus reddere nobis rationis integritatem, nobis tranfmittite, ut, ficut prædiximus, inter vos adjuvante Domino finem ponamus.

ANNO CHRISTI 858.

porius, quam fimplicitate prorfus utentes. Sed cum jam pro hoc ipfo faltem veftrum reprehendentirmus, valde mirumur, cur non refipifcitis, modum veftrum minime transcendentes, & quo non congruit, greffus ducentes: pro quibus fine congrua invectione, non jam exhortatis, nifi nos utrum a vobis, an non iidem apices deftinare effent, qui ligno veftro carere videbantur, intentio dubios redderet, & apoftolica manfuetudo correctionis adhuc tempus more folito prolaret; quod tamen evidenter, quantum correctioni eccleſiaſticæ pro tam præſumptiva factione ſubjacere paveſcitis. Monuemus fiquidem vos, qui palli ufum quæritis Dolenti eccleſiæ deſtinari, ut ſcripta illa, quæ ab apoſtolica noſtra ſede prædeceſſores veſtri in ſuſceptione pallii percepere, nobis diretiſſime; quatenus nos eiſdem diligenter inſpectis, per deceſſorum noſtrorum veſtigia gaudentes, ſubjungentes, ut epiſtolæ, quarenus magis creduli redderemur, cum epiſcopali & regia bulla ſignare, & miſſas veſter idoneus ſcripta ipſa ſubſequenter; ſed vos facere id difficilis. Poſtremo contentione apud Britannos, quis fuerit Metropolitanus obortus, ſtatuimus ut ad Turonicam ſedem, quam metropolim veſtram eſſe plurium judicia demonſtrant, recurreretis, aut ad apoſtolatum noſtrum deſtinare, conſentientibus, quatenus quæ fuerit apud vos metropolitana eccleſia appareret. Sed neutrum horum perficere voluiſtis. Quapropter quia Turonenſis eccleſia, quantum comperimus, metropolim veſtræ provinciæ eſſe eſt, ut ipſam veſtri ſequantur epiſcopi, ipſamque in ſuis negotiis adeant, & ipſius judicium exquirere non detrectent, ſicut ſe habent monumenta deceſſorum noſtrorum pontificum, & priorum exempla evidenter oſtendunt. Quia vos, qui tantum ſeptem epiſcopos habetis, quæ cauſa eccleſiaſticæ traditionis vos ſinat habere metropolitanos ignoramus: præcipue cum epiſcopus non a ſeptem, ſed a duodecim auditi præcipiatur; & cum aliquis negotii inter vos cauſa ventilanda eſſet, quæ duodenario numero epiſcoporum debeat audiri, cum ob diviſionem regni vicini non poſſint vocari antiſtites, unde fiet, ut domina eccleſiæ patriarchas generentur, quemadmodum factum in illis de epiſcoporum dejectione reminiſcimus regionibus. Vos ramen ne vocemini metropolitanus, neque ſcripta deceſſorum veſtrorum præſulum, quæ in acceptione pallii veſtri perceperunt prædeceſſores, nobis mittatis: quia ſi palli munus ab hac ſancta ſede veſtra promeruit eccleſia, fine ſcriptione aliqua, quam in archivis veſtris recondere debuiſtis, tantæ dignitatis donum conceſſum minime vobis fuit. Scripſiſtis præterea nobis, ut hujus Romanæ ſanctæ eccleſiæ gratia ſuſ Severinus Reſtoaldum deceſſorem veſtrum, ficut in noſtris legitur geſtis, in archiepiſcopum conſecraſſet, & Adrianus cuidam Juthinaleo pallium dediſſet. Sed nos utrorumque geſtis revolutis nihil in eis ſuper his penitus valuimus reperire. Tamen ut anceps intentio a medio auferatur, ſi adeo contentiofus agere vultis, ut Turonenſem ſedem veſtram metropolim non eſſe dicatis;

ANNO CHRISTI 858.

catis, fanctimus, ut diximus, mandantes fratri & coepiſcopo noſtro Heraldo, qui ei præſidet, ut ad noſtrum pontificium legatum ſtatim tranſmittat; cum eo ſiremous veſtros dirigatis legatos, pariterque ſcripta, quæ protulimus, deſtinantes, quatinus utriuſque partibus coram nobis auditis, æqua lance cauſa libraca, quæ ſit apud vos metropolitana eccleſia luce clarius agnoſcatur. Datum xvi. Calendas junias indict. xiv.

ANNO CHRISTI 858.

FRAGMENTUM EPISTOLÆ NICOLAI I. AD ALBUINUM.

(forte Adonem archiepiſcopum) VIENNENSEM, ut eſt apud Gratianum diſt. 27. Quod interrogaſti. Sed hic datur integries.

Ex reſcripto Liodicenſium ad Trajectenſem in codice Udalrici lo. 11. col. 328.

QUod interrogaſti de fœmina, quæ poſt obitum viri ſui velamen ſuper caput impoſuit, & finxit ſe ſub eodem velamine ſanctimonialem eſſe, poſtea vero ad nuptias rediit: bonum & canonicum (a) nobis videtur, quod per hyperoptiſm eccleſiaſticam regulam contrariare voluit, & non legitime in voto ſuo permanſit, ut pœnitenciam de illuſione nefanda (b) agat, & revertatur ad id quod ſponderat, & in ſacro miniſterio inchoavit. Nam ſi conſenſerimus, quod omnia eccleſiaſtica ſacramenta (c) quiſquis, prout vult, fingat, & non vere faciat, omnis modo eccleſiaſticus ordo penitus corruet, nec catholicæ fidei jura conſtituet, nec facri ordines rite obſervanti (d). Tales ergo niſi reſipiſcant ſpiritualiter, ſicut ſcripta ſunt, ipſamque in ſuis negotiis adeant, & ipſius judicium exquirere non detrectent, ſicut ſe habent monumenta deceſſorum noſtrorum pontificum, & priorum exempla evidenter oſtendunt. Quia vos, qui tantum ſeptem epiſcopos habetis, quæ cauſa eccleſiaſticæ traditionis vos ſinat habere metropolitanos ignoramus: præcipue cum epiſcopus non a ſeptem, ſed a duodecim auditi præcipiatur; & cum aliquis negotii inter vos cauſa ventilanda eſſet, quæ duodenario numero epiſcoporum debeat audiri, cum ob diviſionem regni vicini non poſſint vocari antiſtites, unde fit, ut domina eccleſiæ patriarchas generentur, quemadmodum factum in illis de epiſcoporum dejectione reminiſcimus regionibus. Vos tamen ne vocemini metropolitanus, neque ſcripta deceſſorum veſtrorum præſulum, quæ in acceptione pallii veſtri perceperunt prædeceſſores, nobis mittatis: quia ſi palli munus ab hac ſancta ſede veſtra promeruit eccleſia, ſine ſcriptione aliqua, quam in archivis veſtris recondere debuiſtis, tantæ dignitatis donum conceſſum minime vobis fuit. Scripſiſtis præterea nobis, ut hujus Romanæ ſanctæ eccleſiæ gratia ſuſ Severinus Reſtoaldum deceſſorem veſtrum, ficut in noſtris legitur geſtis, in archiepiſcopum conſecraſſet, & Adrianus cuidam Juthinaleo pallium dediſſet. Sed nos utrorumque geſtis revolutis nihil in eis ſuper his penitus valuimus reperire. Tamen ut anceps intentio a medio auferatur, ſi adeo contentiofus agere vultis, ut Turonenſem ſedem veſtram metropolim non eſſe dicatis;

ANNO CHRISTI 858.

ne veſcint, ab omni potu, quo inebriari poteſt, ſe contineant; & ſi potum biberint minime carne vescant. Infra hebdomadam ſcilicet tertiæ feriæ, & quintæ, & ſabatæ, aliæ autem feriæ ſint pura, ideſt ſecunda & quarta & ſexta.

Dominici veri dies ſint abſoluti. Deinde uſque ad finem (c) anni tres legitimas ferias per tres quadrageſimas in anno legitime cuſtodiat, ſextam vero feriam, quandiu vixerit, in pane, & aqua obſervet. Arma non ferat niſi contra paganos. Occiſum nulli præbeat. Sacrificium niſi pro viatico minime ſumat, & ſi fine uxore eſſe (d) nan- (b) f. contigerit. quam aliquem contigerit.

Si vero conjugatus eſt, poſt quinque annorum pœnitentiam non penitus privetur conjugio. Qui autem in aliis gradibus uſque ad ſeptimum lineam incidunt reperiuntur decem annis, ſicut ſupra dictum eſt, pœniteat.

Sane Sacerdoti conſideranduin eſt, ſi ſemel peccavit, aut quanto tempore quis in vitio perduravit, aut ſi caſu, aut ſi non ſponte, aut neſciente ineciem perpetravit, & conſiderata qualitate, ſecundum quantitatem peccati provida mente lapſo pœnitentiam injungat.

Si quis fornicatus fuerit cum matre ſua, aut cum ſorore ſua, ſive cum filia ſua, in primis ſeptem annis in ſolo pane, & aqua vivat, ſicut ſupra dictum eſt, exceptis dominicis & feſtis diebus, & in eiſdem ſeptem annis domum Domini minime ingrediatur; dein uſque ad expletionem viginti primi anni tres legitimas ferias obſervet in pane & aqua; poſtea vero omnibus diebus vitæ ſuæ ſextam feriam in pane, & aqua cuſtodiat, & ſi fine uxore eſt, nunquam aliquando copuletur. Quod ſi uxorem habet poſt ſeptimum annum uxori reddatur. De armis vero, & pace & facri corporis percepcione, ſicut ſupra dictum eſt, fiat.

Si cum amita vel matertera, ſi conſobrinus cum conſobrina, ſecundum antiquam diffinitionem in duodecim annis penitear (e) Exci- (e) Excommunicatus humanius diffiniere, decem non ſanus. annis. Si cum agnata, vel cognata a tertia uſque ad ſeptimam progignitatem ſecundum antiquam & humanam definitionem; ſi tertia, fuerit duodecim annis pœnitear, ſi quarta decem, ſi quinta octo, ſi ſexta ſeptem, ſi ſeptima quindecim, ſi ſocer cum nuru, ſi gener cum ſocru, ſi vitricus cum privigna; ſi privignus cum noverca; ſi cognatus cum cognata, quæ eſt uxor germani ſui, aut germana uxoris ſuæ ſecundum antiquam & humaniorem diffinitionem decem annis pœnitear; ſi fecunda uxoris ſuæ ſeptem annis pœnitear; ſi tertia decimum ſi quarta ſex; ſi pater & filius, aut duo fratres cum una muliere, aut cum matre & filia, aut cum duabus ſororibus; aut cum duabus commatribus (a) Supple: exceptis, ac ſuperſ. E bus forcibius; aut cum duabus commatribus ſecundum antiquam & humaniorem diffinitionem octo annis pœnitear; ſi cum ſacrata

(a) In rubr. deeſt & canonicum. (b) De illuſione nefanda Deeſt.
(c) In edit. additur: eccleſiaſticus quisquis.
(d) In edito additur: Quid enim profuit Simoni Mago baptiſmum ſacrum fuiſſe ſuſceptum, & incircitio permanſiſſe in fraude, cum per apoſtolum fraude ejus detecta, quod ibi futurum eſſet pronunciatum fuit? Alit enim: Peccanta tua rogavi ſi in præſentiarum: cor enim tuum non eſt rectum coram Deo. Pœnitentiam itaque age ab hac iniquitia tua, & roga Deum, ſi forte remittatur tibi hac cogitatio cordis tui; in felle enim amaritudini, & obligatione iniquitatis video te eſſe. Idco tales dec-

ANNO CHRISTI 838.

virgine, vel cum sanctimoniali, sive cum uxore alterius; si compater cum commatre, vel frater cum sorore in Christo secundum antiquam diffinitionem decem annis panitcat Toletan. I. cap. XVI. humana diffinitione septem; cum devota quæ est velle mutata; si cum clerico vidua, vel desponsata alterius; si cum presbytera, vel diacona; si cum vidua vel pagana secundum antiquam diffinitionem decem annis panitcat; humana diffinitione septem; si cum vidua æquali, vel publica meretrice, aut ancilla alterius secundum antiquam & humanam diffinitionem annis quinque panitcat; si cum laica virgine, quam nec quoniam accipit uxorem secundum antiquam & humanam diffinitionem

ANNO CHRISTI 838.

A quatuor annis panitcat. His autem fœminis cum quibus omnibus suprascriptis personis incestus & nefandus commixtionibus commisceretur, similiter ut ordo est mulierum, ita panitcat. Sic tantum & is qui hoc malum consenserit; alioquin fe ut fuerit modus culpæ, ira a prudentissimo sacerdote judicentur. Præterea si, quod absit, de ordine clericorum forte ex his omnibus personis, quæ supra commoratæ sunt in aliqua ruerit, quæ incestæ dicuntur. Notandum, quod unumquemque laicus quinque annis judicatur; subdiaconus septem; Diaconus & monachus decem; Presbyter quatuordecim; episcopus decem & octo, & his similia quæ sequuntur.

TURONENSIS SYNODUS,

In qua canonum collectio data est ab Herardo archiepiscopo,

Anno 858.

Anno 858. *Uthor fragmenti hiſtoriæ Britanniæ Armoricæ, vulgatus in Anecdotis P. Martene vol. 3. pag. 842. ſcribit*: Conſtituit dominus Herardus in Turonica ſede *generalem ſynodum VII. Calendas* (lege XVII. Calendas ut infra) *junii*, in qua quædam sanctorum canonum capitula excerpſit, atque firmiter cuſtodienda *latina Regnos collectionis exordium ex ueteri Redonenſi codice exstat in Galliæ Chriſtianæ tom. I. pag. 744. quod huc transfero*.

In nomine Dei ſalvi. Ego Herardus immerito Turonenſium pontifex anno Incarnat. Dominicæ 858. ordinationis quoque noſtræ III. indict. VI. cernens eccleſiam mihi commiſſam partim negligentia, tempore, vel deſidia, partim præſidentium incuria Sacerdotum, atque ignavia, variis & innumeris cladibus affici, excidiis concuti, & quod dignum adhuc gravius fore comperimus, diverſis animarum laqueis, ac quotidianis erroribus deperire, inſtinctu, ut creditmus, miſericordiis ſuperæ per paucula eaque admodum neceſſaria, literarum admonitionem Ccolleƈta capitula, Sacerdotum tortus nobis creditæ parœciæ generali in urbe ſedis noſtræ conclamata 17. Cal. junii Synodo, publice recitari, & ut ad omnium præſentium notitiam, & intelligentiam pervenire valerent, coram cunctis perlegi fecimus, & revolvi. Et quoniam auctoritas ſacra canonum nulli Sacerdotum canones ignorare permittit, ne quemquam in reliquos nobis commiſſorum hujus ordinis expertem noverimus canonum, decrevimus, paritereque injunximus, excerpta per noſtri laboris ſtudium hæc modica ſuccinƈtaque capitula unumquemque habere in poſſerum.

SYNODUS MOGUNTINA

In qua

Abbo quidam reus inceſtarum nuptiarum damnatur,

Anno circiter 858. habita.

Anno 858. VEnetus Labbei editor epiſtolam Nicolai I. papæ ad Carolum Moguntinum archiepiſcopum, ejuſque ſuffraganeos in collectione monumentorum Marteniana nactus, affignandum illam cenſuit concilio Moguntino, quod ex vetuſta Francorum annalibus anno 857. octobri menſe ineunte celebratum fuiſſe conſtat. Verum Moguntinum concilium ab eo plane diverſum quod anno 857. octobri menſe convenit, in eadem epiſtola deſignari, penes me certum eſt. Profecto Moguntinum concilium anni 857. Benedicto papa adhuc in vivis agente, quique deinad alios ſex menſes vitam prorogavit, celebratum eſt. Cur ergo ejus ſynodica ad Nicolaum papam, & non potius ad eundem Benedictum directa fuerit? Si vero hanc ſynodicam Patres ad Benedictum miſerunt, cur Nicolaus in ſua illa epiſtola nihil quidquam dixerit de epiſtola ad Benedictum directa, cujus vice ipſe primum reſpondisſit? Quin, & idem pontifex Nicolaus non obſcure ſignificat ad ſe quidem eam ſynodicam directam fuiſſe, cum patres illos certiores reddat, nequaquam a ſe ſcriptam epiſtolam, quandam, quam Grimoldus quidam abbas, velut ab ipſo Nicolao receptam, patribus ejuſdem concilii exhibuit. *Epiſtola vero, quam vobis, quaſi a nobis miſſam, Grimoldus obtulit abbas, nunquam noſtro eſt ſcripta ſcripta, neque a nobis edita*. Addit inſuper in eadem epiſtola probare ſe eorum ſtudium, quod

ANNO CHRISTI 859.

quod *fraudium noſtræ inſtitutionis deliberationem Synodali exauctoritate inquietare ſtudueriſt*, num reipſa Abbo conjugem ibi fœminam quarto neceſſitudinis gradu conjunƈtam duxiſſet. Ex quibus demonſtrari arbitror Nicolaum aliquandiu ante concilii celebrationem per literas ſuas admoniſſe Carolum archiepiſcopum, ut ſynodo coaƈta de nuptiis illis inquireret; ex quo liquido conſtat aliquandiu poſt Nicolai aſſumptionem concilium illud convenisſe. Quid vero in hoc ſecundo Moguntino concilio actum ſit, ex eadem Nicolai epiſtola in collectione Veneto-Labbeana tom. IX. col. 1270. legenda, & ex iis quæ de inceſtis Abbonis nuptiis attigi, planum eſt.

ANNO CHRISTI 859.

LINGONENSE CONCILIUM IN ABBATIA SS. GEMINORUM SEUSIPPI, ELEUSIPPI, ET MELEUSIPPI,

In quo largitio quædam pia aſſeritur,

Anno 859. habitum.

Concilii hujus ſola ſupereſt mentio in charta piæ largitionis factæ a Jona Epiſcopo Eduenſi relata in Galliæ Chriſtianæ tom. IV. pag. 55. append. novæ editionis, quam hic ſubjicio.

Anno 859. JOnas, ſuperna permittente clementia, Eduorum epiſcopus, ſedulo perpendens mortales Deo ſervire diu non poſſe ſine terrenarum rerum adminiculo; atque paſtoris officium eſſe gregibus ſibi creditis geminam Cimpendere paſtionem, ſpiritualem videlicet, & carnalem; quia dum carnalis impenditi, ſpiritualis uberius creſcit; adhibito presbyterorum, diaconorum, ac ſequentis ordinis ejuſdem eccleſiæ conſenſu, ob divini cultus amorem ſuperaddere ſtudui, quæ ratio diſavit, atque neceſſaria fore exiſtimavit. Quare licet jam antea quædam res ad canonicorum victum adminiſtrandum, a prædeceſſoribus eſſent collatæ: quia tamen pro quarumdam ſui, & hinetis longioris difficultate quotidiani victus penuriam paterentur Canonici, Simoniacam Villam Indominicatam, cum omni ſua integritate ad quotidianum eorum potum beneficium ſuperaddere, Dquod ex eodem fundo Ragopedus habebat, ut idem prædium cum omnibus ad ſe pertinentibus ipſorum uſibus integrum deferviret, quatenus ad ſupplementum ſui ſuſſulti, in Chriſti militia devotiores exiſtant; nec ſolum pro principibus, ut ſanctus inſtituit Leodegarius, ſed pro rectoribus totius eccleſiæ & univerſo grege jugiter divinam exorent miſericordiam. Et quia ſæpiſſime evenire ſolet, ut quæ pio & devote ad divini cultus honorem ordinantur, occaſione malitiaria convelluntur; neceſſarium judicavit privilegium illud authoritate Pontificali firmandum: quatenus de ſupradictis, vobis occaſione qualibet nihil a ſucceſſoribus auferatur, aut pro eiſdem aliquid terreni ſervitii aut muneris exigatur. Actum in Territorio Lingonenſi in Abbatia SS. Geminorum, Seuſippi, Eleuſippi, & Meleuſippi, XIII. Kal. Maii, XVIII. Karoli glorioſiſſimi Regis, indict. VII. Teſtes adfuerunt infra ſcripti, quos ſynodalis celebritas convocarat. Remigius Granationſis, Godefaldus Cabilonenſis, Grundicus Matiſcenſis, Abbo Mauricennenſis, Remigius Dienſis, Rathgus Valentinenſis, Ebrardus Chorepiſcopus, Berardus Abbas Melundenſis. Chartam confirmavit Carolus Ludovici Auguſti filius, Caroli item Auguſti nepos, Turſiaci XVIII. Kal. Julii eodem anno, quo facta eſt. Confirmavit item Johannes pontifex, procurante Hermæo Hirmingardis comitiſſæ Cabilonenſis filio, epiſcopo Heduenſi.

ANNO CHRISTI 860. 861.

ROMANA CONCILIA DUO,

Aliud a quo Rhadoaldus & Zacharias episcopi Constantinopolim missi ad causam Ignatii & Photii explorandam; aliud, in quo gesta a legatis illis infecta declaratur.

ANNO CHRISTI 860. 861.

Anno 850. & 861. habita.

ROmana concilia plura sub Nicolao I. pontifice celebrata Labbeus diligenter recensuit; unum aliquod scriptor ille exterisque omisertum, quod hic dare opportunum arbitror. Nicolaus I. pontifex certior factus de turbis, quæ Constantinopolitanam ecclesiam agitabant, quid facto opus esset, cogitandum sibi duxit. Quare coadunato ex occidentis Romanæ cleri cæterisque, qui forte Romæ aderant, concilio, ἐκτίσιμον, quas a legatis Photii excerperat literis, una cum universo illo concilio sententia flaruit eo mittendos Rhadoaldum Portuensem, & Zachariam Anagninum episcopos, ut totam rei æræ in depositione Ignatii, & Photii affumptione caulam diligenter examinarent, eamque integram ad pontificem deinde referrent: insuper & concilio episcoporum coacto dogma de sacrarum imaginum cultu novo definitione confirmarent. Concilium hoc ad legatos Constantinopolim mittendos habitum indicat Nicolaus ipse pontifex in epistola I. ad universos catholicos his verbis: *Duos episcoporum, qui nobiscum erant, una cum ecclesia, quæ apud nos est, datis literis Constantinopolim e latere nostro direximus.* Idipsum de episcopis a se, & ab ecclesia, quæ secum conveniunt, diserte repetit idem Nicolaus in epistola IX. ad Michaelem imperatorem: *Rhadoaldum, & Zachariam una cum ecclesia, quæ apud nos est, Constantinopolim direximus.* His onerati a Nicolao, & concilio Romano mandatis legati Constantinopolim venerunt, ibique intra fines a pontifice sibi præscriptos minime se continentes, non explorarunt tantum causam & rationem depositionis Ignatii, ut rem integram ad pontificis judicium referrent; sed & de tota causa sententiam, Ignatium abdicantes, & Photium assumentes, tulerant. Id vero ut rescivit pontifex, referente Leone Michaelis imperatoris legato, statim coram eodem imperiali nuncio collecto novo concilio declaravit, nihil se admittere eorum, quæ contra Ignatium & pro Photio coram legatis suis Constantinopoli gesta fuerant. Narrat id pontifex in eadem epistola I. ad universos catholicos: *Dum idem adesset legatus, convocata tota, quæ apud nos est, ecclesia, decrevimus, & statuimus, atque profesti sumus coram ipso pro depositione Ignatii, & consecratione Photii, nunquam mississe, nunquam missuros esse; & in depositione Ignatii, & promotione Photii nunquam consensisse, nunquam consensuros esse.* Duo hæc concilia, anno 860. & 861. celebrata fuisse ex Baronii, & Pagii supputationibus constat. Nec a scopo omnino aberraverim, si concilium hoc Romanum ad mittendos Constantinopolim legatos habitum indicari censuerim verbis illis Nicolai pontificis in epistola ad Adonem Viennensem, quam in exordio episcopatus ejus daram, ex ipsa epistolæ fere desinentia; mittere se enim ad illum nonot pontifex acta synodi, quam, ait, *Roma celebravimus in mense martio pro diversis ecclesiæ utilitatibus, eademque acta, subdit, vestræ sanctitati confidentia, seu confratribus vestris archiepiscopis per vos exhibenda direximus.* Viennensem episcopatum ab Adone anno 860. aditum fuisse, Pagius contra Baronium egregie demonstrat ad A. 863. 2.

MEDIOLANENSE CONCILIUM

In causa Engeltrudis, quæ marito relicto cum adultero degebat, jussu Nicolai I. convocatum.

Anno circiter 860. coactum.

Anno 860. ENgeltrudis, Bosonis comitis uxor, mariti domo relicta cum mœcho suo per Gallias errabat. Perditam fœminam variis artibus Boso reducendam tentavit; sed voto suo se frustratum intelligens, apostolicæ sedis opem popposcit. Benedictus III. qui nunc Romanæ ecclesiæ præerat, nihil quidem reliquit intentatum, ut scandalum illud tolleret; at morte occupatus, nihil prævaluit. Res igitur integra ad successorem ejus Nicolaum I. tranvivit, quam ille sedulo, ac fœlicius tractavit. Cum vero nec literæ ad episcopos, nec monita valerent, concilio episcoporum Mediolani indicto sistere se Engeltrudis justit. Venerunt ad destinatum tempus episcopi; non venit Engeltrudes: quare a patribus in synodo coactis anathema in mulierem adulteram, & refractariam dictum est, quorum dein sententiam Nicolaus authoritate sua confirmavit. Rem gestam narrat Nicolaus in epistola LVIII. ad episcopos regni Ludovici, his verbis: *Deprecatoque & authoritate præmissa posium est Mediolani episcoporum concilium fieri, ad quod ipsa vocata, (Engeltrudes) si certo tempore non occurreret, ab ipso sacro collegio vinculis anathematis innodaretur. Quodque, illa statuto tempore non occurrente, patratum est, sententiamque in ipsam a Synodo, authoritate nostra convocata, non quoque, ut sacri canonici*

ANNO CHRISTI 863.

nonet præcipiunt, consensu nostro firmavimus. Cum vero hæc omnia aliquandiu præcesserint nuptias adulteri nas Lotharii cum Valdrarda, ut ex tota rei gestæ narratione in epistola illa expressa deducitur, Mediolanense concilium cum anno circiter 860. recte illigavimus. Præsulis vero huic Tadonem Mediolanensem archiepiscopum ex canone I. Romani concilii III. anno 863. celebrati discimus.

ANNO CHRISTI 863.

AD SYNODUM ROMANAM

Anno 863. habitam

ADDITIO.

Anno 863. ANno isto Romæ synodum convenisse circa Kalendas Novembris in annalibus Bertinianis adnotatum est; synodumque pariter Romæ habitam Labbeus commemorat, quam ipsam eandemque esse in annalibus illis designatam nemo prudens negaverit, cum utrinque, tam fœliciter in synodo ab annalista indicata, quam in Labbeana, Theutgadii, & Guntheriі causa discussa fit. Canones ejus quinque Labbeus exhibet, quibus e MS. codice alios triginta Muratorius Rer. Ital. to. II. par. II. pag. 128. adjecit, eosque in collectione Veneto-Labbeana suppletos, hic omittimus. Quæ vero in eadem collectione deleberatur epistola Nicolai ad Vitalem Gradensem patriarcham, invitans illum, cæterosque suffraganeos ad synodum Romæ III. Kal. novembris habendam, fi hic tradenda fuisset; cum ad præfenteem, Synodum pertinere illam tempus ipsum, quo habenda synodus statuitur, non obscure demonstret. Accepta vero eli ex nova Ughelli editione to. V. col. 1206.

NICOLAUS VITALI PATRIARCHÆ GRADENSI.

Invitat ad Synodum Romæ habendam.

Nicolaus episcopus servus servorum Dei. Reverendissimo, & sanctissimo confratri nostro Vitali patriarchæ.

D NOtum fieri religioni tuæ, & summopere necessarium judicavimus, quia pro diversis utilitatibus sanctæ Dei ecclesiæ nostram synodum, vel concilium una cum cæteris sanctissimis confractribus nostris tercio Kalendarum novembrium in S. Romana sede celebrare dispositum habemus. Quapropter apostolica auctoritate, & pastorali persuasione ruam monemus fraternitatem, ut ad condictam synodum præsens adesse tua sanctitas omnibus modis studeat, quatenus cum tua pariter, cæterorumque sanctorum episcoporum industria de his, quæ sanctæ Dei ecclesiæ valde pertinentia & necessaria, satisque habentur utilia, auxiliante divina clementia, canonice ac legitime liberare secundum Deum, imo juxta illius voluntatem definire valeamus. Si autem, quod minime optamus, tua ipsa præsentia nullo modo potuerit per tempestipsum præsens adesse, omnimodis decernat sanctitas tua ex suffraganeis episcopis tuis strenuos cum presbytero pariter & diacono, qui vicem tuæ fraternitatis authoritate tua susceinti vigilanter expleant, & cum quibus de his, quæ nostro vestroque pertinent ministerio, salubertime, atque canonice inftruere, vel definire, Deo præstante, possimus. Optamus fraternitatem cuam in Christo bene valere.

AD CONCILIUM VERMERIENSE

In causa monasterii Anisolensis

Anno 863. habitum

ADDITIO.

Anno 863. DIscussa semper, definita sæpe, & composita nunquam controversia de jure in monasterium S. Carilefi Anisolense, diœcesis Cenomanensis, ad concilium hoc delata patronum & vindicem pro monachorum jure Carolum regem obtinuit. Id vero ex Annalista Bertiniano Labbeum non fugit. Verum totius rei gestæ acta, vel penitus ignoravit, vel imprudens omisit. Qui integra hæc ex collectione Veterum Monumentorum Martenii tom. I. colon. 169. repetere Venetus Labbei editor potuisset, & ipse pariter illaudata præterit. Hunc defectum fupplere e re nostra maxime judicavimus, postquam statum, quem tunc habebat controversia illa, indicaverimus. Aldrico episcopo Cenomanensi, viro sanctissimo, satis functo, Anisolenses monachi, qui superstiti episcopo parere coacti fuerant, a Roberto episcopo ejus successore, qui non ea

ANNO CHRISTI 863.

ca valebat apud Regem, qua Aldricus, auctoritate sese tuebatur. Querelas ea de re suas egit Robertus apud regem Carolum Calvum; sed ille monachis favens, ut in Pistensi synodo anni 862. pro monachis judicium ferreret, obtinuit. Literas ea de re suas Robertus ad Nicolaum pontificem dedit, ut sibi adsisteret rogans; quanquam non appellavit ad pontificem, metu forte ne invisam apud regem incurreret. Patrocinium episcopi assumens Nicolaus, literas pro illo plures quaquaversum transmisit. Nam epistolam inter Labbeanas LX. scripsit ad Carolum regem; & alteram ibid. num. LXI. ad eundem Robertum; superest & altera in appendice Labbei num. VI. ad monachos S. Carilefi Anisolenses, de denique VII. ibidem ad episcopos in regno Caroli Calvi constitutos. Has omnes epistolas post concilium Pistense anni 862. datas fuisse ex eo deduco, quod, telle vetusto Hincmaro recum ab episcopis Cenomanensibus gestarum apud *Mabillonium in Analectis*, Robertus adversarios in ea controversia expertus Galliarum episcopos, pontificium favorem sollicitaverit. Hos autem in Pistensi synodo adversarios ferit. Vicissim autem epistolæ illæ omnes synodum Vermeriensem præcesserunt, cum in actis ejusdem synodi, inferius edendis, quatuor pontificis epistolæ pro ea controversia componenda scriptæ commemorentur. Is rei hujus status erat, cum ad Vermerienses synodum patres convenirent, sententiam hanc, quam publicio, tulerunt.

JUDICIUM

In solenni prælatorum, & episcoporum conventu in Vermeriensi palatio prolatum, in gratiam Anisolensium monachorum, adversus Robertum episcopum Cenomanensem, & ad Nicolaum papam directum.

EXEMPLAR NOTITIÆ

Qualiter Dominus noster Carolus filius vester charissimus querelas (a) Roberti episcopi sinum dedit.

CUm resideret excellentissimus ac gloriosissimus rex Carolus in Vermeria palatio, in conventu venerabilium archiepiscoporum, episcoporum, abbatum, clericique certeri ordinis, cum illustribus comitibus, & vassis dominicis, ac compluribus nobilium virorum, quorum nomina subter tenentur inserta, aliisque non paucis, qui numerositatis gratia nominatim comprehendi nequeunt, ad diversas emergentium causarum considerationes, tam ecclesiasticas, quam sæculares tractandas, atque iuste & legaliter definiendas, ventilare cepit controversiam ortam inter Rotbertum Cenomanicum episcopum, & Ingelgarium monasterii sancti Carilefi abbatem, pro qua, maxime per admonitionem reverendi papæ Nicolai, e diomnus rex ad eundem conventum venerat. Recitata autem epistola ab eodem apostolico Domno regi directa, narratur cœnobium sancti Charilefi potestati episcopatus prædicti Rotberti injuste subtractum, & ut ei restitueretur expostebat; cujus nuncupolites Herardus, legens (scriptum pro præfata interceptione sibi ab eodem papa directum, invenit exteros eum fyllabatim rogasse ac antistites; ut ipsi Roberto ad ipsum monasterium adipiscendum unanimiter operam ferrent: quæ litteræ coram prolatæ oftendebant eidem Rotberto quartam miſam episcopi, eademque oblenia inventum eſt monachis prædicti cœnobii quintam miſſam, quartum vero hactenus dominum regem, & pontifices, ac ceteros aſſidentes latuerant, eodem eas Rotberto occultante. Tum, juxta ejuſdem apoſtolici mandationem, & facerum canonum inſtitutionem, idem Rotbertus ex propria diœceſi tres elegit judices, Hegardum ſcilicet Turonicum metropolitem, Dodonem Andegavenſium, & Heraldum Nannetenſium antiſtites: quorum examine idem terminarentur conflictus. Vocati autem ſæpe dicti cœnobii monachi, & coram interrogati, reſpondenturo ſe illuc obedientiæ gratia abbatis veniſſe, nec eſſe ſui officii, ut ex hoc cum quolibet in rationem intrarent. Interrogatus etiam eorum abbas, reſpondit, per obedientiam, & manifeſcentiam ipſius regis ſub monaſtica profeſſione ſe ipſum tenere monaſterium, & exinde ei debitum exhibere famulatum. Tunc ſurgens glorioſus rex, fteriſ ante prædictos judices, & manifeſte oſtendit ex parte atravi, avi, & genitoris, juxe hæreditarlo, hinc ullo cenſu ſe ipſum poſſidere monaſterium, ac figillarim monaſtiis, abbatibus illud ſubtractum dum commiſiſſe; additque, quod exeuſante ſe Ralnaldo ex eadem abbatia, ipſe Rotbertus cum Frodoino abbate regio juſſu electionem ibi

(a) Incaute ſæculo IX. Anifolenſe monaſterium; quod ab ipſo fundationis exordio ſub ſua protectione regea Francorum ſuſceperant, epiſcopi Cenomanenſes ſibi ſubjicere tentarunt. Aldricus in primis, vir fanctus, & eccleſiæ ſuæ ex utilitate intentus, pro ea, qua apud Ludovicum regem pollebat auctoritate, nullum non movit lapidem, ut Anifolenſes ſibi monachos ſubderet. Aldricum imitati ſunt Franco, & Robertus præſules. Verum Anifolenſium libertatem aſſerentes Galliarum epiſcopi in concilio apud Bonoſium villam, juſſu Caroli regis congregato, quod conciliorum primi eiditimus in nova noſtra collectione, quæ Rothomagi prodiit anno 1900. (a) Hujus diſſidii tionem decem poſt annis confirmaverunt epiſcopi in Piſtenſi ſynodo. Verum ab eorum ſententia ad ſedem apoſtolicam provocavit Robertus, qui a Nicolao papa tres obtinuit epiſtolas, unam ad Monachos ſancti Carilephi, alteram ad univerſos epiſcopos in regno Caroli conſtitutos, tertiam ad Carolum ipſum regem, qua rogat, ut hæc cauſa a metropolita Turonenſi, cujuſque conprovincialibus epiſcopis iterum examinata terminetur. His acceptis literis, Carolus regni ſui proceres, epiſcopoque in Vermeria palatio congregavit. Iterum cauſa ventilata, ſecundum monachos S. Carilephi adjudicatum eſt, & ſententia ad Nicolaum papam per Odonem Bituricenſem epiſcopum miſſa eſt, qui eam confirmavit. Hanc quidem ſententiam edidit Mabillonius in Annalibus Benedictinis, ſed tres tantum ex omnibus ſubſcriptionibus deſtituun. Nos integram eam fuis ſubſcriptionibus dantes.

ANNO CHRISTI 863.

ibi fecerit, & nihil ex hac re ſonuerit. Patrata vero electione ipſum monaſterium petierit, ac illud ei non reſtituendo, ſed beneficii nomine largiendo commiſerit, non recolens eiſdem monachis regali auctoritate & pontificali privilegio conceſſum ex ſefe abbates ſibi eligendo præficere. Hinc judicio epiſcoporum inventum eſt, ut utriuſque partis auctoritates inconvulſæ ſervarentur, & datus eſt eis dies ſtatutus ad diſcerendum, cujus juſte ac legaliter refutanda, cujuſve eſſent ſcripta approbanda, & tuenda. Cui placito ipſe domnus rex, & monachi interfuerunt, & idem epiſcopo illo venire, atque legatum ſuum mittere diſtulit. Interea facrorum ſtatuta auctoritatum, & ſeculariumjura lege ſtatuta demonſtrarunt, inſuper omnes epiſcopi, & ceteri aſſidentium aſſenſum præbentes judicaverunt, ut quia de rebus eccleſiaſticis agebatur negotium, & alter nullo modo definiri poterat, admitterentur advocati utriuſque partis, regalis videlicet, & epiſcopalis, quatenus his altercantibus veritas nudaretur, & ad debitum celerius terminum cauſa perduceretur. Quibus datis, præcellentiſſimus rex, repetito conſilio, accepit judiciarium poteſtatem. Advocatus autem epiſcopalis, Haldricus nomine, regis advocatum interpellavit nomine Widonem, dicens, quod res fanctæ (a) Gervaſii, ideſt monaſterium ſancti Carilefi, unde inſtrumenta ſe habere dicebat, & anteceſſores ejuſdem Roberti, Franco, & Haldricus tenuerant, regia poteſtas cujus ille advocatus fungebatur, ei non ordine, & injuſte contenderet. Ipſi vero reſpondit, quod res, quas ei quærebat, imperatores Francorum hæreditaverint domno regi Karolo, & rem ſolum teſtigera, ſed etiam trecentis annis abſque cenſu, & abſque ulla repetitione ad proprium tenuerint. Tunc domnus rex interrogando adjuravit Wenilonem Senonenſem, & Helmeradum, Ambianenſem & Herpuinum Silvanectenſem epiſcopum, qui tunc aderant, quinti Hincmarus archiepiſcopus Remenſis, & Hedelvicus comitem, ſecretorum ejus conſcium & adminiſtrum, qui veraciter teſtati ſunt, ipſum monaſterium præfcripto Haldrico non reſtituendo, ſed beneficii jure largitum. Interrogatus quoque idem advocatus epiſcopi, & Witto ejus homo, idipſum profeſſi ſunt, nec enim præterirata epiſcopus Haldricus idem monaſterium amplius quam duobus annis & dimidio habuit: Franco etiam ejus anteceſſor non amplius quam novem annis illud tenuit, & in vita ſua retenco epiſcopatu amiſit; cum epiſcopium uterque illorum pluribus annis rexerit. His ita elucidatis, reverendi antiſtites, & nobiliſſimi proceres, & ceteri aſſidentes aperiſſime cognoverunt, cognoſcenteſque affirmaverunt ejuſdem monaſterii præponderare

(a) Ideſt Cenomanenſis eccleſiæ cathedralis, quæ S. Gervaſio ſacra eſt. *Mavtene.*

ANNO CHRISTI 863.

poſſeſſionem, quæ nunquam, & nuſquam interrupta fuerit, ſed continuatim inconvulſa manſerit: epiſcopale vero ideo refutandum dominium, quia ejus non vera, nec efficium habentia apparent inſtrumenta, nec haberit quiſquam pontificum idem monaſterium, niſi jure beneficii, per munificentiam principalem. Advocatus igitur epiſcopi vendica proteſtus eſt ratione, non habere ea vera & legitima inſtrumenta, per quæ idem monaſterium tenere poſſet. Unde & ſe concredidit, & nulla principis aut judicum vi, aut oppreſſione, ſed propria voluntate, & juſto omnium aſſiſtentium judicio, eaſdem res cum querela Warpivit; & no materia reſiciendæ litis ulterius remanerec, juſtis domnus rex, ut inſtrumenta Cenomanice eccleſiæ, quæ inutilia, & falſa probata erant, intra quartum decimum diem in ejus exhibercntur præſentia, penitusque abolerentur, ne iterum per illa fruſtra alliquando innovarentur literia, & tempora quorumlibet judicium inanitez occuparentur. Propter notitiam namque rerum, ne unquam oblivione elaboreritur, judicatum eſt, ut omnia hæc fideliter literis alligarentur, & in quorum præſentia publice geſta eſſent, viritim comprehenſis eorum indicatoribus; & ut perpetuum vigorem cuncta præferrent omnemque falſitatis effugerent ſuſpicionem, regio manirentur ſigillo.

Io horum præſentia actum eſt Hincmari archiepiſcopi, Wenilonis Senonenſis archiepiſcopi, item Wenilonis Rothomagenſis archiepiſcopi, Herardi archiepiſcopi, Dodonis epiſcopi, Herluini epiſcopi, Agii epiſcopi, Herpuini epiſcopi, Adtardi epiſcopi, Gamberti epiſcopi, Helmeradi epiſcopi, Hildegarii epiſcopi, Vinfridi epiſcopi, Ercne epiſcopi, item Hincmari epiſcopi, Archanraudi epiſcopi, Gilebarti epiſcopi, Hade epiſcopi, Odonis epiſcopi, Walberti epiſcopi, Ragamelmi epiſcopi, Chriſtiani epiſcopi, Euferici epiſcopi, Goſſini abbatis, Frodoini abbatis, Bernardi abbatis, Walafadi abbatis, Fredeni abbatis, Gotefridi abbatis, Adalardi comitis, Hutonis comitis, Halmadei comitis, Arduini comitis, Fulconis comitis Herimfridi comitis, Berraldi comitis, Gerardi comitis, Heddonis comitis, Sigeramni comitis, Beangarii comitis, Airici comitis, Theoderici comitis, Grifonis comitis, Bernardi comitis, Urſonis comitis, Alboini comitis, Bertramni comitis, Conſtantii, Adalunaſci.

Baganarius notarius ad vicem Arberti comitis palatii recognovi.

Data quarto calendas novembris Indictione XII. anno XXIV. regni Karoli glorioſiſſimi regis.

Actum Vermeriæ palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

AD CONCILIUM ROMANUM

Pro libertatibus monasteriorum in Gallia sub Nicolao I.

Anno 864.

ADDITIO.

LAbbeus concilium quoddam Romanum anno 864. collocat, ratus ad annum hunc pertinere synodum illam, in qua damnatus se Rodoaldum Portuensem Nicolaus in epistola VII. & X. inter Labbeanas commemorat. Venetus collector in nota eidem concilio subjecta ambigere se profitetur, num illud diversum sit ab altero anni 863. circa novembris calendas celebrato, de quo Labbeus ad eumdem annum. Ego plane diversum judico ab eo quod circa Cal. novemb. ejus anni ibidem convenit. Id vero hoc argumento demonstro. Odo Bellovacensis episcopus Romam ad pontificem missus est a concilio Silvanectensi, vel Suessionensi anno 863. ineunte celebrato, ut ex epistolis Nicolai I. discimus. Tunc vero Romæ agebat Odo, cum Joannes Ficoclensis, & Rodtaldus Portuensis in Galliam venerant, ut in Metensi concilio de nuptiis inceptis Lotharii Imperatoris cum Waldrada cognoscerent, quod ex literis Nicolai papæ ad Hucbertum abbatem inter Labbeanas LXVIII. plane constat. Metense vero concilium anno 863. junio mense convenisse nullus dubito. Hic vero Odo Romam veniens literas Caroli regis pro libertatibus monachorum Anisolensium impetrandis detulit ad pontificem, qui ad Carolum rescribens libertates illas Anisolensibus ita concedit, ut ipsamet verba exprimat decretorum quorundam, quæ idem pontifex *in concilio edidit*, & ad Carolum regem transmisit, quemque PP. Martene, & Durand in collectione Veter. Monum. tom. I. col. 152. vulgarunt. Id porro ex ipso decretorum illorum exordio patet. Ita enim decreta illa fandunt: *Decernat apostolatus nostri authoritate, ut omne monasterium intra Galliæ constitutum rerum suarum habeat liberam in omnibus secundum ecclesiæ ejus statutum, & servorum Dei compendiosam dispensationem.* Respondent hisce verba illa epistolæ: *Decernimus apostolatus nostri auctoritate, ut monasterium sancti Carilefi &c. rerum suarum habeat liberam in omnibus secundum ecclesiæ ejus statutum, & servorum Dei compendia.* (lege compendiosam, ut ex illo decretis) *dispensationem.* Epistolam igitur hanc decreta in concilio Romano sancita representare plane intelligimus. Ex quo conficitur concilium illud Romanum, cui hæc decreta debentur, ante junium anni 863. convenisse; planeque diversum esse a concilio anno quidem 863. sed circa novembrem mensem, ut ex annalibus Bertinianis discimus, coacto.

Superest, ut decreta illa Nicolai in concilio Romano edita fuisse demonstrentur. Id tamen decreta ipsa conficiunt, cum in fine illorum legatur, episcopos decernenti papæ subclamasse, firmare se ea, quæ pontifex illa tuerat. Porro in decretis illis Romani patres primum decreta sancti Gregorii I. papæ in quodam Romano concilio sancita recitarunt. Dein nova alia addiderunt, quæ omnia hic damus prout ex Pruniacensi codice PP. Martene, & Durand vulgarunt.

DECRETUM MISSUM A S. NICOLAO,

Et a S. sede Romana Karolo regi Francorum glorioſiſſimo, regnit & eccleſiæ ſuæ auctoritate omnium epiſcoporum confirmandum, & corroborandum.

QUam (*a*) ſit neceſſarium monaſteriorum queri proſpicere, & de curis perpetua ſecuritate tractare, ante eum nos officium, quod in regimine cœnobii exhibuimus, informat. Et ideo quia in plurimis monaſteriis multa a prælatibus prodjicia, atque *gravamina* perſuaſiſſe cognovimus; oportet, ut noſtræ fraternitatis proviſio de futura quiete eorum ſalubri diſponat ordinatione, quatenus converſantes in illis in Dei ſervitio, gratia ipſius ſuffragante, mente libera perſeverent. Sed ne ex ea, quæ magis emendanda eſt, conſuetudine, quiſpiam monachis quicquam moleſtiæ præſumat inferre, neceſſe eſt, ut hæc, quæque inferius enumeranda curavimus, ita ſtudio fraternitatis epiſcoporum debeant cuſtoditi, ut ex eis non poſſit ulterius inferendo inquietudinis occaſio reperiri. Interdicimus igitur in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ex auctoritate Petri & Pauli principis apoſtolorum prohibemus, cujus vice huic eccleſiæ Romanæ, cui auctore Deo præſidemus, ut nullus epiſcoporum ultra præſumat de redditibus, tebus, cartis monaſteriorum, vel de cellis, ſeu villis, quæ ad ea pertinent quocumque modo, qualibet exquiſitione minuere, nec dolos, vel immiſiones alias facere. Deſcriptiones quoque rerum, aut cartarum monaſterii ab epiſcopo eccleſiaſticas fieri omnino negamus. Miſſas quoque publicas ab eo in cœnobio omnimodo prohibemus, ne in ſervorum Dei receſſibus ulla popularis detur occaſio. Obeunte autem abbate in deſcribendis, providendisque ac-

(*a*) Hanc primam decreta non ſunt Nicolai, ſed ſancti Gregorii, qui ea in Lateranenſi concilio edidit. Verum ea adoptata fibi Nicolaus miſit ad Carolum Francorum regem. *Martene.*

quæſitis, vel datis, quærendis, ne rebus monaſterii nulla ſe occaſione perdificet, non audeat ibi cathedram collocare, vel quamlibet poteſtatem imperandi, nec aliquam ordinationem quamvis leviſſimam faciendi, niſi ab abbate loci fuerit rogatus, quatinus monachi ſemper maneant in abbatum ſuorum poteſtate, & omne monaſterium proprium poſſit ſue *libertatis* munitionem habere, & pontificale decretum, regumque emunitates, Romanique pontificis conſtitutum inviolabilem perpetuis obtineant temporibus firmitatem. Fiat.

Item in decretis ejuſdem Nicolai papæ.

DEcernimus apoſtolatus noſtri auctoritate, ut omne monaſterium inter Gallias ſitum, rerum ſuarum habeat liberam in omnibus ſecundum eccleſiæ ipſius utilitatem, & ſervorum Dei compendioſam diſpenſationem, & in abbatis de ſemetipſis electione. Nullam ulla alia perſona, ſive ſecularis, ſive eccleſiaſtica obtineat in omni monaſterio poſſeſſionis dominationem, nec ullam obtineat, vel ſibi vindicet portionem: ſed maneant omnia in abbatis & fratrum, ibidem Deo militantium, diſpenſatione, ut quicquid ſecundum monaſterii utilitatem regulariter, vel canonice voluerint agere, ſitum ſit poteſtate. Neque epiſcopus ipſius regionis ad monaſterium, quaſi proprie parœciæ abutens jure, invocatus ab abbate vel fratribus accedat; ne ſi ab advenus preſbyterum, fratrum pace perturbet, neque dolos, aut machinationes ullas vel abbati, vel fratribus, ſive per ſe, ſive per ſuos aliquando facere præſumat. Quin potius quicquid Dei ſervis in monaſterio commorantibus conferre ad ordinis ſui conſervationem utiliter & modeſto, & benigne poterit, id pro Dei amore & ſempiternæ remunerationis gratia præſtare, nec *violenter* aut *callide* mali quidquam, aut perturbationis moliatur in illos, ſicut audivimus quoſdam facere voluiſſe. Nullus in monaſterio quicquam evindicet ſibi regionis epiſcopus, neque per ſe, neque per miniſtros ſuos, neque ex clericis, neque ex monachis, neque ex canonicis, neque ex laicis poteſtatis jure, aut epiſcopali ſalu, ſine voluntate abbatis ipſius loci, & fratrum ibi degentium præſumat aliquid vel ad ordinandum. Ordinationes vero, quas perfecit abbas, vel ipſi fratres, eccleſiarum conſecrationes, vel altaris benedictionem, chriſmatis quoque, oleique ſanctificationem, prout perfecit abbas, & loci illius habitatores, non moretur præſtare, quia communis officii ſui cauſam epiſcopus non pro lucri gratia, ſed pro ſalute ſibi diſpenſationis miniſterio debet impendere; & providentiæ paſtoralis exiſtit, ut decretis ſibi ovibus ex amore potius, quam poteſtate conſulere queratur. Abbatem vero de eligendi ſempet fratres habeant poteſtatem, neque in eius electione epiſcopi reſpiciant conſtitutionem, aut diſpoſitionem. Et quoniam multi per pravorum hominum inſidias, ſervis ſæpe Dei fabricantur doli, decernimus, ut ordinatus deponi non poſſit, niſi criminalis cauſa eum miniſtraverit rerum. Quod ſi fuerit infamiæ denotatus, ex regali providentia archiepiſcoporum, vel epiſcoporum habeantur non minus quam decem convenius. Non eſt æquum enim ut electus & ordinatus eccleſiæ paſtor, forſutiu & ſine judicio abſque ullius manifeſti criminis denotatione pellatur. Nullus enim apud regem facili damnatur, niſi in criminali cauſa deprehenſus, veritatis teſtimonio apparuerit: ſic abbas, & electus a pluribus, & ordinatus facerdotali beneficio non ſine modo debet ſui ordinis honore privari. Quod ſi ex his, bujus conſtitutionis parum ducens decretum, omni cœnobio ſancto vel abbati vel fratribus violentiam feceris, & vel in ipſis, vel in famulis eorum, *vel in omnibus ipſius monaſterii poſſeſſione in valor apparuerit, reum ſe in divino judicio* eum dantiet apparere, & divinæ cenſuræ puniendum damnatione. Univerſi epiſcopi reſpondeverunt: libertati monachorum congaudemus, & quæ nunc de his ſtatuit beatitudo veſtra firmamus.

CONCILIUM, SEU CONVENTUS ATTINIACENSIS,

In quo, legato apoſtolico tradente, Lotharius rex uxorem recipit in forum, & Engeltrudem, adulteris ejus communione privatur.

Anno 865. habitus.

ARſenius Hortenſis epiſcopus, in Galliam a Nicolao pontifice miſſus mandatis onerarus fuit ab eodem pontifice, ut pro ejectione Waldradæ pellicis, & reſtitutione Theuthbergæ reginæ apud Lotharium inſtaret. Rem pro voto pontificis exequutus eſt, tantumque apud Lotharium, inſtante pariter Carolo Calvo rege, prævaluit, ut adulter ſaltem in ſpecie, a pellice Waldrada ſejungeretur ſede, & Theuthbergam in ſocietatem conjugalem receperit. Actum id in Attiniaco palatio anno 865. notat Annalista Bertinianus, qua occaſione conciliam, & conventum epiſcoporum, agente legato, conveniſſe ſcribit annaliſta Saxo ab Eccardo to. I. corpor. Hiſt. col. 300. vulgatus, qui ſero licet ſcripſerit, author eſt enim ſeculi XII. incuntis, rem tamen ab antiquis deſumpſiſſe, ut ſæpe alias, potuit. En verba ſcriptoris illius, qui & alia pariter in conventu ſeu concilio geſta proſequitur: *deſignatus epiſcopus apocrifiarius, & conſiliarius*

ANNO CHRISTI 865.

Nicolai papæ vice ipsius directus esset in Francia; qui tanta auctoritate usus est, ac si ipse papa adfuisset. Convocato demique episcoporum conventu, Lotharium regem alloquitur, ut unum e duobus eligat, aut prorsus reconcilietur uxori, abdicata Waldrade pellicis comforte, aut protinus anathemate gladio ferretur ipse, omnesque in hoc scelere fautores praestantes. Hac necessitate constrictus, vocat, mittit Theutbergæ regnum matrimonio excepit, interposito jurisjurandi sacramento, se illam ita ut reliquum habere, sicut æquitatis jura dictant, legitimum uxorem esse tenendam, nec eam a se fugaturæ, nec ea invente aliam super eam inducturæ. Post hæc Waldradam ex auctoritate domini Apostolici Romam tre jubet, ut pro se rationem reddere debeat. Engelradamque quoque uxorem quondam Bosonis comitis a fide apostolica excommunicatam esse omnibus declaravit; & pro-

ANNO CHRISTI 865.

prium deseruerat maritum, & Wvangerum suum vassallum in Galliae secuta est, quam excommunicationem cum omnibus, qui aderant, episcopis renovavit.

Huic Synodi convocationi quanquam paulo recentiori authoritate afferte annales Bertiniani nequaquam averfantur. Narrant enim Arsenium una cum episcopis & archiepiscopis apud Lotharium institisse, ut Waldrada pellice expulsa, atque Romam ad pontificem ablegata, Theutbergam reciperet, quam Arsenius ipse *cum omnibus archiepiscopi in manibus Lotharii regis reddiderunt*. In hoc pariter concilio Rothadus Suessionensis episcopus a Gallis episcopis, a quibus prius exauctoratus fuerat, a Nicolao pontifice restitutus, ut episcopus agnitus, & receptus est, teste annalista Bertiniano, qui uno contextu, & Theutbergæ, & Rothadi restitutionem narrat.

AD CONCILIUM ROMANUM VII.

Sub Nicolao I. papa anno 865. die XII. Kal. Februarius celebratum

ADDITIO.

In hoc pariter concilio (quod præcedenti præferendum est, licet ambo ejusdem anni sunt) præter Rothadi Suessionensis restitutionem, de quo plura apud Labbeum, Soffredus etiam Placentinus episcopus sedi suæ restituitur, expulso Paulo in locum amoti Soffredi, nefcio cujus authoritate, constituto. Anastasius in vita Nicolai id a pontifice actum per legatos fuos teftatur: Neque rem peractam per legatos ego quidem negaverim; fed in hoc concilio ftabilitam opinor, cum Auxilius epifcopus, quicumque ille fuerit fub hoc nomine latens fcriptor apologiæ pro ordinationibus Formofi papæ vulgatæ a Mabillonio Veter. Analect. pag. 39. edit. in fol. in capite XXII. id actum in concilio teftetur his verbis: *Soffredum Placentinum epifcopum merito reprobatum Nicolaus papa non nihilum reconciliavit*. In hoc vero Romano, qui infcribitur VII. concilio, in quo Rothadus epifcopatum fuum recipit id actum idem Auxilius ibidem teftatur, cum proxime ante illa verba fcripferit: *Rothadum epifcopum S. Sueffionenfis ecclefiæ & Soffredum Placentinum epifcopum... Nicolaus papa &c.* Quæ cum ita fe habuerint, fragmentum illud epiftolæ Nicolai papæ ad Ludovicum imperatorem, fervatum a Gratiano in Decreto cau. 6. q. 3. §. *Denique*, tanquam fcriptum ad concilium illud pertinens, hic transferendum eft.

EPISTOLA SYNODICA NICOLAI PAPÆ

ad Ludovicum imperatorem.

Denique Suffredus fi tale fe crimen noverat, quo refte poffet epifcopatu privari, vel infirmitate fe fentiebat forftan pregravari, qua impeditus, nullis poffet proximis fua præfatione prodeffe, primatis fui debuerat, & non aliorum diœcefeos antiftitum præfulari judicium. Quod fi quelibet ambiguitas, vel aliqua fortaffe fuper ejus examinatione, vel epifcoporum abrenuntiatione oborta fuiffet contentio, ex more ad fedem apoftolicam referri convenerat, & noftra in his omnibus debuerunt cuncti decreta penitus expectare. Quod quia omiffum haftenus dolemus, dilectiffimam mihi gloriam veftram vehementer effligito, ut jam dictus Suffredus epifcopus proprio reftituatur epifcopio, & fi quid reprehenfione dignum poftea vel correctione, vel dignæ animadverfione diffiniatur.

ANNO CHRISTI 867.

AD TRICASSINAM SYNODUM

Anno 867. habitam

ANNO CHRISTI 867.

ADDITIO.

Præter ea, quæ in collectionibus afferuntur, ad acta pariter hujus concilii pertinent literæ ejufdem fynodicæ pro ecclefia Nivernenfi, quas ex chartario ejufdem ecclefiæ exhibet Mabillonius Annal. Ordin. S. Benedicti to. III. append. num. XIV. ex quo hic dantur.

LITERÆ SYNODICÆ CONCILII TRECENSIS

Pro ecclefia Nivernenfi.

In nomine Domini noftri Jefu Chriſti, Abbo Nivernenfis ecclefiæ epifcopus, una per conſenſum, & voluntatem domni archiepiſcopi mei Egili, ac ceterorum Epiſcoporum ſibi ſubditorum, omnibus tam præſentibus, quam & futuris ſanctæ Dei eccleſiæ coepiſcopis notum eſſe volumus, religionis canonicæ quendam ſacerdotem, Adelardum nomine, adiiſſe noſtram, immo omnium ſanctæ Synodi Trecas habitæ cæterorum coepiſcoporum præſentiatem, quorum nomina in ſequentibus, cum propriis adſignationibus inſerta tenentur, petiiſſe humiliter, ut regiam donationem, quam per venerabilem præceptorum ſuorum conſcriptionem, eccleſiis ſanctorum, quæ in noſtra Nivernenſi parœchia habentur, ſcilicet ſancti Nazarii venerandi martyris, & S. Vincentii pretioſi confeſſoris, ubi ſacratiſſimum ejus corpus jacens miraculis clarecit, ſanctique Johannis præcurſoris Domini, ſanctique Martini, necnon & ſancti Hilarii, ac S. Germani, conferre dignatus eſt, ad reſtaurationem, & reſarcitionem earumdem eccleſiarum noſtra confirmatione, & authoritate, corroboraremus. Repperit enim domnus, & ſenior noſter tres quondam ibi delegatas, ut ejus auctoritas teſtatur, per diminutiones beneficiorum quorundam exinde inordinabiliter abſtractas, unde ſuſtentari debuerant, & contineri, & ſollicita procuratione reintegrare ordinabili adminiſtratione eas ut prius fuerant, ſtuduit, videlicet in uſu facriſcii ſalutaris, & in illuminatione, ac præſidicatione jam dictarum ſanctarum eccleſiarum, quas multimoda overſione defitas condoluit, ſeu in victu & ſtipendiis canonicorum ibidem deſervientium, omnem donationem, & reintegrationem ſtatuit diſtribuendam, quemadmodum præcepti ejus veneranda conſcripta pronunciare. Donat præterea Adelardus eidem vico Magniaco res quaſdam proprietatis ſuæ in honore S. Vincentii, ejus videlicet ſcripræ, ubi ſanctum corpus ejus in eccleſia S. Nazarii jacet, quæ ſunt in pago Nivernenſe, in agro Magniacenſe, in villa Larſiaco, hoc eſt caſualeſ cum vineis & ortilibus, ubi colligi poſſunt vini modii centum quinquaginta; poſcitque, ut tam ea, quæ ipſe conſerre, quam etiam ea, quæ catholici fideles devoti ob utilitatem ſuam ibi contulerint, noſtra auctoritate firmetur, & corroboratione fulciatur. Quod nos audientes, piaque meditatione tractantes æquam credimus, ratumque ducimus, talibus petitionibus aſſenſum præbere cum ea obſecratione, in qua precatur, ut omnis ifta donatio ab ordinatione, & dominatione falcorum, conſtrem ſcilicet, vel principum ſæcularium abſtrahatur, & ſub dominatione Nivernenſis epiſcopi agatur; ita ut idem Adelardus, ejuſque ſucceſſores deinceps annis ſingulis matri eccleſiæ Sancti Cyrici libram cœræ exſolvant. Non tamen aliud humanæ ſervituris obſequium a jam dicto Adelardo, ejuſque ſucceſſoribus præter hoc exigatur, niſi quod dilectionis dulcedo per caritatis adminiſtrationem exhibere jubet præſatis. Unde in Chriſti nomine cunctos, qui nobis Deo propitio per tempora labentia ſunt ſucceſſuri, coepiſcopos conteſtantes precamur, ut nullo pacto tantorum virorum decretum parvipendatis, ſed potius veſtra ſanctiſſima auctoritate, quicquid in præſenti privilegio de eodem viro, regiſque redintegrationibus, ac Adelardi petitionibus a ſancta ſynodo definitum habetur, inconvulſum atque inviolatum permanere conſentiatis, & paterna defenſione, ſpiritalique juvamine eis auxilium conferre in omnibus quibuſcunque veſtri indiguerint, prout vobis Deum propitium habere vultis, non differatis; ne ullam ſæculi poteſtatem evinde nocere ſinatis; ſed facere omnibus locutia exercitatione degere, ac præſidias donationes, & petitiones ubi delegare ſunt permanere, ubique aliqua inquietudinem principum, & ſuo, præter quod ſuperius inſertum eſt, cenſu, quatenus quiero ordine, ac ſecura mente Deo ibi ſervire, ejuſque ſanctis, ac pro pace, & utilitate ſanctæ Dei eccleſiæ, ejuſdem loci canonici valeant exorare; nec non etiam pro regis ſalute & proſperitate, ac pro conjugis, & ſobolis incolumitate, omnibus diebus ac noctibus intercedere, atque clementiam ſuperni regis per eorumdem ſanctorum interventionem pulſare. Eigil archiepiſcopus ſanctæ Senonenſis eccleſiæ ſubſ. Wanilo humilis Rotomenſium epiſcopus ſubſ. Æneas Pariſienſis epiſcopus ſubſ. Herardus Turonum archiepiſcopus ſubſ. Folchricus indignus epiſcopus ſubſ. Adtardus Namnetenſis epiſcopus ſubſ. Heliſeus I. D. ſubſ. Giſlebertus Karnotenſis epiſcopus ſubſ. Hildegarius Meldenſis eccleſiæ humilis epiſcopus. Abbo humilis Nivernenſis eccleſiæ epiſcopus. Anno archidiaconus ad vicem Agii Aurelianenſis eccleſiæ epiſcopi ſubſ. Acta IIII. nonas Novembris anno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti DCCCLXVII. indictione I. anno etiam XXVI. regnante domno noſtro Karolo rege, in Dei nomine feliciter.

ADRIANUS PAPA II.

Sedit ab anno 867. usque ad 872.

AD CONCILIUM VVORMATIENSE

Provinciale ex parte reprobatum,

Anno 868. habitum

ADDITIO.

VEnerus Labbei editor tom. X. col. 450. ex Mabillonii annalibus Benedictinis opportune admonuit in hoc Wormatiensi concilio datum fuisse diploma, pro fundatione Parthenonis Hersefensis in diœcesi Paderbornensi; sed diploma ipsum cum Mabillonius non sufferent, ab eodem editore omissum est. Ego supplendum illud censui acceptum ex Lunigii spicilegio in Paderbornensibus pag. 697. Ita vero illud.

Cum in nomine Domini nostri Jesu Christi apud Wangionam civitatem, quæ vulgo Wormatia dicitur, in unum convenissemus, Ego Luidbertus humilis Mogunciacensis civitatis archiepiscopus, cum coepiscopis, & chorepiscopis, atque abbatibus, simulque aliis plurimis sacerdotibus, & diversi ordinis clero ibidem congregatis, plura, quæ ad Christianæ Religionis obtinentiam, & profectum pertinere putavimus, conferre cepimus. Inde inter cætera, quæ de ecclesiarum statu, & Deo famulantium augmento tractabamus, Luithardus Paderbornensis ecclesiæ episcopus synodali fungebatur conventui, suam fratrem nomine Walburg, & nonnullas alias domicellas sub sanctimoniali habitu, & professione divino servitio se mancipare decreverit. Et quia locus, quem ejusdem conversationi & proposito accommodatissimum & opportunissimum judicabat ad sibi, ut prædiximus, commissam, ideoque ad Paderbornensem ecclesiam pertinebat, nostrum ad hoc consensum, & corroborationem expetebat, ut in memorato loco sororibus supradictis tam præfatinibus, quam futuro tempore superventuris, sine alicujus contradictione liceat servire: Sed ne præfata Paderbornensis ecclesia, aliquod hoc facto dispendium vel sustineat, vel sustinere videretur, eidem ecclesiæ tam ipse, quam soror ejus tradiderunt quidquid vel sibi in Osdagishusen hæreditario jure provenire potuit, vel fratrem in locis nuncupatis Lutzulaerdrem, & Becchem, atque Heringi possidere videbantur, quod non solum post obitum suum, sed etiam ex præsenti statim tempore ad memoratam ecclesiam contradidit, & in perpetuum traditum esse voluit, ut a præsenti die cum terris, sylvis, aquis, ædificiis suis, mancipiis, animalibus, & cum omni integritate sua ad eam pertinebat. Ordinatio quoque, & dispositio loci, in quo eædem sanctimoniales Deo servire debent, tam ad episcopum, vel præsentem, vel sibi succedentem pertineret, ut singulis annis ad principalem ejus sedem quatuor solidorum pensio perferatur. Proinde quia hanc petitionem piam per omnia, & justam, & tam episcopo dignam, quam ecclesiæ salubrem fore perspeximus, dum non solum sine damno & detrimento ecclesiæ, verum etiam suæ mercedis & meritorum augmento famulantium Deo numerus augetur, tam profuturæ devotioni nostrum assensum præbere, & tam pium inceptum luce nostrarum literarum confirmare decrevimus. Itaque synodali auctoritate, & communi sacri conventus decreto statuimus, ut locus, qui in territoriis villæ Hereti nuncupatur conjacet, quem supra memorata Waldburg jure mutuario in propriam hæreditatem a Paderbornensi ecclesia mutuara, cum omnibus, quæ ad eundem locum tam prædicti episcopi, quam prædecessoris sui tempore pertinere videbantur, in terris videlicet, sylvis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, cultis locis, simulque incultis, domibus, & ædificiis, litis, & diversis servis, mancipiis, animalibus quoque, & cunctis mobilibus rebus, atque cum omni integritate sua ad ipsum sanctimoniale um de quibus supra diximus ita pertineat, & si quæ deinceps ad eandem ecclesiam, vel in possessionibus, vel in aliis rebus tradita fuerint, possidere, mutuare, & fecundum hoc, quod sibi utile esse videtur, facere permitranit. Eodem quoque modo, eademque conditione mansos X. in villa nuncupata Hagenhus, simulque & decimas villarum, quæ ita vocantur, Herisi, Smachtum, Nortgardium, & Saitgardinum cum appendiciis, seu villulis supradictarum ancillarum Dei ubibus amodo, & deinceps delegare decrevimus, & ut hoc nostræ immunitatis & synodalis conventus decretum perpetuam, & inviolabilem obtineat firmitatem, imperialem ad hoc confirmandum auctoritatem, & nostris subscriptionibus, & signis hanc traditionis, & communicationis chartulam munire, & omnium manuum confirmatione corroborari decrevimus. Datum in Wormatia, anno Incarnationis Dominicæ DCCCLXVIII. Imperii vero gloriosissimi regis Ludovici an. XXVIII. Indictione I.

Signum Luidberti Moguncíacensis episcopi. Adalvvini Salzburgensis episcopi. Signum Rimberti Hammaburgensis episcopi. Signum Alfridi Hildensheimensis episcopi. Signum Gueopois Wormatiensis episcopi. Signum Salamonis Constantiensis episcopi. Signum Annonis Frisingensis episcopi. Signum Landfridi Sabionensis episcopi. Signum Ermenrici Patauiensis episcopi. Signum Oegeri Rubelacensis episcopi. Signum Luitbertini Augustburgensis episcopi. Signum Luidberti Mimigardinsis episcopi. Signum Thiadrici Mimindensis episcopi. Signum Hildegrimi Halverstadiensis episcopi. Signum Luthardi Paderbornensis episcopi. Signum Erale Feridensis episcopi. Signum Aegiberti Osnabrugensis episcopi. Signum Bernardi chorepiscopi. Signum Hejonis abbatis & presbyteri. Signum Adalgaei abbatis, & presbyteri. Signum Thiatrici abbatis & presbyteri. Signum Thiadorici abbatis & presbyteri. Signum Brauvvardi abbatis. Signum Egilberti abbatis.

PISTENSIS CONVENTUS

In causa Hincmari Laudunensis episcopi, rebus ecclesiæ suæ a Carolo rege expoliati,

Anno 868. habitus.

PIstense concilium quoddam anno 869. Labbeus assignat; nec sane negaverim, anno illo convenisse episcopos ad placitum, in quo conditum est capitulare apud Sirmondum inter capitularia Caroli Calvi relatum. Sed & anno præcedenti 868. die III. Kal. septembris indictione I. episcoporum conventum, seu concilium ibi coactum demonstrat schedula Hincmari episcopi anno illo, eodemque in loco ab episcopis ibi agentibus, & per illos regi exhibita, legenda apud Labbe tom. X. col. 1269. Venere edit. Hæc enim porrecta legitur ab *Hincmaro Laudensi episcopo apud Pistas III. Cal. septembris indict. I. episcopis de provincia Remorum, Hincmaro* (Remensi) *Odone* (Belvacensi); *de provincia Rotomagensi, VVenilone* (Rotomagensi) *Archamberto* (Bajocensi) *Sigenando* (Constantiensi): *De provincia Senonensi, Aenea* (Parisiensi) *Ealtero* (Tricassinensi) *Abboni* (Nevernensi); *de provincia Burdegalensi, Eugenildo* (Pictaviensi) *Aetia* (Engolismensi). Narrat vero in ea Hincmarus se per injuriam facultatibus episcoparus sui omnibus expoliarum esse a rege Carolo, sibi ex eo infenso, quod rem aliquam ecclesiæ suæ Uecodoni, a se antecessori pro Laudunensi lata est, ac pronunciatum, ut rebus ecclesiæ suæ redderetur.

CONCILIUM ROMANUM

in quo

Anastasius S. R. E. cardinalis sæpe antea damnatus, iisdem damnatur, Hadriani II. anno I. die IV. id. Octobris

Anno 868. habitum.

ANastasius S. R. E. olim cardinalis, sed a Leone IV. primum, dein a Benedicto III. depositus, Nicolao I. defuncto, sub quo in latebris fe continuerat, Hadriano II. facris præpofito, iterum prodiit, novisque fe sceleribus obstrinxit. Quando Hadrianus *congregans Synodum*, ait annalista Bertinianus ad hunc annum, *iterum illum condemnavit*. Latam in illum sententiam legas ibidem, & apud Labbeum tom. X. Venet. edit. pag. 1146. Cum vero sententia hæc die *IV. id. octobris* indict. II. signeatur, inde plane convincimur, concilium hoc aliud esse ab eo, quod Adrianus, isto quidem anno, sed antemenſem augustum, ut ex inscriptione literarum ejusdem ad Ignatium patriarcham arguitur, convocavit.

CON-

ANNO CHRISTI 868.

CONCILIUM INCERTI LOCI

Episcoporum Galliæ & Burgundiæ,

Anno circiter 868. habitum.

IN hoc concilio, quod Labbeus ex Hugone Flaviacensi in chronico. Virdun. defumpsit, dantur literæ synodicæ ad Hadrianum II. papam. Illæ vero, quamquam non integræ extant in eodem chronico, adhuc tamen longius excurrunt, quam Labbeus hic retulerit. Cum autem fragmentum istud integrum, nonnisi ex incuria apud eumdem detruncatum sit, ideo hic danda, quæ ibidem desiderantur. Post illa igitur verba: *tanquam oportunum elleborum amputari*; additur in chronico: „Et post pauca hoc addiderunt: *Quod putamus si scarificare pape Nicolao in dictum fuit hoc audiret, & in literis, quæ ab apostolica sede confictæ, quod laici concilia non permitterent in ecclesiastica episcopos ordinari; nisi quos secularis potestas e latere suo misisset? Quid inde scribere? quo dolore moveretur? quousque genitus daret, cum prosequeret sanctissimum ordinem tam illicite tractari, & ad tantum nefas prosilire, quemquam ausum, ut de sede apostolica tam enormiter invectaretur, & extra ipsum ecclesiasticum omnino scriberet?*

Literæ illæ Nicolai, quarum excerpta Patres concilii hujus exhibent, inscribuntur ad Adonem Viennensem, & in fecunda appendice Labbei epist. III. infertæ sunt.

LAUDUNENSIS SYNODUS DIOECESANA

Pro indicenda sacrorum ceffatione in tota illa diœcesi ad mutuum epifcopi,

Anno 869. habita.

Anno 869. HIncmarus Laudunenfis epifcopus, homo in primis turbulentus & pervicax, Caroli regis animum offenderat, quod roganti, ut Liudoni comiti conceffum prius, deinde ab altarum epifcopifi fui feudum reftitueret, acquiefcere recufaffet, ideo graviæ aliquid fibi ab eo imminere norat. Quare ad Vermerienfem fynodum invitatus, in ipfo profeftionis fuæ limine diœcefis fuæ clerum in fynodum convocavit. Quid vero in ea præftiterit, narrant eccleſiæ illius clerici, in ea, quam ad Hincmarum Remenfem archiepifcopum fcripferunt, epiſtola, quam Hincmarus Remenſis in fuis ad clerum Laudunenſem datis literis inſerit. Has Hincmari literas ex codice Vaticano primus vulgavit Labbeus concilior. tom. X. col. 1599. Hæc vero epiſtolæ illius de hac fynodo verba: *Dum XIII. Cal. majas pater noſter in monte Laudano in ſua ſynodo de perplurimis utilitatibus ſuæ ſanctæ eccleſiæ ordinandis, & emolumendo quadam in eis diſputatur, occurrit pro ſucceſſu temporum quædam pari ejus diſſimilitudini, pro qua, quia ordinandi rerum eccleſiaſticarum poteſtate eſt ei, cum jure & lex canonum jubendo præcipit, ut epiſcopus res eccleſiæ ſuæ quibus voluerit, & quomodo voluerit diſponendo diſponeſt, auferreturve perplurimæ auctoritates ſancti Petri ſucceſſoribus ejus, quibus qualiter, & quomodo data ſit poteſtas ligandi & ſolvendi, ab eodem paſtore noſtro in præſentia totius ſynodi ear relegendo recitatæ ſunt. Quibus recitatis memor injuriarum ſuarum, quæ ei moderno accidérant tempore, addidit, quod imminet tempus comprovinciale ſynodi, quæ in Vermeria palatio regio a vobis, veſtriſque ſuffragantis VIII. Kal. majas habita eſt. Ad quam veſtræ literæ vocatus, libenti animo coram omnibus profeſſus eſt, ſe ſine ullo interceptionis progreſſum. Sed quia credebat in ipſa ſynodo, quod non haud expoſiti canonici, aliquam voluntatem ſibi ſuggeſtam & contra legem canonum a quocumque fieri, ſermone conteſtatorio, & auctoritate ſancti Petri, quod ſi ei licentia eundi Romam prohiberetur, aut ipſe captus obtineretur, omnes ſacerdotes totius parrochiæ ſuæ collegerat, ut nemo eorum in ea ſacerdotali miniſterio tamdiu uteretur, uſque dum ille ipſe nobiſcum iterum vivus voce loqueretur, aut literæ ejus de ipſa ſancta fide beati Petri apoſtoli nobis miſteretur. Quo facto, quod tunc accidit, nunc in Siluſtro palatio V. Kal. junias peractum eſt. Qua tamen die priuſquam ad ipſum Siluſtrum perveniret, præſens venturus valentiſe fuæ, prædixit Sacerdoti noſtro Clarentio, ſimulque Diacono Teutilando, ut nobis denuntarent per omnia nos ſervaturos, quæ canſe ſtatum inquirerum, & ut ſtatui illicamus, pro ſtatu ſanctarum eccleſiarum, in præſcripta ſynodo XIII. Kal. majas omnibus ſacerdotibus ſuæ parochiæ obſervare auctoritate ſancti Petri ipſi præceperat. Et poſt aliqua. Quapropter quia eundem Dominum noſtrum regia poteſtate retentum, & reclufum vivæ vocis adire non poteramus, & ſacerdotali miſſerio, prohibiti ab eo, ſrus non audebamus &c.*

ANNO CHRISTI 869.

ROMANA vel forte CASINENSIS SYNODUS

Pro reſtitutione Guntharii Colonienſis epiſcopi & aliorum, Anno ſuæ 869. Hadriani II. anno II. habita.

LOtharii rex ſummorum pontificum minis & anathematibus inductus Waldradam pellicem, in ſpeciem ſaltem, abjecerat. Tum Romanum iter anno 869. ait annaliſta Bertinianus ſuſcepit, *cauſa uxorum ſuarum*, ut idem ſcriptor notat, forte ut Hadriano pontifici faſtum ſuum approbaret, agereteque apud illum, quo depoſiti ea de cauſa factionis ſuæ epiſcopi reſtituerentur. Sed cum nihil impetrare ſe poſſe a pontifice intelligeret, ad Ludovicum II. imperatorem, Beneventi agentem perrexit, ut ejus forte interceſſionem apud pontificem impetraret. Evicit ab illo, ut pontificem Caſſinum vocaret, quo pariter idem Lotharius cum Engelberga imperatrice ejuſdem Ludovici uxore contendit. Ibi multis ab imperatrice adjuratus eſt pontifex, quo exorabilem fe Lothario faſtuque præberet. Nec ille renuit, conceſſa Lothario primum ſacra communione, ea tamen facta proteſtatione, ſiquidem poſt abiectam e coetu fidelium a Nicolao I. Waldradam, nunquam deinceps eam admiſiſſet in thori vel colloquii ſocietatem, accederet; ſin minus, ipſe ſe retraheret. In communionem pariter, ſed laicam tantummodo, recepit Guntharium, profitentem ſubdere ſe exaſtorationi ſuæ, quam a Nicolao pontifice tulerat. Ea igitur occaſione, in qua de reſtituendis epiſcopis Lotharingiæ factionis agebatur, concilium, illud habitum fuiſſe credo, in quo oratio illa ab uno ex Patribus recitata eſt, cujus fragmentum ſtatim damus, vulgatum a Muratorio Rer. Italic. tom. II. par. II. col. 136. Huc enim ea omnia conveniunt, quæ in eodem fragmento leguntur: Theithberga regina *Lotharii, Teutgaudi epiſcopi* uxorem ſe perhibetur, conſtat enim reginam illam fœminam non ante annum 867. Romam ad pontificem venifſe, ut ex Annal. Bertin. ad Annum adnotationibus ad A. 868. animadverti. Guntharii ibi mentio eſt, Theuthgaudii ſilentur: cur nam, ſi ambo deliquerant? ideo fortaſſe, quod Theuthgaudius jam obiiſſet; id vero non ante annum 868. contigiſſe ex authore hiſtoriæ Treviverenſis Spicileg. Dacherian. tom. II. pag. 215. nov. edit. in fol. colligimus. Ex his ſatis evincitur conjectura Muratorii ad Synodum Romanam anni 864. orationem hanc referentis. Cum vero imperatoris poſtulationes in eadem oratione ſignificentur, Lotharii regis tanquam adhuc viventis mentio in ea fieri videatur, & ad eum redire Theuthbergæ remitere appareat; conſtat utique concilium hoc poſt annum 869. quo Lotharius obiit, haberi minime potuiſſe. Ea pariter oratio exhibet concilium quoddam, in quo de reſtituendis in communionem epiſcopis, & clericis, imperatore poſcente, agebatur. Hinc omnia cum illa temporis circumſtantia, qua Hadrianus Caſinum venit bellæ quadrant. Supereſt fragmentum hoc concilii, ut opinor, Caſſinenſis proferatur.

ORATIO ANONYMI CUJUSPIAM EPISCOPI

habita

In Synodo.

QUod veſtra, Deo digna, paternitas, ac in Chriſto diligenda Fraternitas in unum hodie convenit, immenſas omnipotenti Deo grates referimus, quia in tanto venerandorum patrum diſcipulorumque, Chriſti collegio nihil aliud enixius tenendum fore exiſtimamus, niſi quod & divinæ placeat majeſtati, & ad ſanctæ Dei eccleſiæ ſanctum & exaltationem prorſus attineat. Præcipue cum Veritas dicat: *Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi ſum in medio eorum* (a) Et Pſalmographus: *Ecce quam bonum, inquit, & quam jucundum habitare fratres in unum.* (b) Quod cum ita (b) Pſ. 132. ſit, humili prece depoſcimus, ut nos, qui minimi ſumus omnium veſtrum, ſi ea forte ſcripſis, aut verbis protulerimus, quæ reprehenſione digna ſunt, fraterno corriptatis & inſtruatis affectu. Quoniam in his, quæ divinis aſtu probantur mandatis, & myſticis ſanctorum Patrum ſanctionibus violare ſanctiones, vos ſequi parati ſumus, & in nullo a veſtris ſalubribus diſciplinis ac monitis diſſentire. Tamen quid nos de quibuſlibet clericis, qui a ſancta & prima fede apoſtolica damnantur, ſentiamus, breviter ad veſtram divinitus inſpiratam reducimus memoriam. Scitis enim melius ipſi, quia per omnipius Chriſti eccleſiæ per orbem ſanctiſſimi Patri Apoſtoli ſanctæ Romanæ eccleſiæ obtinet principatum, ita ut illa ſuo cuncta judicio comprehendi, & de quo reminſci judicare judicio liceat. Siquidem, ut arbitramur, non interim tamen ceſſiſcamur, nullus ab ea depoſitus reſtituatur; ſi forſitan eſt, non utique indiſcrete. Quia Chriſtus futurorum præſcius optime quidem præſcivit, minime in ſede Petri apoſtoli ſui ſoce feſſionem ſuſcipi, qui injuſte judicaret, aut deponeret quemquam, quem oportet juſte poſtmodum reſtaurare. Ad quod pertinere potest hujus eccleſiæ vox, quam per Apoſtolum exegerunt: *Si hæc quæ deſtruxi iterum reædifico, prævaricatorem me conſtituo.* (c) Beatus autem papa Gelaſius (c) Ad Gal. in epiſtola ad epiſcopos per Dardaniam conſtitutos, inquit: *Sed nec ille præterimus quod apoſtolicæ ſedi frequenter, aut dictum eſt, aut more majorum, etiam ſine ulla ſynodo præcedente ſuffragio deſtrendi, quos ſynodus iniqua damnaverat, & damnandi, nulla exiſtente ſynodo, quos oportuit, habuerit facultatem. Sanctæ memoriæ quippe Athanaſium ſynodus Orientalis addixerat, quem tamen exceptum ſedes apoſtolica, quæ damnationi Graecorum non conſenſit, abſolvit. Sanctæ memoriæ nihilominus Johannem Conſtantinopolitanum ſynodus etiam catholicorum præſulum certe damnaverat, quem ſimili modo ſedes apoſtolica*

ANNO CHRISTI 869.

etiam sola, quia non confitetur, absolvit. Ecce non quos ipsa fedes, sed quos iniqua vel æqua synodus damnaverat, refolvisse refertur. Item illic : *Nec plane sacemus quod cuncta per Mundum novit ecclesia, quoniam quorumlibet fontentiæ ligata pontificum fedes Beati Petri Apoſtoli jus habeat refolvendi, ut pote quæ de omni ecclesia fas habeat judicandi, neque cuiquam de ejus liceat judicare judicio. Siquidem de qualibet ad illam mundi parte canones appellare voluerunt, ab illa autem nemo fit appellare permiſſus.* Et infra : *Ut ergo, inquiens, sola jus habuit abſolvendi eos, quos synodica decreta pronunciarant, ſic etiam ſynodo in hac eadem cauſa plurimos etiam Metropolitanos damnaſſe congruebat.* Item ipſe fedibus papa Gelaſius in commonitorio, quod Fausto magiſtro ſuingenti legationis officio Conſtantinopoli dedit, ita ſcribit : *Ipſi ſunt canones, qui appellationes totius eccleſiæ ad hanc ſedem ſolis examen volluere deferri; ab ipſa vero nunquam prorſus appellare debere ſanxerunt. Ac per hoc illam de tota eccleſia judicare, ipſam ad nullius commutare judicium, nec de ejus unquam præceptum judicio judicari; ſententiamque illius conſtituerunt oportere obſervari, cujus potuit ſequenda decreta mandarunt.* Hi omnia à talia in facerdotium poſiti commiſerunt, qualia ſi ante facerdotium, vel clericatum committerent, ad clericatus officium non promoveri debuerant, quomodo nunc reſtaurari poſſ lapſum debuerant, non advertimus. Quibus ſecundum Apoſtoli Petri vocem *meliur erat non cognoſcere viam juſtitiæ, quam poſt agnitionem retrorſum converſis abire, quod illis traditum fuit ſancto mandato.* Poſſunt enim per hoc exemplum homicidæ, & adulteri vel cæteri, nec ipſa fortaſſe communionis gratia digni quantum ad nefas attinet, reſtaurari. Unde non ſolum generalis eccleſiæ, & Petri ſpecialiter privilegii villeſcit auctoritas, verum etiam multifariæ occaſionis dilatatur iniquitas.

Igitur apoſtolica ſedes juxta illud, quod in epiſtola ſancti papæ Leonis ad Pulcheriam Auguſtam legitur, *ſeverius agit cum ordinatis, & omnium capiti præſidere cœrcendi eſt.* Quia & omnipotens Deus, ut aliæ nunc omittamus Petrum lachrymantem ſuſcepit, & peccantibus Angelis non pepercit. Caput exemplo Diſcipuli ejus, & omium fuarum paſtores edocti eos, qui ſolvendi fuerant, abſolverunt & ligandos, vel condemnandos, ut præmiſimus, perenniter, non ſolum præſentialiter, ſed & ſuſtentialiter ligaverunt ac damnaverunt. Denique qui ibros damnavit veteris conſtituti fuit exequtor, non nove conſtitutionis extitit auctor. Et neciuus quam veniam, vel miſericordiam poſſulent, qui nunquam niſi miſericorditer judicati ſunt, ut opinamur, & numquam ſacinora, quæ perpetravereant quibuſlibet evidentibus gemitibus deploraruntur. Præſcius enim papa Gelaſius in eodem Commonitorio inter cætera, & ad locum ait : *Legatur, ex quo eſt religio chriſtiana, vel detur exemplum in eccleſia Dei, a quibuſlibet pontificibus, ab ipſis apoſtolis, ab ipſo denique Salvatore, omnium niſi ſe corrigentibus fuiſſe conceſſum.* Animum autem ſub illo cælo nec legitur o-

ANNO CHRISTI 869.

A mnino, nec dicitur, quod eorum voce depromitur. *Date nobis veniam, ut tenuem non in errore duremus.* Id quoque patrum eſt. Oſtendant qui nobis canones nituntur opponere, quibus hoc canonibus, quibus regulis, qua lectione, quove documento, five à majoribus noſtris, five ab ipſis apoſtolis, quos potiores meritis fuiſſe non dubium eſt, ſeu ab ipſo Domino Salvatore, qui judicaturus creditur vivos & mortuos, ſi vel factum, eſt unquam, vel faciendum eſſe mandaru? Mortuos ſuſcitaſſe legimus Chriſtum. In errore mortuos abſolviſſe non legimus. Et qui hoc certe faciendi folus habuit poteſtatem, Beato Petro principaliter mandat apoſtolo: *Quæ ligaveris ſuper terram, ligata erunt & in cœlo, & quæ ſolveris ſuper terram ſoluta erunt & in cœlo.* Super terram, inquit; nam in hac ligatione defunctum nunquam dixit abſolvi. Quod ergo nunquam factum eſt, vel nemo conſcripta formidamus, ſcientes in divino judicio non poſſe penitus excuſari. Item illic illud quoque ridere me libuit quod ait : *Si neceſſe fuerit veritam poſſulare.* Ex illius inſtitutionis tunc ſe peccatum veniam poſtulare, ſi ei concedamus, ne peccare deſiſtat : immo etiam, quod abſit, cum eodem conſentaimus nos quoque peccare. Neſcio enim cur quæ Mundi prodigia hæc vox poſſit admitti..... Concordat huic ſententiæ beatus papa Gregorius, qui ſic miſericordiam impendi proximis jubet, ut qui impendit, ipſi potius valeat miſereri. Nam in libris moralium ita ſcribit : *Ille quippe bene agit quæ pia ſunt, qui ſeſe prius ſerverat, quæ juſta, ut collatus to proximus vivus miſericordiæ fructus ſuppetat. Unde & ſæpe multi proximis quaſi opera miſericordiæ impendunt, ſed injuſtiſſime facta non deſerunt. Qui ſi ſeruerent proximis miſericordiam ſuſcipere, ipſi ſibi ſolerent adhuc juſte operando miſereri. Unde ſcriptum eſt : miſerere animæ tuæ placens Deo. Qui enim miſereri vult proximo, a ſe trahat neceſſe eſt originem miſerendi. Et alibi : Quæ ſeminaverit homo hæc & metet. Quomodo ergo alteri miſerendo ſua eſt, qui adhuc ipſe ſibi ſuendo ſit impius ſtiſmetipſe? Unde per quendam ſapientem dicitur : qui ſibi nequam eſt, cui bonus erit? Ad exhibendum quippe miſericordiam, ut indigentibus plene exterius valeat impendi, duo ſibi neceſſaria congruunt. Idem bonus qui proximo ſit, & ſe probetur. Sed longe incomparabiliter melior eſt bonus, quam rei. Qui itaque indigenti proximo exercere ſtudet miſericordiam probet, ſi tantam ſuam æquitia non cuſtodit, rem ſuam deo tribuit, & ſe peccato. Hoc quod minus eſt, obtulit auctori; & hoc, quod majus, ſervando non inquinavit.* Cyprianus item Carthaginenſis epiſcopus in quadam ſua ait epiſtola : *Properandum non puto : non incauta aliquid, & feſtinanter gerendum : ne dum temere pax ſibi rurpatur, divinæ indignationis offenſa gravius provocetur.* Et alias : *Sufficiat, inquiens, lapſi ruina una, ne volentes ſurgere, ſua circumventione præcipitetur.*

B His igitur ſuccinctè probatis, abſit à nobis, ut veniam, vel miſericordiam aſſeveremus denegandam eſſe correctis. Sed ut ad iſtos ſyluum reflectamus, ſi de miſericordia

ANNO CHRISTI 869.

ſuæ reſtitutionis, aut de miſericordia aliusve alicujus beneficii queſtio agitatur, quare palam non dicitur, ſed alhuc miſericordia imploratur ? Et ne qua miſericordia dicatur, vel unde miſericordia quæratur, ſilentio egitur ? Quod ſi de miſericordia beneficii alicujus dicitur, etiamſi habent beneficia, non præſumendum eſſe, ut habeant ampliora. Si autem de miſericordia ſuæ reſtitutionis illorum conſcientia cenet, an non ignoramus. Siquidem conſcientiæ omnium Deus eſt cognitor, & ſcrutator. Nos tamen nullius conſcientiam judicare valemus. Contra quos ſapientiſſimus Salomon ait : *Qui celat delicta non dirigetur, qui autem confeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur.* Veruntamen ſicut jam à faſſi ſumus, ſi adulteri & criminoſi poſſunt ad facerdotium promoveri, reſtituantur illi in ſuis honoribus; qui dudum in facerdotio conſtituti, non ſunt veriti criminoſi vocari. Ceterum perpendite queſumus qualiter iſti correcti ſunt, qui non ſolum correctionem ſuam nequaquam oſtendunt, & delicta ſua, quæ etiam terras, ut fertur occupant, non confitentur, verum etiam, ſicut multorum relatio, & ſcripta teſtantur, veritum ſibi officium quidam horum uſurpare referitur; quidam autem ante audientiam contra canones communicaſſe, ſicut ſe murmur ecclefiæ habet (proh dolor) criminatur. De talibus enim peredibus Cyprianus epiſcopus dicit : *Si quis autem penitentiam agere, & Deo ſatisfacere dereſtetur inſtiſſime* ; & *fatellitum ſive partes geſſerit*, & *hæreticæ factioni conjunxerit, ſiſti ſe poſſea ad eccleſiam redire, & cum epiſcopo, & plebe Chriſti communicare poſſe.* Item ipſe ſanctus in epiſtola ad plebem : *Ut non facile aliquis communicet, niſi prius pœnitentiam egerit, reſſerit. Audio tamen quoſdam de presbyteris, vere Evangelii memores, nec quod ad nos mittyret ſerreſſerint, cognitores, nec epiſcopo boſnorem Sacerdotii ſui, & Cathedræ reſervationem, jam cum illis communicare cœpiſſe, & offerre illis, & Sacrificium dare, quando oporteat ad hæc per ordinem pervenire.* Nam quum in minoribus delictis, quæ non in Deum committuntur, pœnitentia agatur juſta tempore & competenti, ſit, inſpecta vita ejus, & qui agit pœnitentiam ; nec ad communicationem venire quis poſſit, niſi prius illi ab epiſcopo, & clero manus fuerit impoſita : quanto magis in his gravioſſimis, & extremis delictis cauti omnia, & moderatè ſecundum diſciplinam populi obſervari oportet. Et paulo poſt : *Per hæc nos regulas regite vos, fratres, & moderatione veſtra, & ſecundum divinæ præcepta lapſorum animos temperate, ut nemo impurato adhuc tempore acerba poma deſerpat, nemo cruentatam, & perfuratam ſtuctibus, profanam diligenter reſpecerit, ut altum deum committat ; nemo tuminam ſeſſum accipere, & indurte properet, niſi eam de artifice prius ſartam vuderit & adfullone curatam receperit ; & reliqua.*

Sed his paulſper ad ſanctam veſtram memoriam, patres, & reverendi Dei miniſtri, redeamus, nobis videtur, ut primum cauſa *Theoberga regina*, quæ primum læſa eſt, & olim ad hanc ſedem apoſtolicam venienſ

ANNO CHRISTI 869.

A bat, quod ante inter paganos aufugerat quam faciem *Lotharii glorioſi regis* videret. Certe niſi, ut æſtimamus, timorem mortis illa paveſceret, hoc nullatenus ex ore ſuo proferret. Vos autem quos Dei gratia medicos animarum fecit, juxta qualitatem morborum medicamina languentibus adhibete. Nos vero inutiles, & omnium veſtrum minimi conſiderationem veſtram ſequi parati ſumus; fed de judicio ſedis apoſtolicæ, ipſius Beati papæ Gelaſii inhibiti ſententia retractare non audemus. Jam vero ſi ita placet, ea, quæ ipſa ſedes judicavit, quod vix fine diſcrimine fieri poteſt, retractet. Poteſtas enim illi a ſubditis non admitur. Videat tamen quæ faciat, ne in divino judicio coram ſummo Deo, qui omnium poteſtatum jura gubernat, & cunctis ſæculis dominatur, diſtrictam rationem ponat. Porrò ſi quis nos cogere conans, ad fedis apoſtolicæ retractandum judicium unanimitatem noſtram commoverit, prævideat, unde cauſa prævaricationis ſumat exordium, & quo finis concluſio dirigat curſum. Nos enim petimus, & humiliter ſuggerendo precamur, ac per omnes Dei viventes quantum poſſumus, adjuramus, ut ſi placet de ſedis apoſtolicæ judicio retractari, & quod inhibitum eſt judicari, hoc agatur conſilio, & tractatu non ſolum noſtrorum, ſed etiam illorum regnorum epiſcoporum, nec non & ſi fieri poteſt, Orientalium utcumque antiſtitum, ubi ſcelera, quorum ultio fallo injuſta dicitur (proh dolor !) non latuiſſe. Rurſum petimus, & humiliter obſecramus, ut ſuggeratur piiſſimo noſtro imperatori, Deique cultori, & eccleſiaſtici tuitori, ut ſicut prædeceſſores ejus Chriſtianiſſimi & Orthodoxi imperatores fuere, & ipſe illorum veſtigium ſequens Chriſti eccleſiæ (Dei gratias) honorem amplificat & decus ; ita Romanam eccleſiam caput omnium, cujus eſt defenſor, & advocator, defendat, exalter, & protegat, & in aliquod præcipitium non numquam mergi permittat, quatenus ſimplenterra laus, & gloria, ſimulque copioſiſſima merces illi divinitus augmentetur. Suggeratur etiam illi, & ab ejus majeſtate flexo poſſitive poſtuletur, ut ſollicite perſpicere dignetur, qui ſint illi, qui lucra corporum, an qui perinus lucra animarum quærant, & ſi qui corporis incolumitatem ſuis cupiditatibus non audiat. Salubria ſuggerentes, quam alium unum horum rantummodo ſuadentes. Præcipuè quum nos non noſtra, ſed ea, quæ ſunt Jeſu Chriſti quærentes, & pro ejus gloria, & exaltatione totius ſui imperii ſempiterna, ac immenſum imperatorem momentaneis precibus imploremus.

Auctoritatem autem Nicochoeni conciſii, quæ inter cætera noſtræ ſuffragatæ ſuggeſtioni, ecce ſubjecimus, nam ejuſdem concilii capitulo duodecimo definitum eſt : *Si quis à propria epiſcopo periſtet, aut Diaconus, aut à Synodo ſuerit epiſcopus ſorte damnatus, & imperatoris auribus malefſus cæterorum, oportet ad majus epiſcoporum conſenti conciliam, & qui putaverint habere, juxta, plurimi epiſcopi ſuggerant, eorumque diſcuſſiones, ac judicia præſtolentur. Si*

ANNO CHRISTI 869. 870.

verò hæc parvipendentes molesti fuerint imperatori, hos nulla venia dignos esse, nec tolerandos, cum satisfactionibus habeare, nec spem futuræ restitutionis penitus opperiri. Postremò jam quia compellimur, & à sedis apostolicæ majori auctoritate, atque judicio ad minorem, quod non debet fieri, proclamatur, habemus alias auctoritates, quæ nos sine omnium episcoporum, tam Orientalium scilicet, quam Occidentalium, quos diximus, præsentia de his aliquid examinare non flatuunt. Denique jam fanctus Sanctus Cyprianus Carthaginensis episcopus in epistola ad plebem de quinque presbyteris ait: *Placuit tam nobis, quam Coepiscopis & Clericis universis, stetit universis episcopis nunc in nostra presentia, vel tunc mare constitutis, ut nihil innovetur circa Lapsorum causam, nisi omnes in unum convenerimus.* Et iterum in alia epistola: *Audiant, inquiens, quæ patienter constituimus nostrum, expectent vegrisicum nostrum, ut cum ad vos per Dei misericordiam venerimus, convocatis coepiscopis plebibus, secundum Dominicæ disciplinam, & Confessorum præsentiam, vestram quoque sententiam, Beatorum Martyrum literas, & desideria examinare possimus.* Hæc igitur propter improbitatem quorundam sub brevitate A transcurrimus, ne nostrum auditum misericordiæ tantum januis claudere velle dicamur, cum nemo nesciat sanam sapientis, nec etiam *Cunctatium*, & *Zachæum* lateat, quod ad illicita compellimur, & ad ecclesiæ lectionem prohibita contingere cogimur. Judicatum est enim juste de illis, & per sedem apostolicam, ubi totius judicii summa potestas est, & auctoritas, de his extat deliberatum, a quo nemo est appellare permissus, de cujus judicio retractari non licet; cujus sententia debet sine tenus inviolabilis permanere, si Christianitatis vigorem, & opus quis non coeperit conculcare. Porrò si in mundanis quilibet suspectum habet judicem, præsentiam ducis requirit; si Ducem B suspectum habet, præsidem adit; si & ipsum suspectum habet, ad Imperatorem, a quo jam non est appellandum, recurrit: quanto magis in ecclesiasticis id observandum est, ut si aliquis judicatur ab inferioribus, debeat ad sublimioris sedis, hoc est apostolicæ judicium proclamare? Ab illa autem judicatus qualiter ad inferiores debeat proclamare, nullis exemplis, nullis judiciis, nullis legibus, nullisque Traditionibus omnino reperimus.

ANNO CHRISTI 871. 872.

vangelica admonitione, nulli imponat, A nisi unde canonica decet auctoritas; quia anathema æternæ mortis est damnatio, & non nisi pro mortali debet imponi crimine, & illi qui aliter non potuerit corrigi.

ANNO CHRISTI 871. 872.

SYNODUS CAPHARTUÆ JACOBITARUM

Pro statuenda inter eos ecclesiastica Hierarchia,

A Joanne patriarcha Antiocheno Jacobita, anno Græcorum 1180. Christi 869. celebrata.

Anno 869.

OCcasione schismatis inter Joannem patriarcham Antiochenum Jacobitarum, & Basilium Maphrianum Orientis, ideli primatem itidem Jacobitarum Orientalia incolentium, Maphrianorum Orientis appellatione, post patriarchalem potestas sibi erat in duo. Huic tollendo schismati, utroque æmulo satis jam fundo, Joannes patriarcha concilium ad Caphartutam indixit, in quo de pax ecclesiæ illi reddita, & canones edo sanciti; *qui ad patriarchum, & Maphrianum spectant: ut scilicet Maphrianus primum a patriarcha locum supra omnes pontifices Orientis obtineat, neque ipse electos patriarche manum imponat. Abbatissam præterea Basilius eum fecit, & quot Callinici, Harun, & Rhesinæ, episcopi conscraverat, ad alias vacuare sedes transiit.*

Ex Abrahamo Orientali apud Assemanum tom. III. Bibl. Orient. pag. 256.

AD CONCILIUM COLONIENSE

Anni 870. vel ad alterum 873.

ADDITIO.

Anno 870. vel 873.

MAbillonius V. Cl. in analectis suis pag. 143. vulgavit collectionem quamdam veterum canonum, opera Abonis Floriacensis abbatis digestam; in qua §. 36. exhibetur canon 56. concilii Colonienfis, eundemque ad concilium anni hujus idem vir clarissimus referendum opinatur, ea ductus ratione, quod in annalibus Prudentii anno illo 870. concilium Coloniæ habitum, & in eo diffipline ecclesiasticæ canones plures constituti annotantur. Verum & anno 873. concilium alterum ibidem convenisse, concantibus episcopis ad dedicationem templi S. Petri ibi erecti, ex actis ejusdem concilii apud Labbeum tom. XI. pag. 249. Venet. edit. constat, itaque posterius concilium in dedicatione templi coadum cum priori illo anno 870. confudisse Annalistam ex eo discimus, quod templi ejusdem dedicatio habitum idem illud concilium anni 870. affirmet. Quare non satis constare arbitror, utrum canon, mox recitandus, ad concilium ahni 870. hve ad alterum 873. pertineat.

Ex Concilio Coloniæ cap. LVI.

UT nemo episcoporum quemlibet sine certa, & manifesta peccati causa, communione privet ecclesiastica: Anathema autem sine consensu archiepiscopi, & episcoporum, proxlata etiam evangelica admonitione, nulli imponat, nisi unde canonica decet auctoritas; quia anathema æternæ mortis est damnatio, & non nisi pro mortali debet imponi crimine, & illi qui aliter non potuerit corrigi.

COMPENDIENSE CONCILIUM

In quo de redeundo Carolomanno ad obsequium patris sui Caroli Calvi actum est, & an fautores ejus anathema dictum.

Anno 871. habitum.

Anno 871.

CUm tam multi diligentissimi scriptores celebrata in Gallia concilia collegerint, & mirari subit tam multos simul oculos fugere potuisse Compendiense concilium, cujus sin minus concilii nomen, res ramen ipsa extat in expostulatione Hincmari Remensis adversus Hincmarum Laudunensem cap. XX. quæ lecta in synodo Duziacensi extat apud Labbe tom. X. Ex ea vero constat Hincmarum Remensem cum suffraganeis suis convenisse Compendii, *quando de Carolomanni, & complicibus ejus conversione tractabatur*; qua conversione desperata, Hincmarus cum suffraganeis sententiam dixit excommunicationis in efficesanos suos, qui perduelli filio favere non destitissent. Extat sententia illa inter epistolas Hincmari num. XXXII. & ad Remigium Lugdunensem archiepiscopum usque suffraganeos dirigitur. Fatetur equidem Hincmarum Laudunensem adversus sententiam illam eo nomine excepisse, quod in synodo minime lata fuerit; qua de re in eadem expostulatione cap. XXII. Id ramen objecit Hincmarus, quod in concilium quidem episcopi convenissent, ut de causa Carolimanni tractarent, dein soluto concilio, cum jam episcopi quidam abiissent, inter quos episcopus Laudunensis, Hincmarus Remensis cum reliquis, qui nondum aberant, episcopis, sententiam illam tulit.

JOANNES PAPA VIII.

Sedit ab anno 872. usque ad 882.

APPENDIX EPISTOLARUM JOANNIS VIII.

COLLECTORIS IN SEQUENTES EPISTOLAS ADMONITIO.

EPistolas Joannis VIII. a Labbeo, cæterisque post illum collectoribus conciliorum, prætermissas, ipse pariter omittere contitueram, quod rarum essent, ubique concinerent ad canonicam scientiam, sive ad historiam ecclesiasticam illustrandam pertinent. Sed cum aliquas ex illis dare hac eadem necessitas cogeret; aliquas pariter denonnullis adnotanda succurrerent; ideo cum spicilegium quoddam dandum fore animadvertem, malui omnes, quotquot collegeram, exhibere. Cum præsertim fieri potuerit, ut quas ego supervacaneas reputavi, hæ lectorum quorumdam consilio maxime serviirent; ac præsertare judicarim inutile potius aliquid tradere, quam aliquid omittere, quod unius vel alterius Lectoris commodis servire posset.

Inter eas verò, quæ collegendæ fuppetebant, epistolæ, suum sibi locum præ cæteris vindicaret epistola, ita enim appellat, quam Balutius Miscellan. tom. VII. velut ineditam pag. 332. reprælentat; continet enim pontificis illius in violatores raptoresque rerum sacrarum sanctionem. At dum illam excudo, agnovi tandem, sedsaque collatione repeti, ipsum esse canonem V. concilii Ravennatensis, cujus canones Holstenius primum, dein Labbeus in sua collectione vulgavit. Hæc ergo omissa reliquas produco.

I.

JOANNIS VIII. BULLA

Qua confirmatur patritio monachorum S. Medardi Suessionensis.

Johannes episcopus servus servorum Dei, venerandæ congregationi religiosorum monachorum generabilis monasterii sancti & confessoris Christi Medardi, ubi non & beati martyres Christi Sebastianus imperpetuum.

Ex Mabillon. An. O. S. B. to. III. num. XX. append.

QUotiens illa a nobis tribui pro desiderio postulantis, quæ omni ratioui inconcantere conveniunt, animo nos decet libenti concedere, & pie petentibus impartiri suffragium. Igitur omnium Christi fidelium cognoscat solertia, quoniam dilectissimus filius noster Carolus imperator augustus, beatorum Petri & Pauli apostolorum principum adiens limina, nobis mente devota suggestit, quatenus eidem prædicto venerabili monasterio ad utilitatem & usum tam nominatorum monachorum, ibidem Domino servientium, per apostolatus nostri privilegium confirmaremus, & immobilia loca, quæ idem christianissimus Cæsar, tam, pro veneratione eorumdem sanctorum, quam pro mercedis suæ augmento per regale

ANNO CHRISTI 872.

præceptum contulisse dinoscitur, quorum nomina inferius scripta leguntur, Bernejum scilicet, Croviacum, Domino regium, Sodoleum, Berziacum una cum molendino, Bersilo, marisacos duos, atque spicarium & propter has Murocinctam, Cerniacum-vadum, *sicut Hilduinus anterior abba ad fuum* tenuit dominicatum, fuperatdens in Murocincto manfum unum, Malcas etiam & piscinas fuper mare & Cubninnaci cultæ terræ bonaria XXIV. & Ruminaco manfos quinque, & partem prati de loco Geigio, & manfos duos in villa, quæ dicitur Lentgere-vicinium; decernens, ut camerarius-vestimentorum monachorum habeat tres villas, Capram, Albiacum, & Solmam, & hospitalis nobilium accipiat nonam ex villis ipsius abbatiæ fecundum priscam consuetudinem, & habeat Cauciacum simul cum lignariis de Pivone: & *hospitalis* peregrinorum accipiat decimam, & habeat Haronificurtem. *Thefaurarius* autem & portarius, atque *hospitalarius*, necnon & camerarius intra octo dierum dominicæ nativitatis, & refurrectionis Domini dominicæ fpacia, bis in anno plenariam refectionem habeant; insuper ex præfatis aliis villis terminum nativitatis electi filii fui Carolomanni plenariam refectionem habeant, & poft eius obitum diem nativitatis transferant in diem depositionis. similiter ex villa Bernoilo decrevit refectionem abundanter fieri eisdem monachis in anniversario Bertæ amitæ fuæ & luminaria exhibeat ecclefiæ fanctæ Sophiæ inferiori, & fanctæ Trinitatis fuperiori, ficut in privilegio eiusdem pii augufti de his omnibus factu continetur: ut quicquid ab eodem illuftriffimo Cæfare tam de mobilibus, & immobilibus rebus, quam de thefauro collatum eft, & in futurum conferetur, pro animæ fuæ remediis firmum & inviolabile, in perpetuum omnino confiftat. Hujus rei gratia, quia eumdem fuiffemen imperatorem divino amore concordia pia egiffe confidimus, congruis fuggeftionibus ejus favere volentes, decernimus, ftabilimus, & apoftolica auctoritate omnimodis confirmamus fuperius dicta immobilia loca cum nobilibus, feu famulis utriufque fexus, tam cum thefauro ad ufum & utilitatem fupra dictorum monachorum, utpote idem præftantiffimus imperator augufti præcepto eidem monafterio ob falutem animæ fuæ conceffit, vel conceffurus erit. Statuimus autem fub divini judicii obteftatione, & anathematis interdicto, ut nemini omnino liceat quoquo modo aliquid dare de his omnibus a jure venerabilis noftri monafterii, vel utilitate monachorum auferre, alienare, fubripere, aut per qualecumque modum, vel argimentum fubtrahere: fed omnia hæc, & quæ adhuc in thefauro ab ipfo pio Cæfare vel ab aliis Deum timentibus in jus, dominium, vel utilitatem noftri venerabilis monafterii ac monachorum ibidem morantium conferentur, perennibus conflitat omnino temporibus. Si quis autem, quod numquam optamus, contra hoc noftræ confirmationis præceptum, aliter agere non formidans, alliquid inde alienare, minuere, fubtrahere, vel temerario audacitate præfumpferit, aut aliter ordinare, præter quod jam ordinatum eft, tentaverit, vel in toto, vel in parte transgreffor apparuerit; Dei omnipotentis judicio fciat fe effe anathematis vinculis innodatum, & cum Diabolo, & ejus atrociffimis pompis atque cum Juda traditore Domini noftri Jefu Chriffi; & cum impiis omnibus portionem habeat, & a regno Dei alienus exiftat. Qui vero pio in omnibus intuitu votus obtemperator, & curator extiterit benedictionem, gratiam, & cæleftem mifericordiam, five veniam delictorum fuorum a judice Domino Deo noftro confequi mereatur. Scripta autem per manum Benedicti notarii regionarii, & facro-fanctæ Romanæ ecclefiæ in menſe januarii, indictione nona. Bene valete, quarto nonas Januarii, per manum Anaſtaſii Bibliothecarii fanctæ fedis apoftolicæ, anno Deo propitio pontificatus Domini Johannis quarto, imperatore domino piiſſimo perpetuo Auguſto Carolo a Deo coronato magno imperatore anno primo, & poſt conſulatum ejus anno primo, indictione nona.

ANNO CHRISTI 872.

A

B

C

D

II.

AD EPISCOPOS BRITANNIÆ.

Quid agendum de monachis ab abbate ſuo ordinatis.

Johannes ſervus ſervorum Dei epiſcopus Romanæ urbis, in Chriſto fratribus univerſis epiſcopis cisterioris Britanniæ ſalutem in Chriſto & viſitationem.

QUla vice B. Petri apoſtolorum principis Domino Deo dignante omnium ecclefiarum curam fuſcepimus, ſolliciti circa eas, quæ a unaſcujuſque fide integra in eodem Domino reſerventur, fine qua nullus ei placere valebit, ubique ſovere obſervare debemus, itaque notum ſit vobis quoniam cariſſimus frater noſter Arduinus, fanctæ Turonenſis eccleſiæ archiepiſcopus, veniens ad apoſtolorum limina Romam oraturus, interpellavit nos, quod jura & archiepiſcopatus, quæ ab antiquis temporibus per decreta ſanctorum pontificum ſanctæ Romanæ matris eccleſiæ ſuis prædeceſſoribus conceſſa & confirmata fecerunt, a retro archiepiſcopo & ſuis deceſſoribus per violentiam, & paganorum Normannorum contrarietatem fublata videntur, unde apoſtolica auctoritate vobis ſcribendum eſſe illius ullo modo juri reſiſtaris deinceps, de omnibus quæ prædictus archiepiſcopus confirmat archiepiſcopatui fui pertineri debere, quouſque ille vere archiepiſcopus, aut aliquis ex vobis cum Arduino archiepiſcopo, ſive eum ſuo ſuffraganeo, vel alio fideli miſſo ad noſtram ſanctam matrem eccleſiam veniat, ut ibi præcognitis cauſis inter vos & illum, quod æquum comprobabimus, diffiniatur, ad laudem Dei, & Domini noſtri Jeſu Chriſti. Quod ſi aliter quam jubemus contra voluntatem ejus feceritis, cognoſcatis vosmetipſos Dei, & B. Petri principis apoſtolorum per noſtræ humiliatis mandatum, auctoritate excommunicatos abomni eccleſiaſtico officio.

Quod

ANNO CHRISTI 872.

Quod ſi vere debitam reverentiam circa præfatum fratrem noſtrum obſervare vobis placuerit, fecundum juſtitiæ decretum a S. Romana eccleſia ſtatutum, permaneatis cum Dei benedictione in unitate noſtræ catholicæ communionis. Interea ſciant regni veſtri homines maxime nobiliores nominatim Berengarius, & filius ſuus Conanus, & Hoel cum fratre ſuo Guerech, cum cæteris maioribus, ut ſi contra juſtitiam inobedientes fuerint huic noſtræ juſſioni, & contrarii ſeu rebelles extiterint præfato fratri noſtro Turonenſi epiſcopo, ſint & ipſi excommunicati, & noſtra benedictione apoſtolica privati.

Ex Annal. dot. Mertenſ. an. 872. col. 897.

III.

AD TICINENSEM EPISCOPUM.

Archiepiſcopalia inſignia utenda concedit cum facultate ordinandi ad ſuam Synodum archiepiſcopos Ravennatenſem, & Mediolanenſem.

Joannes epiſcopus ſervus ſervorum Dei,

Reverendiſſ. Joanni S. Ticinenſis eccleſiæ &c. in perpetuum.

ExUghell. in Paplen. ſtuto to. I. col.

SUpernæ miſericordiæ ad hoc regiminis curam ſuſcepimus, & apoſtolicæ miſeracionis ſollicitudinem gerimus, ut juſte præcantium votis libenter animo habeamus, & libramine æquitatis cunctis in neceſſitatibus poſitis fubvenire debeamus. Nam fummæ fedis gerentes auctoritatem de venerabilium locorum ſtabilitate, quantum ex divino adjutorio poſſibilitas datur fatagere debemus; hoc namque ſtudio & divina placatur clementia, & ſuus, quæ utilitatis Chriſti eccleſiæ procuratur. Igitur poſtulante a nobis tua reverentia, quantum ea quæ ad ſtabilitatis integritatem, & ad profectum honoris fanctæ tuæ pertinere dinoſcuntur eccleſiæ, ea ex divina largitate præeſſe dignoſceris, enucleanter perfcire ſtudeamus, inclinati precibus tuis per hoc decretum apoſtolicæ auctoritatis privilegium confirmamus tibi ſucceſſoribusque tuis omnia privilegia tam ſacrorum pontificum, quam gloriofiorum Auguſtorum præcepta, quod pro honore ſanctæ tuæ eccleſiæ & rerum omnium mobilium, & immobilium ſtabilitate collata funt; nec non & apoſtolica cenſura ſtatuimus, ut fecundum ſacros canones, ſpiritu Dei conditos, electici vel ſanctimoniales, aut vidue ſub tua, tuæque eccleſiæ cura, & ſollicitudine ſtare debeant, nullufque tam facri ordinis præſbyteros bonos, quam etiam fecularium miniſter dignitatum, quocumque modo eos, eaſque ad publicum pertrahere judicium, aut ob hoc eis illorum, illarumque ſit hannum poſtnere præſumant; ſed equo judicio, ſpecialique præſentia tua, ſucceſſorumque tuorum de quibuſcumque cauſis, vel negociis, quæ fecundum temporis qualitatem acciderint, juſtitiam, judiciumque faciant. Sanctimus etiam, ut monaſteria, quæ intra tuæ diœceſis fines conſtiunt, ſub tuo, & eorum, qui tibi ſucceſſerint, jure canonico permaneat in perpetuum videlicet, & confecrationem abbatum, vel abbatiſſarum, & in eorum earumque ordinum diſcuſſione; ita tamen ut nulli in eiſdem venerabilibus locis quoties opportunum fuerit fine tua, tuorumque ſucceſſorum providentia, atque conſenſu fiat electio, ſicut canonica jubet auctoritas, ſalvo ſcilicet in omnibus ſedis Apoſtolicæ privilegio (ſpeciali; harumque renovatione præcipientes, ut monaſterium S. Donati fundatum a Luitprando epiſcopo, deceſſore tuo in loco, qui dicitur Scogialo, cum omnibus rebus mobilibus, & immobilibus fecundum teſtamenti fui ſeriem collatis, & aliud monaſterium S. Mariæ poſitum in Caſtara, quæ juri eccleſiæ tuæ proculdubio & perpetuo videntur, te, ſucceſſoresque tuos perpetuis temporibus jurisdictionem tenere, habereque decernimus, & quamvis in aliena parrochiis conſiſtant, apoſtolica jubemus auctoritate in omnibus, quæ ibi agenda, vel ordinanda erunt, liberam fine alicujus contradictione habeas poteſtatem; Presbyteros vero, & monachos prædictorum omnium Cœnobiorum ad tuum canonicum, prout eccleſiaſtica neceſſitas exegerit, fine alicujus contradictione ſtatuimus venire concilium. Quod ſi aliqua in eiſdem monaſteriis præcepta canonicis in aliquo regulis obviare viderint, fuerint reperta, magis hoc canonice factum illis habere auctoritatem decernimus. Ita etiam de cæmeteriis, quæ intra, vel extra civitatem Ticinen. conſiſtunt, præcipimus, ut ſub tuæ eccleſiæ cura, & poteſtate antiſtitis, abique alicujus controverſia perpetuo maneant. Sancimus etiam apoſtolica auctoritate largiendo tibi tuisque ſucceſſoribus crucem habere quocumque voluerit ferre, pallium quoque ſimiliter concedimus, nec non album equum coopertum equitare in ramis palmarum, quæ ſecunda feria poſt paſcha. Sancimus etiam, ut ſecundum tenorem capituli decimi, quod Synodali decreto Ravennæ ſtatuimus habetur indictione decimum, nullus unquam cujuſque dignitatis aut potentiæ homo, quaſi ſub obtentu hoſpitalitatis, in tuo venerabili epiſcopio, aut in domibus ſuccedoum tuorum, & omnium clericorum fine tua, tuorumque ſucceſſorum voluntate applicare præſumat. His ita præſtabilis decernimus, ut ſi humana contradictione tuæ ſedis epiſcopus ex hoc mundo migraverit, de proprio clero quem idoneum præ cæteris clerus & populus repererit, poteſtatem habeat ſecundum ſtatuta venerabilium Patrum, & Romanæ ſedis antiſtitum, nulla feculari contradicente potentia eligendi epiſcopum. Quod ſi fortaſſe in eadem plebe (quod minime credimus) tantæ ſedis honore dignus repertus non fuerit, tunc ſi alter de altera eccleſia canonice provideandus eſt, conſenſu tamen & voluntate ipſius plebis nominiſi antea electio ordinetur antiſtes. Atque in his partibus *mala molefiaque* conſuetudine a quibuſdam ſacras leges ignorantibus Clericalis ordinis viros ſub jugo ſervitutis poſt conſecrationem teneri, famuloſque velle vocari audivimus, quod dici nefas eſt. Volumus, atque expreſſe jubemus, ut ſicut is, qui nullius unquam conditionis fuit, ita etiam & ille, cui ad hoc officium ſufcipiendum morum dignitas ſuffra-

ANNO CHRISTI 872.

fragaverit nullius viri vinculo posthmodum teneatur adstrictus, Quia humana lege non debet arctari, quem divina gratia ad tantam sacri ordinis dignitatem provehere dignata est. Præcipimus etiam, ut in omnibus mobilibus & immobilibus, rebusque Sanctæ ecclesiæ pertinentibus, hominibus quoque utriusque sexus, tam liberis quam servis, nullam a quoquam contrarietatem, aut fortiam, nullam violentiam, aut invasionem absque legali calculo aliquibus fieri. Confirmamus etiam S. ecclesiæ tuæ Xenodochium fundatum intra Ticinen. civitatem juxta ecclesiam S. Mariæ, quæ dicitur Minor; quod filius noster Dominus Carolus imperator Augustus eidem ecclesiæ, a qua injuste subtractum fuerat, legaliter per præcepti sui pagimam restituere curavit, ut sibi jure, ac ditione tua, tuorumque successorum sine alicujus refragatione perpetualiter maneat; immunitatem etiam ipsius ecclesiæ secundum imperialia præcepta statuimus, & hoc nostro apostolico privilegio inconcussam, stabilemque manere jubemus. Si quis autem, temerario ausu contra hujus nostræ apostolicæ præceptionis seriem pie a nobis, & canonice promulgatam venire, agereque tentaverit, & omnia, quæ superius statuta fant, tuæ S. ecclesiæ fine tenus non observaverit, sciat se Domini nostri apostolorum principis Petri anathematis vinculo innodatum, & cum Diabolo, & ejus atrocissimis pompis, atque cum Juda traditore Domini Dei, & salvatoris nostri Jesu Christi, æterno incendio concremandum, & qui pro intuitu cujus, obediens atque observator hujus nostræ salutiferæ præceptionis extiterit, benedictionis gratiam, & cælestis retributionis æterna gaudia a justo judice Domino Deo nostro consequi mereatur. Scriptum per manum Leonis Scriniarii S. R. E. in mense Septemb. bene valete. Datum est hoc nono Kal. Septembris, per manum Leonis episcopi missi & Apocrisiarii S. Sedis apostolicæ, imperante Dom. Carolo coronato magno imperatore. Et ut certius appareat hoc nostrum privilegium, & inconcussum permaneat, sigillo nostro jussimus insigniri. Anno II. post confulatum ejus anno II. indict. XI.

Zacharias humilis episcopus S. ecclesiæ Anagnien. in hoc privilegio consensi, & scripsi.

Petrus episcopus Forosempronien sis ecclesiæ in hoc privilegio consensi, & scripsi.

Laurentius humilis episcopus Campaniæ ecclesiæ consensi & scripsi.

Leo humilis Scrinarius & Notarius S. R. E. & cum jussione reverendiss. D. Joannis papæ scripsi, & aliis roborantibus protesti, & est sigillatum sigillo plumbeo magno impresso, habente imaginem sanctissimi olim papæ Joannis, cum literis infrascriptis similibus, videlicet: Joannes papa.

IV.

AD MONACHOS S. VEDASTI ATREBATENSIS.

Confirmat omnia contenta in diplomate Caroli imperatoris.

Johannes episcopus servus servorum Dei, fratribus monasterii B. Vedasti, quod vocatur Nobiliacus, vel Atrebat, ubi ipse S. Vedastus confessor Christi corpore quiescit in perpetuum.

Si utilitatibus servorum Dei piè consulimus, locaque Christo dicata apostolicis fulcimus sanctionibus, quo divini cultus servitores, inibi Deo vacantes, a turbinibus & variis tempestatibus sæcularium maniatur; excursibus, nihil hoc holocaustо gratius redemptori nostro creditmus offerendum. Qua de re luce clarius patet omnibus ecclesiæ filiis, quia carissimus filius noster Karolus rex, adiens limina beatissimorum apostolorum Petri & Pauli, honorifice a nobis exceptus, posquam solemniter vota regia persolvidet ad sepulchrum B. Petri, die nativitatis Domini, in ecclesia ipsius B. Petri apostolorum principis dignitatem imperialem per impositionem manuum nostrarum adeptus est. Dehinc non minus sincerè, quam Cdevotè a nobis expetit, ut B. Petri apostolorum principis, simque apostolatus nostri auctoritate decerneremus privilegium Romanæ, atque apostolicæ sedis stipulatione roboratum, fratribus jam dicti monasterii confessoris Christi Vedasti; per quod stabili jure, ac sine perturbatione possiderent claustrum ac prædictum monasterium, & omne quod ex per suum præceptum conscerat, ac Gallicanorum episcoporum decreto munisi fecerat. Hujus rei gratia, quia eumdem augustum divino contactum amore id fecisse perspexi, gratanter ejus petitionibus assentiun præbuimus, decernentes apostolica auctoritate, ea quæ hic inserta, habentur inconvulsa manere. Ad matriculam scilicet ecclesiæ Maisbodvillam, Baie, Senous, Herbodcisternam, Pomerias, Herlincurtem, & in Bominicurtem mansos, & cum Longobragio, Manium, Morisele, & Scelbogotheim, Jurentiacum, & in Dominicacurte mansum 1., & in Farreolo mansum 1. Ad necessaria vero fratrum, victus scilicet, & potus, medietatem vici, qui vocatur Hovavilla, & tabernam unam, Filicum dominicam curtem, Theuludum, Bigartium, Heenam-curtem, Bernevillam, Mediolanas, Pateas aquas, Angeli-curtem, vallis cum camba una, duobus molendinis, Stagnum, Saltiacum, Atiamentarias, Mast, Marcheim, Seringe-heim, precariam Emmonis, & Tangigardi. Ad eamdem vero villas sitas in pago Batua, quæ circumfluit Rhenus bicornis fluvius, his nominibus Rehxnam, Wifrum, una cum capella ibidem posita, Rotheim super fluvium Verfiam sitam. Item in altera Rotheim mansos VI. præterea etiam ultra Rhenum præfibatum fluvium mansos numero XXXVI. pariter cum silvis appendentibus. Deinde in pago Atrebatensi Athejas, Saltiacum

ANNO CHRISTI 872.

cum, Liniacum, Campanias, & in Fontanido mansos III. & in Lambras mansum I. & alterum in Hadas, & tabernam I. in vico monasterii. Ad portam Bernejam villam, & in Anzinio mansum I. cum molendino & in Enez mansos V. cum molendino & decimam omnis abbatiæ. Ad hospitale pauperum in Dagguvilla mansos VII. in Boneyam villam, & Lentfales mansio III. & quintam, partem omnis decimæ. Ad domum verò infirmorum omne thelonium ex mercato, & has villas quas pro remedio animæ suæ dedit, vel reddidit S. Vedasto, Fronellicurtem, Ciliacum, Lutofum montem, atque Tilgidum. Has ergo villas cum omnibus appendiciis, & rebilibus & mancipiis, quemadmodum per præcepti paginam ordinata fant, atque tradita, per nostri apostolatus auctoritatem sancimus, ut nulli mortalium liceat aliter ordinare, mutare, vel aliud quid quoquo modo exinde, vel parum agere, præter quod a sæpe dicto filio nostro piissimo augusto constitutum est; sed omnis ordinatio in arbitrio abbatis pendeat. Qui ergo ea quæ sancta atque apostolica fedes stabilivit pro nihilo duxerit, temerariaque ausu avaritiæ, diabolicæque cupiditatis instinctu qualitercumque violare tentaverit, si ex toto, aut ex parte transgressor apparuerit, B. Petri apostolorum principis, nostrique apostolatus auctoritate anathematis nexibus, ut fur, & sacrilegus astrictus, atque ab unitate matris Ecclesiæ & participatione corporis & sanguinis Christi sequestratus, cum Juda traditore Domini nostri Jesu Christi, & Diabolo ejusque atrocissimis pompis in tremendo die magni examinis sententiam damnationis accipiat. At qui his apostolicis constitutionibus fincero animo obtemperator extiterit, benedictionem, & misericordiam a Domino Jesu Christo percipiat, & partem, & societatem cum eis, quorum nomina sunt scripta in libro vitæ agni a constitutione Mundi. Amen.

Data per manus Anastasii primicerii anno primo imperii Karoli serenissimi augusti, & post confulatum ejus anno I. indictione VIII.

V.

AD ABBATEM, ET MONACHOS HERENSES.

Approbat donationem monasterii S. Porciani illis factam.

Johannes episcopus servus servorum Dei, Gerioni religioso abbati venerabili monasterii sanctæ Dei genitricis, semperque virginis Mariæ Domini nostri, & S. Viborati, ac per to eidem venerabili monasterio in perpetuum.

Ex spicileg. D. Acher. tom. III. pag. 331.

CONvenit apostolico modesamini pia religione pollentibus benevola compassione succurrere, porcentium animis alacri devotione impertiri assensum. Ex hoc enim

A

Ver. mansus. Mantenit col. 800.

B

C

D

E

F

CON-

ANNO CHRISTI 872.

CONCILIUM ROMANUM

In Adalgisum ducem Beneventanum, & pro sanciendis ecclesiasticæ disciplinæ capitibus nonnullis celebratum,

ANNO CHRISTI 872.

Anno 872. Joannis VIII. anno I.

REgino ad annum 872. hæc de concilio scribit: *Ludovicus imperator Romam venit, ibique conventum celebravit cum summo pontifice, multa super Adalgisi* (Beneventani ducis) *tyrannide conquestus est . . . . . Joannes papa imperatorem adjuravit, quo se obligatorem, authoritate Dei, & S. Petri absolvit, affirmans nihil obfuturum, quod ad mortis periculum evadendum coactus fecerat.* Hæc ille de rebus in eo concilio gestis. Ad illud forte concilium spectat ea sanctio de ecclesiarum possessionibus nemini, nisi quibus canones permittunt, concedendis, quam idem Joannes in canone II. concilii Tricassini II. olim, prioris anno ordinationis suæ, edidisse se affirmat his verbis: *Ut sit illud primo anno ordinationis nostræ apud Beatum Petrum apostolum constitutum.*

CONCILIUM ROMANUM

In quo de eligendo Carolo Calvo ad imperium deliberatum est,

Anno 875.

Anno 875. LUdovico Augusto fatis jam functo, Joannes VIII. pontifex de assumendo ad imperium Carolo Calvo, cujus ope contra irruptiones Saracenorum indigebat, cogitare cœpit. Quare per literas illum invitavit, ut Romam imperiale diadema suscepturus veniret. Secundum hæc, in frequenti episcoporum concilio rem totam proposuit, simulque cum patribus illis statuit, ut quoadusque Carolus imperialis confecrationis causa abfuisset, nonnetcur Ludovicus Germaniæ rex, episque filii, ne quid in hæreditatem defuncti imperatoris Caroli incommodum, tentarent. Ira vifum ab omnibus, cujus sanctionis authoritate, Caroli jam Romæ agentis & ad imperium assumpto, expeditæ sunt ea de re literæ Joannis ad Ludovicum, & episcopos in regno ejus constitutos, quæ extant inter epistolas Joannis Labbeanas num. 315. 318. & 319. Concilii hujus, quod fuisse collectores admirer, mentio perspicua extat in altera editione concilii Pontigonensis, quam exhibet Labbeus tom. XI. pag. 289. Venet. edit. Hæc enim ibi: *Congregata igitur in urbe Roma sancta synodo ante adventum prædicti Domini imperatoris &c.*

AD CONCILIUM TICINENSE

Anno 876. habitum

ADDITIO.

Anno 876. NE quid omittam in re conciliari, si quæ forte addenda alicubi offendi, concilio huic Ticinensi hæc addo ex Hugone Flaviacensi in chronico: *concilium habuit Carolus in Ticinensi palatio, cui interfuit Berhardus Viridunensis. Damnati & depositi sunt, ... & . . . . . ricensis, Agelmarus Alvernensis . . . . . Lingonensis.*

ROMANUM CONCILIUM

Quo Formosi Portuensi dies dicta,

Anno 876. celebratum.

Anno 876. NEgari non potest Synodum aliquam Romæ convenisse, in qua dies dicta fuerit Formosi Portuensi episcopo, exteriisque dein in synodo Pontmiacensi pariter damnatis. Id non obscure prodit Joannes VIII. in epistola, quæ est ordine 319. in qua scribit vocasse se reos illos, ut prid. Kal. Aprilis indict. 9. ideft hoc eodem anno 876. ad causam suam defendendam venirent. Quibus parere recusantibus, *Synodum*, ait pontifex, *convavimus, & post regulares allocutiones, sententiam in eos protulimus.* Epistolam hanc præsenti anno datam fuisse, ex ipso ejus contextu liquet, & Pagius hic num. 5. admittit. Addit autem in ea pontifex, se in ea synodo allum terminum dierum decem præscripsisse reis, ut causam suam dicturi venirent. Terminus vero ille definite, inquit, pon-

ANNO CHRISTI 877.

pontifex die III. *Kal. Maii præsentis nonæ indictionis*. Ex quo intelligimus synodum celebratam fuisse medio circiter aprili hujus anni, & epistolam hanc, vel in ipsa synodo vel statim ea absoluta datam, consignatur enim XI. *Kal. Maii*.

ANNO CHRISTI 877.

COLONIENSIS SYNODUS

In qua constituitur Alfridi Hildesheimensis episcopi pro confessio Assidensi SS. Virginum cœnobio approbatur,

Anno 877. coacta.

COloniensis provinciæ episcopi anno 877. ad civitatem metropolim convenerunt, ut novi templi S. Petri recens construeti dedicationem peragerent. Ea occasione Aldefridus Hildesnesheimensis episcopus conditi a se in diœcesi sua Partenensis Esnedensis in honorem B. M. V. & SS. Cosmæ & Damiani diploma, quo & latifundia sanctimonialibus illis assignatur, & alia quædam in commodum commune disposita, Patribus illis approbandum exhibuit. Diploma ipsum ex autographo a publico Tabellione descriptum Lunigius in Spicilegio ecclesiastico exhibuit, adjectis ex iisdem autographis tabulis Patrum illorum in violatores constitutionis illius anathematifmis. Ex eo vero nos hic recitamus.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. *Alfridus*, Dei dispositione providentia Hildemesshemensis ecclesiæ antistes. Cum inter imnenfas Dei patris misericiones, quibus humanum genus gratuita pietate relevare dignatur, præcipue ea, quæ conultat consubstantialem, & consempiternum ejus Filium pro nobis incarnatum, & crucifixum fuisse ad memoriam reducere; circa me vero specialiter divinas bonitatis ejus non sine admiratione perpendere, qui me nullis exigentibus meritis de sordibus levatum, sua gratia inter principes ecclesiæ consedere, & solium *generis* facile, *mentis* ejus beneficiis ingratus appareremn, quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi, diu multumque mecum cogitare cœpi. Tandem itaque ex divina, ut credo, inspiratione occurrit animo sanctissimam, & semper virginem Mariam unicum ac singulare præsidium peccatorum post Dominum esse, cui fi quid voluntarius impenderem, id & Deo fore gratum, & animæ meæ ejus procinctanditus meritis arbitratus sum profuturum. Quitulante itaque Dei gratia in prædicto meo quod Assidæ vocatur, in honore sanctæ, & individuæ Trinitatis consecratam, sandæque semper Virgini Mariæ & sandis martyribus Cosmæ, & Damiano dicata ecclesiam ex his, quæ Deo donante possidebam, constraxi, in qua ad immaculatum sacrificium sanctimoniæ animæ, qua Ecdem possessionis adjecti, aut ipse vivens, corporis Deo in condis & spiritus contritione offerendum sanctimonialium congregationem coadunandam, eique vidus & vestitus necessaria providere, spiritualem quoque matrem, quæ regulariter præsideat, eidem ex eadem præficere curavi. Ne vero post mei excessum futuris seculis de electione abbatissæ dissensio oriatur, ex decreto papæ Sergii, & ejus successoris Adriani sanctum est, & eorum privilegiis confirmatum, ut nec precio nec ullo omnino unquam modo alicrius congregationis sanctimonialis supradictis sanctimonialibus præponatur; sed quacumque ex illarum & in Dei servitio pacifima, & in ejusdem ecclesiæ rebus juste dis ponendis aptissima repertetur, hæc ex communi omnium ibidem Deo famulantium electione secundum Dei timorem suis sororibus præficiatur. Quod autem consuetudinarium pus tam supradictis sororibus, quam clericis ibidem servientibus in administrandis suis rebus imposuerim, & perpetualiter observandum velim, paucis absolvam: possessiones ecclesiæ traditas sive tradendas indesiores, & exteriores tam mobiles, quam immobiles cum consilio Deum timentium suranna cum diligentia abbatissa procuret, redituque earum tam in fua, quam in forotum æquabili distribuat utilitate; id fummopere curans, ut pore Deo rationem redditura, ut de communibus earum rebus nec unam minimam prærbendam absque earum consilio vel utilitate alicui tradat, ne, quod absit, penuria familiaris rei urgente ruptis sanctimoniæ habenis libcrius, hæc & illac absque Dei timore vagetur, & qua vero sanctimonialis ibidem habeat propriam domum, aut aliquod ædificium, vel a se emptum, vel dono sibi datum, vel aliquos ex undisher juste acquisitas, nihil omnino ex omnibus supradictis, neque abbatissa, neque aliquis ei auferat, neque ullo modo auferendum ei fuadeat, sed eadem sanctimonialis libero arbitrio tam domum, & cunsta, quæ inibi possidet, foriori sue, vel amico ad candem eccleiam pertinent, absque ullius contradictione, sive morti sue proximæ, sive vivæ, quicunque modo voluerit, tradat. Idipsum vero & clericis ibidem constitutimus servientibus: si quis autem eorum aliquam ecclesiæ possessionem, Abbatissa largiente, susceperit, tali susciplat conditione, ut post ejus obitum eandem possessionem ecclesia absque ullius contradictione susciplat, retituitis prius omnibus, tam mobilibus, quam immobilibus rebus, quæ in illa esse videbantur ea die, qua ipse eam suscepit; cetera vero, quæ in eadem possessione adjecti ponuit, aut ipse vivens, prout voluerit disponat, aut alius amicorum ejus post illius mortem pro salute animæ ejus distribuat. Constituimus etiam, ut nullus hominum vel advocato, aliquis, aliquam jurisdictionem in civitate prænominata habeat, excepta abbatissa Assidiensi præter in truncatione manum, vel armorum proclamatione. Anno Incarnationis Dominicæ DCCC. septuagesimo septimo, sub

ANNO CHRISTI 878.

piissimo rege Ludovico, anno imperii ejus tredecimo sexto, apud Coloniam civitatem, quinto Kalendarum Octobrium in ipsa die dedicationis Basilicæ sancti Petri.

Ego Alfridus episcopus hoc privilegium coram Domino Wiliberto prædictæ civitatis archiepiscopo recitavi, nec non & coram Luiberto Maguntiacensi archiepiscopo, & Bertolfo Trevirensi archiepiscopo, & Bernardo Virdunensi episcopo, atque Theodorico Mindenensi episcopo & Geralfo Firdensi episcopo, & Luihardo Paderborn. episcopo, atque Hildrigino Halverstadensi episcopo, & Ludolpho Munigernadensi episcopo, & Ochiboldo Trajectensi episcopo, & coram Luckberto Osnabrugensi episcopo, nec non & coram aliis compluribus facti ordinis viris, qui ad supradictæ ecclesiæ dedicationem convenerant. Prælecto itaque hoc privilegio in omnium supradictorum conspectu, acclamantibus omnibus, ita hanc constitutionem *falubriter*, atque ornabiliter inftituram, ut *non* modo addi, verum & jam aliquid demi *damnosum* videretur, omnes unanimiter hujus confcripta aliquo modo, ingenio violatorem in perpetui anathematis foveam detrusimus, univerſis mecum uno ore clamantibus: *ex auctoritate* Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti & sanctorum apostolorum excommunicamus & anathematizamus omnes, qui sua presumptione, vel aliquo malo ingenio hanc constitutionem scienter violare præsumpserint, eos omnes, & corum consentaneos a consortio Dei sequestramus. Ita ut non habeant partem cum eo, neque cum sanctis ejus, delentur de libro Dei, & cum justis non scribantur; obscurentur oculi eorum ut videant, aures eorum & nares fic obstruantur, ut non audiant, neque olfaciant, guſtus corum & tactus inutiles fiant. Deſerat Deus, & migrare faciat de tabernaculis eorum, & evellat radicem eorum de terra viventium, veniat mors super illos, & deſcendant in infernum viventes, prævaleant super eos peccatores, & Diabolus ſter a dextris eorum, & oratio eorum fiat in peccatum, & dies eorum pauci, mendicent, & deijciantur de habitationibus ſuis, & dicipiant alieni labores eorum; clament ad Deum, & non miſereatur eorum, fed potius diſperdat de terra memoriam eorum; induantur perpetua confuſione, & reverentia, ſint inter miſeros miſerrimi, & inter perditos peditiſſimi; induant hanc maledictionem ſicut veſtimentum, & intret ſicut aqua inter cutem eorum, & ſicut oleum in oſſibus eorum; ſat eis ſicut veſtimentum, quo operientur, & ſicut zona, qua præcingentur, & in Dei judicio primi detrudentur in ignem æternum, ubi vermis eorum non extinguatur, fed crucientur cum Diabolo, & angelis ejus fine: annuente Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui vivit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

ANNO CHRISTI 878.

IN HOC DIPLOMA MABILLONII CENSURA.

In Annal. Ord. S. B. ad hunc an.

Nicolaus Scherenus privilegium refert Asnidenſi parthenoni, ut prædenditur, concilium in Synodo Coloniensi anni DCCC-LXXIII. ab Alfrido epiſcopo in quo it, ſe in prædiolo ſuo, quod Asnide vocatur in honorem ſanctæ, & individuæ Trinitatis, ſanctæque ſemper V. Mariæ, & ſanctis martyribus Coſmæ, & Damiano dicatum eccleſiam conſtruxiſſe, ubi congregationem ſanctimonialium adunaverit ſub abbatiſſæ regimine, quam nec preces, nec pretio eligi, aut inſtitui edicit ſecundum ſanctionem Sergii papæ, ejuſque ſucceſſoris Adriani, conceſſa ejus loci ſanctimonialibus libera rerum ſuarum, domorum, & ædificiorum proprietate, & de iis diſponendi facultate, quod ut quidem regulæ Aquisgranenſis canonicabus indulget. Quare id ſerius fabricatum veriſimillimum eſt in gratiam canonicarum, quæ ex monachabus factæ ſunt. Neque enim prope fidem eſt, Alfridum, ex monacho epiſcopum, alterius inſtituti, quam monaſtici ſanctimonialeſ in loco ab ſe exſtructo collocaſſe.

ROMANUM COUNCILIUM

A Joanne VIII. papa, & plurimis ex Italia epiſcopis celebratum,

Anno 878.

Anno 878.

LAmbertus Spoletanorum dux Romanam urbem inteſtis armis invaſit, occupatamque aliquandiu tenuit, manus interim, nec a laicis, neque a clero, nec dein a rebus ſacris abſtinens. Quam indignitatem ægerrime ferens Joannes VIII. pontifex, primo quidem amovere tyrannum blandiriis & pollicitationibus adnitus eſt. Dein vero erepta ex præſenti malo urbe, ſed pejora in futurum pertimeſcente, idem pontifex auxilium validum imploratus ire in Galliam diſpoſuit. Prius tamen plurimis Italiæ epiſcopis ad Romanum convocatis in eccleſia ſive beati Petri, ut ipſe Joannes in allocutione ad ſynodum Tricaſſinam II. narrat, ſive in eccleſia B. Pauli, ut ipſe in epiſtola LXXXIV. ad Joannem archiepiſcopum Ravennatem, ſcribit, ſive femel in illa, iterum vero in iſta, Lambertum & Adalbertum comites ſolemni lata excommunicatione damnavit, quam ſententiam in ipſis templi valvis ſcribendam ad perpetuam impii ſceleris deteſtationem curavit. Synodi hujus, cujus alias mentio nulla ſuccurrit, meminit idem Joannes, in eadem, quam innui ad Patres Tricaſſinæ ſynodi adlocutione, his verbis: *In eccleſia beati Petri apoſtoli una cum epiſcopis, & confratribus noſtris Italicis excommunicavimus; & quia*

ANNO CHRISTI 879. 880.

quia in his perſeveraverunt, chriſtianæ communionis immunes eſſe decrevimus. Quodque decretum in prædicta B. Petri eccleſia ſcribptum, ut ingredientes, & exeuntes legant, & doleant, eoſque anathematizatos teneant, poſtumus. Hæc Joannes de concilio hoc Romano, alias ignoto. De anno, quod ambiga-

ANNO CHRISTI 879. 880.

mus, nihil ſuccurrit: ex epiſtolis enim Joannis, & ex Almoino conſtat Lambertum anno 878. Romanam urbem invaſiſſe, eodemque anno pontificem, pronunciato prius tyrannum anathemate, in Gallias ad concilium Trecenſe perrexiſſe.

HIEROSOLYMITANA, ANTIOCHENA, ET ALEXANDRINA SYNODUS

Pro Photii reſtitutione in cathedra CPtana,

Anno 879. celebratæ.

Anno 879.

SAnctio Ignatio patriarcha CPtano ad ſuperos jam tranſlato, Photius, qui jam antea Baſilii imperatoris favorem aucupatus fuerat, facile ſe in vacuam ſedem intruſerat. Intelligens vero fraſtra ſe omnia moliturum, quandiu Oecumenici concilii VIII. depoſitio valeret, omnem conatule operam ut canonice abrogaretur. Quoniam vero difficile noſcebat ſanctionem omnium patriarchalium ſedium conſenſu ſanciram, everteret, niſi ab iiſdem patriarchalibus ſedibus ea quibus lata fuerat, antiquaretur; ideo totam operam ſuam in eam rem convertit. Ex a Romano quidem pontifice id ægrius impetratum; nullo vero negocio a patriarchis Alexandrino, Antiocheno, & Hieroſolymitano, qui, cum ſub Saracenorum jugo agerent oppreſſi, ope Græci imperatoris ad ſuas ærumnas ſublevandas indigebant. Quare vix ab imperatore & Photio requiſiti, ſtatim ſingulî feorſum ecoacta ſynodo in reſtitutionem Photii plenis votis convenerunt. Singulæ illorum ſynodicæ ad Photium, & imperatorem tranſmiſſæ in conciliabulo CPtano Photii anno 879. addiſſentibus Joannis VIII. papæ legatis, recitatæ ſunt.

CONCILIUM MEDIOLANENSE

Sub Anſperto Mediolanenſi archiepiſcopo & ſuffraganeis ad reprimendas Attonis cujuſdam ſacrilegas uſurpationes,

Circa annum 880. celebratum.

Anno 880. circ.

ATtonius quidam, homo impius & potens, gravia nonnulla & impia in res eccleſiæ Mediolanenſis intulerat; quâ de re ab Anſperto Mediolanenſi præſule frequenter admonitus atque reprehenſus, numquam tamen manus abſtinuit. Quare Anſpertus convocato ſuffraganeorum concilio eccleſiaſtico anathemati devovendum illum cenſuit. Sed neque eo frano coercitus, ad Joannem VIII. papam ab eodem archiepiſcopo delatus eſt, qui datis ad eumdem Attonium literis, minitatus eſt ſe confirmaturum ſententiam præſulis ſui, ni reſipiſceret. Rem gotam in eadem epiſtola, quæ eſt 272. nar-

rat pontifex, ubi & ejuſdem concilii, alias ignoti, ſubſcripta meminit his verbis: *Poſt correctionem una cum venerabilium corepiſcoporum cœtu a ſacroſanctî corporis & ſanguinis Domini communione ſeparavit.* Et infra: *ſecundum jam dictî confratris noſtri, & epiſcoporum ſententiam &c.* Signatur epiſtola die XV. Kal. maii indictione XIV. ideſt anno 881. ex quo arguere licet anno forte præcedenti 880. vel priori 879. in Attonium ſententiam Concilium Mediolanenſe tuliſſe, quam ſperrens ad pontificem delatus eſt.

AD PSEUDO-SYNODUM PHOTIANAM

anno 879. habitam

ADDITIO.

COnstantinopolitanam illam Synodum, in qua Photius sedi patriarchali redditus est authoritate Joannis VIII. papæ, qui ea de re literas & nuntios ad urbem principem misit, ex Græco codice Vaticano Bessarion detexit, aliorumque excerpta passim exhibuit. Integra illa acta Græco-Latina Harduinus dedit, ex quo in collectionem Veneto-Labbeanam transiervnt tom. XI. pag. 348. In his actione II. recitantur literæ Joannis papæ VIII. ad Basilium, Leonem, & Alexandrum imperatores CPtanos directæ, quibus ea fingebantur quæ præsthanda confecerat, ut restitutio Photii a se admitteretur, recipereturque. Baronius has ipsas literas Græcæbidem recitatas, conferens cum Latina epistola, quæ legitur in registro epistolarum ejusdem pontificis num. CXCIX. quam epistolam ipsissimam esse a Joanne tunc missam judicabat, discrepantem in multis utrumque ecteypum animadvertit. Quare suspicatus eth a Photio Latinam Joannis epistolam, dum a se Græce redderetur, vitiatam, mutilatam, interpolatamque fuisse. Idem de Photio judicium latum est ab omnibus, quotquot post Baronium scripserunt; nec ego illum plane abfolverem. Nescio tamen nunquid pro libertando a doli crimine Photio valere aliquid possit, quod fatim subdit: Ivo Carnotensis notus sæculi XII. ineuntis scriptor, epistolam dedit, inscripsam: *De intelligentia, & dispensatione ecclesiasticæ disciplinæ*, quæ eth in editione Jureti, Epith. 184. in ea vero longum ex epistola hac Joannis VIII. fragmentum Latinum recitat, ibique omnes variantes exhibentur, quibus Græcus epistolæ textus a Latine interpretes discrepat. Ex hoc vero alterutrum confequatur oportet; five Ivonis ætate Latinam quandam versionem Græcorum actuum hujus concilii tevulgatam obtinuisse, five Latinam aliquam epistolam Joannis tunc fupetfuisse, iis plane omnibus, quæ in Græca legubtur, cohærentem, quam Joannes ipse papa priorem illam, quæ in ejus registro legitur, fcripserit, quam secundam epistolam Græcus interpres fideliter licet non de verbo ad verbum, fed paraphraſtice potius expreſſerit. Id potius malaverim, quam illud; neque enim vetus aliqua eorum actorum versio five reperta eth unquam, five ab antiquo aliquo scriptore commemorata est. Utcunque res habeat fese, juvat integrum illud fragmentum, ex eadem Ivonis epistola hic repræſentare, admonendo prius lectores, Ivonem hic, ficut alias fæpe, non eorum quidem literarum feriem exhibuiſſe, fed excerpta hinc inde ex singulis ejusdem paragraphis carpſiſſe, fervatis quidem ipſis fcriptoris verbis, fed pluribus peridis omiſſis.

Joannes papa VIII. Photium neophitum a papa Nicolao deputatum interveniri Augustorum Basilii, Leonis, Alexandri in patriar-

chatu CPtano restituit, scribens præcisis Augustis in hac verba.

Scripsitis nobis, dilectiſſimi, ut apoſtolica & compaſſionis viſcera aperiens, omnes qui in ecclesia, quæ apud vos eth, correctionibus subjacent, recipiamus, pacique & unanimitati ſtudentes, ipſum domnum Photium archiepiſcopum communicantem nobis in ſummam Sacerdotum dignitatem & honorem patriarchatus reſtituimus, ne diutius ecclesia Dominı a ſchiſmate & ſcandalo contuibata permaneat. Nos ergo petitionem veſtram, ut juſtam & Deo placentem amplexi, & opportunum tempus, quod diu dilideravimus vos inveniſſe gaviſi, miſimus apocrifiarios noſtros, voluntatem veſtram, complere, quamvis pietas veſtra antequam advenirent, ipſum virum *præoccupaverit involenter reſtituere*. (*a*) Quod tamen & nos liberenter recipimus, & quamvis hoc faciendi præceſtem habentes, non tamen ex poteſtate noſtra eum reſtituere volumus, ſed ex apoſtolicis decretis, & paternis conſtitutionibus teſtimonia proferemus, non leges & ecclesiæ antiquitus datas ſolventes, ſed in quibus gratiarum diligentia inconvertibiliter obſervatus, eccleſiæ corpus eveſlit, & diſſipat, ad utilitatem ejus omnia reducere cupientes. Synodus enim Nicæna ſecundo capitulo dicit: Quoniam frequenter ſive ex neceſſitate five aliquo quoliſet modo tranſgredi contingit homines eccleſiaſticos canones; & papa Gelaſius dicit: *Quoniam ubi necessitas non eſt, inconvertibilia manenat ſanctorum patrum decreta*. Et ſanctiſſimus papa Leo in eodem ſpiritu præcipit dicens: *Ubi neceſſitas eſt, nullo modo violentur ſanctorum patrum ſtatuta. Ubi verò neceſſitas fuerit ad utilitatem eccleſiæ, qui præſtatum habet, ea diſponit*. Ex neceſſitate enim fit imitatio Petri. Et Felix papa: *Contemplare oportet, quod ubi occurrerit neceſſitas, ſæpè conſtitutiones patrum tranſgrediuntur*. Et Carthaginenſis Synodus XXXV. capitulo dicitur: *Precipimus, ut clerici rurſus in eccleſiam recipiantur, quamvis primum in ſynodo ubipiſtis fuerint*; ſynodus enim ſynodum ſolvit propter inimitatem, & pacem eccleſiæ. Et Innocentius papa dicit V. capitulo. *Qui promoti ſunt a honoſo hæretico, recipiantur ſtverum, ne ſcandala in eccleſia pullulent*. Non ſolum autem pro hæreſi depoſitis, ſed & pro ſedes hæc, paci eccleſiaſticæ ſtudens, adjucorii manum porrexit, ſed & orthodoxis ſacerdotibus, & patriarchis ad eam confugientibus, ſicut & nunc Photius fecit, uſitata miſeratione ſubvenit. Noſtis enim quod magnum Athanaſium epiſcopum, & Cyrillum, & Polycronium Jeroſolymitanos, & Joannem, quem charitas noſtra Chryſoſtomum vocat, & Flavianum a ſynodo depoſitos apoſtolica ſedes in priſtinum honorem reſtituit. Si ergo qui a Donatiſtis & Bono-

ANNO CHRISTI 881. &c.

ſo ordinati, & a liminibus orthodoxæ eccleſiæ a ſynodo plenaria ſequeſtrati, ab alia ſynodo recipiuntur, & in catalogo Sacerdotum habentur, ne eccleſia diminutionem vel diviſionem patiatur; quanto magis orthodoxæ fidei viros & immaculatæ vitæ non oportet contemnere, ſed ad priſtinum honorem revocare? Sicut enim apoſtolica ſedes, & ſemel accipiens claves regni Cælorum a primo & magno pontifice Jeſu Chriſto per principem apoſtolorum Petrum, dicente ad eum: *tibi dabo claves regni Cælorum, & quodcumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum in cœlis*, (*a*) habens potestatem univerſaliter ligandi & ſolvendi, & ſecundum Hieremiam evellendi, & plantandi. (*b*) Et propter hoc & nos ejusdem, poteſtate Principis Apoſtolorum Petri utentes cum omni Eccleſia noſtra mandamus vobis, & SS. fratribus veſtris patriarchis Alexandrino, Antiochino & Jeroſolymitano, & cæteris Epiſcopis, & omni plenitudini Chriſtianæ Eccleſiæ ſecundum petitionem veſtram, Photium (*c*) patriarcham fratrem, & facerdotem noſtrum nos in communionem recipere. Item recipite eum ſine excuſatione. Nullus excuſet ſe pro ſynodis contra eum peractis. Nullus ſanctorum prædeceſſorum, eorum Nicolai, & Adriani ſententias contra eum caufetur. Do ipſo enim ſurreptum eſt illis. (*d*) Nullus contra eum ſubſcriptiones noſtras occaſionem ſchiſmatis habeat. Omnia enim ut infecta, & irrita facimus;

(a) Matth. 16.

(b) Jerem. 1. 10.

(c) Hic plura ſunt ex ſententia Photii additamenta.

(d) Hæc item ſunt additi. tia conſuta Baronius.

(a) Baronius eſt ex ſententia Photii, Bareriusque, quod ſtatuat, quamvis

ANNO CHRISTI 881. &c.

& quæcumque ſunt contra eum in manibus Principis apoſtolorum ponimus, & per eum in humeris Jeſu Chriſti Agni Dei qui tollit peccata mundi. Item & hoc confirmare vos volumus, ut poſt mortem Photii fratris noſtri nullus ex dignitate mundana ad Pontificalem honorem aſcendat; ſed ex presbyteris cardinalibus ejusdem Eccleſiæ, vel ex diaconibus, aut ex aliis ſacerdotibus, qui ſub eccleſia Conſtantinopolitana conſiſtunt. Item & quoniam nec, poſt paces eccleſiæ ſpoliciti, Photium fratrem noſtrum ſuſcepimus, ſicut & Adrianus papa Tharaſium, nullum, contuere canonicum ſuum. Privilegia enim paucorum communem legem non faciunt. Si quis vero tale quid amodo facere præſumpſerit, ſine venia erit. Ita e quoque tunc ſtatuit (e) Nec antiquis regulis præſtitutum, ut nullus qui ef- forte de ſuo fet in clero extraneorum conſortium habe. Nec adjuret mulierum, ſed extram tantum, quæ oculum ſuſpicionem excluderent; Beatus Papa Gregorius hunc rigorem ita modificavit clericis Anglorum, ut ſi qui eſſent extraſacris ordines conſtituti, qui ſe continere non poſſent, uxores fortirentur, & ſtipendia ſua foris acciperent. Inteſligens leviorem eſſe caſum, ſi ruentes conjugali, vinculo exciperentur, quam ſi vago concubitu interminare ibidinis vorago ſine abſorberentur. Sic aliæ diſpenſationes ſalubri deliberatione admiſſe, ceſſante neceſſitate debere & ipſe ceſſare.

ROMANÆ SYNODI TRES

A Joanne VIII. Marino I. & Stephano V. in Photium habita anno 881. - 883. & 884.

COnſtat inter omnes, Romanos tres hoſce pontifices Photium patriarchali ſolio reſtituiſſe iterum atque iterum everſiſſe. Sed id ab illis præſtitum in fynodis, ea de re coactis, quarnquam omnes facile admiſſe ren credo, nemo tamen ſibi affirmandum huc uſque cenſuit. Cujus cunctationis cauſa ex eo repetenda eſt, quod nemo veterum de Romanis Synodis ea de cauſa coactis quidquam mutiveric. Neque ego ſine veteri auctore quidquam ea in re audeerem; quare ut hoc affirmem facit & rei gravitas, quæ synodum poſcebat, & inſcriptio Græculi illius, qui epiſtolarum Nicolai, Adriani, Joannis, Marini, Stephani, & Formoſi epitomen de-

(e) Hæc

RAVENNATENSE CONCILIUM, seu CONVENTUS

A Joanne VIII. Carolo Crasso imperatore præsente.

Anno 882. Idibus Februarii celebratus.

QUanquam de hoc concilio nihil alicubi sub expresso concilii nomine reperi; cum tamen ex diplomate Caroli Crassi, mox recitando, constet anno 882. idibus Februarii Joannem VIII. pontificem Ravennam imperatore se contulisse, eodemque convenisse *cæterum multorum venerabilium episcoporum*; ibique habitum fuisse *concilium generale*; nihil temere me factorum existimavi, si cœtum hunc factum, concilii nomine appellaverim. In eo igitur feu conventu feu concilio fequentia duo Caroli Crassi imperatoris diplomata data sunt, quæ recitat Ughellius Ital. facr. in Brugnatenibus tom. IV. pag. 986. & in Regio Lepidi epiſcopis tom. II. col. 251. nov. edit. His vero & aliud adiicio eiusdem Caroli imperatoris diploma in eodem feu conventu, feu concilio Ravennatenſi datum, in quo decretum pro immunitate cœlesti gum generatim omnium, & Aretinæ præfectim fertur; quam conſtitutionem, & ſua, & epiſcoporum ſecum ibidem præſentium, ac denique Principum imperii authoritate fanciam, afferit. Poſtremum hoc diploma datur ex Muratorio in Antiquit. Ital. tom. I. col. 869. quod Muratorius in gratiam Aretinæ ecclesiæ affert *Caroli imperatoris* documentum; idem inquam, exhibet Ughellius tom. V. pag. 722. pro Veronenſibus, nisi quod ubi apud Muratorium legitur *Aretinæ ecclesiæ*, Ughellius habet *Veronenſis*. Cæterum in diplomate Muratorii legendum eſt pro anno 883. annus 882. cum illum ferat indictio XV. idemque reste ſignet Ughellianum diploma.

PRÆCEPTUM CAROLI CRASSI

Pro Brunwardo Abbatia.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Carolus divina favente clementia Imperator Auguſtus. Si pertitionibus ſervorum Dei juſtis, & rationabilibus annuimus, & neceſſitudines injuſtas ſubievamus, id nobis procul dubio ad æternam beatitudinem pertinere confidimus, quia decet imperiale flagium ibi ſubditis parere oppreſſis objecta erigendo, & ad proprium, Deo favente, ſtatum reintegrando perducere. Quapropter omnium fidelium Sanctæ Dei Eccleſiæ animarum præſentium fidelium, & futurarum comperiatur induſtria, quia venientibus nobis Ravennam ad colloquium ſpiritualiter noſtri Joannis videlicet ſummi Romani Pontificis, & univerſaliter Papæ, pervenit ad noſtram notitiam cum eodem Pontifice vero. .... Petrus de monaſterio Brumen. proclamantes ſibi illatis ſuperſtitionibus a fecularibus & publica potestate, ita ut, contempto timore Dei, & abjecta juſta Domini Luitprandi, & Racchis, ſeu & Ridulphi, nec non & Gregorii Papæ interdicta, ſeu Deſiderii Regum prædeceſſorum noſtrorum, ita ut Eccleſia, ſeu eccleſiaſtica prædia, & placita teneant, & diſtrictiones in liberos maſſarios ſuper eccleſiaſtica res reſidentes, & ſervos Aldiones, tributa exigant ab eis, & exigant decimationes, & cenſum, donationes, & angarias, & operas, quod non ſecundum Eccleſiæ filii, ſed Deo odibiles credimus, qui talem violentiam apud Chriſtianos faciunt. Ideoque omnium fidelium noſtrorum notum ſit in concilium generale Dei noſtri, atque Imperiali auctoritate omnes has ſuperſtitiones, & importunas funditus violentias ab hoc hodierno die deinceps abolemus, in vobis omnibus decernimus ſtatuendo, ut in S. Brumenſi Eccleſia nullus Epiſcopus, nullus dux, comesque, nullus Judex, vel quilibet indicet judiciarie potestatis perſonam, tam Imperialibus, quamque, & reliquorum hominum, non audeat de omnibus rebus prædicti monaſterii placita tenere in maſſanos aut colonos liberos, aut aldiones, vel ſervos quoscumque reſidentes ſuper res ad prædictam Eccleſiam pertinentes quolibuet modo diſtringere, pignorare, aut angariare, cenſus, donationes, & decharia exigere quoquo modo præſumant, niſi ſicut conſtituit Gregorius PP. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſuprafatum redemdum denariorum. octo, & candela duo, ſed liberos maſſanos, vel crimanos, quos legales coactio exigere, querrere placitum per patronum, vel advocatum deducat, ut legalis diſtinctio legalem intentionem finem imponant. Hæc vero noſtra imperialis inſtitutio tam epiſcoporum quique, & comitum, ſeu & reliquorum fidelium noſtrorum generaliter promulgata, & ſancta auctoritas notum ſit in toto Regno Romanorum Deo favente per infinita tempora proprium robur obtineat, nullique ex temporali impune eam contenere facultas exiſtat, manu propria fubterſirmavimus, & annulli noſtri impoſitione inſigiri juſſimus, quas ſi quis viti are præſumpſerit 100. lib. auri ſe compoſiturum cognoscat, medier. Eccleſiæ vel monaſt. cui videntiam *t. violentiam*, intuleriit, & mediet. palatio noſtro.

Signum † Domini Caroli Imperatoris

Vvalde Notarius ad vicem Eutuardi Archicancellarii recognovit.

Dat. 15. Kal. Martii anno Incarn. Domini 882. Indi. 15. anno vero piiſſimi Imperat. Caroli 2. ad Ravennam in Dei nomine. Amen.

„ Ad. Placentinus Notarius Sacri Palatii „ ſuprascripti privil. exemplar tranſcripſi, „ & exemplicavi ab authentica publicis ſigil„ lis veruſtiſſimis cereis ſigillatis ſicut in eis „ vidi, & legi. Et hæc cum eiſdem auscultavi, „ vi, ad quorum corroborationem juſſu, & „ auctoritate D. Ochonis Archiep. Januen. & Cu-

„ Guilielmi Brumacenſis electi ſubſcripſi, & „ in publicum formam redegi.

CAROLI CRASSI IMPERATORIS

Præceptum aliud pro Regienſi eccleſia in eadem Synodo datum.

IN nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis. Carolus divina favente clementia Imperator Auguſtus. Soler imperialis majeſtas prædeceſſorum regum vel imperatorum decreta optimatum ſuorum intuitu diligenter ſcrutari, & quæ congrua ſint, libenter feſtari, ſicque fit, ut dum eorum dignas ſanctiones recolit, & rempublicam ad priſtinum ſtatum perducat eccleſiaſticam, & eam conſervando ſempiternæ remunerationis bravium a rege regum percipiat. Univerſorum igitur ſanctæ Dei eccleſiæ fidelium, noſtrorumque, præſentium ſcilicet ac futurorum notic cupimus ſagacitatis indaſtriam, qualiter venientibus nobis Ravennam ad colloquium ſpirituale Patris noſtri Joannis pontifici & univerſalis P. P. ubi multorum epiſcoporum venerabilis cœtus, nec non & nobilium procerum caterva convenerat, inter quos ven. Aaron S. Regienſis eccleſiæ præſul, qui reverendis pontificibus Lituvardum Vercellenſem facri palatii noſtri Archicancellarium, & Witbodum Parmenſem, ſummos & dilectos conſiliarios noſtros, detulit nobis peccatis proavi noſtri Caroli, & avi noſtri Hludovici, & patrui noſtri Hlotarii, ſeu & Hludovici imperatoris conſubrini noſtri, in quibus continebatur quod quondam caſu accidente S. Regienſ. eccleſiæ teſtamenta flammis ſint conſumpta, & quædam monumenta chartarum exuſta, pro quibus ejuſdem eccleſiæ Antiſtites, Apollinarii videlicet, cujus temporibus incenſa fuerant, Vitalis quoque, & Sigefridus pro temporum qualitate, regnique immutatione ſupradictorum imperatorum dedicaut, ut legalis diſtinctio eccleſiæ tuitionem, rerumque omnium mobilium, & immobilium, cum familiis utriuſque ſexus, aldionibus, & aldianis, libellis, & commenditiis, cunctoque cleto epiſcopii, terminiſque, & confiniis per quadripartitionibus orbis plagas, & climata per parochias & diœceſes circumquaque per montana, & planites, ac colles, & valles, tivoſque defluentes per renovationis ſeriem adepti ſunt a finibus Tuſciæ per confinia Lunenſium, Mutinenſium, Regienſium, Parmenſium, Cremonenſium, & Mantuanenſium uſque in fluvium Padum, immunitatem, & more cæterarum eccleſiarum, & inquiſitionem per liberos homines ſincere fuerit faciendum, & advocatos duos vel tres, quos ipſius eccleſiæ pontifices aptos & ſibi congruos proſpexerint eligant, qui cauſas eccleſiæ ſuæ diligenter examinent, & inquirant, ipſique advocati ab omni publica expeditione ſint ſemper immunes: pro ſecuriore tamen firmitate jam præfati pontifices noſtram expetierunt clementiam, ut & nos eidem ſanctæ Regienſi eccleſiæ noſtræ defenſionis, emunitatis, inquiſitionis quoque, & advocationis pragmaticum ſieri juberemus. Nos vero divino ſteti anuore pofulationibus eorum aſſenſum præbuimus, & ſicut jam præfati parentes noſtri imperatores Auguſti, Carolus ſcilicet proavus noſter, & Hludovicus filius ejus avus noſter, nec non & Hludovicus conſobrinus noſter ſanctam Regien. Eccleſiam ſub eorum defenſione cum terminis, & hominibus, rebus ad eam pertinentibus receperunt; ita & nos in omni defenſione rerum, & terminorum per montana, planitieſque, valles quoque, colles & alpes, rivoſque diſtillantes & decurrentes, cum hominibus liberis, & ſervis utriuſque ſexus, commenditiisque, & libellariis, aldionibus, & aldianis, cunſtoque cleto.....ejuſdem eccleſiæ reſidentibus ſavemus, ut nullus publicus exactor cenſus, aut donaria, aut manſionatica, vel aliqua publica ſervitia ab eis exigat; emunitatem quoque, & inquiſitionem, vel advocationem, ut jam dictum, per duos vel tres, quos elegerint, perdonamus, omnimque, facultatum præterea ſolemnen concedimus, quas hactenus tam oblatione fidelium, quam donis & largitione ac conceſſione regum, vel imperatorum in monibus, & planis, ripisque, & paludibus, cum piſcationibus, & fluminibus magnis, & parvis, aquarum ductibus per ſipius eccleſiæ acquiſivit, vel deinceps juſte acquirere poterit. Statuimus etiam ut in terminis S. Regienſis eccleſiæ nullus aut comes, dux, vel aliqua judiciaria potestas, aut miniſter reipublicæ in domo epiſcopali, vel in plebibus, aut titulis, aliiſque eccleſiiis, vel domibus, aut poſſeſſionibus urbanis, aut ruſticis placita tenere, aut manſionaticos, & colonos liberos, aut ſervos, aut aldiones, cujus res eidem eccleſiæ reſidentes diſtribuere, pignorare, vel angariare, cenſus, aut donaria exigere præſumat. Liceat tamen, quos legalis juſtæ actio ad placitum exigit, querere per advocatum ejuſdem eccleſiæ, ſuper res ipſius eccleſiæ diſtringantur, ne pignorationis occaſio aliquam rapinæ vim attribuat. Hoc etiam in hominibus herimannis præfatæ eccleſiæ ſuiis omnimodis obſervare jubemus, ut ab eis nulla fit denuo aut reebitiones, aut pignorationes, aut injuſtæ diſtrictiones exigant, vel aliqua ſuperimpoſita eis inferantur. Præcipimus etiam ut nullus reipublicæ miniſter per omnes regni ſpacia ab hominibus ſæpe nominatæ Regienſis eccleſiæ liberis & ſervis teloneum, aut ripaticum exquirat; ſed liceat eis pro utilitate ejuſdem eccleſiæ ejuſdemque pontificis libere & ſecure per Padum, ſive per alia flumina rivoſque ac paludes atque mercationes ubique incedere, & qua neceſſaria fuerint exercere. Si quis autem hoc noſtræ defenſionis, & renovationis, ac reſtitutionis, ſeu inquiſitionis, & advocationis præceptum violare temperarit, noverit ſe compoſiturum emunitatis pœnam in argento lib. 30. & quia mandatum irrumpere coactus fuerit, eidem componat auri obrizi 60. mediertatem palatio noſtro, & mediertatem præfatæ ſæpe nominatæ eccleſiæ. Inſuper & hoc noſtrum, præceptum in ſuo vigore perenniter conſtat. Et ut hoc noſtræ confirmationis, & renovationis præceptum ab omnibus verius credatur, diligentiuſque obſervetur, manu pro-

ANNO CHRISTI 882.

propria subter illud confirmavimus, & annuli nostri impressione insigniri jussimus.

Sign. Domini † Caroli serenissimi imp. augusti.

Waldo nor. ad vicem Liuardi Archicancellarii recognovi.

Data idib. Februarii an. Incarnat. Domini 882. Indict. 15. anno 2. Imperatoris piissimi Caroli II.

Actum civitat. Ravennæ in Dei nomine feliciter Amen.

ANNO CHRISTI 882.

DECRETUM IMMUNITATIS

Concessum a Carolo Crasso imperatore omnibus ecclesiis, & nominatim ecclesiæ Aretinæ,

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus divina favente clementia, imperator augustus. Si petitionibus Sacerdotum Dei justis, & rationabilibus annuimus, & necessitudines injustas fulsevamus, id nobis procul dubio ad æternam beatitudinem capescendam pertinere confidimus, quia decet imperiale fastigium sibi subditas partes opprehibi, pravitatem, & exigendo, & ad proprium Deo favente statum redintegrando perducere. Quapropter omnium fidelium sanctæ Dei ecclesiæ, nostrorumque, præsentium scilicet, & futurorum competat industria, quia venientibus nobis Ravennam ad colloquium spiritalis Patris nostri, Domni Johannis videlicet summi Romani pontificis, & universalis papæ, pervenit ad nostram notitiam maxima venerabilium episcoporum, & populi proclamatio de plurimis sibi illatis superstitionibus, & (a) Ughel. injustis (a) oppressionibus a seculari & publica potestate, ita ut contempto timore Dei, & objecta a prædecessoribus nostris inrecidiva, per plebes & ecclesias, seu ecclesiasticas prædia, & domos placita tenentur, distinctiones in locis ubi non debent, & quæ ecclesiasticas res residentes, & servos, & aldiones faciant, tributa ab eis exigant, census, & donaria, angarias etiam, & operas, & non solum ab eis, sed & ab omnibus liberis crimannis, & ecclesiæ filiis, quod Deo vobisle certissime credimus, quia tales violentias apud Christianos non debere fieri non dubitamus. Idcoque omnium fidelium nostrorum tam reverentissimorum episcoporum, quamque & illustrium comitum, reliquorumque fidelium nostrorum coitu, facto consilio generali, Dei nostraque imperiali auctoritate omnes has superstitiones, & importunas violentias funditus, ab hodierna die, & deinceps abolendas & extirpandas radicitus modis omnibus decernimus: statuentes, ut in sancta Aretina ecclesia nullus Comes, nullusque Judex vel quælibet judiciarie pote-

A statis personæ, tam in plebibus, quamque in monasteriis, titulis, aliisque ecclesiis, vel domibus, seu urbanis, vel rusticis possessionibus ad eam pertinentibus placita tenere, massarios & colonos liberos, aldiones, vel servos quoslibet residentes super res ad prædictam sanctam ecclesiam pertinentes, quolibet modo distringere, pignorare, angariare, census & redibitiones, & donaria aliqua exigere quoquo modo præsumat; sed liberos massarios, quos legalis coactio exigit quærere ad placitum, per patronum, seu advocatum ad placita adducantur, ut legalis diffinitio legalem contentioni finem imponat. Hæc etiam in omnibus liberis & erimannis præfatæ sanctæ Aretinæ ecclesiæ fi-

B liis, & in ejusdem diœcesi commanentibus massariis, & colonis, observari omnimodis jubemus, videlicet, ut ab eis, nec donaria, aut redibitiones, neque pignorationes, vel injustæ districtiones exigantur, sed unusquisque cum legalis censura exigit, a patrono suo ad placitum deducatur, ne pignorationis occasio aditus rapinæ & prædatoribus in aliquo præstetur. Interdicimus etiam, nemini liceat alienas res præsumptive invadere occasione cartulæ ab eo factæ, qui vestituram legitimam non habuisse dinoscitur; sed si quis adquisitor extiterit, non ante invadere alienas (b) res ecclesiæ, vel cujuspiam (b) Ugh. liberi hominis pervadere præsumat, antequam auctor cartulæ legali & judiciali diffinitione eas vindicet, & tunc demum cui vult, liberam tribuendi habeat facultatem. Hæc vero nostra imperialis institutio, & tantorum (c) fidelium nostrorum tam reverentissimorum episcoporum, quamque & cæterorum fidelium generaliter promulgata, & sancita auctoritas, in omnibus parrochiis, comitatibus, & marchiis per totius nostri imperii fines, in toto regno Romanorum, & Longobardorum, & Ducatus Italiæ, Spoleti, & Tusciæ, Deo favente, per infinita tempora progressum robur obtineat, nullique temeratorum (d) eam contemnere facultas (d) Ugh. existat. Quam si quis violare præsumpserit tempta-tor. C centum libras auri ..... (e) fe compositu- (e) Ugh. rum agnoscat, medietatem ecclesiæ, cui vio- pari. lentiam intulerit, & medietatem palatio (f) Ugh. nostro. Et (f) hoc nostræ auctoritatis præceptum (g) propria manu firmavimus, & addi- (g) Ugh. addi-tum. jussimus sigillari.

Signum Domni Karoli (serenissimi imperatoris augusti. (h) Ugh. mum &

Inquirinus Notarius ad vicem Liuuvardi archicancellarii recognovi, & subscripsi. fabricipsi-mus.

Data XV. (i) Kalendas martii, Anno Incar- (i) Ugh. nationis Domini DCCCLXXXIII. (k) in- XV. dictione XV. anno vero imperii Domni Ca- (k) Ugh. roli secundo. DCCC-

Actum Ravenna civitate, in Dei nomine LXXXII. D feliciter. Amen.

ANNO CHRISTI 882. 885.

MARINUS PAPA II.

Sedit ab anno 882. usque ad annum 884.

ADRIANUS PAPA III.

Cœpit anno 884. desiit anno 885.

AD CONCILIUM ITALUM

Ab Adriano III. papa anno 885. coactum

ADDITIO.

QUanquam concilium illud Venerus Labbei editor diligenter adnotavit, eruitum ex bulla quadam Adriani III. promonasterio S. Sixti Placentiæ, quod Angilberga Augusta, Ludovici II. imperatoris olim conjux, extruxerat, nullam tamen ipsum omisit. Hanc ego hic supplendam censui, ut quæ pars est rerum in hoc concilio, de quo nihil alibi reperitur, gestarum, recitaretur verò ex Campi Hist. Eccles. Placentin. I. in Regest. num. 25.

ADRIANUS EPISCOPUS SERVUM DEI

Angilbergæ dilectæ filiæ Imperatricis Augustæ, & per te tuo venerabili monasterio Placentiæ nostræ confractis, in perpetuum.

OMnibus quidem justa petentibus apostolica follicitudine, præcipiente Domino, favere debemus; præcipue tamen devotioni tuæ, dulcissima ac spiritualis filia nostra Angilberga, olim imperatrix Augusta, quam merito honore atque reverentia sancta mater nostra Romana ecclesia, ut dilectissimam & principalem prolem, amplectitur semper & refovet. Quapropter monasterium & xenodochium, quod ad honorem Dominice resurrectionis & BB. Apostolorum, & martyrum Bartholomei, Sixti, & Fabiani prudenti providentia fundamentis cupisti Placentiæ ædificare voluisti, laudabili complectimur desiderio paternoque affectu..... Apostolica illud auctoritate ratum ac stabilitum permanere inStituentes, & ut ab omni impulsione, atque inquietudine quorumlibet infestantium beatissimi Petri vultione illæsum semper, & inconcussum, Domino protegente, permaneat; hoc etiam omnimodo providemus, & stabiliter decernimus, ut universa, quæ ibidem in rebus mobilibus & immobilibus, intus, forisque in familiis utriusque sexus cunctoque mancipatu ecclesiastico, atque omni suppellectili femel Domino a vobis distributæ sunt, futuris temporibus inconvulsa in eodem sacrato loco persistant, omnium penitus diminutione, vel invasione fopita; in eis etiam familiis, quas ob redemptionem animæ vestræ prudenti respectu libertate donastis, vel in reliquum donaveritis, simili modo nos vobis favemus, aspiramus, & Apostolicum præbemus affectum, quatenus & illi secura libertate potiti, & *Concilior. Supplem. Tom. I.*

gratia Dei duce sempiternæ fuscipiant gaudia vitæ. Consecrationem porro abbatissæ loci ipsius, ut filia devota petisti, secundum quod in tuo testamento a te prudentissime ex eodem monasterio tuo coaptato continetur, modis omnibus fieri concedimus: scilicet cum ordinanda idibem fuerit abbatissa, Mediolanensis archiepiscopus, qui in eo tempore fuerit, vocatus ab illis personis, quas ex progenie tua ipsi locum præfecerit, quibusque curam potiorem dimiseris, ad eligendam, & consecrandam Abbatissam simpliciter ibidem adveniat, & non ultra, quam a te flatuetur esse, in eodem monasterio loco, aut amplius exigendo stipendia, præterquam præfixum est, idem monasterium gravet. Similiter quoque, si ortum fuerit discordiæ aut cujuscumque dissensionis malum, veniens sedare illud, & formare pacem studeat eum moderamine disciplinæ. Si autem qualibet occasione, aut tua institutionis pravaticatione Mediolanensis archiepiscopus pretermiserit habe: habere curam & sollicitudinem, ut præpositumus; Aquilejensis patriarcha, similiter; ut supra vocatus, hæc omnia fideliter profequatur. Et si aliquando aut pro præscriptis negotiis, aut pro aliqua temporis necessitate, aut etiam pro malignantium hominum gravedine opportunum hanc nostram Apostolicam fedem appellare, obsecramus & obtestamur omnes successores nostros per merita BB. Apostolorum, quatenus ad fublevationem & defensionem loci ipsius operam viriliter ufque ad effectum dare, donec omnes ejus fopiantur controversiæ, studeant.

Inter hanc Ravennæ archiepiscopo cum Ticinense, & Placentino, & Regiense, & Mutinense cum Mantuano, & Veronense, cum Laudense, & Vercellense, aliisque episcopis nobisque fundatis Synodum celebrantibus, & tuæ voluntati assensum præbentibus, volumus atque instituimus, ut cujuscumque ordinis clericos, qui in eodem facrato loco militiam solemnia celebrantes deserviunt, & eos qui in ejusdem monasterii capellis ubicumque divinæ jugiter officia faciunt, liceat præcipiendo Mediolanensi archiepiscopo, aut patriarchæ supradicto promovere, & consecrare, vel alii etiam cuilibet episcopo, quem abbatissa loci illius voluerit rogare. Hæc & alia ecclesiasticæ officii ministeria sint in abbatissæ voluntate, ut possit videlicet chrisma, & ecclesiarum suarum consecrationem, a quocumque

ANNO CHRISTI 885.

el libitum fuerit, omni tempore impetrare: ficta tamen, ut si aliquando ad hæc forte regabitur Placentinus episcopus, in præsidio cœnobio, & xenodochio rebusque ipsorum nullum se noverit amodo, & deinceps jus potestatis habere, neque etiam ad missas celebrandas juxta Patrum indituta, nisi invitatus, adveniat.

Decimas vero universi fundi pertinentis ad ipsum monasterium, quas episcopi qui . . . . . etho sunt, & in quibus quidem adjacent parochiis, pro Dei amore, vestrorumque bonorum recordatione, devote atque libenter supradicto cœnobio illoco largiti sunt: volumus, & apostolica corroboramus auctoritate, & absque refragatione, tam ipsorum, quam & successorum eorum, velut ipsa instituit, sacro xenodochio, & capellis perpetualiter habeantur. Insuper statuimus, & apostolica auctoritate stabilimus, ut juxta quod nostri præcessores tam Adrianus, quam Leo, & Marinus præsules suis tibi privilegiis concessisse, & roborasse noscuntur, universa, quæ olim divæ memoriæ Hludovicus serenissimus imperator, dominus & vir tuus per suam magnificentiam augustalibus apicibus tibi dum adviveret contulisse probatur, seu etiam & ea quæ ipsa postmodum imperialibus largitionibus, vel etiam quibuslibet justis acquisitionibus, emptionibus, vel commutationibus in propriis, sive jam dicti Monasterii C tui sus acquisiti, seu in posterum acquisiturus es, simulque & ea, quæ ad supplementum eusdem sacrati loci, & tam Regum, quam aliorum quorumlibet fidelium donatione, vel liberalitate nunc, vel postmodum addita fuisse comprobantur: eodem tenore & ordine, quo tibi, vel tuo prænominato cœnobio adveneruntur, illibata & inviolata, atque inconcussa permaneant, & secundum tuæ ordinationis statuta persistant. Et si quis, quod non immediatus, contra hanc statuta in Dei omnipotentis oblata, vel concessa fervitium agere tentaverit, vel quippiam hoorum infringere temerario ausu voluerit, excommunicationi submissus omni ecclesiastico consortio careat, & nisi se continuo a tali nequitia corrigat & resipiscat, S. Petri nostræque apostolatus auctoritate anathematis vinculo innodatus, reus in futuro judicio perinaneat, & pro excessu tunc tantæ transgressionis cum Juda tradore infeunitus, atque rebellis sanctæ Spiritus sententiæ, qui semper filium, & mendacem effugitu novarit se habiturum portionem in gehenna ignis æterni. Scriptum per manum Leonis Scrinarii S. R. E. in mense aprili, indictione tertia. Bene valete. Dat. 15. Kal. mail per manum Gregorii nomenclatoris, missi, & aporciarii sanctæ Sedis Apostolicæ, imperante Domno piissimo Augusto Carolo a Deo coronato magno imperatore, anno ejus quinto, indictione tertia.

STEPHANUS PAPA V.

Sedit ab anno 885. usque ad 891.

EPISTOLARUM STEPHANI V. PAPÆ FRAGMENTA.

STEPHANUS PAPA V. LEONI SCIANENSI EPISCOPO.

Affert Gerhous de reliq. Dei c. Anecdot. Pezii to. II. par. 11. pag. 374.

DE manifesta, & nota pluribus causa. D non sunt querendi testes; ut S. Ambrosius in epistolam ad Corinthios dicit, de fornicatione sententiam exponens apostoli. *Judices*, inquam, *non est sine accusatore damnare; quia Dominus Judam, cum fuisset fur, quia non accusatus, minime abjecit. Cognito autem opere ejus, pollicendum illum de cunta fraternitati censuit. Omnes enim crimen ejus fetebant, & non arguebant. Publice enim nuptiarum suam loco uxoris habebat. In quare neque tebibus opus erat, neque tergiversatione aliqua poterat tegi crimen.* Et paulo post: *absens facie, præsens autem auctoritate spiritus, qui nusquam abest, jam judicavit ut præsens tum, qui hoc admisit, tradi Satanæ E in interitum carnis.*

IN HOC FRAGMENTUM COLLECTORIS ADNOTATIO.

HOc ipsum fragmentum paucis mutatis legitur in can. *De manifesta* 2. q. 1. rectiatur. Sed ex epistola Stephani papæ V. ad Leonem Sciannensem, Notam vero Rotomi canonis hujus correctorie tum epistolam integram extare in

Collectione quidem canonum Vaticana ab anonymo digesta.

STEPHANUS PAPA V. LEONI THEANENSI EPISCOPO.

DE crimine sibi illato diaconus tuus verifime fatebatur se esse immunem. Verumtamen si suspicio super viaculum habetur, & accusatores idonei reperiuntur & testes, quales sacri canones sanciunt, cum fuerit legitimis testibus approbatus canonica sententia feriatur. Quod si ne sponte confitetur, neque legitimi accusatores, vel testes reperti fuerint, & nulla fama crebescit, non publico examine, sed coram te & coram reverendissimis presbyteris & diaconis secreto juramento se purget, & tu deinceps boni testimonii eum annuncia, & competenter ei communicare ecclesiæ tuæ filios, ne sacerdotem Dei ulterius infamare præsumant, timentes quod Cham maledictus est, quod patris verenda detexit.

STE-

ANNO CHRISTI 885.

STEPHANUS V. PAPA VVALBERTO PATRIARCHÆ (a)

(a) *Aquileiensi* ad epist. 66.

MIramur prudentiam vestram Cumensi ecclesiæ denegare pastorem, cum te etiam ad hoc provocatum noveris apostolica exhortatione. Nunc vero iterato tibi scribimus, nolentes alicujus ecclesiæ privilegium infringere, licet apostolica prærogativa de qualibet ecclesia clericum ordinare &c.

STEPHANUS V. PAPA. *Leuberto (a) Moguntino episcopo.*

(a) Consultissimi. q. 3. male in editis *Numberto.* Ivo epist. 74.

COnsuluisti de infantibus, qui in uno lecto dormicentes cum parentibus mortui B reperiuntur, utrum ferro candente, aut aqua fervente, seu alio quolibet examine parentes se purificare debeant eos non opperisse. Monendi sunt nempe, & protestandi parentes, ne tam temellos secum in uno lecto collocent: ne negligentia qualibet proveniente suffocentur, vel opprimantur, unde ipsi homicidii rei inveniantur (*b*). Nam ferri candentis, vel aquæ ferventis examinatione confirmetur corruptæ a quibusdam Cari non censent canones; & quod sanctorum Patrum documento sanctum non est, superstitiosa adinventione non est præsumendum. Spontanea enim confessione, vel fidium approbatione publicata delicta, habito præ oculis Dei timore commissa, sunt regimini nostro judicare; occulta vero, & incognita illi Deo relinquenda, qui solus novit corda filiorum hominum. Hi autem qui probantur, vel confitentur tali reatu te noxiæ, tua nos caritas moderatio; quia si ille, qui conceptum in utero per aborsum deleverit, homicida est; quanto magis qui unius saltem diei puerulum peremerit, homicidam se esse excusare nequibit?

(b) Vide Alexandrum III. epist. xxx. prime apud Labbe to. XIII. pag. 131.

STEPHANUS PAPA V. PAULO PLACENTINO EPISCOPO.

Ca. Loci nostri. 33. q. 5.

LOci nostri consideratio nos admonet, ra- D tionis auctoritate, quæ a prædecessoribus nostris utiliter decisa fuerint, roborare; & quæ a transitis præfuntis fuerint in promptu nihilominus ulciscî. Reum quippe ante confpectum divini Judicis se noverit esse, qui nititur utiliter finita rescindere, ac roborata qualibet auctu violare. Ecclesiastici quippe vigoris ordo confunditur, si aut temere illicita præsumantur, aut non concessa jugiter tententur. Proinde si negligenter ea, quæ male usurpantur, omittimus, excessus viam proeuldubio aliis aperiimus.

(a) Illud *Stilicone* datur ex cod. Vatic. apud Coretinos Ravennates. Ca. Nunquid non 10. de Conf. dist. V.

STEPHANUS PAPA V. ITALIANO (a)

NUnquid non omnia chrismata Sacerdotalis mysterii Crucis figura perficiunt? Numquid baptismatis unda, nisi Cruce sanctificata, peccata relaxantur? Et, ut cætera prætereamus, sine crucis signaculo quis sacerdotii gradus ascendit.

STEPHANUS PAPA V. GIRARDO LEODIENSI (a)

QUoniam igitur primum vos tam de invasis (a) In MS. codice meo per comprimendum scribitur Gisla Lendecan. S. Sed cognoscendum quo modo hæc accipiantur, vix cohærent Epistolam alienam cui, qui tunc Leodiensem cathedram tenebat. Can. Oportet ut. 3. q. 1.

ANNO CHRISTI 885.

civitatibus & monasteriis, & manfis, quam de reliquis generaliter rebus recdinvestiri faciatis, quia nec nudi contendere, nec inermes inimicis nos debemus opponere.

STEPHANUS PAPA V. SICHIBERTO (a) CORSICÆ EPISCOPO.

QUia te quasi obnoxium judicas, eo quod a Saracenis captus, homines interfecisse videris; bene facis. Sed quoniam B non tua sponte id fecisse cognoscens; inde canonice nullo modo judicaris.

STEPHANUS PAPA DOMINICO RAVENNATI ARCHIEPISCOPO.

Significat se confecraffe Placentinæ episcopum, in nihilo tamen velle se jure Ravennatensis metropolitanus officere.

Stephanus Episcopus servus servorum Dei Ravennatensium Cleri fratribus nostro Domnico archiepiscopo S. Ravennæ Ecclesiæ.

(a) Codex mentus MS. Sigiberti. Ca. Quia tet. 58. dist. 50.

DIvina Majestas, pastorale ministerium Ex Rubeo nobis . . . . . , solitudinem gerentes, cu- Hist. Ravra pervigili, universum Apostolicum impendere fuffragium; idcirco omnium Sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium agnoscat nostitia, quia cum Ravennas Ecclesia, per obitum Romani quondam Archiepiscopi ejusdem Ecclesiæ viduata, sine pastore consisteret, repente, & sancta Placentina Ecclesia, illius suffragancea, à suo pastore quondam Paulo episcopo extitit denudata. Quapropter diversis Italici Regni fluctuantibus procellis, quia per eamdem Sanctam Ravennatem Ecclesiam, proprio destitutam pastore, ipsa sancta C Placentina ecclesia de pastore proprio remedium recuperandi minime adipisci valebat; ad Apostolicam Sedem, videlicet Apostolicum; utpote ad caput omnium Ecclesiarum, & matrem; refugium visi sunt . . . . . facile, offerentes nobis propterium electum, Ravennatem nimirum sacrarium officio attentem, & suggerentes, una cum decreto ab eis in eum facto, hunc a nobis sibi consecrari Antistitem, ne ipsa Ecclesia diu sine pastore amichilaretur; & eligentes, atque petentes acephali, & vagabundi incedentem. Nos autem, ut divinus, cum propriis Metropolitanus deeffet, fatis ab eis cogati, prædictum Bernardum in ecclesia Placentina Ecclesia prævidimus consecrare episcopum, dantes illi in mandatis, atque jubentes expreD se, ut in omni subjectione, & fidelitate fe sub jure sanctæ Ravennatis Ecclesiæ obseraret, quia sic nobis placuit; ita fcilicet, ut omnem obedientiam, omnemque devotionem atque consuetudinem & usum, antecessores fecisse probantur, & ipse devote adimplere fatagat, in sancta Ravennate Ecclesia. Unde volumus, & a præsenti octava

ANNO CHRISTI 887.

indictione decernimus, eandem sanctam Ravennatem ecclesiam nullam deinceps pro eadem a nobis consecrationne concedâ..... perpeti; sed a nobis, nostrisque successoribus Pontificibus fit..... omnimodis; quinimo eadem prædicta sancta Placentina ecclesia in jus, & consecrationem, atque debitam obedientiam, ejusdem sepe dictæ sanctæ Ravennatis ecclesiæ, quemadmodum antiquitus fuisse recolitur, omnibus subtracta temporibus: Volentes unusquisque jus, & privilegium Ecclesiæ indiminutum haberi, & inretragabiliter cultodiri Script. per manum Benedicti Notarii, & Scriniarii sanctæ Sedis Apostolicæ in mense Martio, indictione suprascripta octava. Bene valete. Dat. octav. Kal. April. per manum Zachariæ Dei pietate primicerii sanctæ sedis Apostolicæ, anno, Deo propitio, Pontificatus Domini Stephani summi Pontificis, & universalis Papæ, in sacratissima beati Petri Apostoli sede, quinto, *Ind. VIII.* suprascripta.

IDEM CLERO ET POPULO PLACENTINO.

Dat illis pontificem Bernardum, commendat subsuffionem Metropolitano Ravennati.

Stephanus episcopus servus servorum Dei, omnibus Sacerdotibus, atque Judicibus, clero, & populo, seu universæ generalitati Placentinæ commorantibus, salutem.

QUaliter sanctæ Ravennatis ecclesiæ, privata propriis pallore, in obitum vestri Episcopi, viduata existeret, vos nosse per omnia fcimus; sed ad supplementum

ANNO CHRISTI 887.

& sublevationem vestræ Ecclesiæ nostrum Apostolicum subdidium visi fuimus impartiri, ita ut Bernardum diaconum, pastorem vestrum, per nostram consecrationem institueremus: & ideo fidelitati omnium vestrum injungimus, & decernentes fancimus, ut tam ipse Bernardus, quamque omnes decessores sui in perpetuum sub Ravennatis Ecclesiæ Pontificatu plenam obfervantiam, toramque fidelitatem vicissim cuftodiat, & more anteceffotum evoluisse. tam ipse, quam successores fui exiitant, obfervando in omnibus omnium obedieniam, omnemque consuetudinem Ravennatis ecclesiæ, susque Archiepiscopis, absque omni contradictione, vel molestia, prout inrefragabiliter pollicitus est. Nam si ipse, vel aliquis decessor ejus, aut aliquis vestrum, tam de sacerdotali ordine, quam de laicali coetu, contemptor, vel transgressor apparuerit per inobedientiam, sacerdos, qui exiterit, ex Dei omnipotentis, sanctorumque Apostolorum Petri, & Pauli, & nostra Apostolica auctoritate, maneat suspensus a proprio ministerio, quousque solutionis gratiam a Ravennate Archiepiscopo perceperit. Laicus vero, qui contradictor apparuerit, a vino, & cocto suspensus exiitat, quousque ad prædictæ solutionis gratiam pervenerit. Insuper nostrâ & nostro Lateranensi palatio quinque libras auri obrizi esse compositurum, & anathematis vinculo innodatus, in evum permaneat. Hanc nostram epistolam vel retificationem sanctum Ravennatem Ecclesiam habere decernimus.

FIRMANUM CONCILIUM DUBIUM

In dedicatione Monasterii S. Crucis in territorio S. Elpidii,

Anno 887. a Theodosio Firmano episcopo & Pictavinis ac Spoletani ducatus episcopis celebratum.

ENullum episcoporum conventum, cui nomen concilii ideo tribuerim, quod occasione dedicationis novi cujusdam monasterii in Diœcesi Firmana decreta quædam in commune hauerint ad ejusdem ecclesiæ, & monasterii illi adjuncti commodum. Porro solemne erat episcopis, in dedicatione novi alicujus templi convenientibus, occasionem illam capture ad habendas synodos, in quibus ea, quæ occurrebant, ecclesiastica negocia, quæque ad communem ecclesiarum utilitatem conferre judicarent, expediebantur. Extat diploma, vel sanctio ab episcopis illis confirmata apud Ughellium tom. II. in Firmanis col. 683. ex quo huc transferur; cuvecto tamen anno imperii Caroli, qui hic textus notatur, cum septimus reponendus fuerit; nam texto imperii sui anno Carolus mense septembris præsens adesse Firmi, quemadmodum diplomatis fides exigit, nequaquam poterat, cum a Northmannis in Gallia occuparetur. Nisi forte Sphalma hoc chronologicum unum esse reputaverimus ex multis ejusmodi, quibus documenti hujus sinceritas oppugnari posset. Multas enim offert phrases sæculo illo plane ignoras, ut inter cæteras illam *in ducato Spoletano*; nam ducibus nec tunc nec ante parebant Spoletini. Indulgentiarum insuper usus, qualis nunc obtinet, quique in hac hujus diplomatis non ambigue affertur, non ante sæculum XI. in ecclesia cœpit, ut probat Papebrochius in Conatu ad vitas Romanor. Pontificum pag. 133.

DI-

ANNO CHRISTI 887.

DIPLOMA THEODOSII FIRMANI EPISCOPI

Pro dotando cœnobio quodam a se constructo

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

DOminis venerabilibus, sanctissimisque successoribus nostris episcopis, seu Christicolis cunctis, & cui Deum metuere, ac venerari penitus noscunrur. Notum facimus, quoniam consensu, consilioque omnium vener. episcoporum in Ducatu Spoletano degentium, ego Theodosius divina gratia S. Firmanæ ecclesiæ episcopus in rebus sancti Maronis martyris Christi, in quadam insula, a Domino meo Carolo invictissimo imperatore augusto, & a me ipso olim inventa, fluminibus circumdata, Etha videlicet, & Clento, plena cupribus, atque fructicis, fossa ante Domini gratia, ob amorem D. nostri Jesu Christi, & ejus vivificæ crucis, Basilicam ibidem a fundamentis construi præcepi, & ædificari, & per me primum, ac per alios episcopos consecrare volui, & monasterium in ea fieri decrevi. Accessitis itaque confacerdotibus meis communi consilio Sancto Spiritu inspirante eam in honorem Divi Salvatoris, sanctæque ejus vivificæ crucis consecrare curavi; & quoniam olim tenebatur habitatio cavernaque vulpium, nunc autem videtur, Domini admiculante gratia, domus Dei, & habitatio Sanctorum, fervore zeli Dei succensus, monasterium ibidem ordinavi. Ego verò hoc peracto cœpi concrebrari, & mossus esse, & quanto levior de constructione, & consecratione hujus monasterii, tanto quia illic solitarii congregaat, unde viverc non desinebant, *Sathus monstior* fueram. Quia licet D. Carolus imperator invictissimus, ob animæ suæ salutem, quasdam res publicas fuæ proprietatis, ac parentum, suorum patrimonii supradicto almo loco concessisset, ac imperiali dono locum ipsum augmentasset, ut in decreto ipsi loco per eundem facto continetur; non tamen res ipsæ prænominato loco, & famulis ibidem fervientibus sufficere videntur. Ideoque idem ipse imperator notter eft largitus, ut quantas cum confensu meorum fcilicet Sacerdotum S. Firmanæ ecclesiæ res jam dicto loco donare voluissem, nec ad præsens, nec in futuro ulla contradicente persona, secundum quod Dominus inspiraret, præsentialiter facerem. His itaque peractis, consilio ejusdem imperatoris, & consensu omnium, facerdotum, & diaconum, totiusque A mæ ecclesiæ familiæ conceffi pereenniter ad monachorum sumptus aliquantas ex rebus ecclesiæ mihi commissæ eidem monasterio, ut copulatæ utreque insimul, illis, qui Domino ibi famulantur, in victu, & vestitu abundanter sufficiatur. Porro, quod reticere non convenit, de rebus Firmanæ ecclesiæ mihi commissæ, videlicet quas eidem monasterio, Firmana plebe affentiente, contuli, nequaquam de nomine per singula quæque

ANNO CHRISTI 888.

notabo. Detuli jam dicto venerabili monasterio omnes possessiones, res, atque substantias, cum terris, vineis, atque arboribus fructiferis, & infructiferis, cum casis, domibus, & plateis omnibus, atque colonitiis, cultu bona, & incultu, mobilia, & sfabilia, quæ fuere olim de plebe S. Maronis, ex ista parte fluminis Clenti, & quæ pene ipsi monasterio adjacere cernuntur, & quæ circumdantur monibus & cadris dicti monasterii ex uno latere, & ex alio adjacet flumen Clenti a capite usque ad litus maris, Etha jam dicta mediante, & per ipsum litus usque ad curtes S. Martii a mare; a latere autem superiori possessiones dicti monasterii, quæ ipso loco conceisse fuerunt per Divum Carolum, villas autem, seu Casalia, & cum ecclesia nostra S. Bartholomæi, curtes Castelli Rocelì, curtes terræ Tallitæ, curtes S. Martii ad mare cum ipsa ecclesia, infrascriptas annexitatum adjacentes cum hominibus, servis, & ancillis, & cum omnibus pertinentitis fuis, in integrum ufque ad rivum Purri, dum ipsi monasterio nihilominus detulì, & concessi. Insuper concessi eidem geupras Heremicarum, a quibus basilicam ad honorem Dei altissimi, & S. Ægidii confecrare curavi, & cum omnibus ad dictas gruptas pertinentibus adjacentiis, exceptum tantummodo, & pro Firmana ecclesia conservanda reloneum de ipsis portu Clenti, ut folatum est partes nobis deferre episcopi. Concessi præterea ipsi jam dicto monasterio, & Dei famulis ibidem congregatis, & congregandis ecclesiam S. Laurentii, ftam, five positam in castello civitatis Firmanæ juxta episcopatum, cum casis, terris, vineis, arboribus, libris, campanis, & paramentis, & cum omnibus rebus dictæ ecclesiæ præsidere pertinentibus, & cum oblationibus vivorum & mortuorum; ut cum abbas, monachi, & familiares dicti monasterii ad nos, five ad civitatem Firmanam pro aliqua utilitate dicti monasterii accedere voluerint ad dictam ecclesiam, tanquam ad monasterium proprium regressum, & B bonis dictæ ecclesiæ percipiatur, sic ut nec cesse fuerit ad eorum voluntatem: & curtem sanctæ Resurrectionis in hominibus, & eorum libertatibus, & fervitiis, cum curtetis, vineis, arboribus, mobilibus, stabilibus, cultis, & incultis in integrum, cum ecclesia S. Mariæ de Salliano, cum oblationibus vivorum, & mortuorum, & cum omnibus ustenfilibus fuis, curtem S. Agathæ de Muccillis, cum pertinentiis & adjacentiis fuis, & cum oblationibus vivorum & mortuorum. Eodem modo curtem S. Patritii cum pertinentiis fuis, fervos quoque & ancillas, qui nunc in præfatis locis, vel in villa C & Casali, & cum ipsa ecclesia S. Marii, & cum omnibus pertinentiis & adjacentiis fuis, & cum oblationibus vivorum & mortuorum ipsi monasterio dedi, & concessi, ut amodo, & deinceps perpetualiter, & pereniter hæreditario more habeat & teneat, & possideat ad usum, & commodum dicti monasterii. Item abbas, qui pro tempore fuerit illic ordinatus, potestatem habeat de rebus a nobis, & regio munere ipsi loco concessis, seu ab aliis hominibus collatis, & con-

ANNO CHRISTI 887.

concedendis dare, concedere, contrac-
biare, & commutare de consensu fuorum.
monachorum, cui vult sine contradictione,
& cui sibi placuerit. Concedimus etiam eis-
dem potestatem locandi, & disponendi, &
ordinandi suas ecclesias parochiales, quas
ipsi loco concessimus, vel quas in futurum
habebit, capellanos, sive clericos mittendi,
& extrahendi ad eorum voluntatem; & non
alicui ex successoribus meis (quod fieri non
credo) avaritiae spiritu excitato, quod ab-
sit, durum esse videatur, quod divina faven-
te gratia in Christo humilitati ac necessitatum
usibus ex nostra ecclesiae concessimus, com-
peritat quia plurima (Domino annuente) meo
certamine, in sancta Firmana ecclesia, vel
acquisivi, quanquam eo pro Christi, & ejus
vilissimae crucis amore in praesata ecclesia ad
usum fervorum Dei concessissimae curtes de
S. Petronella, campum Sanignanum, curtem
de Columnella, & de terris quandam par-
tem cujusdam mansus, fodalia, cateraeque
quamplurimas in montibus res, quae idcirco
commemorare decrevi, ne aliquis detrahen-
do authum, & episcopatus mei in aliquo-
rum facere diminutionem, quae pro anima-
rum studio agere conatus sum. Quod vero
abbas, vel monachi in praedicto coenobio,
Sancto mandante Spiritu deinceps custodia-
tur: immo & nos, & posteri, successoresque
nostri debeant adimplere, huic pagi-
nae credimus inserendum. Hoc est, ut de ipsa
congregatione, quae in praefato monasterio
fundata debeant celebrare officia, & quas
Abbas popposcerit a nobis, vel successoribus
nostris sacros percipiantur gradus, nullam
per ipsorum honorem praemium perceptura.
Altare in ipso monasterio, vel ubicumque,
in rebus ipsius monasterii ecclesiarum facere
voluerit, vocati ab abbate consecremus, &
sanctum chrisma annis singulis voluerit po-
stulare pro reverentia loci sine gravamio conce-
dimus, & juxta dispensationem divinam. Cum
abbas de ipso almo loco ad Dominum migra-
verit, quem monachorum congregatio una-
nimiter eligere, & tenere, vel aliunde re-
gulae compertum, & de vitae mentis congruen-
tem sine quolibet praemio nos, & successo-
res nostri promoveamus abbatem, & abbas
vel monachi, qui eo quod ipsum monaste-
rium a Firmana ecclesia subtrahere non va-
leant, dumnodo episcopi, vel clerici Fir-
manae ecclesiae contra praedicta aut hoc de-
creto inferta non venerint, annis singulis,
mense Augusto, denariorum solidos decem
nobis, & successoribus nostris reddere de-
bent, aut eos ponere super altare S. Mariae
sitae in civitate Firmana potestatibus habeant;
ita duntaxat, ut nullam penitus aliorum po-
testatem in praenominato monasterio, neque
in rebus sibi concessis, vel concedendis, ne-
que in ordinandis personis, vel removendis,
neque in villis, seu possessionibus, & rebus
aliis a regio munere, vel a nobis collatis,
vel deinceps ab aliis conferendis, tam in
morte, vel in vita alicujus, quam etiam in
vita, nos successoresque nostri episcopi, ar-
chidiaconi, seu caeteri ordinatores, aut quae-
libet persona in nullis rebus mobilibus, &
immobilibus, & stabilibus dicti monasterii
habere praesumat, ne de hoc, quod a Deo

A timeribus transmissum fuerit, seu relictum,
datum, aut in altare oblatum, aut faceris
voluminibus, vel quibuscumque speciebus ad
ornatum divini cultus pertineat, ad praesens
collata, vel deinceps conferenda fuerint
aliquo modo, vel ingenio exorquere aude-
at, vel audeat, & nisi rogatus ab abbate
ipsius monasterii pro lucranda occasione,
nulli liceat adire secreta, aut finium ingre-
di fupta pro aliqua invasione, vel immuta-
tione ipsius loci, vel rerum tantum dum-
da, ut li ad eos nullus pontifex pro tempore
fuerit, pro lucranda occasione, vel monaste-
rii utilitate ab abbate vocatus accesserit,
celebrato, ac peracto misterio simplici, ac
fobria benedictione percepta, absque ullo re-
B quisito dono, fiudeat habere ingressum, ut
quaterus monachi, qui fulitirii tuncupan-
tur, de perfecta quiete, duce Deo, per tem-
pora exaltare, ac sub facta regula..... &
beatorum patrum vitam festari, pro statu ec-
clesiae, ex falute regionis, vel patriae, seu
& pro nostra, ac praedecessorum & succes-
sorum nostrorum animabus, valeant, & pos-
fint Dominum plenius exorare. Et si aliqui
ex dictis monachis de eorum religione, te-
pidi, & otiosi erunt, secundum eorum re-
gulam ab abbate, si praevalet, corrigantur;
in autem temnere egerint, & abbati nolue-
rint deinceps regulariter nos, & successores
nostri ab abbate vocati secundum qualitatem
C delicti corrigere debeamus. Si quis autem
episcoporum, vel alia quelibet persona..
(quod Deus avertat) callidiitate, aut com-
moditate commorus, vel praeventus, ea quae
sunt supra comprehensa, temerario spiritu
violare praesumpserit, a divina ultione pro-
fratus in aeternum irasci Dei incurrat, & nisi re-
sipuerit, & emendaverit, anathematis vin-
culo perpetim feriatur, & insuper compo-
nat, de dei ipsi monasterio Ambroci libras
centum. Et hoc nostrum constitutum, seu de-
cretum perpetuam teneat firmitatem; &
monasterium antedictum, sicut ex regulari-
bus rebus initium sumpsit & augmentum,
ita deinceps cum rebus suis omnibus habi-
D tis, & habendis sub regla maneat potesta-
te, & ab episcopo ultra jura remotum, ni-
hilominus hoc privilegium perpetim maneat
incorruptum. Quam institutionem nobiscum
ut firmis subsistat vigoribus, & nos, & fra-
tres nostri domini episcopi, caeteriique mei
ecclesiae sacerdotes, clerici, & religiosi, la-
ici, nostrique nominibus subscripsis decre-
vimus corroborari, & D. Inquirinum, D.
Casoli publicum notarium, publicari jussi-
mus, & complere. Praeterea nos episcopi
inferius subscripti, de Dei misericordia, &
benignitate omnibus, qui dictum monaste-
rium de suis bonis dotabunt, & in monaste-
rio praefati coenobii sui corporis sepulturam
E elegerint, tertiam partem suorum peccato-
rum, de quibus veram sumpserint poenitenti-
am, misericorditer in Domino relaxamus;
offendentes autem, & res, & personas ipsi-
us loci, & non emendantes, maledictionem
habeant sempiternam.

Actum est hoc apud dictum monasterium
in confecratione ejusdem, D. Carolo Sere-
nissimo imperatore praesente cum multis Prin-
cipibus, clericis, & laicis mense Septemb.
die

ANNO CHRISTI 887.

die 14. intrante anno Dom. Incarn. 887.
Ind. 5. anno Imperii D. Caroli in Italia 6.

D. Theodosius S. Firmanae ecclesiae episco-
pus consultu venerab. episcoporum in hoc
decreto a fe divinitus facto, ut perpetuali-
ter validum fore nosceretur, suum nomen..
fecit subscrib. & apponi.

D. Joannes Episcasanus episcopus decreto
consensit, & suum nomen fecit subscribi;
ex suggestione D. Theodosii venerab. S. Fir-
manae ecclesiae episcopi.

Basilius Anconitanus episcopus nomen
fecit subscribi, & in praefato decreto con-
sensit.

Celsus Camerinensis episcopus in hoc de-
creto consensit, & suum nomen fecit sub-
scribi.

Benventus Senogalliensis episcopus in hoc
decreto consensit, & suum nomen fecit sub-
scribi.

Americus Spoletanus episcopus consensit,
& suum nomen subscribi fecit.

Romanus Fanensis episcopus in hoc de-
creto consensit, & suum nomen subscribi
fecit.

Laurentius Pisaurienfis episcopus in hoc de-
creto consensit, & suum nomen fecit sub-
scribi.

Robertus Humanensis episcopus in hoc de-
creto consensit, & suum nomen fecit sub-
scribi.

Debaldus Perusinus episcopus in hoc de-
creto consensit, & suum nomen subscribi
fecit.

Petrus Auximanus episcopus in hoc de-
creto consensit, & nomen suum subscribi
fecit.

Ricardus Reatinus episcopus in hoc de-
creto consensit, & nomen suum subscribi
fecit.

Adolardus Callienfis episcopus, in hoc
decreto consensit, & nomen suum subscribi
fecit.

Albertus Lodonensis episcopus, in hoc de-
creto consensit, & nomen suum subscribi
fecit.

Albertus Urbinensis episcopus in hoc de-
creto consensit, & nomen suum subscribi
fecit.

Severinus Nucerienfis episcopus in hoc
decreto consensit, & suum nomen subscribi
fecit.

Bartholomaeus Forolivienfis episcopus in
hoc decreto consensit, & suum nomen sub-
scribi fecit.

Ruggerius Teramnenfis episcopus in hoc
decreto consensit, & suum nomen fecit.

Valerianus presb. & canonicus consensit,
& nomen suum fecit subscribi.

Rodegarius presbyt. canonicus consensit,
& nomen suum subscribi fecit.

Theobaldus presb. & canonicus consen-
sit, & nomen suum subscribi fecit.

Rodericus presb. & canonicus consensit,
& nomen suum subscribi fecit.

Joannes presb. & canonicus consensit, &
nomen suum subscribi fecit.

Jonatan presb. & canonicus consensit, &
nomen suum subscribi fecit.

Petrodias presb. & canonicus consensit, &
nomen suum subscribi fecit.

Idprandus presb. & canonicus consensit,
& nomen suum subscribi fecit.

Rolandus diaconus, & Firmanae ecclesiae
canonicus consensit, & nomen suum sub-
scribi fecit.

Lupus diaconus, & canonicus consensit,
& nomen suum subscribi fecit.

Adericus diaconus, & canonicus consen-
sit, & nomen suum subscribi fecit.

Transerus diaconus, & canonicus consen-
sit, & nomen suum subscribi fecit.

Rodilandus diaconus & canonicus consen-
sit, & nomen suum subscribi fecit.

Theodoradus subdiac. & canonicus con-
sensit, & nomen suum subscribi fecit.

Valprandus subdiac. & canonicus consen-
sit, & nomen suum subscribi fecit.

Albertus subdiac. & canonicus consensit,
& nomen suum subscribi fecit.

Domitius subdiac. & canonicus consensit,
& nomen suum subscribi fecit.

Firmius subdiac. & canonicus consulit,
& nomen suum subscribi fecit.

Trasmundus acolytus, & canonicus con-
sensit, & nomen suum subscribi fecit.

Treavisus acolytus, & canonicus con-
sensit, & nomen suum subscribi fecit.

Tosso acolytus, & canonicus consensit,
& nomen suum subscribi fecit.

Toto acolystus, & canonicus consensit,
& nomen suum subscribi fecit.

Hi omnes tam episcopi, & facerdotes
diaconi & subdiaconi, quam etiam acoly-
thi, & religiosi laici voluntate D. Theodosii
venerab. ejusdem ecclesiae episcopi, in hoc
decreto consenserunt, sua nomina apponi
voluerunt &c.

Albertus Comes

Manfeus Comes

Herlebertus gualdulus Trapaldoni in hoc
decreto consenserunt, & sua nomina sub-
scribi jusserunt, &c.

Ego Inquilinus D. Caroli invictissimi im-
peratoris Notarius, ejusque Camerae custos,
mandato D. Theodosii venerab. episcopi, at-
que omnium venerabilium episcoporum, &
canonicorum suprascriptorum rogatus, pu-
blicavi, & signavi feliciter, &c.

SY-

ANNO CHRISTI 887. 888.

SYNODUS LANDAVENSIS IN ANGLIA

De controversiis inter regem, & episcopum suum

ANNO CHRISTI 887. 888.

ADMONITIO COLLECTORIS.

SYnodos Landavenses plures, vario collectas tempore, hic simul omnes dedit Spelmannus, & ex eo Labbeus, quippe qui ignoraverint quo singulæ anno convenerint. Eodem consilio Cl. Wilkius in novissima conciliorum magnæ Britanniæ, & Hiberniæ editione, alteram, quam ex MS. Landavensi codice nactus est, synodum hic cum prioribus repræsentavit, ex quo nos acceptam exhibemus. Ejus historiam ex synodis præcedentibus, in collectione Labbeana legendis, repetas. Rex Brochvvil; quem unum esse ex regulis Walliæ regi totius Angliæ subjectis admonet Wilkins, res episcopi fuit per injuriam invaferat; quam offensam propulsaturus episcopus, concilium coegit, in quo rex multæ subjectus est. Hæc in synodo apud Labbeum postrema. In hoc vero judicio idem rex de occupato latifundio quodam ecclesiæ fatetur, & reus repetundarum, tenetur.

SYNODUS LANDAVENSIS.

POst hæc facta est contentio de ecclesia, & ejus territorio inter Brochvail, & episcopum Civeilliauc; congregatis amnibus clericis, & omnibus sapientibus, qui erant a Tivi usque Guy, ut judicarent inter episcopum & Brochvail: & vero judicio clericorum totius Synodi ecclesia prædicta, cum tota tellure dicationata est episcopo Civeilliauc, & ecclesiæ Landaviæ in perpetuo.

AD CONCILIUM TURONENSE

Anni, ut Labbeus conjecit, 912. de celebranda die festa translationis S. Martini

ADNOTATIO CHRONOLOGICA.

AViris doctis jamdudum animadversum est erasse S. Odonem in historia de translatione corporis S. Martini Turonum, cum transvectionem istam usque post tempus, quo Rollo sacris christianis initiatus fuit, differt. Id enim gestum anno 887. constat inter omnes, ut Pagius ad eundem annum num. VI. demonstrat. Cum igitur Turonicum illud concilium occasione translationis illius coiverit, ex anno 912. quo a Labbeo consignatur, in annum 887. retrahendum est. Qui vero concilio huic interfuerunt, episcopos hos nominat Albericus abbas Triumfontium in chronico ad annum 913. Adalaudus Turonensis, Rahno Aurelianensis, Mannolus Cenomanensis, S. Lupus Andegavensis, Siagrius Eudensis, & Domulus Trecensis.

AD CONCILIUM MOGUNTINUM

Occasione Arnulphi novi regis

Anno 888. celebratum

ADDITIO.

VEnerus Labbei editor episcoporum, qui concilio huic adfuerunt nomina ex Martene Veter. Monum. tom. I. col. 661. recitat. Scriptor vero ille hæc accepit ex charta privilegii in ea synodo lati pro Corbejensibus & Herivordiensibus monachis. Privilegium vero illud neuter recitat, quanquam ipsum referre ad editorem Venetum maxime ipsa decet, cum gestorum ejus concilii pars sit. Supplendus est igitur mihi defectus, integrum privilegium afferendo, quod ex Mabillonii annalib. Benedictinis tom. III. in appendice num. XXXI. repræsento: Juvat tamen prius mensem, quo concilium hoc haberi potuit, a me in adnotationibus ad Pagium ad A. 888. num. XI. investigatum, hic indicare. Ita vero ego ibidem. Interfuit concilio Hadalgarius Hamburgensis, qui successit in episcopatu S. Remberto, idemque anno eodem, quo habitum est concil. 888. die XI. junii decesserat, ut Bollandistæ ad diem V. Februarii asstruunt. Fit inde ut concilium hoc citius quam labente junio haberi minime potuerit.

DE-

ANNO CHRISTI 888.

DECRETUM SYNODI MOGUNTINÆ

De libertate monasteriorum Corbejæ-novæ & Herisfordensis.

Ex Annal. Pader. born. & Christ. Paulino.

COnvenit episcopali auctoritati pie sollicitoque semper cogitare, quatenus ita ecclesiarum Dei sollicitudinem habeant, ut sacris locis, in quibus jugi Deus famulantium sedulitate placatur, opportuna conferre suffragia non detrectent. Unde ego Liudbertus, licet indignus, Mogontiacensis archiepiscopus omnibus Christi Dei ecclesiæ suggero, quia venerabilis frater noster Bovo abbas monasterii, quod vocatur Novæ-Corbejæ, attulit nobis quamplurima chirographa gloriosissimorum principum ad confirmationem privilegiorum ejusdem monasterii promulgata, inter quæ proxime ei collatens, communiter & ipsius, & Herivordensis monasterii statum confirmabat, datum felliciter a glorioso rege Arnulfo his ipsis diebus noviter ad regnum provecto. Super hæc etiam chartas duas ostendit, Romanorum, pontificum, Adriani, atque Stephani, in ipsis chartis concedentium, ut in cuitione sanctæ sedis Apostolicæ præfatum Novæ-Corbejæ monasterium perpetualiter haberetur, simulque apostolica auctoritate decernentium, ut idem monasterium plenissimam habeat immunitatem ab omnibus quoquo modo datis, vel intus monasterium in res ad illud pertinentes esse præter voluntatem abbatum loci ipsius permiscere cuplentibus. His igitur omnibus lectis nos relectis, (a) petiit præfatus venerabilis abbas, quo & ea, quæ sacris literis piissimorum principum confirmata fuerant, nostra quoque auctoritate roboraremus, & his, quæ ab Apostolica sede decreta sunt, nostræ subscriptionis cautulam adjungeremus. Nos itaque considerantes religionem ejus & petitionem, pastoralique edite officii fervorem Dei gratiæ utilitati commodisque providere, decernimus, ut præfata duo monasteria, Corbejensis videlicet monasterium, atque Herisfordensis sanctimonialium, de omnibus rebus, quæ vel in communi, supra memorati principis charta, vel specialibus aliorum principum præceptis confirmata esse noscuntur, mhilominus ealem ex ecclesiastica, & episcopali sanctione obtineat firmitatem, ut nihil habeant, unde se inter potiant, quicunque sibi præsumserint hæc aliquo modo se posse immutare vel infringere. Habeant igitur præfata monasteria rerum suarum liberam in omnibus dispositandi regulariter potestatem, ut quæcunque eisdem monasteriis in auro, vel argento, in agris, & famulis, seu quibuslibet rebus fuerint oblata, sive in præsenti elle collata esse constant, in dispositione maneant eorum, qui eisdem locis præsati sunt, ut quidquid secundum Dei timorem regulariter, & canonice dispositurint ad ecclesiæ ipsius utilitatem, liberam in omnibus cum consilio fratrum, eorumve faciendi habeant potestatem. Et ut plenius profequamur, quod sanctos apostolicos jam dictos intendisse sentimus, atque ante eos beatum Gregorium, atque reverendæ memoriæ Ni-

colaum sanxisse de statibus monasteriorum inventimus, nos humiliter tantis auctoritatibus subderibendo, confirmamus: ut nullus episcopus Paderbrunnensis aliquam ex eis vel accipiat, vel expoścat portionem; neque vel in his qui regiminis locum tenent, vel in ipsis congregationibus, aut in ipsis cœnobiis potestatem obtineat; neque ipsorum dominatione potiatur ulla, neque in electis, neque in famulis, & in omnibus, quæcunque ad monasteria ipsa videntur habere possessionis respectum, sicut ab omnibus eis hactenus servatum, & consensum est episcopis, in quorum parochiis res eorumdem monasteriorum consacere videntur. Nec ad ipsa monasteria, vel cellas eorumdem, vel ipse per se episcopus vel ceconomus eius, vel archipresbyter, aut archidiaconus illius, seu quælibet ex eius agentibus persona potestatem habeat accedendi; nisi forte necessitatis causa, vel sollemnis gratia vocatus adveneric; ne importunitate sua, ministrorumque suorum inquietudine sacris locis fiat molestia, neque in ecclesiis præfatis monasteriis subjectis, vel in presbyteriis eisdem ecclesiis ordinatis aliquam tentet facere perturbationem, novam conflituendo, & antiquam constitutionem evolvendo; sed ficut regularitet canonice disposita sunt, & longo jam tempore manentia, ita quoque futuris temporibus maneant inconcussa. Ordinationes, quæ contrariæ non fuerint ipsis monasteriis, agere non differat. Altaris quoque, & basilicarum benedictiones, sive consecrationes, prout necessitas postulaverit, vel in ipsis monasteriis, vel in agris eorum libenter concedat. Chrisma quoque, oleumque consecratum per singulos annos præbere non differat, & præ omnibus nullum munus exigat; ne Spiritus Sancti gratia vendere cogarur, Simonis, quod absit, damnationem incurrat. Hoc constituimus non solum Paderbrunnensium, verum etiam omnium locorum episcopos, ubicumque præfata monasteria, vel ecclesias, vel agros, vel familias habere noscuntur, observare sine cunctatione, seu contradictione oporter; ut nullus potestatis jure nobis eorumdem monasteriorum abutatur; sed maneant omnia in potestate eis Præfatorum, & regulari dispositione quæcunque, ut divinus, vel in agris, vel in familiis vel in decimis eis constant esse collatæ; sicut & apostolica, & imperialia præcepta, partim simul, partim ingillatim eis confirmaverunt. Abbatem vero, vel abbatissam in his locis eligendi semper habeant potestatem, & eam personam eligant, quæ propositum conversationis in ustrolibet monasterio, & moribus, & habitu profiteatur; non canonicum, aut laicum, neque alterius monasterii monachum; in quo specialiter nos audire dignetur regia dispositio, ut nullum eisdem monasteriis præponant personam, quæ non ab ipsis congregationibus fuerit regulariter electa. Debent enim mundi principes bonorem præstare Deo, quem sibi volunt præstari a Deo, videlicet, ut quemadmodum cupiunt a Deo sibi collatum regni honorem conservari, sic ecclesiæ Christi suam non dedignentur servare legem. Non enim decet, neque justum

ANNO CHRISTI 888.

stum videri poterit, ut sibi militantibus de A ecclesiæ Christi possessionibus mercedem restituant, & quod de republica sua retribuere debent, reddere velint de his, quæ collata sunt Deo. Qua de re noverit clementia, vel nunc consistentium, vel successionis jure omnium futurorum principum a sede apostolica sancitum, nostraque subscriptione roboratum, necnon & antecedentium regum præceptis cautum, ut prædictis monasteriis nullas præficiant personas de quocumque ordine, nisi quæ per electionem probabilem sumatur. Quia vero multæ quæruntur ab importunis hominibus malignitatis occasiones, & necesse est semper adversarii tela clypeo protectionis repellere: quod apostolica decrevit auctoritas nos quoque approbamus, B ut qui ordinati fuerint ad regimen sæpe dictorum monasteriorum, nulla potestate prævalente dejiciantur, nisi criminis causa fuerint deprehensi, cujus merito rectorum non debeant administrare officia. Infamiæ vero maculis, sive criminis alicujus denotatione si fuerint appetiti, non præter canonicam & regularem deponantur examinationem. Si quis ergo apostolicæ sedis decretum, cui nos hanc confirmationis cartulam venerantes subscripsimus, contempserit, proculdubio damnationis censuram suscipiet, quam credimus divino spiritu per apostolicam linguam prolatam. Nos igitur nostram subscriptionem anuli nostri impressione signantes, C obsecramus fratres, & coepiscopos nostros omnes, in quorum manus ista devenerint, ut sua etiam auctoritate, & subscriptione hæc confirmare velint: ut quicumque hæc temerare præsumpserit, generalitatis nostræ sententiis ita anathematis vinculo obligetur, ut neminem habeat, de cujus favore sibi blandiatur, aut se tueri posse putet a sententia damnationis. Cunctis autem ista servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis recipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ quietis inveniant. Et quia apostolicæ auctoritati subscribentes ista edidimus, justum est, ut illam sacram sedem etiam in D hoc honoremus, ut appellationes ad eam fieri liceat a prædictis locis cum necessitas fuerit: eo videlicet tenore, ut si hoc constitutum ab aliquo fuerit prævaricatum, Metropolitanus eorum episcopus, quo ego nunc licet indignus fungor officio, personam hujus sanctionis violatricem conveniat, & hujus nostri decreti testificationem innotescat: utque ab eo, quod prave gessit, recedere non meretur, ex communi omnium coepiscoporum auctoritate contestetur: at si ille contumaciter in sui facti perpetratione perstiterit, licentia eis sit Romanam, apostolicamque sedem adire, & necessitatis suæ causas ante Papam, qui tunc fuerit, urbis Romæ de- E ponere, ut per eum a prædicta causa reus justæ damnationis sententia multetur.

Folco munere divino metropolitanus ecclesiæ Remensis episcopus, tenorem hujus sanctionis perlegens, & diligenter pertractans, in omnibus eam probandam, et corroborandam esse judicavi, tam propter antiquum jus monasteriorum, etiam his cœnobiis conservandum, quam ad præcavendas nihilominus molestias hic summatim prohibitas, quæ modernis temporibus contra sacra monasteria per quosdam episcopos recenter ordinatos, nec non etiam per quorumdam laicorum infestationem grassari cœperunt; ad quas inhibendas, rationabilis ordo servatus est, ut et gloriosorum principum hic concessiones, & pontificum Romanorum privilegia, et archiepiscoporum ejusdem monasterii his omnibus astipulatio, & ut cæteri velint episcopi assensum præbere, nequaquam spernenda hic contineatur petitio; cujus gratia illectus simul, & præsentialiter ab eodem venerabili archiepiscopo Liudberto, necnon a Bovone religioso ejusdem monasterii abbate rogatus, hoc decretum episcopali auctoritate ratum esse decernens, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti confirmavi, & subscripsi.

Willibehrtus Agrippinensis ecclesiæ archiepiscopus huic decreto meæ mediocritatis recitato, attestationem, & assensum præbens, quod necessariò ac ritè promulgandum sit, sub attestatione nominis Domini nostri illud confirmavi & subscripsi. Thiadmarus ecclesiæ Salzburgensis archiepiscopus huic decreto consensi, & subscripsi. Radbodo Trevirensis archiepiscopus approbavi & subscripsi. Joannes Rotomagensis archiepiscopus consensi, & subscripsi. Hildegrimus Halberstadiensis episcopus consensi et subscripsi. Adalgarius ecclesiæ Hamaburgensis archiepiscopus consensi, & subs. Liuvardus Vercellensis ecclesiæ episcopus con. & subs. Arnoldus Wirtziburgensis ecclesiæ episcopus cons. & subs. Hrodbertus Metensis ecclesiæ episcopus cons. et subs. Adalhelmus Wurmacensis ecclesiæ episcopus cons. et subs. Godelhancus Spirensis ecclesiæ episcopus cons. et subscr. Wichbertus Hildeneshemensis ecclesiæ episcopus consensi, et subs. Dethmarus Virdinensis ecclesiæ episcopus cons. et subscr. Dodilo Cameracensis ecclesiæ episcopus cons. et subsc. Honoratus Belvacensis ecclesiæ episcopus cons. et subscr. Herdilo Noviomagensis ecclesiæ episcopus cons. et subs. Balthramnus Stratzburgensis ecclesiæ episcopus cons. et subscripsi. Waldo Frisingensis ecclesiæ episcopus cons. et subscr. Thiadulfus Curacensis ecclesiæ episcopus consensi et subscr. Hæc sacra continuante, et consumante anno Dominicæ Incarnationis DCCC. supra LXXXVIII. in unitate Sancti Spiritus.

AD

ANNO CHRISTI 888. 891.

AD METENSEM SYNODUM

Anni 888.

ADNOTATIO CHRONOLOGICA.

METensem Synodum anno 888. adscribit Pagius cum omnibus hucusque conciliorum Collectoribus, eamdemque post Moguntinam collocant. Qua tamen in re præposterè ab illis agi, certum est; cum Moguntinam synodum post junium mensem habitam fuisse oporteat, ut in nota superiori ostendi. Hæc autem celebrata dicitur die B Kalendarum Maii, vel ut legit Sirmondus *Kalendarum martii*. Verum nec martio, nec Majo mense anni 888. celebratam fuisse suspicor; cum synodo huic interfuisse legatur Dodo Virdunensis, qui etiam subscribit concilio Triburiensi anni 895. Ex sententia autem concilii Moguntini habiti post junium anni 888. constat, Virdunensibus tunc præfuisse *Dithmarum*. Igitur Metensis synodus haberi non potuit eodem anno ante junium, quippe cui interfuit Dodo, qui toto hoc temporis spatio usque ad exitum sæculi IX. Virdunensem ecclesiam administravit; quare Diethmari successor statuendus est. Fortè ergo melius cum Sirmondo concilium istud initum statueretur die Kalendarum martii, ac referretur in annum 890. quo martii exordium in Dominicam diem incidebat.

FORMOSUS PAPA

Sedit ab anno 891. usque ad 896.

EPISTOLARUM FORMOSI PAPÆ

APPENDIX.

IN SEQUENTEM FORMOSI PAPÆ EPISTOLAM

ADMONITIO COLLECTORIS.

SEquentem Formosi papæ epistolam ideo hic recudendam curavi, non quod nova esset, & in collectionibus conciliorum nunc primò inserta; sed quod argumentum præbuerit disceptationis inter eruditos, cujus definitio certa nunc etiam expectatur. Cum vero Cl. VVilkins suam [illegible] in novissima conciliorum magnæ Britanniæ, & D Scotiæ collectione voluerit, quam huc transferre, & res ipsa poscebat, & lectoribus non ingratum fore putavi; ideo ut controversiæ argumentum melius teneatur veluti sub aspectu, tum epistolam ipsam, cum & doctissimi illius Angli dissertationem exhibendam duxi.

I.

EPISTOLA FORMOSI PAPÆ AD EPISCOPOS ANGLIÆ

Fratribus & filiis in Christo omnibus episcopis Angliæ, Formosus.

(a) (b) AUdito, nefandos ritus paganorum E partibus in vestris repullulasse, & vos tenuisse silentium, ut canes non valentes latrare; gladio separationis a corpore Dei (c) ecclesia vos ferire deliberavimus. Sed quia, ut nobis dilectus frater noster Plegmundus (d) intimavit, tandem evigilastis, & semina verbi Dei olim venerabiliter jacta in terra Anglorum cœpistis renovare; mucronem (e) devorationis retrahentes, Dei omnipotentis, & B. Petri apostolorum principis benedictionem vobis mittimus, orantes ut in benè cœptis perseverantiam habeatis. Vos enim estis fratres, de quibus loquens Dominus, inter alia inquit: *Vos estis sal terræ, & si sal evanuerit, in quo salietur?* (*) & iterum: *Vos estis lux mundi:* (*) significare volens per verbi sapientiam condiri mentes hominum a vobis debere; & in moribus, & (f) in vita vestra bonæ actionis studium, quasi lumen apparere fidei, per quod (g) gradientes ad vitam, quomodo cautè ambulent, videant, ut ad promissionem æternæ beatitudinis sine offensa currentes valeant pervenire.

* Matt. 5.
* Ibid.

Nunc (h) accingimini ergo, & vigilate contra leonem, qui (i) circuit, quærens quem devoret; & non patiamini ulterius in re-

(a) MS. Cant. *auditis nefandorum ritibus paganorum*.
(b) *vestris in partibus* MS.
(c) *ecclesia* MS.
(d) *Plegemundus* MS.
(e) MS. *Devotationis*.
(f) *in* deest in MS.
(g) MS. *gradientibus*.
(h) *Ergo accingimini* MS.
(i) MS. *circumit*.

ANNO CHRISTI 891.

regione vestra penuria pastorum christiana (*a*) fidem violari, gregem Dei vagari, dispergi, dissipari. Sed cum unus obsistere, aliter, qui idoneus fuerit, canonicè prætinus subrogetur. Nam secundum legem plures facit sunt sacerdotes, eo quod morte (*b*) prohiberentur permanere. Quod David considerans (*c*) ait: *pro paucitate tuæ* (*d*) *populi constitue tibi filii, constituet eos principes* (*e*) *super omnem terram*. * Nulla itaque mora sit fungendi alium, cum quilibet Sacerdotum ex hac vita migraverit; sed mox ut illi, qui primæ fedis principatum gerens, inter vos cæteris episcopis præsse dignoscitur, frater ille obiturus fuerit denunciatus, fabula elective canonica atterr conferatur succedat. Quis autem inter vos principatum, tenere debeat, quæve fedes episcopalis cæteris præpolleat habeatque primatum, absolutanis (*f*) temporibus notissimum est. Nam, ut ex scriptis B. Gregorii, ejusque successorum renemus, in (*g*) Dorobernæ civitate metropolim sedemque (*h*) primam episcopalem constat esse (*i*) regni Anglorum, cui venerabilis frater noster Pleimundus (*k*) nunc præsse dignoscitur, cujus honorem dignitatis nos nullo pacto innanui permittimus, sed ei vices apostolicas per omnia gerere mandamus.

ANNO CHRISTI 891.

Et sicut B. Gregorius (*l*) papa primo vestræ gentis episcopo Augustino omnes Anglorum episcopos esse subjectos constituit; sic nos præmoninato fratri Doroberniæ, sive Cantuerbiæ (*m*) archiepiscopo ejusque successoribus omnes legitimis canonum dispositionibus confirmamus; mandantes, & auctoritate Dei, & B. Petri apostolorum principis præcipientes, ut ejus canonicis dispositionibus omnes obediant, & nullus eorum, quæ ei, ejusque B successoribus apostolica auctoritate concessa sunt, violator existat. Si autem quivis hominum contra hæc aliquando nisi, ac immicuerit temerarii (*n*), sciat se proculdubio multandum fore gravi anathematæ, & a corpore S. Ecclesiæ, quam inquietare molitur, perpetuo, nisi resipuerit, separandum.

* Ps. 44.

NOTA DAVIDIS WILKINS.

ERror hic inextricabilis. Deprehendit Baronius, & merctur, uti statutus eft; fed interea non minorem ingerit. *Anno* (inquit Malmesburius) *quo a nativitate Dominici transiit; sunt nongenti quatuor, missi papa Formosi in Anglicanam ecclesiæ, quibus dabat excommunicationem, & interdictionem regi Edwardo &c.* Ad hæc Baronius Willelmus (inquit) Malmesburiensis, sed puto vitio scriptoris, quod fassum eft hoc anno octingentesimo nongentesimo quarto, scripsum legi anno nongentesimo quarto, ad quod tempus certum eft, non potuisse pervenire Formosum, sed longo ante esse defunctum. Recte quoad Formosum papam; sed non minus jam certum quod Edwardum regem. Ut enim Formosus mortuus eft per novennium ante annum Domini DCCCCVI. sic Edwardus non eft falutatus rex in anno DCCCCVI. nec per fexennium poftea, fi de nostri nominis non carentiori. Verum igitur fi fecisset, quod Formosus hoc promulgaverit interdictum, sexi necesse eft in tempore Alfredi nupti, qui licet regis fructibus ditiolo, diffimulanter pulfus eft a Danis, nec hanc fatis integre readepsus, cum Formosus pene pontificatum inlit.

Extaffe igitur videtur Willelmus Malmesburiensis, aut scriptor aliquis, vel in regem interdictionis fulminatorio, vel Edwardum forte pro Alfredo. Sed nec hoc errorem tollit: cum fegetem illi quoq in una die fatius dicit epifcopos, non eledit fuit ante an. Dom. DCCCCIV. nec confecrari poluit modum, donec Piegmundus archiepiscopus iter Romam expediverat, & epiboluit (quam a papa ad epiſcopos hi decimus) una cum absolutione detulisset, anno fcilicet DCCCCV. vel hunc circiter. Inferibitur etiam epiſtola illa fola epiſcopis Angliæ, & de rege illic ne verbum quidem; adeo ut in dubio fit, an rex fub interdicto pronebatur. Certe fi cum Malmesburio hujus interdicti, & epiſtolæ auctorem fafcperimus Formofum papam, in hiftoria noftris ingens error eft, & ne ab Oedipo extricabilis: fed fi Formofum, fubrepiſſe cenfeam pro Leone papa V. non ego video, quod fana fint omnia. Hæc Spelmannus.

Quibus Speimanni notis ftridturas addadit Gabr. Collarius in edit. concil. vol. IX. p. 411. Synodum Anglicanam modo relatam attribuit Malmesburiensis non anno DCCCCIV. ut ait Baronius; fed DCCCCV. anno, inquit, quo a Nativitate transfacti fant anni DCCCCIV. Quem annum quis neget effe nongentefimum quintum? Et confectant, ut vides, ada Cantuarienfis ecclefiæ. Sed modus hic fe. . . . . ut Baronius quem poft Baronium admodereritt collector Angliearum. Qui enim conciliam hoc habet anno nongentefimo quinto potuerit fub Formofo papa qui annis ante decem obierat? quo pafto pontificias literas ad Edwardum feniorem dederit Formofus, qui pontifex Edwardo regnante non fuit; cum Formofus anno DCCCXCVI. obiit, Edwardus anno DCCCXCIX. regnare cœpit?

Huic reparande labi conjecturam Spelmannus affert parum felicem. Si Formofum, inquit, irrepiſſe cenſeam pro Leone papa V. non video, quin fana fint omnia. Atqui non minus certe defperata erunt. Primum enim Leo V. anno tantum DCCCCVI. pontifex creatus eft, & fant qui ad DCCCCVII. reliciant. (*a*) Itaque fi cui effet Spelmanni divinationi locus, error effet non in Formofi tantum nomine, fed in anni epiſtola nota. Deinde diebus tantum quadraginta pontificatum Leo V. tenuit. Nemini autem perfuadebit Spelmannus, tantillo fpatio temporis dedifle ipſum ad Anglos literas, iis perfectis confonas in Anglia conciliam fuiſſe, legatum a concilio Piegmundum Romam appuliſſe, placaſſe pontificem, literas ab eo retuliſſe.

(*a*) *Ita affer. Sepelm. Latorii Cavedium cum ann. 903. conc. Manſi.*

ANNO CHRISTI 892.

Itaque & expugnedum eft Formoſi nomen, longe profecto commodius fubſtituetur ejus in locum Ioannes IX. qui anno nongentefimo quinto, regnante in Anglia Edwardo, eccleſiæ præfuit. Certe Pulydorus Virgilius libro hiſtoriæ fuæ VI. eo pontifice id totum contigiſſe narrat, five Malmesburienſis errorem emendavit ipſe per fefe, five alius ex aditis rem edidit. Quamquam Ioannes X. pro IX. perperam in Polydori libro ſcriptus eſt; ut & in hiſtoria Angliana Andreæ Duchefnii, qui Polydorum, nimia fortaſſe fide, ſecutus eft. Hanc enim ab eo perfpectam, & diſcuſſam effe difficultatem vix perſuadere mihi poſſum, cum in ſua Romanorum pontificum hiſtoria, fecundæ etiam editionis, narret anno DCCCCV. Formoſi papæ, & Edwardi regis tempore hæc omnia geſta effe.

Baronii conjectura errorem omnem libraria tribuit, vel annum nongentefimum quintum ſcripſerit pro octingentefimo nonageſimo quinto. Sed animadvertere par erat pontificem quidem eo anno Formoſum fuiſſe, Edwardum autem nullum in Anglia regnaſſe.

Quod ſi ad Baronianum hanc emendationem addatur alteru, & pro Edwardo rege Edwardum Alfredus ejus pater, qui & Alvredus, & Alfredus nuncupatur, difficultas nulla fupererit. nifi quod ſeptem illi epiſcopi, quorum hic mentio, creati non fuerint, nifi anno DCCCCV. Ai lege illud; cum id, qui ſcripſerunt, a Malmesburienſem fint ſecuti; ac proinde, eodem, quo Malmesburienſis modo, emendandi.

Erunt forte quibus hæc conjectura non diſpliceat; erunt qui aliter præſentur, quæ Joannis nomen ſubſtituit. Nos rem in medio relinquimus. Hæc Collarius.

Ad bellum tot ſtrenuis hiſtoriarum propugnatoribus, qui in palæſtra chronologica papatum Romanorum egregie ſatis decertaverunt, indicendum, aperiuque cum iis marte congrediendum, ingenium trepidat mihi haud ſoppetere libere fatear. Quia autem nullus athleta tam illiterum polonum ſibi vindicare aufus eſt, pace tot illuſtrium in republica literaria nominum, ſi non manus conferere, opinionem tamen meam proferta ſtatim ac poſſum licebit.

Si Platinæ, & Onuphrio Panvinio, & Laertio Cherubino, & aliis celebribus viris horum ſcquacibus fides, Formoſus papa anno DCCCXCVI. Kal. XIX. Aug. . . . . & Sergius III. anno DCCCCVII. ineuar. reparande Edwardo ſeniore, Eadano ſubſtituere papam Leonem V. & Chriſtophorum I. & ipſum hunc Sergium (tres eiuſdem anni papas) ad cathedram Romanam evectos eſſe; qui antipapa Formoſi II. & Johannis IX. ac contra illum in ſchiſmate fedit A. DCCCXCI. & contra hunc A. DCCCCVII. ab ab utroque fautoribus condus abdicavit, & in exilium actus eſt.

Cum igitur fades eccleſiæ Romanæ, iuncte ſæculo X. tot antipapis defedata, tot diſcordiis quaſi diſtracta fuerit; quid mirum ſi Malmesburia fidem vel maximum pene nomen, ex tam diſtrit regionibus annunciatum fuerit, aut ex relatione aliorum, quibus Sergius eandem, ignoverit? Quid mirum ſi monachi Cantuarienſes ex ore Malmesburii nomen Formoſi pro Sergii hauſerint? Quid mirum ſi hac opinione deceptæ ſcribæ Romani initialem epiſtolæ vocem, pappe nomen exprimentem, perperam legerint, lectum que, reclamantibus licet omnibus paparum chronologiis hodiernis, in commentarios ſuos retulerint? Quæproprer ante omnia nomen Formoſi ex Malmesburio, primo errorit hujus auctore, (quo ofcitante, multi alii ofcitare coperunt) expungendum, ejuſque loco Sergii III. ſubſtituendum cenſeo; quia hoc pacto hiſtoria, chronologiaque, & papæ & regi Edwardi & Plegmundi archiepiſc. Cantuarienſi, ſua reſtituetur; reſto conſtabit calculo. Omnes alii, nugaci licet nomiuis auctores, qui Leoni V. vel Johanni IX. A vel X. vel regi Aelfredo, vel anno DCCCXCV. epiſtolam hanc affignant, a fcopo valde aberrarunt, chronologiaque, ac hiſtoriæ bodie, & olim receptæ prorſus contradicunt. Si ergo cum Baronio error librario tribuendus eſt, non in anno, ſed nomine papæ determinando conſiſtat neceſſe eſt.

ANNO CHRISTI 891.

II.

IN ALTERAM FORMOSI PAPÆ EPISTOLAM,

ſeu Diploma

V. CL. DOMINICI GEORGII RHODICINI

ADMONITIO.

IN eccleſia Gerundenſi aſſervatur diploma Formoſi Romani pontificis papyraceum, tar. ad Pa- Servo-Dei Gerundenſi epiſcopo datum. Ni- gium ſub- pote hoc diploma edidit Martenius in colle- ſcriſſione e- ctione ampliſſima Anecdot. tom. I. pag. 230. dit. Baro- Ego vero illius exemplar ex autographo Ge- nii ad hunc rundenſi deſcripſi an. 1736. accepi, & cum annum. edito contuli, atque inveni exemplar Marte- nianum ad ea verba: *in perpetuum ſalubriter* edi- Lu- dendum fore; religua deeſſe. Deſiderantur autem dovici. in autographo pontificiæ datæ; in contextu tamen habetur *Indictione* . . . ex quo colligitur, hoc diploma anno Chriſti 892. datum fuiſſe. Petrus de Marca in appendice Marcæ Hiſpanicæ pag. 834. ex chartulario eccleſiæ Gerundenſis profert diploma Romani ſummi pontificis Servo-Dei epiſcopo Gerundenſi, quod nihilem ferme verbis concentum eſt ac illud Formoſi, ſi pauca excipias; aliqui item exhibet ejuſdem Romani pro eccleſia *Helenenſi*, & lib. III. Marcæ Hiſpanæ *Vicenſi*, quæ epiſtolis horum diplomatum differit, quas ad ſeruentem vocat ſpecies ad an. 897. num. VI. Interim Formoſi diploma pro Eccleſia Gerundenſi ad fidem protoypi hic dandum cenſemus.

FORMOSI PAPÆ BULLA PRO ECCLESIA GERUNDENSI.

Formoſus epiſcopus ſervus ſervorum Dei &. & S. Servo Dei ſanctæ Gerundenſis ecclefiæ epiſcopo, & per te in eadem venerabili congregatione in perpetuum.

SIcut per donum ſancti ſpiritus beato apoſtolorum principi Petro, & coelitis regni clavigero ligandi atque ſolvendi ab ipſo Domino tradita eſt poteſtas Evangelica, ſubſequente lectione, quæ ita inter cæteras eſt: *Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam* (*a*), & reliqua &c. Ita (a) Matth. fedes apoſtolica, cunonica, legalique auctoritate fulcita, omnibus eccleſiis Dei per totum orbem diffuſis ſuffragia, & juſta poſtulationis ſubdita ut præbeat tam divini, quam humani juris ratio poſtulat. Igitur veniens jam dicte Servæ Dei venerabilis epiſcopi cauſa orationis ad eorumdem ſanctiſſima beatorum apoſtolorum limina ſubjecitli

no-

ANNO CHRISTI 891.

nobis, quatenus apostolicæ nostræ confirmationis privilegia confirmare deberemus, omnes res mobiles ejusdem Gerundensis ecclesiæ, in honorem Sanctæ Dei Genitricis & semper Virginis Mariæ Dominæ nostræ, ubi beatus Felix Christi martyr corpore requiescit, hoc est domos, pleves, cellas, ecclesias, villas, & insolas, Majoricam scilicet, Minoricam, curtes, parochias, terras, vineas, prata, sylvas, una cum familiis utriusque sexus, cum omnibus adjacentiis suis, quæ a piis imperatoribus, regibus, vel aliis Deum timentibus in eadem Gerundensi ecclesia collata sunt, sicut ipse nunc usque legali ordine tenere videris. Unde salubrium pertitionibus tuis inclinati decernimus, & a præsenti hac decima indicti. per hoc apostolicum nostrum privilegium roboramus, confirmamus, & in perpetuum stabilimus, in usu, & utilitate ejusdem ecclesiæ Gerundensis, cui præfate dignoscentis, id est omnes domos, cellas, ecclesias, villas, curtes, parochias, terras, vineas, prata, sylvas una cum familis, & alia omnia, quæ ab imperatoribus, regibus & aliis Deum timentibus in eadem ecclesia collata sunt, seu conferenda erunt, simul cum Raficum, seu Palchuarium sub tua tuorumque successorum dictione potestate omnimodis confirmamus; statuentes sub apostolica censura, ea divini juditii protestatione, & anathematis interditi, ut nulli unquam hominum, vel parvo homini liceat quamlibet fortiam, vel oppressionem in omnibus rebus ejus facere, aut potestatem aliquam habere, vel aliquam distringere, aut qualitercunque colonum ab eis exigere, sive..... ubicumque eos pro quibuslibet causis provocare præsumat; sed a providentia sui episcopi cauta illorum audiatur, & canonice terminetur. Si quis autem, quod non optamus, contra hoc privilegium a nobis statutum temerario ausu agere presumpserit, sciat se anathematis vinculis connodatum, & nisi se ceripuerit a re.....

Cætera deficiuntur.

III.

AD MONACHOS S. THEUDERI

Immunitatem & bonorum suorum firmum & stabile jus concedit.

Formosus episcopus servus servorum Dei, venerandæ congregationi monachorum venerabilis monasterii S. Theuderii confessoris Christi, sito in territorio Viennensi, in perpetuum.

Quanto nos piorum locorum, juxta quod nobis divinitus est commissum, studiosius curam gerimus, tanto nobis copiam mercedis acquirimus, & status illorum potiori vigebit regimine; & ideo vera devotio per Bartholum reverentissimum archiepiscopum Viennensem nostro suggestione apostolatus, ut apicem venerabile monasterium sub nostra ditione ac tuitione constructa monasterium auctoris, ... Unde nos eumdem sollicitudinem gerentes maxime ... cum ... Monasterio Dervo a sancte paganorum elapsos, & quod ab eodem venerabili archiepiscopo misericorditer susceptis ellis; inclinati precibus vestris, per hujus Apostolicæ nostræ auctoritatis privilegium vos inibi firmitere, & quiete Deo militare confirmamus, & quæ necessaria esse videntur loco, & monasterio die nobiugue instantinutritioni, & canonicæ, imo B. Benedicti regulæ obedire, tam in ecclesiæ restauratione, quam ubi & ubi expedit, ea fecilicet ratione, ut neque eidem venerabili archiepiscopo, neque cuilibet successorum suorum licitum sit illis durum fervitium imponere, neque longissimi itineris profectionem; sed neque mansionaticos onerosos, neque censum, præter id quod impositum est, in festivitate præfati sancti Theuderii in fine anni libram argenti. Et præterea decernimus & ordinamus & constituimus & contestamur, ut decedente, more humano, prædicte congregationis Abbate, neque præfatus præfatus episcopus, nec quisquam successorum illius aliquo typo & fastu superbiæ, aut avaritiæ, & cupiditatis, & iracundiæ alium abbatem aliquo tempore & aliquo modo ipsi congregationi imponere præsumat, nisi quem ipsi monachi, libera electione, & devotione, secundum regulam S. Benedicti sibi elegerint.

Sed neque ex his omnibus, quæ præfentialiter obtinent, mobilibus, & immobilibus, & quæ deinceps a fenioribus & aliquo modo juste prometeri poterint, ullo modo exinde aliquid auferatur ab aliquo, neque minuatur; sed neque commuteur, nisi per voluntatem Monachorum: quin etiam si contra hanc auctoritatis aliquis agere temptaverit, nullatenus a quolibet nostrum successorum abbati, & monachis denegetur & prohibeatur, sive indifetur facultas & propter adquirendam omnipotentis Dei imperrandum, & intercessionem sancti Petri, & nostræ caritatis auxilium, Abba illorum, nomine Adalricus, taliter cum reverentissimo archiepiscopo Barnoino limina sancti Petri accelerarit.

Qua dilectione, & apostolatus nostri auctoritate commoti rogamus & petimus, & ex Deo, & per Deum, & per sancti Petri meritum, nostrique ministerii reverentiam adjuramus, & contestamur, ut nullus nobilium & potentium vicinorum, & extra advenientium, & circumquaque degentium, aliquatenus mala illis inferre præsumat, & absque lege inquietare, & mobilia, & immobilia usurpare: sed neque fervientes illorum deltruere quilquam præsumat, & omodo volumus eos securos, & quietos permanere, Apostolica protectione tutos, atque munitos, cum omnibus rebus immobilibus, & mobilibus ad ipsum venerabile monasterium pertinentibus. Si quis autem, quod non optamus, temerario ausu contra hoc privilegii nostri statutum (quod ad laudem Dei omnipotentis, & apostolorum ejus loci stabilitatem fieri decrevimus) in toto, & ex parte agere præsumpserit, & in omnibus non obfervaverit, sciat se auctoritate B. Petri apostoli, atque nostra anathematis vinculis innodandum, & a regno Dei, nisi resipuerit, alienandum: qui autem veros cultos, & observatores exteriteris, benedictionem, & gratiam a Domino consequi mereatur. Scriptum per manum Anastasii Scrinarii S. R. E. in mense Novembrio, indictione X. Bene valete. Data VII. Kal. Decembris per manum Sergii primicerii, Defensoris sanctæ sedis apostolicæ, imperante Domno piissimo PP. Augusto Vidone a Deo coronato magno imperatore anno I. & post consulatum ejus anno I. Indictione X.

ANNO CHRISTI 891.

ALIARUM QUARUMDAM FORMOSI EPISTOLARUM ARGUMENTA

Ex Flodoardi Historia Remensi lib. IV. cap. II. & III. epistolamque de Romanis pontificibus Carmine.

FORMOSUS AD FULCONEM

Ex Flod. Cæns. de Rom. Pontif. in Formoso.

ILe rependit ad hæc, studeant moderamina linni
Rectoris pariter verbis attollere & actis,
Juxta quod collata sibi fert gratia cuique:
Ne vacui sub ea fervi culpentur habere.
Quin aptos per eam fructus afferre laborent.
Illicita inhibeant, infandaque germina vellant,
Et cunctis Christi famulis fuffragia præstent.
Cujus opis causa cupit hujus noscere curam;
Deplorans miseras clades hominumque labores,
Hostis & antiqui captantia retia fraudis,
Quis genus humanum crudeli pellicit æstu.
Hinc hæreses, hinc bella movens, & crimine gaudens,
Sanguine fervidus ostiorum libidos saturandens,
Atque orientales hæreticum ichismate rumpens.
Unde Sacerdotes fuadendo commonet, arma
Corripiant, arcamque levent discriminefævo.
Conveniant igitur medium ubi poscere Christum,
Qui consulta ferat, det opem, faciatque salutem.
Ad quod pontificem rogitat, contendere nostrum,
Accingi, properare, moras disrumpere cunctas,
Auxiliumque malis mundo conferre ruenti.
Christus fic via, dux Christus, victoria Christus.
Nec satis est monuisse semel, monitusque paternos
Haud iterare piget, Matris succedere cladi.
Disponi Synodi generali jure gerendam,
Ad quam festinet nullo impedimine retentus

Pondere desidiæ, uberius simul omnia tractent,
Quæ tractanda sient: oracula clarius edant.
Barbaricæ gentis quis Francia regna procellis
Turbantur, nimium dolet; atque ut dextera summa
Hæc reprimat, procerum Christi fuffragia poscit.
Privatæ legis munimine jura petita
Remensi sert ecclesiæ retinenda, docendo
Ac profibendo nefas, ne quis præsumat inique
Attrectare sacris possessa, aut demere, cessa.
Nullaque Pontificum, Regum, Comitumve potestas,
Illicite usurpans, proprios infectat inusus,
Quæ sunt ecclesiæ. Quam præsul forte vacantem
Nullus, ut invadat, violentum adspiret in autum:
Nec nisi condigno præsul statuatur honore,
Pontifices, Reges, Cleros, subjectaque plebes
Provideant, operante Deo, ut bene tradita servent,
Amplificent, decorent, supera mercede propagent.
Disponitum digne præmisso præsule quisquam.
Non mutilare decus, non immutare substanter:
Usibus at maneant fervorum dedita Christi
Integra pontifici, dignis tractanda ministris.
Hæc contra quisquis præsumserit acta venire
His se multatum sciat anathemate nexile:
Observator vitam mereatur habere perennem.

Ex Flodoardi Rhemensis.

FORMOSUS AD FULCONEM ARCHIEPISCOPUM REMENSEM.

MOnet eum compati debere Romanæ ecclesiæ, atque imminenti ejus subvenire ruinæ, nec ei suam præsentiam denegare: adjungens hæreses undique ac ichismata pullulare, nec, qui ad retinendum occurrere, esse. Dicitque longo retroacto tempore pernicioſas hæreſes Orientem confundere, & Constantinopolitanam ecclesiam nocivis ichismatis; simul etiam regionis Africanæ legatos insistere, responsa petentes pro dudum exorto inter episcopos ipsarum provinciarum ichismate. Diversarum quoque partium legationes diversis responsa petentes insistare. Cujus rei gratia generalem synodum die Kalendarum Martiarum, indictionis XI. se inchoare disposuisse, ad quam convenit, remota omni dilatione, admonet festimare, ut colloquendo, largius de his valeant pertractare, & assumptos ad consultæ singulæ responsionis. Nonnatinoque gentis procellas, quibus adferebat se perturbari, plurimum dolere, ut eos excelsi dextera reprimat, Apostolo-

Ex Flodoardi Rhemensis.

ANNO CHRISTI 891.

siolorum principum suffragiis intervenientibus, implorare. Literas vero, quas significaverat ad eum per quosdam personas primum se direxisse ad ipsum minime pervenisse. Miserat alias etiam, pro hac eadem synodo celebranda, petidem huic quoque Pertuli nostro literas, quam decreviste se affecturum mediante majo mense, indictionis X. In quibus literis fatemur Italiam tunc semel, & secundo horrida bella perpessam, & pene consumptam. Orientalium vero partium se dolere vesanam hæresim, in Christum Jesum blasphemiam continentem. Mittit ei præterea pertinum super quibusdam præfatis privilegium, communeorum beatum Remigium genti Francorum, Romanæ sedis auctoritate, cum gratia Dei apostolum constituturn. Bernam quoque villam, quæ inique dudum subtracta fuerat a Remensi ecclesiæ, restituram. Duodeciarum quoque, sed & ea, quæ domnus idem Fulco per precarias obtinuerat, Redemiam videlicet, & Margollium, Laltennam, & Guigleium, atque Virtudem, nec non abbatiam, quæ dicitur Campellis, Attejas etiam, & Maniacum, aliaque res, quæ dudum ablatæ, tunc reddita fuerant ecclesiæ Remensi, restituras auctoritate confirmat apostolica: ut eas vel cæteras ejusdem ecclesiæ possessiones nemo præsumat auferre, vel invadere. Sanciens insuper auctoritate beati Petri, ut nemo regum, nullus antistitum, nemo quilibet christianus, decedente Remorum episcopo, ipsum episcopatum, vel res ipsius ecclesiæ suis compendiis applicet, neque sub suo dominio teneat, præter ipsius civitatis episcopum. Sed & eamdem metropolim non ultra constitutionem canonicam sine regulis ecclesiasticis conveniente pastore uti decrevit cogat, neque aliter ibidem episcopum, nisi ut sacri canones jubent, constituj facint. Promulgans etiam, ac statuens, ut per ea, quæ idem venerabilis præsul Fulco de villis hujus ecclesiæ ac facultatibus earum, ubibus ecclesiasticorum ornamentorum, vel luminarium, seu sub stipendiis canonicorum, ac monachorum, atque sanctimonialium, cum matriculariorum, & hospitum, vel pauperum constituerat, perpetuo inconvulsa permaneant, hanc auctoritatem sui decreti sub anathematis vinculo violatoribus interdictis, corroborans. Imperatorem quoque Widonem coronatum eodem anno significans, indictione decima.

AD EUMDEM FULCONEM.

Ibid. ALiud privilegium pro monasterio Avennaco, atque pro eo monasterio, quod Rodulfus abbas in honore S. Calixti Martyris & papæ ex hæreditario proprietatis jure constructum, huic Remensi concesserat ecclesiæ, tam eadem cœnobia, quam omnes possessiones liberaliter regali, vel aliorum. Christicolarum munificentia Remensi collatas ecclesiæ, sive quas idem præsul adquisitras, aut deinceps adquisiturus erat, eidem ecclesiæ apostolica corroborans, & stabiliens confirmat. Hic quoque Lantbertum filium Widonis anno secundo imperii patris ipsius eorum imperatorem factum fuisse declarat.

AD

ANNO CHRISTI 891.

A *EJUSDEM EPISTOLÆ ARGUMENTUM Carmine expressum.*

REbus Avennaci super almi, & jure Calixti.
Tum decreta paci provexit, & robore fulsit.

AD EUMDEM

PRo diœcesanis provinciæ Remensis episcopis, quod audierat, eorum quosdam, hujus archiepiscopi sui audientiam contemnere, scribens eidem, ut suos convenat coepiscopos, cæterorum quoque, quos ipsum visum fuerit episcoporum collegium convenire denunciet, ut de tanto neglectu synodali sinul actione perquirant, & quidquid oporteurit canonica, atque apostolica muniti auctoritate decernant: subjiciens, ut nemo a tam Deo digno se subtrahat opere, qui Apostolicæ Ipsius participes voluerit communioni existere. Item pro evellione Karoli ad regimen regni, quem domnus idem Fulco ad regium culmen adhuc puerum provexerat, & de criminibus Odonis regis, vel correptione ipsius qualiter esset agenda: pro quibus rebus idem archiepiscopus huic papæ scripta sua contilium, & auxilium ab eo petendo direxerat.

EJUSDEM EPISTOLÆ ARGUMENTUM METRICUM.

PRæterea quod comperaret per devia quosdam
Pontificum ferri, *exemplique exempla* ruinæ,
Dedere, & increpitos non digna reprendeve fuafis;
Quin & deteriora sequi, nec dira cavere.
Non sine mœrore gravi tolerare fatetur.
Ad pacem invitans, extinguere scandala. Quæsit,
Pontificum fastu Christus quia temnitur atro.
Nostet & antistes dolet, arguit, increpat, angit.
Unde monens mandat junctos hunc cogere Patres,
Atque alios accire probos, decretaque legis
Pandere divinæ, synodum celebrare vigore
Cesso juris apostolici munimine fultam,
Notia vellendo gregibus, profutura ferendo.
At si quid fuerit perverse litis obortum;
Præsulis eximii fervetur cognitioni,
Dante Deo dignum valeant ut fumere finem.
Cui se concillo tentet subducere nemo,
Quisquis apostolici consors cupit esse favoris.

ANNO CHRISTI 891.

AD EUMDEM

Metricum.

PAce laborantis congaudens præsulis astis,
Admoneat his cauto Foloenem insistere cursu,
Pax odiis ne inconsulte quæsita faceslat,
Regia neu celli generis scintilla teratur.
Crimina sceptrigeri prudenti arcenda metela,
Regmine pro regni ne pestima scandala furgant.

AD ODONEM REGEM.

UT ab illicitis recederet, nec eumdem regem Karolum, vel quæque ipsius essent, infestaret, inducisque belli differendo daret, donec idem præsul Fulco scilicet, Apostolicam sedem adire studeret.

IDEM ARGUMENTUM METRICUM.

HÆc eadem exhortans ad pacem scribit Odoni,
Ne Carolum contra bellum moveatur iniquum
Ne vetitos ineat fines invadere nteers.
Externi quæ sunt juris cupidufque; rapinis
Abstineat, vitans reclos trascendere calles.
Quæ Domino placeant folerti mente tractet,
Ante oculos statuens ejus sub amore timorem.

AD ARCHIEPISCOPOS, ET EPISCOPOS GALLIARUM.

UT congeslant atque commoneant eumdem regem Carolum, ne illicita perpetretur, & ne aliena usurpentur: fed beliam federur, & omnis hostilis commotio Dfopiatur, vel inducias belli, donec Fulco Romam, ceu dictum est, adeat, edicantur, ipsique studeant integrim cuncta differre, & pacem ac unanimitatis concordiam recreare.

AD CAROLUM REGEM.

EJus congratulatur eminentiæ atque devotioni, quam rex idem fe significaverat erga eidem apostolicam gerere; qualiter ei sit in regno agendum, succinctè lucideque demonstrat: quem petierat, ei panem benedictum pro pignore mittens, & de itinere præfati præsulis nostri ad sedem apostoElicam monens.

IDEM ARGUMENTUM METRICE.

HOrtatu Carolum solers gratanter honorat,
Gaudens hanc patriæ provectum culmine sedis,

Concilior. Supplem. Tom. I.

ANNO CHRISTI 891.

Atque petens Christo placitum per tempora longa
Crescere justitia, pietate, & luce sophiæ,
Ac monet, ut Dominum cordis præ lumine ponat,
Justibus ipsius totis conatibus hærens.
Diligat, & fervet quæ justa, ac recta probarire.
Admoneat justis aurem, divertat iniquis.
Sit virtute animi, carnis præstantior usu,
Corporis ac mentis, hostes ut sternere, possit,
Se quoque quæ valeat spondens argumenta daturum.
Panem pro grato benedictum munere legat,
Quæserat geminæ quem rex sub dore salutis.
Sobertes cum quis tractentur commoda mandat,
Immo Sacerdotem Foloenen ad talia mittat,
Cujus consillis utillima quæque decori
Edantur, Regis cumulandi, & culminis apta.

AD FULCONEM.

HÆc supradicta ad præmissas personas
Se destinasse scripta commemorat, ipsius
videlicet suggestione de pace vel inducis
belli inter Odonem & Karolum differendi.

IDEM ARGUMENTUM METRICE.

QUorumdam querulo nimium clamore, petitus,
Urbem indigna pati queritur, metuitque clientes,
Sedandis quibus exhibeat fe Folco repofcit.
Comperto tandem *is* veri moderamine, præsul,
Quam sit apostolicis fidus, quam justibus ardens;
Parere æthereis gaudet, gratesque rependit,
Spondens se *in* quibus expediat præbere benignum:
Hujus & ad vorum Regum præsisse ducellum.
Præsulibus, regique ideo mandata dedisse,
Totius ipse Petri valeat quo vivere sedem.

AD EUMDEM.

SCribit pro discordia sedenda, quam audierat insurrexisse pro Manigulsi ab Alberico perpetrata interemptione. Item petens eumdem pro cujusdam Grimlaici, dilecti sibi Sacerdotis, ad episcopatum, ubi locus obtuliset, promotione.

AD EUMDEM.

IAudibus attollit eumdem, congratulans ejus diligioni atque sollicitudini, quam gerebat erga Lantbertum imperatorem, & atque fidelitate & stabilitate monet eum semper fieri sollicitum, veluti conjunctissimum

ANNO CHRISTI 891.

propinquum: afferens se cum ipso tantam pacis, & dilectionis habere concordiam, ut neque aliqua jam ab invicem praviatæ sejungi. Notificat quoque Richardum, Manasses, atque Ramponem excommunicatos a se, atque perpetuo ligatos anathemate, pro eo quod tam nefandissima perpetravérint, ut Teutholdo Lingonensi episcopo oculos eruerint; Walteriun Senonensem, propria depulsum sede, custodiæ mancipaverint; nandans ut secum de his sentiat, & convocatis omnibus suffraganeis suis episcopis, canonicum super eis, quod exercuerat, judicium pari modo determinet.

IDEM ARGUMENTUM METRICE.

HUnc quoque fratris honore colens, specialia legat
Munia carorum, tutandum poscit honorem,
Scandala proterere, & pacis connectere vincula:
Fœnare implacidos, & ad almam cogere pacem,
Idque Petri latum fidat sibi munere domum.
Lambertum Augustum, Folconis carne propinquum,
Ut proprium se tutari solamine fatum
Significans, nostri gratissima præsulis effert
Vota, quibus Petri venceratur honore cathedram.

AD ANSCHERIUM PARISIENSEM EPISCOPUM

Argumentum metricum.

SAcrilegos quosdam sacrati culminis arcis
Carptores, summi capitis clarissima membra
Attemperare ausos, anathematis ense recisos
Notificans, monet hunc nodos dignæ addere multæ.
Sceptrigeri quoque cognati pro culmine certet.
Sicque Parisiaco legans mandata patrono
Hos Anscherio notat esse omnino cavendos,
Ac vitanda nigri consortia diræ furoris.

AD ECCLESIAM SENONENSEM

Argumentum metricum.

ECclesiam solans Senonum pastore gementem
Addicto Iatebris, damnando criminis ausu:
In Domino spectare monet; patienter acerba
Spe decoris ferre ætherei virtute Tonantis.
Fidere se proprio solantem Præsule viso.
Se damnasse feros; parribusque notasse tenendos
Flamine divino, ne quis dein talia tenter.
Missarum se legatos, ubi tempora digna
Se sulcrint, quo sedeptur hujusce pro-

AD RAMPONEM

Argumentum metricum.

LIngonigi cævo raptori præsulis orsa
Dirigit, ut tandem gestis resipiscat amaris;
Pontificem reddat, damnet quæ dira patrarit.
Sin secus, æternæ plectetur tormine culpæ.

AD ODONEM REGEM.

Argumentum metricum.

SAcrilegii super his patriis delegat Odoni
Sceptrigero monitus, ut fciat hos anathemate plexos,
Quos nec suscipiat, nec eis affamina jungat.
Ipsorum sese maculari crimine vitet;
Quinimmo ecclesiæ præstans solamina, tritæ
Protegat, auxilium impendens, ubi viderit aptum.

AD CAROLUM REGEM.

HÆc eadem Carolo mandata tenenda relegat.

AD WALTARIUM SENONENSEM ARCHIEPISCOPUM

Argumentum metricum.

VAltarium Senonum, temerantem oracula legum,
Corripit increpitans; Treccassinæ intulit urbi
Regmina non lecti cur Præsulis, atque recepti.
Ex alia ecclesia contra decreta paterna.
Quem removens, locum statuit, moderamina tradit,
Sacratoque sacrum Ricuco impertit honorem:
Nullus ut obsistat scitis, comitatur eum-
tem.

AD FULCONEM.

PRo Berthario quodam presbytero, quem clerus, & plebs ecclesiæ Catalaunensis consensu regis Odonis ad episcopatum dicebatur elegisse, successens, quod hunc veterum canonice noluerit consecrare; sed in transitu defuncti episcopi ecclesiam ipsam Herilando Tarvvanensi episcopo benencialiter more ferebatur concussse. Postea quemdam Mancionem, nonnullis criminibus irretitum, in eadem ecclesia, quasi episcopum ordinaverit; cumque prænominatus Bertharius apostolicam præsentiam vellet adire, comprehensus sit a quodam Conrado hujus domni Fulconis vassallo, de ecclesia tractus, & in exilium per unum mensem delegatus. Unde & evocans hunc nostrum præsulem, mandat expresse, ut fraterne, ut fuam denominato tempore non differat et exhibere præsentiam, habens secum præfatum Mancionem, & jam dictum Conradum cum quibusdam denominatis coepiscopis suis &c.

FRAN-

ANNO CHRISTI 892. 893.

FRANCOFURTENSE CONCILIUM

Pro diffuniendo jure archiepiscopi Coloniensis in Bremensem episcopatum

Sub Formoso papa celebratum.

MEminit concilii hujus Formosus papa in sua epistola ad Adalgarium Hamburgensem archiepiscopum, relata in editione Veneta - Labbeana to. XI. col. 613. Quæritur pontifex de eodem ipso Adalgario, quòd pro tuendo jure suo in Bremensem episcopatum, adversus Coloniensis archiepiscopi querimonias, vel ipse per se, vel alium vice sua Romam non miserit. Cum præsertim, addit, *venientibus reverendissimis episcopis ad Frankenford de hac re diligentissima facta fuerit inquisitio; omnesque diocesani ejusdem Coloniensis episcopi, Francho videlicet Tungrensis, Vodelbertus Trajectensis, Wolfelmus Mimigardevordensis, Drogo Monasteriensis, Egilmarus Osnabrugensis sub testificationi præscutu testificati sunt, atque ad te nullum Bremensis ecclesiæ præsulem modum subjectionis Coloniensi antistiti contemptisse &c.* Hæc de concilio ipso Francofordiensi, ac de rebus in eo actis, ex una Formosi epistola notis.

CATALAUNENSIS SYNODUS

In qua presbyter quidam conjugii initi reus sistitur,

Intra annum 893. & 900. habita.

CConcilii hujus diœcesani a Mantione, Catalaunensi episcopo habiti mentio extat in epistola ejusdem Mantionis ad Fulconem Remensem archiepiscopum, quas literas ex eadem synodo datas constat, vulgavitque Mabillonius in analectis pag. 429. edit. in fol. Cum vero assumptus sit Mantio ad episcopatum eo ferè tempore, quo Fulco, Odone destituto, Carolum Simplicem, regem agnovit, & coronavit, quod anno 893. præstitum; id enim produnt ejusdem Fulconis literæ ad Honorium Beloacensem apud Flodoardum lib. 4. cap. VI. deducere hinc licet concilium hoc diœcesanum intra annum 893. & 900. quo Fulco obiit, collocandum esse.

MANTIONIS EPISCOPI CATALAUNENSIS EPISTOLA

Ad Fulconem Remensem archiepiscopum,

De quodam Presbytero, qui uxorem ducere tentaverat.

Domino Patri Fulconi sanctæ ibi archiepiscopo, & suffraganeis ejus episcopis, fratribusque, & cunctis cleris eorum, præsentium, Anscherio, & cunctis ordinibus, tam canonicis, quàm & monachis, Mantio humiles Catalaunicus episcopus, fidele obsequium, & devotas orationes.

NOtum sanctimoniæ vestræ precamur, quia presbyter quidam, nomine Angelricus, de villa Wafaus, de ecclesia S. Lupi, venit ante præsentiam nostram coram Synodo nostra, Catalaunis nonis maii habita, & convictus proprio est ore confessus, qualiter eum parochianis suis desponderit, vel despontaverit quamdam fœminam, nomine Grimmam, consentientibus propinquis ejus, quam cum ducere cum illis pergeret, re-spectu clementiæ Dei restituerunt, nequissimo conatui ejus boni & pii, fideleque homines alii. Quam actionem cum diu omnes pariter doleremus, constitimus super hoc nihil deliberare, priusquam ad vestram paternitatem per eumdem presbyterum scriberemus, supplicantes inistri quid nobis agendum foret, nec correctione ulcisci malach præsumptionem, quam per vos quærimus infinuandam. Omnes ergo nos sanctam paternitatem vestram oramus, ut eumdem fratrem mas literas ferentem in Domino humane suscipiatis, & per eum literis desideerabilibus vestris insipientiam nostram instruatis, & qualiter hanc præsumptio ab ecclesia pellatur, sollicite perpendatis. Constitit itaque inter nos a nostro seorsum esse collegio, quousque vestro consolemur rescripto. Valete, *pro* nobis obsecramus orantes.

ANNO CHRISTI 893. 896.

CONSTANTINOPOLITANA SYNODUS DUPLEX,

ANNO CHRISTI 893. 896.

Altera quidem pro eligendo S. Antonio Caulea in archiepiscopum CPtanum; alia vero pro Photiano schismate abolendo,

Leone Sapiente imperatore celebrata.

ANno 893. Stephanus, Leonis VI. qui fuerat cognominabatur, imperatoris frater cathedrani CPtanæ ecclesiæ morte sua vacuam reliquit. Huic implendæ Leo monachum quemdam, vitæ sanctimonia insignem, Antonium, cognomento Cauleam, destinavit, quem synodus ea de re coacta adprobans, & admittens, consecrandum statuit. Porro synodum hanc, nonnisi ex episcopis, qui forte aderant CPoli, & reliquo ejusdem ecclesiæ clero constitisse arbitror. Indicat eam synodum Menologium Basilii imperatoris ab Ughellio in appendice Italiæ sacræ co. XI. nov. edit. ex versione Card. Sirleti vulgatum ad diem pridie Id. februar. his verbis: *Imperatoris, & concilii suffragio creatur patriarcha CPtanus &c.* Viri hujus sanctæ assumptionem ad annum 893. pertinere Pagius in Critic. Baronii ad A. 886. num. 23. demonstrat.

Eo vero sacrorum præsule Leo Sapiens imperator luctuoso tandem schismati, quo CPtana ecclesia occasione Photii patriarchæ, quamquam jamdudum amoti, dilacerabatur, finem imponendum statuit. *Quare in unum cogis Orientales, & Occidentales*, ait Nicephorus philosophus in encomio ejusdem S. Antonii vulgato a Bollandianis ad diem XII. februarii. Quibus verbis synodum ex episcopis occidentalibus & Europeis collectam designari Pagius in critica Baronii ad A. 893. num. XIII. recte statuit, qui & opportune animadvertit, vivente adhuc Photio, ecclesiarum vulnus illud jam coaluisse.

BONIFACIUS PAPA VI.

Cæpit anno 896. eodemque defit.

STEPHANUS PAPA VI.

Sedit ab anno 896. ad 897.

AD STEPHANI VI. PAPÆ EPISTOLAS APPENDIX.

EPistolarum Stephani VI. appendix nulla, quæ detur, occurrit. Epistolæ tamen ejus ad Fulconem Remensem archiepiscopum argumentum suppeditat Flodoardus lib. IV. cap. IV.

AD FULCONEM REMENSEM ARCHIEPISCOPUM.

LIteras suas a se susceptæ fatetur, ipsius non admittens, immo reprehendens excusationem, eo quod alii homines eandem sedem adirent, & ipse fateretur fas sibi adeundi non fuisse concessum. Denuntiat ergo synodum se per mensem Septembrem imminentis indictionis quinædecimæ certissime celebrare statuisse: ad quam censendo vocans hunc archiepiscopum, monet expresse, quatenus omni mora repulsa omnique excusatione amota, eodem tempore suam specialem præsentiam eidem, Synodoque omnino exhibere maturet; quod si præterm̃iserit, canonicam in eum ferre sententiam minime retractabit.

ANNO CHRISTI 897. 898.

ROMANUS PAPA

Sedit ab anno 897. ad 898.

ANNO CHRISTI 897. 898.

GALLICANA SYNODUS

In qua Formosi causa vindicata, & præsitæ ab illo ordinationes admisse creduntur.

Circa finem sæculi IX. habita.

SYnodi hujus, incertum quo loco habitæ, nuda putaque mentio superest in fragmento Romani concilii II. sub Joanne IX. in causa Formosi celebrati. Interrogatus in ea Synodo Silvester Portuensis, num *fuisset in Synodum Francie, responsit: Interfui.* Ex quo Silvestri responso minime ambiguo, neque eundanti deducimus Synodum illam Formoso fuisse; alioqui enim episcopus non sine excusatione quadam id admisisset, uti reipsa factum suum excusavit, cum interrogatus, an reipsa interfuerit Romanæ Synodo Formoso averse, *responsit: interfui, sed coactus.* Quis vero Synodum hanc indixerit, ignorare me profiteor. Facile tamen opinaremur Fulconem Remensem, qui Stephanum habuit adversarium, Formosum verò in primis amicum, fœdam illam pontificii cadaveris abjectionem detestantem, Synodum hanc, sive superstite adhuc Stephano, sive eo jam fublato, coegisse.

THEODORUS PAPA II.

Cæpit anno 898. eodemque desit.

SYNODUS ROMANA

A Theodoro papa, pro restituendis clericis a Formoso papa ordinatis, & a Stephano VI. depositis

Anno 898. celebrata.

COncilii hujus a Theodoro papa celebrati suspicionem aliquam mihi ingessit id quod olim legeram in tractatu Auxilii de ordinationibus Formosi pap. IV. in hanc sententiam: *Eas quas ipse [illegible] Ecclesiæ restituit [illegible] nempe a Formoso initiatos & Joannes [illegible] quæ utique de ordinatione Formosi non fuit, & restituit, & suum agere officium præcepit.* Hæc de admissis a Theodoro ordinationibus a Formoso celebratis, quas Stephanus papa infectas judicaverat, dicta esse noram, nec nisi ex concilii cujusdam sententia id commissum ab eodem Theodoro arbitrabar. Nec vana me commentatum, tunc demum intellexi, cum hæc verba offendi in fragmento actorum Concilii Romani a Joanne IX. pro eadem Formosi causa celebrati, quod e Babinonii Museo Italico tom. I. part. 2. Venetus Isabel editor to. XI. col. 899. exhibuit: *Vult Dominus papa ut legatur synodus acta a Theodoro papa. Et fatetur ei: Tunc dominus* (Taurinensis episcopus) *dixit: Canonicum est, ut qui juste damnatus est, restituatur, & canonica servetur de expulsis sententia.* En igitur concilium sub Theodoro, a quo ordinationes Formosi, a Stephano VI. rejectæ, admittuntur, & approbantur.

ANNO CHRISTI 898.

JOANNES PAPA IX.

Sedit ab anno 898. ad 900.

ANNO CHRISTI 898.

CONCILIUM ROMANUM I.

In causa injuriarum cadaveri Formosi illatarum

A Joanne IX. in exordio pontificatus sui celebratum.

JOannem IX. Romanum pontificem restituisse pacem ecclesiæ turbis agitatæ tribus celebratis conciliis scribit Flodoardus in carmine de Romanis pontificibus his verbis.

Concilioque tamen bis ternis decreverat urbi
Dogma salutiferum, novitatique abolevit malorum,
Et firmata fides doctrinis tradita Patrum:

Ex tribus hisce duo tantummodo in collectiones conciliorum relata sunt, Romanum videlicet ex quo canones XII. a Labbeo exhibentur, & Ravennatense, in quo Formosi causa optatum exitum obtinuit. Quod superest tertium, quod collectorum nemo recensuit, duo hæc præcessisse, eamdemque Formosi causam tractasse credo, cujus rei conjecturam exhibet fragmentum actorum concilii Romani, cujus mentini supra in concilio Romano sub Theodoro papa. Est autem initium actorum concilii Romani Joannis IX. In ipso verò fragmento hujus, adeoque & concilii exordio legitur: *Lecta est Synodus Joannis papæ*: Quæ rogo synodus? Non plane illa, quæ tunc nonnisi exordiebatur. Altera ergo præcedens a Joanne papa in ipsis pontificatus sui exordiis habita. Hujus statim cogendæ synodi causa ea fortè fuberat, quod Joannes, vix electus æmulum in dignitate habuit Sergium, ut Flodoardus his geminis versibus indicat:

Johannes subit hinc, qui fulsit in ordine nonus,
Pellitur electus patria, quo Sergius urbe.

Ne quid ergo dubii in electione hac superesset, & schismatis discrimen amoveretur, res in concilio discutienda erat, castiganda Pseudo-pontificis audacia, & tempestas exoriens placanda. Hæc in eo priori concilio peracta colligo ex sanctione VIII. Romani concilii a Labbeo vulgati, quod ego secundum Joannis appello, in qua Sergius cum complicibus, veluti jam antea damnati, commemorari videntur; edicit enim ibi pontifex, ut quicumque restituere illos, a se canonice depositos, prioribus in gradibus assi fuerint, anathematis subjectos se exinde norint, & intelligant.

ROMANUM CONCILIUM IV.

Pro restituendo Lingonensi ecclesiæ Argrimo, injusto ab ea expulso

A Joanne IX. papa celebratum.

VIduatam decessu Gerlonis episcopi Lingonensem ecclesiam Argrimus administrandam suscepit, & sanctissime ultra biennium rexit. Tandem porentum quorundam virorum injuria exactus, recessit. Querelas ea de re suas detulit ille ad Romanum pontificem, Joannem IX. qui *ejus quærimoniam ecclesiæ* (nam & ecclesia ipsa suo destituta pastore ejulabat) *sua benigne suscipiens, cum collegio episcoporum suorum, reliquorumque ordinum frequentia diligenter inquisivit, canonicoque definivit, quatenus ei apostolica auctoritate sua redderetur ecclesia.* Hæc de synodo hac sub Joanne IX. scribit Benedictus IV. in epistola ad Galliarum episcopos apud Labbe tom. XI. col. 711. edit. Venet. Joannis ea de re litteræ legendæ sunt apud Labbeum ibidem col. 689. in quibus eadem de concilio tunc coacto verba leguntur, quæ supra ex litteris Benedicti recitavi. Cum vero litteræ illæ Joannis signentur mense martio Indict. II. ideli anno 899. tempus habitæ synodi produnt.

SYNO-

ANNO CHRISTI 900.

SYNODUS NESTORIANORUM, forte in urbe BAGDAD habita

ANNO CHRISTI 900.

In causa fidei, & disciplinæ ecclesiasticæ,

Præside Joanne filio Ise Nestorianorum catholico anno Egiræ 287. Græcorum 1212. Christi 900. celebrata.

De hac Synodo ita Assemanus Bibl. Orient. to. III. par. II. pag. CLXXXVIII.

SYnodus Joannis filii Ise, cognomento Bar-Abgari, habita quo is anno ordinatus fuit, hoc est Arabum 287. Christi 900. Græcorum 1212. mense octobri. Laudatur a Sobensi tum in Catalogo, tum in epitome canonum. Canones XXVIII. condit, qui extant in Nomocanone Arabico. Horum priores quatuor de Trinitate personarum sunt, & unitate divinæ naturæ, deque Incarnatione Verbi, & quod unio ejus cum natura humana expers fuerit commistionis confusionisque, & quod in Christo duæ sint naturæ duæque personæ. Septimus anathema complectitur in eos, qui sequiuntur doctrinam Diodori, Theodori, & Nestorii; nec non Ephremi & Narsetis. Octavus de commentariis Theodori ufquequaque probandis, & fuscipiendis. Nonus & decimus de Jacobitis, & Melchitis vitandis, deque communione, iis nequaquam porrigenda. Vigesimus, non esse celebrandam Liturgiam feria sexta, & sabbato hebdomadæ paffionis, hoc est, in Parasceve, & in magno sabbato. Vigesimus primus, abstinendum esse ab esu carnium singulis sextis feriis usque ad solis occasum. (Nestoriani enim dicr fuos ab occasu solis inchoant.) Vigesimus secundus, ut presbyter, diaconus, & reliqui ministri, nisi jejuni, Liturgiam non celebrent, neque ante præmissum divinum officium (nimirum horas, quas matutinas vocant.) Vigesimus quintus, ut mortui baptismate [illegible] dicatur initio, & in fine Liturgiæ, nec non Horarum vespertinarum, nocturnarum, & matutinarum. Idem Joannes edidit alios canones XXVIII. de ministeriis altaris, inferius referendos. Item responsa canonica XXVIII. ad totidem quæsita presbyteri Hasani filii Josephi. Denique responsum canonicum de jejunio virginum, deque jejunio Ninivitico,

Ex hac ipsa synodo notavi electus litteras suas synodicas dedit, quas ab Assemano recusatas hic exhibeo utcunque canones concilii hujus ex codice adsi.

Ego Joannes cognomento Bar-Abgari, seu Ebn-Aragi, professor, & synodo Patrum Metropolitarum, episcoporum, presbyterorum, diaconorum, & fidelium commorantium in urbe pacis Bagdado, qui me elegerunt, ut ipsos regerem, & super eorum ledem, ideft thronum patriarchalem federem: postquam fcilicet ab iis rogatus Deo ipsisque obtemperandum duxi, & ministeriis ecclesiæ fuscepi, professor, inquam, & promitto, me juxta canones apostolicos mores mcos compositurum, reftamque fidem, quam Patres trecenti decem & octo definierunt, cordis affensu, orisque confessione illibatam observaturum, synodoque eorumdem tum Orientales tum Occident. fuscepturum, quas partes patriarcheverique doctores in Perside sequuti sunt: item amplexurum commentaria sapientissimi doctoris sancti Theodori, ejusque Liturgiam, nec non alteram Mar Nestorii, ejusque sententiam circa unionem filii, & substantias atque personas. Præterea firmitez proponoo, nec munera me accepturum, sed meipsum coram omnibus verbo, & opere, indiciis ecclesiasticis Paulo apostolo pietate & caritate conformaturum, subditos, aut ecclesias nullatenus gravaturum, nihilque præter debitum, & consuetum accepturum, pecuniæ corrogandæ operam non daturum, neque filios ecclesiæ in meo ministerio perfequuturum; ex iis, quæ Deus largiri dignatus fuerit, elemosynas in pauperes, inopes, affisitos, orphanos viduasque, ut decet, erogaturum. Si paftum fuerit conventum (quod Deus avertat,) ut me obedirvaveco, reus ero judicii, vindictæ, justæque reprehensionis. Si vero quidquam a fide ecclesiæ mutavero, aut adjecero, aut detraxero, id mihi in crimen vertatur, dignitatisque patriarchalis, sed & christianæ religionis prorsus expers ero. Insuper promitto me daturum operam, ut ecclesiæ ædificentur, malique ab iis avertantur, ut pia legata perficiam, tributa pro infirmis solvam, in carceribus detentos verbo & opere inde extraki curem, quemadmodum fratres Christianosque decet: peregrinorum motionibus curam geram; ut fcilicet exequiæ iis celebrentur, eorumque cadavera tumulo mandentur, quum membrum sint ex membris Christi. In tradendis autem ecclesiis nonplus offerentium rationem habebo, sed eas viris probis Deumque timentibus commendabo, & in manus impositione simoniacum crimen, quod in munerum acceptatione digeritarumque lacrarum pro certo pretio obsequium confisit, omnino proscribam, neque interventionem cujuspiam hac super re admittam, nec nisi digni gradum sacerdotii conferam, idque previa exacta, & diligenti inquisitione. Presbyterum aut diaconum non ordinabo nisi juxta canonem: Diaconum quidem post lectionem psalmorum eorumque, quæ ad psalmos in libro Davidis referuntur; presbyterum vero post lectionem novi Testamenti; neque in clerum cooptabo locupletes indignos, neque dignos pauperes repellam. *Hæc est exemplar chirographi ab eo scripti, cujus ad calcem hæc adjecit.* Exemplar hujusmodi exigi debet ab unoquoque

ANNO CHRISTI 900.

que patriarcha, cum ad fedem Orientis promoverur: teftefque fuper eum adrocandi funt ordinantes ipfum, ne ores Chriti negligat:

A nam judicium quidem diftridum eft, periculofa autem fubfcriptio.

ANNO CHRISTI 900.

CANONES JOANNIS PATRIARCHÆ DE ALTARI, ET EUCHARISTIA.

Canon I.

Quod non decet ligneo altari uti.

PLacuit Spiritui Sancto, præcepitque, ut in urbibus, caftellis, & locis, in quibus perfecta pax obtinet, nec barbarorum perfequtio obeft, & diligenter cuftodiri queunt, altaria fixa habeantur. Super ligneis autem non permittit Spiritus Sanctus Liturgiam celebrari, neque ea permittit fieri aut nominari. Et hæc in verbo Domini Patres noftri definivere.

Canon II.

Quod non decet altare nudari.

Placuit Spiritui Sancto, & præcepit, ut quod facro oleo delibutum eft altare, aqua nullatenus abluatur, quum figitur, nifi forte id poftulet neceffitas inftaurationis. Quod fi qui voluerint illud aromatibus honorare ad typum aromatum, quæ mulieres ad Domini fepulcrum attulere, id præcipimus ne altare fuo tegumento omnino nudetur. Illud tantummodo licebit, ut altare proprio apparatu ornatum, aqua rofacea afpergatur, atque aliorum odoramentorum fuffitus eidem adhibeatur, & præter hoc aliud non licet.

Canon III.

(a) Panem eucharifticum. (b) farinam in panis confecrandi ufum aqua fubigunt.

Quod qui Xatham (a) mifcent (b) laici non fint, fed Sacerdotes.

Placuit Spiritui Sancto & præcepit per manus fanctorum Patrum noftrorum, ut qui Xatham mifcent, facerdotes fint aut diaconi. Ad illam autem accedere ne cuiquam liceat, qui vel facerdos, vel diaconus non fit, nec faculari, nec monacho fimplici. Si fecus fecerit, fubjectus efto anathemati verbi Domini etiam Amen.

Canon IV.

Placuit Spiritui Sancto, & præcepit, ut præter farinam frumenti electi, & aquam puram, atque oleum ex oliva expreffum, ac falem, nemini eorum, qui Xatham mifcent, liceat quidquam addere, aut demere. Et hæc in canone verbi Domini.

Canon V.

Presbyter aut diaconus, qui oblationis panem præparat, fui inftrumenti mundiriem curet, habeatque vas ad fecernendas aquæ, & olei feces, caveatque ne a laico contingatur. Habeat præterea lumbos fuecinctos & calceamenta in pedibus fuis, faciem ad orientem, & amictu velatam. Miniftret autem cum pfalmis. Et hoc in verbo Domini.

Canon VI.

Placuit Spiritui Sancto, & præcepit, ut poftquam Xatha cocta fuit, nihil ex ea illegitime tollatur, aut ex ea aliquid detur, antequam ad altare offeratur, & id, quod offerendum & confecrandum eft, ex ea feparetur. Et hæc in verbo Domini.

Canon VII.

Placuit Spiritui Sancto, & præcepit, ut macula non fit in eo, quod ex hoftia feparatur ad myfteria. Et vero neque in veteri lege fas erat claudum, & cæcum, aut infirmum, aut in quo inveniretur macula offerri. Quanto igitur magis convenit, ut fimilis cura ad divina myfteria adhibeatur? Et hæc in verbo Domini.

Canon VIII.

Placuit Spiritui Sancto, & præcepit, ut myfteriorum corporis & fanguinis Domini appetitio immoderata tollatur, ne quis cum illiufmodi impudentia temere ad fanctum Domini corpus accedat; fed particulæ primitiarum & oblatæ fint in parva menfura ordinatæ, ita ut hoftia duodecim drachmas non excedat; fingu-

E li vero carbones (*unius hoftiæ, cum in cruce formam fraugitur, particulæ quatuor, vocantur carbones, fymbolo ex Ifaia vifione defumpto*) tribus drachmis conftent, ut in nomine Trinitatis pars illa benedicatur, quæ in Trinitate confignatur. Pro pueris autem ætate parvulis parvulæ præparentur placentæ, [*hoftiæ*] quas fi non cogantur in particulas frangere, unde-

ANNO CHRISTI 900.

contingit frequenter, fragmenta, hoc eft micas excuti in phialam, (*patenam*) & ex incuria decidere, & pedibus proculcari, & hoc modo fanctum corpus cum negligentia tractari. Et hæc in verbo Domini.

Canon IX.

Placuit Spiritui Sancto, ne in pane confecrando duæ farinæ adhibeantur, altera ex fimila, & altera ex farina nigra; fed ut unus panis uno die ex una farina candida, & munda conficiatur. Non enim eft in corpore, & fanguine Domini Æthiops, aut Græcus (*rd eft niger & albus*) Et hæc in verbo Domini.

Canon X.

Placuit Spiritui Sancto, & præcepit, ne quis presbyter, aut altaris minifter fepofitum ad oblationem panem ex fimila nigra faciat, cum maicha (*ideft rex: ita fermentum vocant Chaldæi, quo novas oblatæ fermentare folent*) ex tritico albo fit. Enimvero indecens quoque eft, ut fermentum quum formatæ, nigrum fit, inftar Æthiopis fervi, & album inftar Romani. Et hæc in verbo Domini definitur.

Canon XI.

Placuit Spiritui Sancto, & præcepit, ut altaris minifter illud excutiat, & fanctuarium verrat fingulis diebus; quibus facrum fuper altari celebratur, antequam facra myfteria inferat. Debet præterea totum fanctuarium ejufque parietes femel in hebdomada componere.

Canon XII.

Placuit Spiritui Sancto & præcepit, ne qui farinam in ufum facri panis fubigunt, duo fervent fermenta, alterum quidem facrum, alterum vero fimplex; facrum autem effe debet quod ad fepatas exigitur. Et hæc in verbo Domini.

Canon XIII.

Placuit Spiritui Sancto, & præcepit, ut nemini ex presbyteris, aut diaconis altaris miniftrium obtinentibus, fas fit, oblationem facro fermento panis facrificio deftinati permiftam cuivis ethnico externo tradere, aut magis, aut cuilibet cujufvis fectæ; fed neque pueris par-

Concilior. Supplem. Tom. I.

vulis filiis Chriftianorum. Et hæc in verbo Domini.

Canon XIV.

Placuit Spiritui Sancto, & præcepit, ut lampas accenfa habeatur ante altare, & nutriatur ex puro oleo olivæ omnibus diebus per diem fimul & noctem, caveaturque, ne ea extinguatur, five Liturgia celebretur, five lumine. Sicubi vero duo extiterint altaria fixa, totidem omnino accendantur lampades de die & de-

B nocte. Similiter autem fi altaria fuerint plufquam duo, altarium numero lampadum numerus refpondeat. Permittitur autem in locis, in quibus puri olei copia non fuppetit, ut aliquid aliud, quod olei vicem convenienter fupplere queat, ad nutriendam lampadem adhibeatur. Ad oblationem vero, præter oleum, non aliud omnino inferatur. Et hæc in verbo Domini.

Canon XV.

C Placuit Spiritui Sancto & præcepit, ut qui altaris miniftrium obtinet, poftquam panem altari intulerit, antequam dividat feparatas ex reliquo feparet aliquid ex primitiis & oblatis, quas cuftodire fatagat. Et fi neceffitas poftulet, & ipfo die cogatur demum Liturgiam celebrare, ex illis, quas poftremo feparavit, in fuum ufum iterum fumat. Et hæc in verbo Domini.

Canon XVI.

D Placuit Spiritui Sancto, & præcepit, ne panis ad duos dies coquatur, neve ex pane eodem quidpiam fervetur in crastinum diem, & confecretur pro hoc, & pro altero die fequenti, nec ne confecratio agatur ad biduum. Qui his temere contravenerit, a gradu fuo arceatur in verbo Domini.

Canon XVII.

Placuit Spiritui Sancto & præcepit, ne

E super altari confecretur minus quam tres primitiæ, & ad minus duæ, ut unum fit fignum, & unum fignatum. Unam vero dumtaxat confecrari nullatenus licet. Et hæc in verbo Domini.

Canon XVIII.

Placuit Spiritui Sancto & præcepit, ne liceat miniftrantibus myfteria altaris, my-

ANNO CHRISTI 900.

steria deserere, & sedere, aut lumbos diſcingere, aut calceamenta; aut egredi, aut rei cuiquam vacare, præterquam miniſterio ſacrorum myſteriorum, quæ illis immerentibus credita fuerunt. Et hæc in verbo Domini.

Canon XIX.

Placuit Spiritui Sancto & præcepit, ne liceat cuiquam miniſtrantium myſteria altaris ſanctum extra atria eccleſiæ deſerre, niſi ad vinctum, aut ægrotos gravi morbo laborantes die feſto Reſurrectionis nocturno tempore ex mandato præſulis & rectoris. Qui, illis exceptis, quaſi hominibus placere volens, temere divina myſteria ſudibrio habere præſumpſerit, eadem e ſanctuario efferendo, nefas eſto illi iſtud attentare in verbo Domini.

Canon XX.

Placuit Spiritui ſancto & præcepit, ne (a) Corpus Chriſti. theſaurus (*a*) ſuper altari ad biduum relinquatur. Corpus enim ſuper altari ad diem ſequentem relinquere, nec vetus, nec nova lex permittit. Scriptum eſt enim in lege Moyſi; *nec remanebit quidquam ex eo uſque mane*. Qui ſecus attentaverit, & hoc mandatum tranſgreſſus fuerit, anathema eſto a Spiritu ſancto per manus patrum noſtrorum. Et hæc in verbo Domini.

Canon XXI.

Placuit Spiritui Sancto, & præcepit, ut qui ſacra myſteria ordinant, idem, ſumant, duo ſint, ſicut & qui conſecrant, duo itidem ſint. Nec fas eſt ordinanti ſumere plus quam carbones quatuor, quæ integras primitias faciunt. Quum urgens cauſa, quæ profecto illegitima eſt, ac temeritatem, audaciamque ſapit, id poſtulaverit, quinque particulas ſumere licebit. Plures autem ſumere neutiquam fas eſt. Quicumque vero iſta temerario auſu fuerit tranſgreſſus, divinæ juſtitiæ animadverſionem feret: ſatagant itidem, ne calix irreverenter ſumatur, neve inipſa ſumptione effundatur, neve quidam ſubjaceat intemperantiæ ac impudentiæ in iis myſteriis, quæ populo per gratiam tradita fuerunt. Ferunt quippe Salvatorem noſtrum modicis hauſtibus calicem bibiſſe, atque diſcipulis obtuliſſe. Qui vero temere atque intemperanter erga Dominici corpus & ſanguinem ſe gefferit, illicitum eſto a ſacris myſteriis, atque ſuſpenſus & excommunicatus a Spiritu Sancto; & hæc in verbo Domini.

ANNO CHRISTI 900.

Canon XXII.

Placuit Spiritui Sancto, & præcepit, ut ſi quiſpiam presbyter, aut diaconus audeat ipſe ſolus facta myſteria corporis, & ſanguinis Domini ordinare, a miniſterio ſuo ſuſpenſus maneat in verbo Domini.

Canon XXIII.

Placuit Spiritui Sancto, & præcepit, ut ſi neceſſaria, & minime voluntaria cauſa exigat, ut ſacra myſteria ſuper altari in diem craſtinum ſerventur, eo quod non adſit qui una cum eo, qui myſteria celebravit, eadem ſumere valeat, alterum ex duobus fiat; & ſi quidem Chriſtianus, vel Chriſtiana inveniatur, qui ſimul ſanguinem amboque myſteria conſumat, id faciat, ſciens ea quæ ſuperſunt ad communionem myſteriorum pertinere. Si autem ſanguinem dumtaxat ſumat, corpus autem propter ſuam quantitatem conſumi nequeat, ſervetur in diem craſtinum ſuper altari, cuique eidem adhibeatur, ut lampades coram eo ardeant, & nocturnum officium peragatur, quod ſi contigerit ambo myſteria remanere, eo quod non adſint, qui ea ſumant, noverit quicumque eorum miniſter erit, oportere ipſum pedibus ſuis inſiſtere uſque ad horam ordinationis, five de nocte five de die, nec ipſi licere illorum miniſterium, quin aliis ejus vices ſuppleat, deferere; & hæc in verbo Domini decrevimus.

Canon XXIV.

Placuit Spiritui Sancto, & præcepit, ut qui venerabile corpus ordinat, ſatagat particulas ſuſcipere una cum ſumptione particularum phialæ, aut abſterſione calicis, aut omnino palmis manuum, neve corporis particulam manu orti inferat, ſed ore capiat, quia ceteris eſt cibus. Simili modo calix propitiatorius porrigatur. Et hæc in verbo Domini.

Canon XXV.

Placuit Spiritui Sancto & præcepit, ut miſtum libaminis fiat ex partibus aqualibus vini & aquæ. Scriptum eſt enim, ex Salvatoris noſtri latere fanguinem & aquam in æquali quantitate fluxiſſe: quare æquum eſt, ut miſtum libaminis ex partibus æqualibus conſtet vini & aquæ. Quod ſi ob vini raritatem neceſſitas id poſtulet, permittitur, ut vini pars ſit, & duæ partes aquæ. Ad ſummum verò, imò & ſupra ſummum pars vini ſit, & tres aquæ. Ultra progredi, nullatenus nullo pacto fas eſto. Et hæc in verbo Domini.

ANNO CHRISTI 904.

Canon XXVI.

Placuit Spiritui Sancto, & præcepit, ne liceat altaris miniſterium obtinentibus, præter neceſſitatem ſuper facro altari vinum corruptum, vel aliqua labe infectum offerre, adeo ut bonum vinum relinquentes, corruptum ad libamen ſanguinis Domini noſtri immiſceant. Qui his contravenire auſus fuerit, ſuſpenſus eſto a gradu ſuo, & ſimplex laicus fiat, quia divina myſteria inquinavit, (*vel quaſi ſimplicia ſymbola tractavit*) Et hæc in verbo Domini.

Canon XXVII.

Placuit Spiritui Sancto, & præcepit, ne presbyteris, aut diaconis liceat attingere altare poſt cibum; ad vero attentare cum ſancta ſacramenta jam ſunt poſita, omnino nefas eſto: adeo ut neque eiſdem fas ſit accedere ad limen ſanctuarii. Si autem ſuper altare myſteria non ſint, & neceſſitas id exigat, fas eſto uſque ad exteriorem lampadem dumtaxat ipſis accedere. Illuc vero ingreſſi, infra lampadem conſiſtant. Si verò quis ebrius eſt, neque cum ſacra myſteria ſunt poſita, neque cum percipiuntur, fas eſto hujusmodi hominem accedere ad partem ſanctuarii, nedum illuc intrare; quia, nequitia eſt maxima & crimen irremiſſibile. Quandoquidem in veteri quoque lege idipſum mandavit Deus Moyſi: præcepit enim ei, dicens: *vinum & ſiceram non bibes tu, & filii tui: etenim, cum ingrediminì tabernaculum, ne propter hoc moriamini*. Quodcumque vero præter iſta fiat, illicitum eſt in verbo Domini.

ANNO CHRISTI 904.

Canon XXVIII.

Placuit Spiritui Sancto, & præcepit, ut nefas ſit presbyteris, & diaconis intrare ad celebrandum divina myſteria, aut ad faciendum in ſanctuario miniſterium graduum ſuorum circa divina myſteria, quando in eccleſia veſpere, nocte, & mane minimè miniſtrant. Et hæc in verbo Domini decreta ſunt.

BENEDICTUS PAPA IV.

Cæpit anno 900. deſiit anno 904.

CONCILIUM ROMANUM I.

In Lateranenſi palatio coram Ludovico IV. imperatore & Benedicto IV. pontifice pro rebus eccleſiaſticis diſponendis,

Anno DCCCCIV. Februario menſe habitum.

BEnzo Albenſis epiſcopus in commentario de rebus Henrici III. imperatoris eo ſuperſtite ſcripto, & nuper a Menkenio inter ſcriptores German. to. I. vulgato, notavit ex veteri ritu ſolemnis imperatorum Romanæ inaugurationis obtinuiſſe, ut poſt coëtum imperii coronam ſynodus a pontifice coram imperatore haberetur: *Reliquit tribus ejuſdem hebdomadæ diebus celebrari Synodum, & ſimul emendari negligentiæ ſuorum ordinum*. Id verò ſervatum fuiſſe cum Ludovicus IV. imperator Romanorum inauguratus fuit a Benedicto IV. ſummo pontifice, veterum quidem nemo adnotavit, ſed facti indicat vetus charta Lucenſis, quam Ughellius in Lucenſibus to. I. col. 799. exhibet, ac de rebus in ea Synodo geſtis unica ſupereſt.

JUDICATUM IN SYNODO ROMANA HABITUM.

A Ludovico IV. imperatore, & Benedicto IV. pontifice.

DUm D. Ludovicus Sereniſſimus imperator auguſtus a regale dignitate Romam ad ſummum imperialis culminis apicem per ſanctiſs. ac ter beatiſs. ſumni pontificis & univerſalis PP. D. Benedicti dexteram advenißet, atque cum eodem reverendiſs. patre cum ſanctiſſimi. Romanis, ſeu Italicis epiſcopis, atque regni ſui ducibus, & comitibus, cæteriſque principibus, & judicibus, quorum nomina Petro, Silveſtro, Urſo, Leone, Romano, Joannes, Allo, Bonoſo, Gregorius, item Romano, Coſmæ, & item Gregorius, epiſcopis hujus Roma-

ANNO CHRISTI 904.

diæ finibus Adelbertus Lunensis, Adelbertus Bergomensis, Everardus Placentinæ, Garibaldus Novariensis, Heilbringus Parmensis, Ildegarius Laudensis, Ardingo Brexianensis, Grasulfus Florentinæ, Albino Vulterrensis, Petro Aretinensis, & Eraldo Fesulanensis, Asterius Pistoriensis venerab. episcopis, Adelelmo, Rotbaldo, Gottefredo Comitibus; Stefano, Teusilatus, Grigori, Omiculatór, Graciano, Atzianus, Teodoro, Leo, Crescentius, Benedictus, Joannes, Anastasio, Judices huic Romanæ Vvalpertus, Aquilinus, Fazimundus, Vivenepsi, qui & Bederatus, Stabilis, & Stadelbertus. Judices, item Augusti, Gerardus, Sichardus, & Teutelmus. Notarii facri palatii Uvinigildus, Aubertus, Lupo, & item Uvinigildus, & reliqui plures in palacio, quod est fundatum juxta Basilicam beatis Petri principis Apostolorum in laubia magiore ipsius palacii pariter cum eodem summo pontifice in judicio residebat, atque de habilitate fanctæ Dei omnipotenti ecclesiæ reique publicæ statu diligenter tractare cœpissent, fingulorumque cauffe intente auribus fuæ clementiæ percipere conatus esset, atque cum multas hominum contentiones ibi juste, & legaliter definiverunt; ibique eorum venerunt præsentia reclamandum Petrus episcopus S. Lucensis ecclesiæ una cum Ellazar, qui Ebbonito filius quondam Eriterii advocati ipsius ecclesiæ Lucensis, & retulit ipse Petrus Episcopus, *jam plures vices me reclamavit ad vos dominus Ludovicus serenissimus imper. tam in civitate Papia, quamque & per alias locas, quod Lamberius filius quondam Rodelandi de civitate Lucense injuste detineret cassas & res juris præfatæ ecclesiæ Lucensis, nominatibe eadem civitate, seu ancilla una nomine Adreperga, atque & casas, & rebus illis dominibus, quibus sunt, positas Castellinas prope sub dromitio Carsana, ubi dicitur casale Lapi Monterioni Comitatu Popoloniensis videlicet, & petiit una de terra ubi dicitur a Pubia, atque in loco, & fundo Camiano prope fluvio Elsa, & in loco & fundo Quarazanese, ubi dicitur Miliano, & Puliciano, seu & in loco & fundo Miciano atque & res in Corsica, verum etiam, & ecclesiam unam fundatam in honorem S. Mauritii in loco & fundo Filiuli; unde vos, D. Ludovicus imperator iidem Lamberti vestra epistola ad vestro avulo sigillata direxistis, ut civitate Lucca venirem, ibi eamde justitiam faciendum, & subinendum civit. Luca adtenendum dissistisset; tunc hic civit. Roma vestri venissent præfatæ justitiam faciendum; sed eum minime ad placitum habere potuissent. Idcoque prout me de ipsis casis, & rebus, & parte episcopiæ ecclesiæ propter Deum, & animæ vestræ mercedis salva querela investire faciatis, quatenus ipse Lamberius ad placitum venire, & mobi justitiam facere, ut lex est.* Tunc ipse D. Ludovicus imperator fuæ contuendinis misericordiæ motus præcepit Walteri vassus de missis suo, ut eum de præd. casis & rebus, salva querela a parte episcopis, ecclesiæ investiret; statimque, ibi præsente, ipse Vulterius ex imperiali jussione per fuste, quam fuis detinebat manibus, eumdem Petrum episcopum & Elezar advocato suo de prædictis casis, salva querela a parte episcopis ecclesiæ investivit, quoulque ipse Lambertus ad placitum veniat, & justitiam faciat. Insuper missi bandum D. Imperat. super ipsis rebus inmonachos auri duo millia, ut nullus &c. inde pars episcopis ecclesiæ fine legali judicio desvestire audiat; qui vero fecerit prædictos duo millia monachos auri fe compositurus agnoscat esse, mediteratem parti Cameræ idem D. Imperat. & mediatatem pars episcopis ecclesiæ Lucensis, & hanc notitia pro securitate idem Petri episcopi facere admoneruut quidem.

Et ego Thomas notarius D. imperatoris ex amonitione suprascript. missi, & judicium, scripsi anno imperii D. Ludovici primo mense Febr. ind. IV.

Ego Odelb. episcop. in uno judicato interfui, & MM. SS.

Walpertus Judex D. imperator. interfui.
Farinus judex D. imper. interfui.
Stabilis judex D. imperat. interfui.
Stadilbertus D. imperat. interfui.

ANNO CHRISTI 904.

ANNO CHRISTI 904.

LEO PAPA V.

Cæpit anno 904. eodemque desiit.

ANNO CHRISTI 904.

CHRISTOPHORUS PAPA

Sedit anno 904. quo & desiit.

SERGIUS PAPA III.

Sedit ab anno 904. ad 911.

AD SERGII III. PONTIFICIS EPISTOLAS

PRÆFATIO COLLECTORIS.

SErgii papæ epistolas a Rubeo Ughellio, aliisque collectas dare nonnullas pronum fuiffet; fed iis omiffis, quod nihil continenant, five memoria dignum, five ad rem conciliarem conducens, unicam tantummodo afferam Sergii epistolam quam Menkenius inter fcriptores Rer. German. tom. I. ex MS. chronico Bremenfi vulgavit, quippe quæ cohæreat cum epistola Formofi, quam Venetus Labbei editor tom. XI. col. 613. ex Henfchenio in actis SS. ad Februarii diem III. exhibuit. Quæ enim Formofus ftatuerat, ut Bremenfis ecclefia Hamburgenfi nonnifi ad tempus jungeretur, quoadufque fcilicet Hamburgenfi archiepifcopo de fuffraganeis provideretur; qui fi acceffiffent Hamburgenfi, ftatim Bremenfis ecclefia ad provinciam Colonienfem rediret; hæc inquam in ea, quam exhibeo, epiftola revocanda cenfuit Sergius papa, decernens, ut abrogatæ Formofi papæ legis, Bremenfis ecclefia Hamburgenfi perpetuo junfta maneret. Hanc vero non ftam effe tantummodo, fed & totius concilii fecum adunati definitionem his fubofcuris verbis decrevit: *Quidquid confultu fratrum, & utilitate fuperi, & machinatione Hermanni archiepifcopi & Colonienfis) in te & ecclefiam Hamburgenfem tenere perpetratum eft; authoritate quoque noftra, & judicio plurimorum confentum noftrorum fub anathematis contradictione, & omnino deftruimus.* Hæc ibi de hoc Romano concilio allas ignoto. Ex hac vero epiftola confirmantur ea, quæ Albertus Stadienfis ad A. 895. narrat, inter quos in Tribuienfi concilio avulfionem illam Bremenfis ecclefiæ ab Hamburgenfi fanctitam fuiffe. Id vero & in hac epiftola indicatur, refutatisque ex ea Paglius, qui ad A. 895. num. 5. cenfet disjunctionem hanc non ex concilio quidem Tribuienfi, fed ex Francofurtenfi quodam provenifle. Fatetur equidem id etiam a Francofurtenfibus patribus difcuffum, & ex eorum fententia Formofum papam id decreviffe, fed ea Formofi definitio ferebat, ut Bremenfis ecclefia tandiu Hamburgenfi metropolitanæ pareret, donec illi de novis fuffraganeis provideretur. Tribuienfes patres veniffe tempus cenfuerunt, ut hoc Formofi decretum executioni mandaretur. Sed hoc demum Tribuienfe decretum infeftum irritumque Sergius decernit. Hæc Sergii epiftola fignatur die V. nonas februarii indictione III. Cum vero indictio III. cum Sergii pontificatu nequaquam congruat, ideo mendum in notis numerales irrepiffe, legendumque forte XIII. non immerito fufpicaret,

SERGII III. EPISTOLA

Ad Adalgarium Hamburgenfem. Bremenfis ecclefiæ jura vindicat.

Sergius epifcopus fervus fervorum Dei, reverendiffimo, & fanctiffimo Adalgario Hammaburgenfi ecclefiæ epifcopo apoftolicam benedictionem, & paternam conftationem.

SUfceptis tuæ fraternitatis literis, cognita in eis injuria ecclefiæ tuæ, & tibi illata, non folum de ea, fed & de iniquo Formofi Papæ confenfu, & Hermanni Colonienfis, & Moguntini archiepifcopi, & aliorum epifcoporum iniqua circumventione & ..... contriftati fumus. Quid namque injuftius, quam privari ecclefias jufte fibi traditis honoribus? Quid etiam iniquius, quam violare & infringere imperatorum, & regum cartis tradita plurima apoftolorum privilegia? nil amplius a nobis, vel fucceffóribus noftris catum firmum aut ftabile futuretur in ecclefia. Sed quam juxta hæc verba Dominica: *Tu es Petrus & fuper hanc petram ædificabo ecclefiam meam*; & juxta hæc verba Apoftoli: *Eftis fuperædificati fuper fundamentum apoftolorum & prophetarum, in ipfo angulari lapide Chriffo Jefu.* Conftat fanctam, & univerfalem ecclefiam fundatam fuper fuam petram, & fuper fundamentum prophetarum, & apoftolorum, & compactam in ipfo angulari, & fummiffimo lapide Chriffo Jefu, neceffe eft, ut fic ipfa petræ, & apoftolica Apoftoli, & fancta angularis compactione firma, æterna & immobilis; ita omnis ecclefiaftica fuperædificatio fit rata, & ftabilis, & ab omni humana præfumptione luvielabilis. Nos ergo juxta vocem Dominicam, & apoftolicam, & juxta hanc beati Gregorii fementiam: quæcumque ecclefiæ privilegio femel indulta forerint, rata amplius, & ftabilis permanere debent. Quicquid igitur imquo conſenſu Formofi papæ, & Arnolphi regis, & machinatione Her-

ANNO CHRISTI 906.

Hermanni archiepiscopi in te & ecclesiam Hamburgensem temere perpetratum est, authoritate quoque nostra, & judicio plurimorum confratrum nostrorum, & sub anathemate contradicimus, & omnino destruimus. Quicquid autem a Nicolao papa & cæteris prædecessoribus Hamburgensi ecclesiæ concessum est, scilicet habere archiepiscopalem potestatem in regnum Danorum, Norvenorum, Suevorum, & omnium septentrionalium nationum, & Bremensem ecclesiam, & ipsam Hammaburgensem ecclesiam non duas, sed unam esse ecclesiam, & parochiam decernimus, & confirmamus. Auctoritate ergo Apostolica, & censura, sub divini judicii obtestatione, & anathematis interdictu statuimus, ut nulla persona cujuscumque ordinis aut dignitatis sit ea, quæ vel in archiepiscopali dignitate, vel quæ in conjunctione Bremensis & Hammaburgensis ecclesiæ a prædecessoribus nostris, ecclesiæ tuæ, & tibi concessa sunt, & a nobis reformata sunt. Quicumque autem mutaverit, vel in aliquo violare præsumpserit, authoritate Dei, & B. Petri Apostoli, & nostra, qui ejus fungimur vicariatione, perpetui anathematis vinculo sit innodatus. Hermannum autem Coloniensem archiepiscopum, & Haddanum (*a*) Moguntinum archipræsulem pro satisfactione pœnitentiæ usque ad præfinitum a nobis tempus a divino suspendimus officio, quoniam apud Tribuiam per eos inique cassata sunt concessa ecclesiæ tuæ, & tibi apostolicæ sedis privilegia, & gloriosorum imperatorum annullata sunt testamenta. Nos quoque, quemadmodum precatus es, monuimus apostolicis literis Wigbertum, & Bisonem, reverendissimos, & tuos convicinos episcopos, quatenus te adjuvent, & ad te convenientes ordinare episcopos, in quibus canonice inveneris locis, & competens designaverit ratio. Tua ergo, sanctissime frater, sanctimonia oret pro nobis, & pro universali sancta Romana ecclesia, & nobis remanda, qualiter & ubi episcopos ordinaveris. Datæ per manum Petri Cancellarii sanctæ Romanæ ecclesiæ V. nonas februarii, indictione III.

(a) Hattonem.

ROMANUM CONCILIUM

Quo Vuillelmus Taurinensis episcopus triennio suspensus est, & pœnitentiæ addictus.

Circa annum 906. celebratum.

DE concilio isto, alias plane ignoto, hæc, suppeditat vetustus auctor Chronici Novalicensis, cujus fragmentum exhibet Ughellius Ital. sac. tom. IV. in Taurinens. col. 1027. nov. edit. *Hic Vuillelmus composuit passionem S. Salvatoris cum tribus responsoriis. Et ab apostolico Romanæ sedis, & cunctorum episcoporum, qui in S. Synodo convenerant, tribus annis ob pœnitentiæ causam ab episcopio suspensus est &c.* Willelmus iste anno 906. lypsana S. Secundi martyris in urbem solemni pompa transtulit, eodem chronista teste, ex quo habiti concilii tempus utcumque elucet.

CONCILIUM SCOANNENSE IN SCOTIA

Constantini regis anno quarto, Christi 906. celebratum.

Anno 906.

Affert Wilkins Conc. Magnæ Britan. to. I. pag. 205.

D*E hoc concilio sequentia in codice Colbertino reperiuntur*: Constantinus filius Edii tenuit regnum XL. annis; cujus tertio anno Normanni prædaverunt Duncalden, omnemque Albaniam. In sequenti utique anno Constantinus rex, & Kellachus episcopus leges, disciplinasque fidei, atque jura ecclesiarum, evangeliorumquepariter cum Scotis in colle Credulitatis prope regali civitate Scoan devoverunt custodiri. Ab hoc die *collic* hoc (nomen) meruit, i. e. *collis Credulitatis*.

AD

ANNO CHRISTI 906. vel 907.

AD SYNODUM BARCHINONENSEM

Arnusto archiepiscopo Narbonensi præside ob varia ecclesiæ negocia disponenda celebratam,

ADDITIO.

VEnetus Labbei editor tom. XI. col. 726. rerum in hac synodo gestarum portionem quandam, ex Baluzio acceptam, dedit. Aliam non contemnendam, ejusdem synodi partem suppeditat collectio veterum monumentorum Martenii tom. VII. col. 50. ex qua hic damus. Annus vero hujus concilii, quamvis 906. utrimque, tam in charta Baluzii, quam Martenii indicatur, adhuc tamen in annum 907. transferri oportere hac ego conjectura olim deduxi in meis ad Pagium adnotationibus.

Concilium Barchinonense, quod hoc anno 906. a Baluzio consignatur, ad sequentem transferendum esse, licet in ejus fronte mendose legitur: *Anno verbi Incarnati CMVI.* penes me certum est. Cum enim sequenti, idest altero a concilio Barchinonensi anno, concilium Agathense habitum fuerit, ut in veteri charta ubi ejusdem Barchinonensis historia legitur apud Baluzium & est in Collect. Veneto-Labbeana tom. XI. pag. 725. si demonstretur Agathense ante annum 908. agi non potuisse; patebit utique Barchinonense uno saltem anno retrahendum esse. Id autem ex eo liquet, quod Agathensi subscribit Guido Gerundensis, qui anno 907. XII. Kal. *Decembris anno XI. Caroli indict. XI. electus fuit*, ut fert instrumentum electionis ejus vulgatum a Martenio Anecdot. tom. I. col. 60.

CONCILIUM BARCHINONENSE

Anno DCCCCVI. (a) celebratum confirmat Hemmæ abbatissæ quasdam ecclesias.

(a) forte DCCCCVII.

ANno Dominicæ Incarnationis DCCCCVI. sub indictione VIII. conventus factus sanctorum episcoporum Barchinonam civitatem, quorum hæc sunt nomina: Arnustus archiepiscopus almæ Narbonensis ecclesiæ, Servusdei Gerundensis, Nantigisus Urgellensis, Idilcharius Ausonensis, Theudericus Barchinonensis, Reinardus Cavellicensis. Dum igitur residerent in ecclesiam S. Crucis, una cum præcellentissimo principe & marchione Wifredo, seu plurimorum diversi ordinis clericorum, & religiosorum laicorum non minima caterva, ut plurimorum audirent querimonias, & Deo favente quæ prolata erant justissime determinarent. In supradictorum præsentiam affuere legati Deo devotæ & religiosissimæ abbatissæ Hemmæ præ manibus habentes scripturam confirmationis rerum monasterii sui, quod situm est in honore S. Johannis-Baptistæ, edita scilicet, & roborata a prænominato summo antistite Arnusto, cæterorumque venerabilium episcoporum, quorum hæc sunt nomina: Amælus Ucætiensis, Aglardus Nemausensis, (*a*) Riculfus Helenensis, Artmannus Tolosensis, Servusdei Gerundensis, Nantigisus Urgellensis, (*b*) Reinardus Biterrensis, Gontarius Magdalonensis, Autgarius Lutovensis, Gimera Carcassensis, Gerardus Agathensis. Qui vero in præsenti coadunatione affuerunt, petiit præfata Deo dicata abbatissa per suam legationem easdem res monasterii sui, ut juxta canonicam & episcopalem auctoritatem confirmarent. Nam istæ sunt ecclesiæ, parochiæ, vel cellæ, atque prædia, quas sub jure canonico sibi petiit roborari. Primum quidem ipsum monasterium in honore S. Johannis Baptistæ & præcursoris Domini suo tuitione & curæ episcopali, sicut sacri canones docent, cum parochia, & finibus, vel adjacentiis suis; parochiam quoque S. Mariæ, & S. Kyrici, & Saura cum finibus suis; cellam etiam S. Martini cum sua parochiuncula, nec non & ecclesiam S. Columbæ cum parochia sua. Hæc omnia conjacent in episcopio Ausonense. In pago autem Vallense parochiam S. Genesii, in villa quæ dicitur Amigdala, & in pago Cerdianense parochiam S. Mariæ, quæ dicitur Liliætam, & Bergogiam, & Angustrinam; & juxta Cardonam cellam S. Johannis cum sua parochia; & in confluente pago, villa Foliano ecclesiam in honore S. Eulaliæ cum sua parochia; & in eodem territorio parochiam de ipsa ecclesia subdita, quæ dicitur Campilias; in Besuldunense cellam, quæ dicitur cella Witisane, ecclesiam S. Vincentii cum ipsa parochia, & in Porcarias ecclesiam S. Mariæ. Hæc igitur omnia nos præscripti, atque signati præsules, secundum hoc quod S. Patres canonicis legibus instituerunt, confirmamus ad monasterio, vel ipsi abbatissæ: obsecrantes & imprecantes sub divina censura, ut nulli christiano liceat....... notario......... aut irrationabiliter aliquid ex ipsis rebus ab ipso monasterio auferre, vel minuere, nisi tantum quod ex ipsis parochiis censum annuale, quod solis

(*a*) Hic Riculfus desideratur in vulgatis indicibus episcoporum Helenensium ubi locum vacuum occupare debet inter Stephanum, & Sonarium. *Martene*.

(*b*) In vulgatis indicibus episcoporum Biterrensium appellatur Bernardus. *Idem*.

ANNO CHRISTI 908.

lis episcopis vel matricis ecclesiis eorum solvere solitum est, per singulos annos solvatur. Alia vero, quæ superiùs ad adjutorium & supplementum ipsius monasterii, vel ipsi abbatissæ, & creditis sibi a Deo devotis feminis ad regendum custodiantur, & sub ejus potestate serventur: Si quis autem contra hoc pontificale decretum a nobis statutum agere, de ipsis rebus monasterii præfati audiamus, aut agere tentaverit, (sciat se feverissimæ mucronis vinculo anathematis ferendum, & a regno Dei extorrem. Ut autem hoc certius ab omnibus credatur, pro-

prijs manibus subterfirmando roboravimus.
Anno primo regnante Charlatie rege.
Arnulfus Sanctæ Narbonensis ecclesiæ humilis episcopus SS.
Nantigisus episcopus humilis SS.
Idelherus humilis episcopus SS.
Servusdei episcopus
Theudericus Barchinonensis ecclesiæ humilis episcopus SS.
Ego Sigonus presbyter hoc scripturæ decretum scripsi, & subscripsi sub die & anno quo supra.

ANNO CHRISTI 908.

SYNODUS BERGOMENSIS DIOECESANA

Pro reducendis sæcularibus canonicis ad communem vitæ institutum,

Adalberto Bergomensi episcopo præsidente, anno 908. celebrata.

Extat apud Ughell. tom. IV. pag. 1106. nov. edit.

DUm domnus Adalbertus venerabilis sanctæ Bergomensis ecclesiæ episcopus resideret in synodo in domo ipsius sedis, cum sacerdotibus, & cuncto clero ipsius ecclesiæ, seu reliquis nobilibus hominibus, qui eidem synodo intererant, tractans cum eis de statu & soliditate ipsius ecclesiæ. Tunc ipsi sacerdotes & clerici una voce petierunt ab ipso domno pontifice, ut propter amorem Dei, & SS. Vincentii, & Alexandri martyrum Christi indulgeret eis canonicam ad refectionem Sacerdotum, & clericorum in ipsa sancta Dei ecclesia deservientium. Qui eorum petitionem considerans, justumque diferentes, ut qui altari deserviunt de altari participent: exquisivit ab eis ubi puximus ecclesiæ locus esset, in quo sub tutela ipsius sedis, & ecclesiæ congrue eorum receptaculum, & canonica fieri posset. Qui in commune elegerunt, & petierunt claustrum illud juxta ecclesiam S. Vincentii, ut cum officium compleverint, opportune & ad refectionem, cibum, & potum accipiant, & in nocturnis horis ibidem dormiendo nocturnis officiis facilius occurrant. Igitur utilitati eorum consulens, concessit eis præfatum claustrum cum sala, & aliis ædificiis infrà constitutis, cum curte, & horto, cum superioribus & inferioribus suis in integrum, in quo habet confines a mane viam, a meridie prædictam ecclesiam sancti Vincentii, a sero claustrum ipsius sedis a monte terram S. Michaelis, & Johannis presbyteri, & est per mensuram tabulas legitimas 76. Denique statuit cum eisdem pertractans de refectione eorum, quid posterisque eorum conferre posset; unde in perpetuum canonica ipsa subsisteret in numero tantorum, quorum numerus communi omnium electione inventus est: contulit in eorum subsidium & refectionem basilicam beati Cassiani martyris Christi, sitam ibi prope infra eandem civitatem, cum omnibus curtes, & rebus, curtibus, & mansis, seu utriusque sexus familiis, cum adiacentiis & pertinentiis suis per cuncta loca & vocabula in integrum: excepto casa, & rebus illis cum familiis inibi habitantibus in loco, & fundo Surile, ubi etiam nominatur Jussonica, quas ad partem ipsius sedis sibi reservavit. Pro quibus prædictis rebus offerre visus est mansaricia duo posita in Vico, & fundo Gorolis, & casas, & res illas positas in Periolo cum omnibus pertinentiis, & familiis in integrum, ut a præsenti die in perpetuum, in ipsius canonicæ permaneat, atque persistat potestate. Ea vero ratione, ut singulis diebus refectio fiat presbytero, & diacono, & suodiacono, & ostiario qui hebdomadam in ipsa custodierint ecclesia. Primicerio quoque semper, vel qui ejus vice fungitur, ut ibidem cibum, & potum accipiant secundum rationem & temporis possibilitatem. Statutum etiam ab ipso pontifice, & omnium sacerdotum consensu est, ut ex fe ipsis personam aptam eligant, qui canonicam ipsam, & omnia ejus pertinentia prævideat intrinsecus, & extrinsecus, & solicitus curam habeat, atque pro labore, & fatigio suo beneficiatio nomine accipiat quidquid omnium sacerdotum, & diaconorum ordinatio decreverit. Quod si annuente divina misericordia ex fidelium oblationibus census ipsius canonicæ excreverit, secundum possibilitatem conventus fiat ordinariorum, & refectio pauperum, ut ab omnibus collaudetur Deus, qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

Actum est hoc tempore domini Berengarii piissimi regis anno nono mense maij, indictione XI. anno Incarnat. Domini 908.

Ego Adelbertus gratia Dei humilis episcopus in hanc ordinationem a me facta SS.
Garibaldus archid. confensi & subscripsi.
Aribertus archipr. confensi, & subscripsi.
Rotebaldus presbyt. consensi, & sub.
Petrus presbyter consensi & sub.
Antonius presbyter consensi, & sub.
Agovertus presb. consensi, & sub.
Graievertus presb. consensi, & sub.
Benedictus presb. consensi, & sub.
Dagivertus presb. consensi, & sub.
Adelbertus presb. consensi, & sub.
Lupus presb. consensi, & sub.
Joannes presb. consensi, & sub.
Lupus presb. consensi, & sub.

Ari-

ANNO CHRISTI 910. 916.

Arispertus diac. consensi, & sub.
Leo Diaconus consensi, & sub.
Benedictus diac. consensi, & sub.
Adelbertus diac. & primicerius consensi, & sub.
Adelgisus subdiac. consensi, & sub.

ANNO CHRISTI 910. 916.

A Garibald. subdiac. consensi, & sub.
Adelbertus subdiac. consensi, & sub.
Salo subdiac. consensi, & sub.
Andreas subdiac. consensi & sub.
Gisselbertus subdiac. consensi, & sub.
Todo subdiac. consensi, & sub.

ROMANUM CONCILIUM

Pro revocanda Formosi papæ sanctione de restituenda ecclesiæ Bremensi Coloniensi provinciæ,

A Sergio III. papa anno forte 910. celebratum.

An. 910. circ.

DE hoc concilio nihil ultra dicendum occurrit præter id, quod in præfatione ad epistolam Sergii III. adnotavi; quare lectores eo revocandos censeo.

ANASTASIUS PAPA III.

Sedit ab anno 911. usque ad 913.

CONCILIA ALTHEIMENSIA DUO

In causa disciplinæ reformandæ,

Alterum coram Joanne episcopo, alterum coram Petro Hortano isidensi episcopo A. S. legatis,

Anno 916. celebrata.

An. 916.

COncilium Altheimense unicum Labbeus anno 912. collocat, eidemque tribuit canones illos omnes, quos Butchardus, & Ivo sparsim sub nomine concilii Altheimensis dederunt. Verum non unicum quidem, sed duplex concilium Altheimense omnino distinguendum est, quod duplici hoc argumento demonstro. Concilio Altheimensi unicum adsistit Apostolicæ sedis legatum ex eo constat, quod in canonibus illis quos legatus Apostolicus suo nomine fancit, ut est in canone inter collectos a Labbeo & X. XI. unicus tantummodo Legatus se prodat; nec sane nisi unius Legati meminit Serarius, qui concilii hujus acta in MS. legisse se perhibet. Cum igitur canone apud Labbeum X. Joannes quidam *Vicarius apostolicus sc. prodat*, & in canone XI. *missus S. Petri & papæ, Petrum* se nominet, recta inde confectione deducimus, duos libros canones ad concilia duo plane inter se diversa pertinere.

Venetus Labbei editor errorem, Paglo indicante, animadvertens, duo cum eodem vitio dodrinno Altheimensia concilia distinguit; sed in eo errat, quod canones illos ex Burchardo & Ivone a Labbeo collectos, & in unum idemque concilium anni 912. congestos, eidem omnes concilio attribuat, cum reliqua alii ad aliud pertineant; quamvis non facile distingui possit quinam prius concilium, qui vero posterius respiciant. Porro Altheimensi primo Conradus Germaniæ rex interfuit, ut in adnotatione quadam marginali ad canonem concilii Altheimensis Burchardus lib. I. cap. 227. animadvertit; qui sane rex cum anno 918. obierit, profecto liquet prius istud concilium in annum 916. non inepte ab Hermanno Contracto in chronico referri. Cum vero eadem synodus, haberetur, Moguntinæ cathedram tenebat Herigerus, ut ex canone X. inter collectos a Labbeo conflat. Porro episcopus ille anno 912. vivebat adhuc, ut ex præfatione concilii ad Confluentium conflat, fuccefforemque habuit Hildebertum, qui cum fubscripsus legatur canoni concilii Altheimensis, quem Venetus Labbei editor concilio Altheimensi posteremo recte affignat; ex eo intelligimus alterum hoc concilium anno 912. posterius habuisse. Porro ipsum decretum concilii Altheimensis cum altero adjundo canone, nondum edito ex MS. codice Parisiensi Mabillonius in annalibus tom. III. appendicis num. XLVIII. vulgavit, ex quo huc fecundum transfero; primum enim excufum in editione Veneto Labbeana habetur.

Hæc olim de concilio Altheimensi duplici commentabar; nunc vero posterioribus curis parallipomena quædam addenda fuppetunt. Utriufque concilii canones ex uno Burchardo nonos cum editis concilíorum & Burchardiano MS. codice Lucenfi conferens hæc elicui. Qui prior eft in editis canon Altheimenfis, quemque Burchardus quinquies excufum in concilii laudat, ipfe eft ad verbum canon LI. concilii Triburienfis anni 895. Quo autem loco legunt edita in utroque concilio: *Si quis cum uxore alterius vivente in fornicatur furtve*; codex Lucenfis pro *vivente eo*, fert *innuente eo*; quanquam editum lectionem alteri præferendam cenfeo. Caput XXXIII. in editis, quod Burchardus lib. 2. cap. 234. (ut eft in edito Burchardi, cum in MS. fit cap. 230.) fignat *cap.*

ANNO CHRISTI 920.

XXXVIII. fert: & secundum apostolos vitæum A berti Treverensis archiepiscopi, quod patet in editis, nostræ suppremit; Alagardus Vardinensis, est in nostro Apostolorum Patrocinio; Reychwinus Argentinensis est Rugwinus Argentinensis; Romualdus Mimugatenwardensis est Romualdus Mimugatenwardensis. Admonendi sunt pariter studiosi lectores, canonem Altheimensem, quem daturum me superius adnoravi ex Mabilonio, qui ex MS. codice Farfensi protinus se deprompsisse rebatur; eundem pariter extare apud Burchardum lib. 1. cap. 231. codicis mei acceptum ex cap. XXXVI. ejusdem concilii; quare illum hac transferam, (quod in editis Labbei deest) ex editione Mabillonii cum Burchardiani mei codicis variantibus. Sed & præter hunc canonem, allum ex eodem Burchardo addo, qui collectores, canones Concilii hujus ex Burchardo describentes fugit

ANNO CHRISTI 920.

CANONES

XVI.

SI Tatuimus propter Domini dilectionem & proximi, & fidelium honorem, & præcipue ob multa scandala evitanda & funditus extirpanda, & perturbationes, quæ noviter exortæ sunt & oriuntur; nec non ut omnes sciant nos episcopos tales divina misericordia nequaquam fuisse, quales dicimur, exemplum S. Leonis papæ, (a) qui super quatuor evangelia jurans coram populo se purgavit) sequi & imitari; salva tamen authoritate canonica.

(a) Vide Analyst. in Vita S. Leonis III.

XXVI.

Statutum est, & rationabiliter secundum SS. Patres a synodo est confirmatum ut (b) monachus, quem canonica electio a jugo regulæ monasticæ profectionis absolvit, & sacra ordinatio demonacho episcopum facit, velut legitimus hæres paternam sibi hæreditatem postea jure vendicandi potestatem habeat; sed quidquid acquisierat, vel habere visus fuerat, monasterio relinquat, & arbitrio abbatis sui, qui fuerat secundum regulam sancti Benedicti. Poitquam enim episcopus ordinatur, ad altare, quo sanctificatur & titulatur, secundum sanctos canones, quæ acquirere poterit, restituat.

(b) Hæc sic quæ ejusdem Burchardi, reliquiam habemus. Ex Cod. Farfens.

LANDO PAPA

Sedit ab anno 913. usque ad 914.

JOANNES PAPA X.

Sedit ab anno 914. usque ad annum 928.

SYNODUS CONSTANTINOPOLITANA

Pro schismate Græcam ecclesiam scindente tollendo,

Constantino, & Romano imp. anno Mundano VIM. CDXXVIII. Indictione VIII.

PRÆFATIO COLLECTORIS.

Anno 920. LEonem Sapientem, qui uxore tertia defuncta, quartas nuptias conciliaverat, & nuptiarum illarum hæresibilem dictionem, invito licet Nicolao Mystico imperatoris, & patriarcha, ab alio quopiam sibi dari curaverat. Anathemati fabricit Idem Nicolaus, qui haud ita multo post solum vertere, semulumque Euthymium in sedem suam assumptum ferre coactus fuit. Leone fatis functo, atque Euthymio exacto, Nicolaus quidem, tanquam lege postliminii restitutus; sed ea occasione ortum schisma nondum coaluerat. Donec tandem anno Mundano 6428. *julio mense indictione VIII.* ait Leo Grammaticus in Chronographia, *din dominicæ totius ecclesiæ & Romanæ imina. est concordia, cunctis Metropolitis & clericis, qui a Nicolao* (patriarcha) & *Euthymio partibus divisis fleterant animis reconciliationem exhibentibus.* Operæ tanto confligendo synodum equestrifle certa mihi semper sententia fuit; nec vana opinarum me dioet magna illa Nicenis collectio, quam in Confi-

ANNO CHRISTI 920.

linians bibliotecæ codice MS. offendit P. Montfaucon, describitque in commentario ejusdem bibliothecæ par. I. pag. 122. Extat in illa excerptum quoddam decreti pro ea unione componenda fanciti fub hoc titulo Συνόδου ἁγιωτάτου & γενικωτάτου ἑπτὰ τῶν Κωνσταντίνου Συνόδων τοποτὲ γενομένης *fub Conflantino, & Romano* &c. Decretum illud fyncdi ex Jure Graeco Romano a Leunclavio edito Latine ex Graeco redditum, exhibet Baronius ad A. 921. num. IV. & V. ego vero ex eodem Jure Graeco & Latino hic reprasentandum duxi, fupplens Labbei defectum, qui ea forte de causa quod decretum illud in fynodo editum fuiffe non legerit, fdeo in collectionem fuam omittendum cenfuit. Quamquam non alibi de fynodo edocius, id tamen praeflare debuerat exemplo & auctoritate magni Baronii, qui & fynodum tunc conveniffe arbitratus eft, & decretum, tanquam ex fynodo datum, recitavit. Synodi etiam unionis meminit, eiufque hiftoriam attingit Anaftafius Cefarienfis in Pafchina collectanea in Incarnatione de jejunio Deiparae, (ideft, quod a Graecis ante feftum aflumptionis, feu, ut illi nuncupant, dormitionis B. M. V. fervabatur) ita enim ille ineo opere a Cotelerio in monument. ecclefiae graecae tom. II. vulgato pag. 435.

Quod fi quis quaeflerit ubinam & quando, & a quo Synodus unionis celebrata fit, audiat a me. Non in angulo, inquam, neque in civitate aut metropoli, neque in villa quadam, fed in regia urbe, hoc eft Conflantinopoli, & a religiofo patriarcha, & epifcopis, caeteroque ecclefiae coetu; ac per pias orthodoxofque imperatores, Romanum fenem, & Conflantinum, perque reliquas religiofas feptentes, & cognatione paratos viros. Is quippe omnes in Spiritu Sancto congregatis, ecclefiam ex caufa dotis feparatam reftituere, Dei gratia, unicrunt, quo factum eft, ut conveniretur appellationem unionis acceperit.

TOMUS UNIONIS,

Sive expofitio fuffae unionis in ecclefia, Conflantino & Romano tempore: quorum ille, hoc imperante, ut & dignitate fulgebat, quod imperatoris pater audiret.

O' Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Θεὸς, τῆς ἁγίας μαθητὰς καὶ ἀποστόλους, οὓς τόσοι μετ * ἐκεῖνος ἔδοσε γνησίους & κληρονομίας αὐτοῦ, ἐξαιρέτου τοῦ κλήρου τὸν ἀφρῶν κατέλειπε. τῶτο γνώριμα παρεγένοντο τοῖς ἀνθεσι τ' τρῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, ὁ τῶ συνόμματος διατυπῶσι ἐντολὰ. πρότερον ἀυτὸς δικαίως ὑποδέχηται δέξας ἡμᾶς, ὃ ἴχυε παρ' τῆς ἀφρος σχιζόμενος. * δι' ὃ ἐστράφη πατὴς ὑμῶν τε ἀλλων, ἐπὶ τὴν ἐσχάλιαν κατέλεε τὴν ἀμετίμον, καὶ παρατηρήσας μεῖζ εαφὸς ἡ ἀμαρτοι ἐκκλησιῶν, ἴνα τὸς ἐξ ἀλλάδων ὑποχωρῶνας ἐς ἑνότητα κατανοήσῃ, ὅπατα ἡ τῆδε τὰ δόσιν * μαθήσατε πανταχοῦ τὸν ἀποστόλων ἀκολουθῆσαι, τὴν ἀποστολικὴν παράδοσιν ἐν τῆς ἀφρος κρατῆσαι, ἀλλὰ ἡ τῆ πρὸς ἀφρῶν ἔχοντ ἑνότητα, πρὸς ἐκκλησιαστικὰ ἔρχονται. ἀλλὰ γὰρ τοιῶτοι ὄντοι τῶ πράγματος, ἐξ ἀγχῆς καὶ μέχρι τῆ νῦν, οὐ βλέπετε ἡ τῆ σαφῆ ἀφελῶς πάντα τὸ ἐξῆς τῆς ἐκκλησίας διαλήσεται τὴν πλοῦν, κὰν μὲν ταῦτον, τῶ δὲ ἐκδοῦναι διακοσῶσι τὸν πρᾶσσειν. ἀλλ' ὅμως, τοιῶτοι. ὁ δὲ τῆς ἀφρος ἄνετος ἡ ἀθεσπέσιος χρεῖα ἡ Θεὸς ἡμῶν, ὁ νῦνας αὐτὸν ἀθρῶ μὴ * κατεγένεν τὸ ἐκκλησίας αὐτοῦ, ἀλ' τὰ σωθῆναι ἀε τῶν τῆ σωμοῦ κεφαλῆ πεφυτεύσαν, τῶν ἀφρῶν τῆ ἐκκλησίᾳ θαμβαλέτω ἀμίστον. τῶτο ἐκόσιος, ἡ ἀφρὸν ἐμὸν χρεῖος, ὁ Θεὸς, ὁ πατὴρ, ὁ ἀρχιερεὺς, ὁ ποιμένας, ὁ ἀλεξῶνος, τῶν ἱερῶν τέκνων τῆ πανάγνω νύμφης αὐτῆς, τῆς ἐκκλησίας, ἐξ ἀλλάδων διασπαθέντων, τῆ ἀυτὸ πρὸς τὸν χρῖστ τῶν ἕνωσιν αὐτὸς κατεγάδαμε, τῶν τῶν ἀγχόντος ἐξ κλῆσιν πᾶσιν συνέχυσε τῆς μερῶν. διόπερ, ἐπικόμ μοί, χαίρετε ἐπὶ τῆ συναγωγῆ τῶν τεκνῶν ὑμῶν ἔδ τῶν ἐξ ἀλλάδος ἐθνῶν, καὶ μὲν καρδίαις, προσδεχόμενοι τῆς βάρος ἀπολογίας· καὶ δὲ τοῦς, ὅσοι μὴ πρὸς τῶν παραχώλῶν τῆ βαίμονος πρόφασιν ἀπολλύοντες, ἀλλὰ τῆ τῆς ἀφρὸς δόξαν τῆ παρεγγράφοντες βιβλίοι, τῶν ἐν χριστῶν προσέχετε. ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλα χρόνω ἐγε-

ANNO CHRISTI 920.

temporibus accidere scandalorum occasiones tales, quales eæ sane fuerunt, & quovis tempore malo se commovente, sapientes ecclesiarum gubernatores idoneam medicinam invenerunt. Nunc autem quod ecclesiam ex causa matrimoniali perturbari contigerit, quando ipsum istud matrimonium repræhensione non caret, ad ejus prohibitionem sacrum ecclesiæ judicium sententiam fert, ne progressio fiat ulterius hæve nuptiæ locum inveniant. sic enim & nunc, & in posterum, a vigentibus scandalis immunes sese reddent, quicumque contentionem & rixam non potius ament, quam Christi pacem. Quippe remota occasione, de qua nata fuere scandala, causa nulla est, quæ prohibeat, quomodo pacis studiosi pacem ament, & colant. In quovis enim negotio sic comparata res est. Quum causa fallax procreationis absurdorum remota est, ad elegantiam pristinam redeant, quæ inde vitium contraxere. Si quum a morbo corpus est occupatum, ubi morbi causa recessit, integra valetudo redit. Et mari ventorum violentia turbato, postquam tempestas cessavit, tranquilla sereniras revertitur. Quamobrem nos publice congregati pontifices, atque sacerdotes, quibus non sibimetipsis (nam mitto dicere aliis) placere latuit, sed visum potius est ecclesiæ pacem seditionibus anteferre, quando de matrimonialibus occasionibus scandala nata fuerunt, ea ipsa expurganda putavimus, atque cavendum ne deinceps ipsis in hominum vitam impetentibus, tum ecclesia perturbetur, tum eorum vita, quibus sic vivere libitum est, damnabilis evadat. Ac proinde sententia judicioque communi decernimus, ne ab hoc anno præsenti, qui est annus mundi CIƆCIƆCCCCXXVIII. indictionis octavæ, quartas nuptias ullus contrahat; sed ut prorsus eæ rejiciantur. Quod si quis ad hujusmodi conjugium progredi decreverit, ab omni cœtu ecclesiastico exclusus esto, & ab ipso in sanctam ædem ingressu tantisper alienus, donec in hoc conjugio permanserit. Hoc enim sanctis quoque patribus, qui ante nos vixere, visum fuit. Ac nos sane sententiam reddentes assertionem, eum velut alienum a republica Christianorum abdicamus. Et in hunc quidem modum de quarto matrimonio. Cæterum ut & illa quæ ad alia matrimonia pertinent honestius constituantur, & conciliationem, vita Christianorum non indignam habeant: de tertio quoque matrimonio definimus, ne simpliciter, atque temere perficiatur. Nam permissum id quidem est a patribus, velut inquinamentum quoddam, quum necdum id temporis, uti nunc, res citra pudorem perageretur, ac late diffusa foret; sed ita contingeret, ac si quis illapsas in domum sordes, in angulo forte sitas, negligat. Nunc vero quum spatium sibi quoddam audaciæ sumserit, & magnam ad frequentiam progrediendo, nihil turpitudinis habere, nihil sordium existimetur: recte visum est repurgandum, sicuti nec fœdum aliquid, non jam amplius in angulum rejectum, sed per ædes ipsas diffusum, ullo modo relinquimus, sed expurgamus, & nauseam ex eo provenientem removemus. Itaque tam imbecilli-

A ἐγένοντο σκανδάλων ἀφορμαὶ ὁποῖαι δὴ ϗ γεγόνασι. καὶ πρὸς τὴν ἑκάστοτε κίνησιν τοῦ κακοῦ, τοῖς σοφοῖς τῶν ἐκκλησιῶν οἰκονόμοις ἡ πρόσφορος ἐξεύρηται θεραπεία. νῦν δὲ ὅτι συμβέβηκε τεταράχθαι τὴν ἐκκλησίαν ἐξ ἀφορμῆς γαμικῆς, ἐν τῷ μὴ τυγχάνειν τὸν γάμον ἐλεύθερον μέμψεως, πρὸς τὴν ἐκείνου κώλυσιν ἡ τῆς ἐκκλησίας ἱερὰ κρίσις φέρει τὴν γνώμην, καὶ τοῦ μὴ προέρχεσθαι, τοῦτον ἔτι χώραν εὑρίσκειν. οὕτω γὰρ καὶ νῦν καὶ μετέπειτα τῶν κατεχόντων σκανδάλων ἀπηλλάχθαι περιγενήσεται τοῖς, ὅσοι μὴ τὸ φιλόνεικον καὶ τὴν ἔριν ἀντὶ τῆς εἰρήνης ἠγάπησαν τοῦ χριστοῦ. τῆς γὰρ προφάσεως ἐκποδὼν γεγενημένης, ἀφ᾽ ἧς ἐξέφυ τὰ σκάνδαλα, τοῦ εἰρηνεύειν τοῖς ἀγαπῶσιν εἰρήνην οὐδεμία ἐστὶν ἡ κωλύουσα πρόφασις. B καὶ γὰρ ἐν παντὶ πράγματι οὕτως ἔχει. τῆς σφαλερᾶς αἰτίας τῆς τῶν ἀτόπων γενέσεως ἐκποδὼν χωρισαμένης πρὸς τὴν ἐξαρχῆς εὐταξίαν ἀποκαθίσαται τὰ τέως ἐκεῖθεν λαβόντα τὸ πονηρῶς διακεῖσθαι, οὕτω καὶ σώματι νόσου προσγενομένης, τοῦ αἰτίου ταύτης ἀναχωρήσαντος, τὸ ὑγιαίνειν ἐπανέρχεται. καὶ θαλάσσῃ ἐξ ἀνέμων βιαιότητος ταραττομένῃ, τῆς καταιγίδος πεπαυμένης, ἡ γαληνιῶσα κατάστασις ἐπανήκει. διὰ τοῦτο κοινῇ συναθροισθέντες ἀρχιερεῖς τε καὶ ἱερεῖς, ὅσοι μὴ ἑαυτοῖς (ἐῶ γὰρ εἰπεῖν ἄλλοις) ἀρέσκειν ἠγάπησαν, ἀλλὰ, τῆς ἐκκλησίας τὴν εἰρήνην τοῦ στασιάζειν προετίμησαν, συνείδομεν, ἐπείπερ ἐκ τῶν γαμικῶν ἀφορμῶν τὰ σκάνδαλα τὴν γένεσιν ἔλαβε, ταῦτα C διανακαθάρασθαι, καὶ διασφαλίσασθαι, τοῦ μηδαμῶς ἔτι διὰ τῆς αὐτῶν εἰς τὸν βίον προόδου, μήτε τὴν ἐκκλησίαν ταράττειν, μήτε τὴν ζωὴν τῶν οὕτω ζῆν ἑλομένων, κατάκριτον καὶ κατεγνωσμένην ποιεῖν. καὶ λοιπὸν ἀποφαινόμεθα κοινῇ γνώμῃ καὶ κρίσει, ἄπο γε τοῦ παρόντος ἔτους, ὅ ἐστιν ἑξακισχιλιοστὸν τετρακοσιοστὸν εἰκοστὸν ὄγδοον, ἐπινεμήσεως ὀγδόης, τέταρτον γάμον μηδενὶ τολμᾶσθαι, ἀλλ᾽ εἶναι ἀπόβλητον παντελῶς. καὶ τὸν, εἴτις ἐπὶ τοιοῦτο ἐλθεῖν συνοικέσιον * προθυμηθῇ, πάσης ἀπεστερημένον εἶναι καὶ συνάξεως ἐκκλησιαστικῆς, καὶ αὐτῆς τῆς πρὸς τὸν ἅγιον ναὸν εἰσόδου ἀλλότριον, μέχρις ἂν * ἐπιμένῃ τῷ συνοικεσίῳ. τοῦτο γὰρ καὶ τοῖς πρὸ ἡμῶν ἁγίοις ἔδοξε πατράσι. καὶ ἡμεῖς δὲ τὴν γνώμην * ἐκδηλοτέραν ποιοῦντες, ὡς ἀλλότριον αὐτὸν τῆς χριστιανικῆς πολιτείας * ἀποκρύπτομεν. D ἀλλ᾽ οὕτω μὲν * ἐπὶ τοῦ τετάρτου γάμου. ἵνα δὲ καὶ τὰ τῶν ἄλλων γάμων εὐσχημονέστερον τυπωθῇ, καὶ τοῦ τῶν χριστιανῶν βίου μὴ ἀνάξιον ἔχῃ τὴν * προσαγωγὴν, καὶ περὶ τοῦ τρίτου ὁρίζομεν γάμου, ὥστε μὴ ἁπλῶς, μηδὲ ὡς ἔτυχεν, ἐπιτελεῖσθαι αὐτόν. καὶ γὰρ συγκεχώρηται μὲν ὡς ῥύπασμα τοῖς πατράσιν, οὔπω τότε, καθὼς νῦν, γινομένου τοῦ πράγματος ἀπηρυθριασμένως, οὐδ᾽ εἰς πλάτος ἐξηπλωμένου. ἀλλ᾽ ὥσπερ εἴτις ἐν οἴκῳ παραπεπτωκὸς ἐν γωνίᾳ παρίδῃ πολλάκις κείμενον ῥύπασμα. νῦν δὲ * ὅτε χώραν ἔλαβε παρρησίας, καὶ ὡς οὐδὲν ἔχων εἰς ἀσχημοσύνην, οὐδὲ ῥυπαίνων λογίζεται, ἐκ τοῦ προβῆναι εἰς πληθυσμόν. καλῶς ἔδοξεν ἀνακαθαίρειν αὐτὸν, ὥσπερ ϗ αἶσχος οὐκ ἐν γωνίᾳ πεῤῥιμμένον, ἀλλ᾽ ἐξηπλωμένον ἐπὶ τῆς οἰκίας, οὐδαμῶς ἐῶμεν, ἀλλὰ καθαίρομεν, ϗ τὸ ἐκ τούτου ἀηδὲς ἀποβάλλομεν. καὶ τῇ ἀνθρωπίνῃ τοίνυν ... συ-

* προθυμηθῇ. * ἐπιμένῃ. * ἀδηλοτέραν. * ἀποκηρύττομεν. * περί. * προσαγωγήν.

ANNO CHRISTI 920.

tati

ANNO CHRISTI 920.

συνυπείκοντες ἀσθενείᾳ, καὶ (τῆς πρεπούσης εὐσχημοσύνης φροντίδα ποιούμενοι) τῇ χριστιανῶν ζωῇ, τοῦτο ἐπὶ τῶν * τρίτων γάμων παραφυλάττεσθαι διορίζομεν, ὥστε εἴτις πρὸς τεσσαρακοστὸν ἔτος ἀναβεβηκὼς, καὶ μήτε τὴν φύσιν αἰδούμενος, μήτε τῆς ὀφειλομένης χριστιανῆς εὐκόσμου ζωῆς φροντίδα ποιούμενος, ἀλλὰ μόνης τῆς ἐμπαθοῦς ἐπιθυμίας γινόμενος, πρὸς τρίτον ἑαυτὸν ἐπιῤῥίπτοι γάμον, τοῦτον μετὰ πάσης ἀκριβείας καὶ παρατηρήσεως μέχρι πενταετίας ἀμέτοχον εἶναι τῆς τοῦ ἁγιασμοῦ μεταλήψεως, καὶ μηδαμῶς ἐπ᾽ αὐτῷ συντέμνεσθαι τὸν χρόνον. ὃς γὰρ μετὰ τὸ τεσσαρακοστὸν ἔτος τὸ ῥύπασμα ἐν τῇ τοῦ χριστοῦ ἐκκλησίᾳ εἶναι ϗ λέγεσθαι ἠγάπησε, τίνα παρέξει πληροφορίαν τῆς περὶ τὸν βίον αὐτοῦ σπουδῆς, δι᾽ ἣν ὁ χρόνος τῆς μεταλήψεως, B τῶν ἁγιασμάτων αὐτῷ συμμετρηθήσεται; ἀλλὰ γὰρ καὶ μετὰ τὸ ἀξιωθῆναι τοῖς ἀχράντου μεταλήψεως, οὐκ ἔσται συγκεχωρημένον αὐτῷ ἐν ἄλλῳ καιρῷ τῇ μεταλήψει προσιέναι, ἢ ἐν μόνῃ τῇ σωτηρίῳ τοῦ χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν ἀναστάσει, διὰ τὴν ἐκ τῆς προηγουμένης ἐγκρατείας τῶν νηστειῶν * ὅσον δυνατὸν, ἀνακάθαρσιν. ταῦτα δὲ φαμὲν, ὅταν μὴ τέκνα παρῇ ἐκ τῶν προτέρων γάμων τοῖς ἤδη μετὰ τὸ τεσσαρακοστὸν ἔτος τρίτην ἄγεσθαι προῃρημένοις γυναῖκα. ἐπεὶ ἐὰν τέκνα παρῇ, ἀσυγχώρητος αὐτοῖς ἡ τριγαμία. λίαν γάρ ἐστιν ἄδικον, τὸν μὲν χαρίζεσθαι τῇ ἐξώρῳ ἐπιθυμίᾳ, τοῖς δὲ παισὶ τῶν προτέρων γάμων μὴ προνοεῖσθαι τὸ ἀσφαλὲς ϗ τὸ ἄλυπον, καὶ ἀτάραχον, καὶ ὅσα οἶδε τὸ ἀνθρώπινον καταλαμβάνειν ἐκ τῆς * C πολυπόνου τεκνώσεως. καὶ εἴ τις δὲ τριακοντούτης ὢν, καὶ τέκνα ἔχων ἐκ τῶν προλαβόντων γάμων, τρίτῃ συνάπτοιτο γυναικὶ, καὶ οὗτος δὲ * ἀσυγχώρητος μέχρι τετάρτου ἔτους τῆς κοινωνίας τῶν ἁγιασμάτων ἀμέτοχος * ἔσται διότι δῆλος ἐστὶν, ἐξ οὐδενὸς ἑτέρου, ἀλλ᾽ ἢ ὑπὸ ἀκρασίας κινούμενος, καὶ τοῦ δοῦλος εἶναι σαρκικῆς ἐπιθυμίας, ἐπὶ τὸν τοιοῦτον γάμον ἐλθεῖν. καὶ μετὰ τὸ τυχεῖν δὲ τῆς μεταλήψεως τῶν μυστηρίων, τρὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ μόνον ἀξιωθήσεται τῆς ἀπολαύσεως. ἅπαξ μὲν, ἐν τῇ σωτηρίῳ τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν ἀναστάσει. δεύτερον δὲ, ἐν τῇ κοιμήσει τῆς ἀχράντου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου ... τῇ γενεθλίῳ ἡμέρᾳ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. διὰ τὸ (ϗ) ἐν ταύταις προηγεῖσθαι νηστειῶν, ϗ τὸ ἐκ ταύτης D ὄφελος. εἰ δὲ παῖδες μὴ * περίεισιν, ἐπειδὴ τὸ τεκνογονίας ἐπιθυμεῖν οὐκ ἀσυγγνωστον, τοιγαροῦν καὶ ταῦτα συγγνώμης ἀξιωθήσεται ὁ τοιοῦτος γάμος, καὶ μόνῳ τῷ ἐξ ἀρχῆς καὶ μέχρι τοῦ νῦν κρατήσαντι ἐπιτιμίῳ θεραπευθήσεται. ταῦτα μὲν καὶ περὶ τοῦ τρίτου γάμου. οὐ μὴν οὐδὲ τὸν δεύτερον, οὐδὲ τὸν πρῶτον ἐκτὸς ἀσφαλείας ἐῶμεν, ἀλλὰ κἀκείνους ὁρίζομεν οὕτω συνίστασθαι, ὥστε μηδεμίαν ἔχειν πονηρὰν αἰτίαν, ἢ ἐξ ἁρπαγῆς, ἢ ἐκ προηγησαμένης λαθραίου φθορᾶς, ἀλλὰ νομίμους, καὶ καθαρεύοντας τῶν τοιούτων μολυσμάτων, καὶ πορνικῆς ἀκαθαρσίας. εἴ τις οὖν τῶν εἰρημένων καταφρονήσας τύπων, πρὸς γαμικὴν ὁμιλίαν πρώτην ἢ τὴν δευτέραν συνέλθοι, τοῦτον ἡ τοῦ χριστοῦ ἐκκλησία, ἡ καθαρὰ καὶ μηδένα σπίλον ἔχουσα ἢ E ῥυτίδα, τοῖς σωτηρίοις ὑποβάλλουσα ἐτασμοῖς, οὐ ...

* τριγάμων. * ὡς. πολυπόνου. * ἀσυγχωρήτως ἔσω. * παρείησαν. ἤγουν ἐτῶν β. ἢ γάμοις ὠνησίῳ.

ANNO CHRISTI 920.

A tati humanæ nos accommodantes, quam honestatis vitam christianorum decentis rationem habentes, hoc in tertiis nuptiis servandum statuimus, ut si quis ad annum quadragesimum provectus, & neque naturæ motus reverentia, neque vitæ decentis & honestæ, quæ a christianis requiritur, habita ratione; sed vitiosa tantum libidine victus, ad tertium se matrimonium projecerit, omni accuratione, ac diligenti observatione adhibita, perceptionis sacramenti ad quinquennium exsors sit, neque de hoc tempore quidquam ullo modo decidatur. Nam qui post annum ætatis quadragesimum in ecclesia Christi & esse, & appellari amat inquinamentum, quidnam in corrigenda vita studii B certum præbebit argumentum, propter quod sacramentorum perceptionis tempus ei minuendum sit? Quin ne postea quidem, quam ad illibatam hanc perceptionem admissus fuerit, ei licitum erit, ut ad perceptionem hanc alio tempore accedat, quam in sola salutari Christi Deique nostri resurrectione, propter factam (quanta sane fieri potuit) ex præcedenti jejuniorum abstinentia repurgationem. Hæc autem dicimus, quum nulli de prioribus matrimoniis existant iis liberi, qui jam post annum ætatis quadragesimum uxorem ducere noluerint. Quippe si liberi sunt, tertium ejus conjugium permittendum non erit. Est enim sane quam iniquum in- C tempestivæ libidini patrem indulgere, nec liberis e prioribus matrimoniis susceptis prospici, atque caveri, ut mæroris expertes sint, & perturbationis, & aliorum quæ generi mortalium ex fecunda multorum liberûm procreatione solent accidere. Quin etiam si quis annos triginta natus, & liberos ex prioribus conjugiis susceptos habens, uxori tertiæ copuletur, & ipse citra ullam impetrationem veniæ perceptionis sacramentorum ad annum quartum exsors esto: quum satis pateat, cum alia nulla re, quam intempestantia motum, & quod carnalis libidinis mancipium sit, ad ejusmodi se matrimonium conferre. Itidem postea quam mysteriorum D perceptionem impetraverit, ter dumtaxat iis fruendi quotannis facultatem habebit: semel in salutari Christi Deique nostri resurrectione; secundo in obdormitione immaculatæ dominæ nostræ Deiparæ, tertium natalicio die Christi Deique nostri: propterea quod in his jejunium præcedat, & emolumentum ex eo proveniens. Quod si liberi nulli superstites sunt, quandoquidem sobolis procreationem adpetere non ejusmodi quiddam est, quod veniam non mereatur, condonandum erit hoc matrimonium, & ea tantum pœna, quæ dudum & huc usque fuit in usu, mulcandum; atque hæc de tertiis etiam nuptiis. Enimvero nec secundas, E nec primas citra cautionem admittimus; sed eas quoque sic contrahendas statuimus, nullam ut improbam caussam habeant, vel ex raptu, vel ex præcedente clandestino stupro: sed ut legitimæ sint, & inquinationibus hujusmodi, ac impuritate scortationum careant. Si quis igitur indicatis hisce constitutionibus spretis, ad conjugalem consuetudinem primam, vel alteram, coiverit, cum Christi ecclesia, quæ pura est, nec labem ullam vel rugam habet, salutaribus censuris subjiciens, non prius ad sacrorum perceptionem mysteriorum admittet, quam definitum ob scortationem tempus accurate compleverit; (nisi forte necessarius e vita discessus urgeat) hoc est donec annus septi-

mus

ANNO CHRISTI 927.

mus completus fuerit. Sacerdos autem, qui negligesta lege jam sancita quemquam horum ad sacram aliquam perceptionem audebit admittere, de gradu suo periclitabitur: & is qui contra sanctionem promulgatam ad communionem sacram admissus fuerit, rursus inter exfortes communionis referetur, donec annus septimus impleatur.

ANNO CHRISTI 927.

Ἀλλ' ὁ μὲν μέλλων τῶν θείων παμφιλότιμος ἐγκύπτων, ἢ τὸν ὡρισμένον ὑπὸ τῶ πατέρα χρόνον (μᾶλλον δὲ) ἀκριβῶς ἀπὸ τ ἐκκλησίας, (τὸ μᾶλλον ἢ τοῦ βίου ἀναγκαῖα καλεσάτω ἀναχώρησις) τοῦτ' ἐστι, μέχρις ἂν τὸ βιβλίον ἐκπληρωθῇ ἔτος. ὁ δὲ ἱερεὺς ἱερεῖ παρὰ τὸν * διατεταγμένον ὅρον μεταπαλαίσας τὸν ἴδιον κλῆρ ἕτερον ἀβούλητον, ἐπεὶ τὸν ἰσχὺν ἴδιον κινδυνεύσει βαλεῖν. ἐκβαλέτω τοῦ ἀξιώματος παρὰ τὸν ὡρισμένον τύπον τῆς θείας κανονίας, πάλιν οὐ τὸ ἀκυρώσιον περιεμένου, μέχρι τῆς συμπληρώσεως τοῦ ἑβδόμου ἔτους.

* Interpellatio laycalis

Petri Lambecii Commentar. de Biblioth. Cæsar. lib. VIII. pag. 446. & 447.

QUinquagesimo secundo, & quidem a fol. 198. pag. 2. usque ad fol. 201. pag. 1. Expositio, sive commemoratio concilii, Constantinopoli in causa unitionis ecclesiæ cis quartas, aliasque illicitas nuptias celebrati, sub imp. Constantino Porphyrogenito, ejusque socero Romano Lecapeno, dignitate & titulo Βασιλεοπατορος sive patris imperatoris prædito, anno mundi secundum supputationem ecclesiæ CPtanæ 6428. Erat autem christianæ vulgaris 920. Indictione octava. Inscribitur ex ibi, atque incipit hoc modo: (ι) Ἐκθεσις &c. Exeat quidem hæc constitutio græce & latine in Joannis Leunclavii, & Marquardi Freheri tomo primo Juris Græco Romani a pag. 103. usque ad pag. 109. sed desit ibi ejusdem epilogus, qui in præstantissimo hoc codice manuscripto Cæsareo est talis Tenor &c.

QUibus ita definitis ad securitatem sanctæ ecclesiæ, & ut pietatis perfectionem arceatur nequitia nuptialium fordium; precamur benitatem tuam, Christe Deus noster, ut deinceps omne prorsus scandalum, omnemque difficultatis causam ab ecclesia tua tollas, & conserves illi pacificam, constitutionem, intercedente gloriosissima Domina nostra, & sublimi matre tua, ac sacratissimis discipulis tuis, & apostolis, per quos in omni terra pacem tuam implantasti, cum omnibus sanctis illis, in quibus a sæculis visus es tibi complacuisse Amen.

Τούτων ὕτως διωρισμένων περὶ ἀσελείας τῆς ἁγίας ἐκκλησίας καὶ τῆ ἀμέτροχον σπαν τὸ ἐυσεβεστάτου καὶ θεοφιλεστάτου ἡμῶν, διὰμεσα τῆς σῆς ἁγιωσύνης χρεὼ ὑποτάσσει, καὶ ἐπὶ ὅλα πανδὸς, πᾶν σκανδάλον, πᾶσαν διαμερισμὸν ἀνήκει τῆς σῆς ἐλεήμονος ἐκκλησίας, καὶ συνέρδο αὐτῆ τῶν ἁγιωτάτων κατέχοντα τρεσβείας τῆς ὑπερενδόξου δεσποινης ἡμῶν καὶ ἀχράντου Μητρὸς σου, ἢ παίδευμ μεσιτῶν σε καὶ Ἀποστόλων δὶ ὧν ἐν πάση τῇ οἰκουμένῃ τῶν πλῶν κατέστησας εὐαγγέλιον καὶ ἐν τοῖς ἁγίοις ἐυαρεστήσθη σοι ἀφ' ἧς ἀρχὴς ἐμπ.

TREVIRENSE CONCILIUM.

Pro collectione canonum ab archiepiscopo Trevirensi adornata confirmanda & recipienda,

Præsidente Rutgero archiepiscopo circa annum 927. celebratum.

ANNO 927. circ.

SYnodi hujus mentio extat in veteri libro de rebus ab archiepiscopis Trevirensibus gestis vulgato inter vetera monum. Martenii tom. IV. col. 150. his verbis (Rutgerus archiepiscopus Trevirensis) *bonæ consuetudinis exemplum, habita Treveris cum suffraganeis episcopis, ac reliqua cleri generali concilio librum canonicorum decretorum suæ industriæ componere* (compositum) *in medium protulit, atque confirmavit.* Eadem pene verba recurrunt in veteri alio libro de gestis Trevirorum in accessionibus historicis Lebnitii tom. I. pag. 61. De hoc ipso concilio agit Brouverus in annalibus Trevirensibus ad annum 928. quæ ratio fuadit, ut ad hunc ipsum annum consignandum illud censuerim.

AD CONCILIUM DUISBERGENSE

Anni 927.

ADDITIO.

IN vita S. Joannis Gorziacensis abbatis in Labbei Biblioth. tom. I. pag. 751. in fine hæc habes de Synodo ista, quæ dum sine auctoris corvi, præterquam minime dubitandum est, *Bonna quidam Sextus in eremitica apud Tyrgum vastam solitudinem aliquando vitæ functus, sola utique, pro optimo tunc primogenitorum Ottonis Superiore, posthumum gloriosissimi genitoris successorem, & successionis suæ profundæ judicorum Domini ab ipso incertum, a pristinæ sanctitatis & ordinis quæstibus laudes dignitate deferentes, ad ultimum lacrimabili rerum serie a nefandissimis servulis in abditis excecatis; dudum se posita in concilio episcoporum idem publico officio abdicasset, ipse Adalbero præter spem omnium, consensum omnium, publicisque ecclesiæ legitimisque suffragiis in sacra Metensis cathedra, pontificium Domino promovente sullebitur.*

LEO

ANNO CHRISTI 928. 932.

LEO PAPA VI.

Sedit ab anno 928. usque ad 929.

STEPHANUS PAPA VII.

Sedit ab anno 929. usque ad annum 931.

JOANNES PAPA XI.

Sedit ab anno 931. usque ad annum 936.

ANNO CHRISTI 928. 932.

AD CONCILIABULUM CONSTANTINOPOLITANUM

Pro deponendo e sede CPtana Tryphone, & Theophylacto substituendo

ADNOTATIO CHRONOLOGICA.

COncilibulum istud Labbeus, Baronium sequutus, in annum 944. conjecit, quem errorem agnoscens Pagius, cæterique post illum, ad annum 931. retrahendum demonstravit. Ita vero rem concipit. Tryphon CPtanus patriarcha factione aulicorum depositus, cessit ante annum & menses quinque quam successor ejus Theophylactus initiatus fuisset, teste Simeone Logothetæ, cæterisque Byzantinarum rerum scriptoribus. Theophylactus vicissim die II. Februarii, indictione VI. anno 933. teste anonymo Theophanis continuatore, ascendit in cathedram. Igitur ex anno 933. die II. Februarii annum, & menses quinque si demperis, ad annum 931. septembris mensem devenies, quo ad Tryphonem deponendum concilium convenit.

AD CONCILIUM ERPHORDIENSE

Anno 932. habitum.

ADDITIO.

Anno 932. ERphordiensis concilii canones ex Burchardi codice excerpti Binius jam dedit, sed cum unum aliquem præterierit, & alter aliquantisper plenior sit in mss. Bibl. Burchardi codice; utrumque, ne aliquid desideretur, hic supplendum censui.

Burchardi lib. 13. cap. 22.

II.

PLacita sæcularia Dominicis diebus, vel aliis præcipuis festis, seu etiam in iis diebus, in quibus legitima jejunia celebrantur, secundum canonicam constitutionem minime fieri decrevimus. Insuper etiam *S. Synodus decrevit*, ut nulla judiciaria potestas licentiam habeat fuæ authoritate christianos ad placitum bannire in supradictis diebus, ideest septem dies ante natalem Domini usque in octavas Epiphaniæ, & a quinquagesima usque in octavas Paschæ, & septem dies ante nativitatem S. Joannis Baptistæ, quatenus adeundi ecclesiam orationibusque vacandi, liberius habeatur facultas.

Burchardi lib. 11. cap. 77.

IX.

Decrevit S. Synodus cum consilio serenissimi principis, si deinceps aliquis episcopus, sui ministerio oblitus, sciens cum excommunicato communicaverit, sive in salutatione, sive in oratione, sive in cibo, sive in potu, excommunicatus habeatur tam a principe, quam a cæteris omnibus, quousque in proximo synodo audiatur, & Domino, & ecclesiæ fuæ satisfacere cogatur.

RA-

ANNO CHRISTI 932.

RATISPONENSE CONCILIUM

Pro decernendis suffragiis animabus episcoporum qui decessissent,

Voalpergo Saltzburgensi archiepiscopo præsidente, anno 932. celebratum.

COLLECTORIS ADMONITIO.

Concilium istud olim ego quidem cum Dingolvingensi, hoc ipso anno celebrato, confundendum censueram; quod utrumque eundem fere episcoporum numerum, utrinque Chorepiscopum adfuisse, ac denique in annum ambo convenire animadvertebam. Dissidium vero in loco habitæ utriusque Synodi sita concilebam, ut quæ in loco obscuro diœcesis Ratisponensis Dingolvingæ contexerat, urbi principi Ratisponæ attribuita fuerit. Verum re melius explorata atque perpensa, agnovi tandem duo hæc esse inter se plane diversa concilia, tum quod Ratisponenses ex ordine alia respexerint, nam in gestis infra recitandis legentur patres in ecclesia S. Petri convenisse. Est autem urbis Ratisponensis S. Petri templum longe nobilissimum. Insuper Dingolvingense concilio choreps copi adfuerunt duo, Dieperinz & Suvaterlobo; Ratisponensi vero unus Suvaterlobo, sive, ut ibi legitur, Suvarlot. Denique Nithardi Sabionensis nomen in actis concilii Dingolvingensis legitur, in Ratisponensi vero non legitur. Manent ergo ambo hæc concilia simbus, & seribus inter se disjuncta. Porro Dingolvingensis concilii acta, seu actorum synopsis in tom. XI. col. 1488. editionis Venetæ-Labbeanæ legas; Ratisponensis vero ex ortosiis Monumentis Marcenii tom. VII. pag. 53. hic exhibentur.

CONCILIUM RATISPONENSE

Anno 932. celebratum.

Ex MS. Stabulensi.

IN nomine æterni Dei, anno ab Incarnatione Domini DCCCCXXXII. indictione V. XIX. Kalendas februarii regnante Arnolfo venerabili duce anno X. congregata est Synodus generalis apud Radesponam, metropolim Norici regni civitatem, in qua primitus congregati sunt venerabiles Domini præsules Oduiperius Juvavensis ecclesiæ archiepiscopus, Vodalfredus Rubilocensis ecclesiæ episcopus, Wolfcammus Frisigiensis episcopus, Hizingrimus Radasponensis sedis antistes, Gehardus Pataviensis ecclesiæ episcopus, Suarzlot corepiscopus, Egiloll abbas cum reliqua non modica sacerdotum coadunatione. Igitur ab omni populo cruelibus decenter portatis, & sacris letaniis more solito celebratis, convenerunt omnes episcopi, cum copiosa sacri ordinis frequentia in ecclesia S. Petri apostolorum principis, quæ mater ecclesiarum regiæ civitatis juxta portam aquarum antiquitus excreverat; ibique juxta aram S. Petri antistites, cetera sancta Synodus in media consederunt ecclesia. Tum demum hi quibus maxima cura est injuncta pastoralis, semetipsos fraterno caritatis amore admonere curabant, ut si aliquid in semetipsis dignum esset emendationis, haud segniter emollare studerent. Deinde vera paterna sollicitudine omnem sanctam congregationem hortabantur, monebant, arguebant, & instruebant de omnibus rebus & justitiis ad veram religionem orthodoxam, & catholicæ fidei pertinentibus, ut moribus bonis malas devincerent consuetudines, & inreprehensibiles se exhiberent ad docendum populum Christi sanguine redemptum. Inter cetera vero cum totius synodi consilio hoc decreverunt, ut quisquis illorum, idest episcoporum, de hac luce migraret, superstites episcopi missas XII. pro anima ipsius celebrare non tardarent. Similiter & presbyteri, ceteri vero clerici & sanctimoniales psalteria IV. Episcopi verò telbuant de facultatibus suis pro anima defuncti episcopi de certas carradas III. de panibus modios VI. Frisk VI. Bachonum.

ANNO CHRISTI 933. 937.

CONCILIUM PAPIENSE

In quo Ratherius Veronensis episcopatu dejectus causam suam peroravit,

Anno circiter 933. celebratum.

RAtherius Veronensis episcopus, qui Hugonis regi nonnulæ causa invisus, eodem agente Hugone, simulum suum Arnoldum vicerat, Ticinum exulare coactus est anno 933. Hujus forte exilii tempore, quod triennio duravit, habita est Synodus illa Papiensis, cujus unico verbo meminit idem Ratherius in libro suo Apologetico vulgato a Dacherio Spicileg. tom. I. pag. 368. edit. in fol. Innuit vero his illis verbis Ratherius causam suam se in ea Synodo perorasse: *episcopus fuit (ut in Synodo est Papiensi quondam clamatum) Veronensium ego ipse fi fium, cum episcopus superintendunt interpretari dicetur; quibus superintendo, qui suppositum omnibus me videor?* Nec plura de hoc concilio, quod utique celebratum fuisse oportet diu antequam Apologeticum suum scripsisset. Illud vero digestisse credo postquam in Veronensem fedem rediit, quod anno 937. contigisse Pagius opinatur. Forte tamen hæc synodus post Engelebertum fuit. Papiensis cujusdam synodi, in qua Hugo Remensis episcopatus invasor, in concilio Engelheimensi excommunicatus sententiam illam iterum retulit; concilii, inquam, hujus meminerit Flodoardus in chronico ad annum 961.

ANNO CHRISTI 933. 937.

LEO PAPA VII.

Sedet ab anno 936. usque ad 939.

PICTAVENSE CONCILIUM

Pro decimis de Cusiaco, ab aliis usurpatis, monachis eunobii S. Cypriani restituendis,

Sub Alboino Pictavensi episcopo incerto anno celebratum.

ADMONITIO COLLECTORIS.

Anno 937. circ.

QUæ sequitur diœcesana Synodus Pictavensis, cui potissimum anno assignanda sit, cum nulla annorum nota adscribatur chartæ illi, ex qua unice pendet, adhuc latet in obscuro. Alboinus enim hanc compositi cathedram anno 937. ex chronico Maillezaicnsi Admonarunt Summarthani, quem & decessisse anno 962. ex eodem chronico annuadvertiunt. Intra illud temporis spatium celebratur synodus illa, quam referunt Summarthani in Pictavensibus to. II. pag. 877. ex quibus hæc transcribimus.

Notitia qualiter residens domnus Alboinus, divinæ pietatis gratia pontifex, in generali synodo mense Maji, secundum antiquorum patrum constitutionem diffcrentes rei veritatem, & secundum judicium Optimatum, Sacerdotum, Canonicorum, Abbatum, Vicariorum procurabatur, ut unusquisque reciperet quod suum proprium, in auditorio S. Petri Apostoli majoris ecclesiæ Pictavis: fuerexit Aymo abbas cum congregatione monachorum, qui fecum ibi adderant, de monasterio S. Cypriani martyris, quod est dedicatum in honore B. Mariæ Virginis matris Domini, proclamantes, dicebant, quod Dodo presbyter, & Israel presbyter de vico Betinas, qui est in potestate S. Petri, voluerunt invadere decimas injusto per illorum malignam cupiditatem de isla villa, quæ dicitur Cusiacus: quæ decimæ pertinent ad ipsam Capellam S. Maxentii, quam dominicus Proterius episcopus pro redemptione animæ suæ, cujus quondam alodus fuit, & præsidio monasterii S. Cypriani cum omnibus fuis rebus fibi pertinentibus delegavit, & B. Mariæ Virgini tradidit, ut monachi, qui in monasterio prædicto cernatim militant Christo, perpetualiter inde vivcrent. Pontifex vero Alboinus præfatus, ut pastor egregius, rogavit omnibus in concilio sancto circumquaque residentibus, ut rei veritatem de hac altercatione diffinirent. Qui Dodo presbyter, & Israel prædicti dicebant, quod decimæ de Cusiaco villa pertinebant ad vicum Betinas. Aymo autem abbas prænominatus demonstravit largas literas, atque valde utiles, palam omnibus in generali synodo, quibus cum honore Ingenaldus pontifex ipsam Capellam S. Maxentii dotavit, & ibi invenit cum scripto decimæ de Cusiaco, pertinentes ad ipsam capellam, postea vero presbyteri vendiderunt, quod injuste ita fane fecerant, & illorum extitit fidejussor Launo abbas. His videntibus facta omnia, Alboinus Pictavensis pastor egregius, Gaitaeius decanus, Malrannus subdecanus, Richardus archidiaconus, Petrus archidiac. Odo cantor, Boso facerdos, &c. reguante Ludovico rege.

ANNO CHRISTI 939. 940.

STEPHANUS PAPA VIII.

Sedit ab anno 939. usque ad 942.

MARTINUS PAPA III.

Sedit ab anno 942. usque ad 946.

AGAPITUS PAPA II.

Sedit ab anno 946. usque ad 956.

ANNO CHRISTI 939.

AD EPISTOLAS AGAPITI II. PAPÆ APPENDIX.

ADMONITIO COLLECTORIS.

AGapiti II. papæ epistolam unam ex multis profero, quam omittendam pœniteret, cum celeberrimæ litis inter Hamburgenses, & Colonienses archiepiscopos, de jure in ecclesiam Bremensem, progressionem exhibeat, cujus litis causa tam multa concilia per hæc tempora produxerit. Has vero literas accepi a Monkenio Rer. Germanic. scriptor. to. I. pag. 585. qui ex MS. Bremensi chronico illas repræsentat.

AGAPITI II. PAPÆ EPISTOLA

Ad Adalgarium Hamburgensem archiepiscopum.

Jurisdictionem Bremensis ecclesiæ cum Hamburgensi, & cætera Hamburgensis jura confirmat.

Agapitus episcopus servus servorum Dei, reverendissimo, & sanctissimo Adalgario S. Hammaburgensis ecclesiæ archiepiscopo, tuisque successoribus in perpetuum.

COgnovit apostolicæ moderationi pia religione pollentibus benevola compassione succurrere, & posteritum animos alacri devotione impertire; ex hoc enim lucri potissimum præmium apud conditorem omnium Deum proculdubio speratur, dum venerabilia loca opportune ad meliorem fuerint statum sine dubio producta. Igitur quia postulatus a nobis, quatenus archiepiscopatum Hammaburgensis ecclesiæ totum integrum nobis confirmaremus, sicut a prædecessore D. nostro Nicolao hujus apostolicæ sedis decretum est; inclinati precibus Hadumari Fuldensis abbatis apostolica auctoritate concedimus cum omnibus generaliter atque specialiter locis ad eumdem vestrum archiepiscopum pertinentibus, scilicet omnia, quæ vestri antecessores fuis laboribus acquisiverunt, vel etiam anor æternæ patrim ibi a christicolarum fidelibus largita sunt vel largiuntur, cum illis etiam quæ nunc fuo tempore divina protegentia ad Christi converti sunt fidem, videlicet episcopis Danorum, Norvegorum, Swevonum, nec non omnium septemtrionalium partium; pallium quoque, & ejus usum in præmonimatis a prædicto papa factis habendum tibi, & omnibus successoribus tuis perpetuo decernimus. Deinceps vero nullum archiepiscoporum, vel Colonienſem, vel alium quemlibet in vestra diœcesi ullam sibi vendicare decernimus præsumptionem, quinimo & ipsis & omnibus omnino fuademus cultoribus religionis, ut adjutorium, & solatia vobis in omnibus administrent; quatenus pro gratia hujus beneficii pleniam recipere mercedem a Domino mereantur, cum omnia, quæ proficua ecclesiæ probantur exhibere, & divinis non impugnantur præceptionibus efficienda, & prædicta omnipotentis Dei auctoritate, & beatorum apostolorum Petri & Pauli esse non dubitamus, & hoc nostro decreto decernimus, secundum prænominatæ bonæ memoriæ Nicolai papæ sanctionem, & reverendissimi tegis Ludovici votum, ipsas prædictas diœceses Hamburgensem scilicet, & Bremensem non deinceps duas, sed unam esse & vocari præsentium quoque adversantem vel contradicentem, atque piis nostris studiis quolibet modo insidiantem anathematis fermone percutimus, perpetuæque ultionis reum diabolica sorte constamus, ut culmen apostolorum, more prædecessorum nostrorum, causamque Dei pio affectu zelantes ab adversis hinc inde partibus muniamus. Apostolica itaque auctoritate, & Bernhardo episcopo Alverstadensi, Thidardo Hildesiensis ecclesiæ, & cæteris conterminalibus episcopis insuper jubemus, & eos monemus, ut te in omnibus adjuvent, quatenus Deo servire miniſterium explere, & animarum lucra Domino Jesu Christo facilius acquirere valeas. Auctoritate ergo apostolica, & censura sub divini judicii obtestatione, & anathematis interdicto statuimus, & nulla persona magna vel parva, cujuscumque ordinis, aut dignitatis sit, omnia quæ a nobis, vel prædecessoribus nostris ecclesiæ tuæ & tibi concessa sunt violet; quicumque autem mutaverit, vel in aliquo violare præsumpserit, nisi resipuerit auctoritate Dei, & B. Petri, & nostra, qui ejus fungimur vicaria-tione, perpetui anathematis vinculo fit innodatus. Qui vero cultos & observatores ejus ex-

ANNO CHRISTI 940. ANNO CHRISTI 946.

exiterit benedictionis gratiam, & cælestis retributionis a justo judice Domino Deo nostro consequi mereatur. Scriptum per manum Arronis notarii regionarii, atque scriniarii S. R. E. in mense januario, indictione VI. Data IV. nonas januarii per manum Andreæ Arcarii S. sedis apostolicæ in sacratissima sede B. Petri Apostoli indictione VI.

Gallia Christ. to. IV. nov. edit. pag. 258. appendix. *In chartar. Monast. Vabrensium. Circa annum 950.*

AGAPITI PAPÆ PRIVILEGIUM

Concessum Maimbodo Matisconensi episcopo.

AGapitus episcopus, servus servorum Dei, reverentissimo & sanctissimo Maimbodo Matisconensis ecclesiæ episcopo, perpetuisque successoribus in perpetuum. Cum omnium sanctarum Dei ecclesiarum status a beatorum Apostolorum principis Petri dotibus provehatur, & ab ejus fulcimine lapsa quæ sunt refolidantur: oportet meritis sanctiam Matisconensem ecclesiam minoratione nem sue diœcesis patientem, sacramque dignitatum copia carentem cito restitui, ut honorem suum non amittat. Cognoscentes igitur ipsam in omnibus quæ tam, conveniunt ad ejus celebrationis statum auxiliari-cem nostram porrigere dextram: quatenus B. Petri apostoli fonte potata, Christo juvante, sua reddatur tur honoribus, & ideo omnium sanctarum Dei ecclesiarum cultores comperiant atque fideles, eo quod Maimbodus, dilectus episcopus, spiritualis filius noster, suggestit apostolicæ almitati nostræ, quatenus concederemus suis canonicis & laicis in ecclesia S. Vincentii martyris commorantibus, aliunde ibidem non ordinare episcopum nisi qualem canonici una cum prædictis religiosis laicis inere fe elegerint, sicut sacri cenſent canones; etiam concedimus sibi ejusque successoribus, ut honor debitus omni tempore impendatur. Prænominatis etiam canonicis concedimus atque confirmamus omnes res, quæ per præcepta Regum vel successorum Caroli fidelium utriusque servis in eodem loco conlatæ sunt, ut inexfragabiliter fine ullcujus contra-Dictione in perpetuum habeant. Abbatiam vero S. Clementis martyris, quæ est in furbio prafatæ civitatis cum omni integritate & ecclesiis atque terris & ancillis, colonis & colonabus sibi pertinentibus, necnon & ecclesiam S. Desiderii in Vergiaco villa sitam cum terruſa S. Petri ex episcopatu inprænominata villa consecrata, simulque ecclesiam S. Romani in Carbenaco * villa sitam. Verum etiam nonas & decimas & ex fortis * præfati pagi, atque teritam temporis justa Arantin huvium ab anne, villaque Adolani latam, sicut pius Hludovicus rex dilectus filius noster annuente prætaxato Maimbodo præsule de decimis & terra, pariterque confentientibus Hugone matechione & Leothaldo moderatissimo comite, cujus animus in augmento præfatæ ecclesiæ etonino flagrabat, concessit. Itaque nos per hoc nostrum apostolicum privilegium concedimus detinendum perpetualiter cum decimis S. Albani martyris & Gisario: ita ut amodo & deinceps quicquid in eodem loco donata vel concessa sunt, vel Divina pie-

Carbonar. Supplem. Tom. I. *f. Cadenacum.* * *f. Iuenis.*

ras in posterum augere voluerit quacumque A persona, absque alicujus impulsionis molestia teneant & polliedant. Ea vero ratione, ut nullus Rex, dux, comes, aut exactor vel publicus minister super eos aliquam angariam aut districtionem seu gravamen atque imperationem imponere præsumat, nisi quantum fideles canonici prædicti loci alicui personæ ob suam bonitatem concedere voluerint. Statuentes atque pronulgantes coram Deo & terribili ejus examine, per hujus nostrum apostolici privilegii firmamentum sancimus, & beati Petri apostolorum principis auctoritate decernimus, & tam apostolicæ sedis obtentatum potestices, quam quæ ecclesiasticas miniltrarevere funciones, B vel etiam magnas parvasque personas, ne quispiam, quacumque fit dignitate præditus, de omnibus illis capitulis, quæ a nobis concessa sunt quoquomodo licentiam habeant a fupe fepius nominato loco, atque specialiter apostolicæ exortationis gratia conjuncta dejungere aut alienare. Si quis autem, quod non credimus, temerario ausu contra ea, quæ hac nostra auctoritate pic & firmiter per hoc nostrum privilegium ſtringuum dispoita sunt contraire tentaverit, vel hæc, quæ a nobis ad laudem Dei pro ſtabilitate jam dictæ ecclesiæ ordinate ſtatuta ſunt, refragare in aliquo aut transgredi præſumpſerit, ſciat ſe auctoritate B. Petri Apostolorum principis, cujus C immeriti vices agimus, anathematis vinculo innodatum; & cum diabolo & ejus atrocissimis pompis atque cum Juda traditore Domini noſtri Jeſu Chriſti æterni incendii ſupplicio concremandum. At vero qui pio tutuitu cultor & observator in omnibus exiterit cuſtodiens hujus noſtri apoſtolici conſtitutum ad cultum Dei reſpiciens, benedictionem æternam a miſericordioſiſſimo Domino Deo noſtro Jeſu Chriſto & vitæ æternæ participeps effici mereatur.

EJUSDEM AD LEONEM ET FRATRES NEDICTUM

In Ecclesiæ Tridentinæ & Vernonensem introitu.

Agapitus episcopus servus servorum Dei.

Leoni Presbytero, & Monacho, & Benedicto aque Presbytero irrationabiliter a nobis conſecratis Epiſcopis, & ipſum. ordinem.... deſtituibus.

MIſimus jam vobis literas quatenus ve- Ex Ughel. ritatis ad nos, & fatisfacteritis acu- Ital. Sac. fationibus, & querelis, quas adverſus nos tom. VIII. habet Joannes Epiſcopus ſanctæ Sedis Bene- pag. 52. ventanæ, qui interpellavit ſuper nos, atque oſtenſit privilegia facta a noſtris antecellori-bus Pontificibus S. R. E. & apoſtolicæ Sedis cum diſtricto anathemate, ut nullus aliquis præſumat minuere terminos præfatæ Beneventanæ Eccleſiæ, & quos Triventina, & Termolenſis Eccleſiæ antiquitus ſubditæ fuiſſent Beneventano Epiſcopo, pariterque & omnes aliæ Eccleſiæ, quæ conſtructæ, vel conſtruendæ ſunt infra terminos hujus & aliarum per civitates, & de-

ANNO CHRISTI 947.

castra, cunctaque loca Benevenanti Principatus ditioni subjecta, & quia tenuisse videtur, & rationem reddere, cognovimus vos non per ostium intrasse, sed furtive, ut fures & latrones alium de irruptisse, & indebite Episcopale ministerium usurpasse; cumque nova præsumptio furtezcat, ut videtur, ut plebes quæ subditæ sunt sub Diœcesi &. . . . Episcopatus ipsius Beneventanæ Provinciæ contra antiqua canonum per præmium & datum elegerunt vor sibi per simoniacam hæresim Episcopos, ideoque excommunicamus vos ex auctoritate B. Petri Apostolorum Principis, ut neque in eisdem Plebibus hoc est Triventina, & Termulana Ecclesia episcopalem Cathedram . . . . præsumatis, nec in nulla alia Ecclesia permissum habeatis aliquod episcopale officium peragere. Nos denique cognoscentes quod licet illud ab antiquis possessum est Pontificibus, & omnia, & parochias, & diœceses integre Beneventano Principatui retradimus, renovamus atque confirmamus eidem Joanni Beneventano Episcopo, ejusque successoribus in perpetuum, possidendam, a nostroque successorum nullo aliquid minuendum, propterea admonendo, mandando excommunicamus, auctoritate Beati Petri Apostolorum Principis

ANNO CHRISTI 947.

Clericos, & cunctam plebem Triventinam, & in Termolis consistentem ut si . . . . sine Gastaldeis ministerialibus seu Clericis, vel populus ipsarum civitatum præsumpserit quærere supradictos Leonem Monachum & Benedictum neque Presbyterum in ipsis civitatibus excipere ad Pontificalem ordinem exercendum sub anathematis vinculo maneant constricti. Si quis autem quod non optamus ausu præsumpserit hæc quæ a nobis ad laudem Dei pro stabilitate jam d. Beneventanæ Ecclesiæ statuta sunt refragare, aut in quoquam transgredi, aut minuere terminos, sciat se anathematis vinculo innodatum, & de cum Juda Domini traditore, & cum omnibus impiis æterno supplicio condemnatum. At vero qui pro initu observantiæ, & in omnibus exitierit custodiens hujus nostri Apostolici constituti ad cultum Dei respiciens, benedictionis gratiam a misericordiosissimo Domino nostro multiplicitèr consequatur : & vitæ æternæ participes effici mereatur.

Datum per manus Stephani primicerii sanctæ Romanæ & apostolicæ sedis, anno Domino propitio pontificatus domini Agapiti I. papæ in sacratissima fede beati Petri apostoli primo ind. V.

NARBONENSE CONCILIUM

In quo Ricuifi Helenensis Episcopi electio confirmatur.

Anno 947. habitum.

Au. 917. Ex capitular. rem. a. lib. 6. cal. 634.

Cum inter præcluses, ac prosperos antiflites fierent sanctæ concilia in Justi diœcesi, atque Patrorum, quæ sunt sita infra *metropolis Narbonæ* morin anno Dom. Incarn. DCCCCXLVII. quipote Aimiricum memoratæ Urbis Archiopiolonem, ac Rodaltum Biterrensem, Gifaudum Carcassensem, Dacbertum Agathensem, ponciorem Magalonensem una prorupterunt. Sic rebus de occlesiasticis cum instanti instatuissent studio, illos postilimos atque præclaros beatæ adjectio, vel quod magis lequar & * ryrannidissultarer- humanitas, & hoc ex eisdem patres inter se connexæ caritatis ardore multis ex quibuldam theophanis ecclesiarum diebus sunt politi. Infra hos præclarissimos patres aderant ropicorum multorum primates, qui nihilominus de flatu regendæ ecclesiæ cum ipsis conferebant, & inter agendum cum conspicarentur fuorum affectiones * gerendis optime promptas de ecclesiarum bene * regendis rebus, etiam cum inventa foret una cademque voluntas, ne vidiatur in fallitarum aliqua proprio parrono illorum in potestate remanerent; eidemque eli Helenensem Ecclesiam adfore orbatam pastorali consortio Wadaldi Episcopi. Cui affarim condolentes, eo quod exuisset hominem, abunde consolatoris apotesia (piritus repleti, ipla * inquisivere in facra lynodo quis quivisset ex hac prænominata Ecclesia. regimen vindicare illius Episcopii. Hic in illa hora egressa eli in Ricuifum digna, & affabilis cleri-

Ccorum electio, ac conclamatio omnium populorum Helenensis Ecclesiæ, & in hac acclamatione adunt laudibus ejus haud illum esse degenerem necne * neofitum, & idiotam; sed esse illum modestum, fobrium, cautum, benevolum, hospitalem, &c. & quid plura? abundanter attribuunt ei laudes apostolicas, quas convenit habere unicuique Episcoporum. Hoc audientes memorati patres assenserunt illorum vocibus, nec auli sunt contraire, quem electio, atque acclamatio professerant, & præsertim assensum præbuit fratribus illorum dominus Aimericus archipresul, quo statim studuisset * sublimare jam præditum præbyterum fore Episcopum Din hujusmodi episcoporum Helensis Ecclesiæ decore. Quod omnimode volentes, superoque regi debitas grates graviter solventes, conjunctim liberaliterque, ut soliti sunt, cupitæ ministrarum affectionis canonice in Ricuifum adimplevere, confirmantes eusdem electionem, & acclamationem manu propria exarando, & roboratione * tulo per hanc memoranda nomine dedicavere sacrum. Acta in publico conventu sanctorum Episcoporum, necnon præcelsum primarum, & roboratam in loco SS. Justi, & Pastoris VI. Calendas Aprilis indictione infantis cronois habens lustrum unum annos * II. Aimericus archipresul. Sig. Gisaudi episcopi, Sig. Dacberti Episcopi, Sig. Pontii Episcopi, Sig. Alexandri abbatis.

* tatis.

* fludiisset.

* annotatione dur.

PA-

ANNO CHRISTI 955.

PATAVINA SYNODUS

Ab Adalberto Patavino episcopo pro confirmanda latifundiorum largitione, quæ decessores sui canonicis Patavinis concesserant

Anno forte 955. Berengarii VI. celebrata.

Anno forte 955. Ughelli. to. V. col. 430. nov. editi. Patavinis.

ANno ab incarnatione Domini nongentesimo sexagesimo quinto (*a*) (lege forte 955.) Anno imperii D. Berengarii invictissimi augusti sexto Ind. VIII. dum Dominus Aldibertus S. Patavensis ecclesiæ episcopus resideret in cathedra sui episcopii in domo S. Mariæ matris ecclesiæ convocata, facerdotum, levitarum, reliquorumque cleterra, tam ex cardine urbis ejusdem, quamque ex singulis plebibus vel oracuils in fynodali eventu, ut olterri providentia mentes cunctorum divini verbi epulis refecterat, & spirituali admonitione, juxta sanctorum flatuta patrum, fingulos quosque inltruerer, atque regulariter in synodo peragenda ac deliberanda sunt Deo suffragante falubriter perficeret; tunc universo cœtu ipsius sanctæ iedis cum cæteris facerdotibus, & levitis, reliquumque gradum ordinibus S. Patravienis ecclesiæ ante prædictum D. Ildebertum episcopum venientibus præfentia, quatenus ob animæ fuæ remedium, seu & prædecessorum luorum, quamque etiam pro flatu successorum suorum episcoporum eis mifericorditer subvenire dignaretur, petentes, & misericordiam postulantes, quatenus sua scriptioni, & concessioni de territoriis, & vineis sacræ ipsius canonicæ, quam ipsa per datum, atque concessum prædecessorum luorum episcoporum ad possessionem sacræ ipsius canonicæ habebant, & detinebant, concedere dignaretur, quoniam antiqua munimina chartarum propter rabiem paganorum igne cremata, & consumpta, nunc perdita habebant. Tum sanctissimus, & reverendissimus per omnia ponsifex zelo Dei eos compatiens, & eorumdem petitiones in antro pectoris rimatim perstrutans, & considerans illud veracissime dictum, quod in lege Domini contineri dignoscitur, ut qui altari deservit, cum altare participere; & qui evangelio evangelizant, de evangelio debent vivere, quatenus suam habentes justitiam fecure possint in sanctæ Dei ecclesia militare. His igitur motus traditionibus una per concessum, voluntatemque ipsorum sacerdotum, cunctorumque ecclesiastici ordinis, tradidit eis jam dictus D. Hildebertus episcopus, quam in manu sua tenebat, & per hanc concessionis cartulam in integrum omnibus rebus illis, quas hactenus tenuerunt, tempore videlicet D. Sibichonis bonæ recordationis episcopi, successorum, & antecessorum episcoporum, & nunc ad partem ipsius canonicæ detinent; ideft in primis oratorium S. Luciæ cum omnibus pertinentiis fuis in integrum, seu & terris cafalivis, & fedimina earum cum curtis, hortis, areis, & terris, cum vineis quoque & aratoriis cultis & incultis infra eamdem civitatem, ficut hactenus tenuerunt in confinio, ubi dicitur Brundiga minore. Concessit etiam eidem sacerdotibus terras cum vinea extra eamdem civitatem, ubi dicitur Pons Curvus, quæ antiquitus vinea cella canonicæ dicebatur. Iterumque concessit supradictis canonicis aliquantulum terræ aratoriæ in locum, qui dicitur Pavezolo, quantum potest esse per æstimationem inter cultum, & inculturam vigras quinquaginta, & filva S. Mariæ, quod est juxta flumen, qui dicitur Retrone, & de uno latere & de uno capite ipsio Retrone pertenente, alia parte paC consortes habente, decimas vero ejusdem civitatis cum omnibus titulis vel villis fuis ad eamdem civitatem antiquitus pertinentibus vel afpicientibus, quæ a fideli populo dantur; item concessit, atque largivit, tam de fructibus terræ, quam de animalibus per omnia ; videlicet in primis villa, quæ dicitur Limena, & villa quæ dicitur Arzere, Airicheria, & Turre, & Novenza, & villa, quæ dicitur Berla, & Cancellaria, & villa Cafale, & villa, quæ nominatur Albignaga, & Maserada, & cæteris aliis per omnia ad eamdem civitarem pertinentibus. Donationes vero, vel offersiones a quocumque antecessorum suorum episcoporum data, & concessile fucrint, fi aliquo casu perdita fuer, & concessiones earumdem confesse & confirmavit, & corroboravit. Hæc autem omnia superius comprehensa dedit, cessit, & confirmavit supradictis filiis, & facerdotibus canonicæ ipsius S. martis ecclesiæ, tam eis, qui moderno tempore sunt, quam posteris eorum usque in perpetuum, ut habeant, teneant, firmiter poffideant, & inter & dividant, ita methus videbitur illis, qui moderno tempore sunt, vel successoribus eorum, fecundum qualitatem uniuscujusque ordinis, absque illa. fua, vel facerdotibus fuis diminutione. Si quis au-

(*a*) Ursatus legit *anno ab Incarnatione 954. anno imperii D. Berengarii VI. Ingilf. V.* Sed utraque lectio mendosa est; nam anno 964. cuiebat indictio VII. & Berengarii annus regni XIV. Anno vero 961. defierat Berengarii regnum. Propterea fi in describenda regni Berengarii epocha error non irrepsit, hoc documentum ad annum Christi 955. referendum, qui erat festus Berengarii juniores, & pro VIII. Indictione reponenda XIII. atque ita evanescit XXX. annorum illud interpositicium, quod Scardeonem ab anno 921. ad 951. Batuic. Nam Ildebertus Aedemanno succesferit anno 94.. cujus donatio canonicis facta emanaverit anno 955. quandia autem viaterit incompetum. Editor Ughelli.

ANNO CHRISTI 956.

aurem hujus concessionis, & ordinationis, quas per consensum sacerdotum, levitarum, cæterorumque ord. graduum tum ex cardine ejusdem ecclesiæ, quam ex singulis plebibus vel oraculis fac. synodi, quam ipse D. Hildebertus bene ordinavit, si aliquis corrumpere, aut infringere, vel molestare præsumpserit ex successoribus suis, meerat pro peccatis suis a fluminibus ecclesiæ esse extraneus, & venialem fugere cum omnes illæ maledictiones, quas Dominus perculsit Ægyptum, & in secundo adventu Christi cum Juda traditore accipiat damnationem in perpetuam perditionem. Et ut neque ab eo, neque a successoribus suis a propria statu removeri possit, manu propria roboravit.

Ego Hildebertus episcopus Pataviensis ad omnia supraf. a me facta man. ss.

Ego Ursio (*a*) episcopus, hanc chartam confirmo & laudo manu mea &c.

Ego Anselmus Archipresbyter S. Pataviensis ecclesiæ huic descriptioni, & concessioni consensi, & subscripsi.

Ego Regenfo archidiaconus consensi, & subscripsi.

Ego Dominicus presbyter consensi & subscripsi.

Ego Martinus presbyter consensi & subscripsi.

Ego Rodivertus presbyter consensi, & subscripsi.

Signum man. Regenæ, & Gribelt & ... .. ejusdem D. Ildeberti episcopi rogati, & D. Ildeberto episcopo huic inscriptioni manus posuerunt.

Signum manibus Bonoceftaldo, & Dardalco, & Bulpario de eadem civitate teftes.

Signum manibus Martino decano, & Domnico, & Joanne qui dicitur Silib. teftes.

Ego Adelbertus fubdiaconus, atque cancellarius S. Pataviensis ecclesiæ ex juffione D. Hildeberti confenfu cunctorum facerdotum, & levitarum hanc confeffionis chartulam rogatus, atque poft traditam complevi.

ANNO CHRISTI 956.

JOANNES PAPA XII.

Sedit ab anno 956. usque ad 964.

JOANNIS XII. EPISTOLARUM APPENDIX.

JOANNES AEDREDO ANGLORUM REGI

Privilegium monachis canobii SS. Petri & Pauli concedit.

Johannes epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Ædredo regi excellentiſſimo, atque omnibus epiſcopis, ducibus, comitibus, abbatiſsis, & cuncto fideli populo Anglicæ gentis, chriſtianam fidutiam, & apoſtolicam benedictionem.

Ex VVilkins Conc. Magnæ Britan. to. 1. pag. 123.

SI Tudio divini cultus promovemus pro veneranda illorum locorum ſemper peregitare habilitate, quatenus proveniente pio labore animæ Chriſto dicatæ, quæ ſe illic dibus vitæ eorum ſervitæ decreverunt, in ſub regulari inſtitutione perſeveremt imperturbatæ; nec non illa maneant fidetenus inconvulſa, quæ ob religionis cultum in Dei laude conſtructa ſunt. Quapropter mando tibi, rex inclyte ac filii chariſſime, & cæteris omnibus prædictæ gentis filiis noſtris ſpiritualibus, ut miniſtros pene vos in honore beatorum apoſtolorum principis Petri, & doctoris gentium Pauli inſtructum, ſub cura noſtra habere dignemini, ne allcujus magnæ, parvæque perſonæ pertinentes inquietudine; ſed abbas, & monachi inibi Deo ſervientes veſtro uri communi ſubſidio, & quæque jari eorum pertinere videntur, libere poſſidentes, efficacius in ſancta converſatione ſuam queant ducere vitam. Cum verò abbatem ipſum obiiſſe contigerit, non alliunde, quam ex eadem congregatione, quem ipſi communi conſilio elegerint, conſtituatur, in loco eodem conſecretur (& gregi) a dominico præficiatur. Nullus ibi præſulum aliquam ſibi auctoritatem uſurpet, ſed nec ibi, niſi ab abbate invitatus, illorum miſſam celebrare præſumat; per omnia ſicut prædeceſſores noſtri juris apoſtolici, Deoque digni, in ſuis privilegiis eidem contulerunt eccleſiæ. Quibus ne quiſquam temerario auſu refragari audeat, etiam noſtræ parvitatis ſcripta ex auctoritate apoſtolica ſuperaddere curavimus. Conſtat igitur præfatum monaſterium primum eſſe omni ab initio veſtræ naſcenſis eccleſiæ fundatum monaſteriorum religione decoratum; quod Æthelbertus, rex chriſtianiſſimus, a beato Auguſtino, beatæ memoriæ Gregorii diſcipulo, ad Chriſti fidem perductus, hortatu ejuſdem patris, apoſtoli veſtri Auguſtini, a fundamentis conſtruxit, ubique Petrum monachum, ab hac apoſtolica ſede directum, monachis Dominum timentibus abbatem præpoſuit; ubi etiam ex præcepto ejuſdem Gregorii prædictus pater Auguſtinus ipſi regi, ſibique & ſucceſſoribus ſuis regibus, atque archiepiſcopis ubi corporales eorum exuviæ diem reſurrectionis expectarent locum elegit. Si quis ve-

(*a*) Quinam fuerit, & cujus ſedis epiſcopus hic Urſo nobis latet, ni opinari velimus hanc eſſe confirmationem Urſonis Patavini infra nominati inter ſucceſſores Hildeberti. *Editor Ugbellii.*

ANNO CHRISTI 956. 957.

rò hoc ſanctæ religionis propoſitum contaminare, vel dolere conaverit, ſciat ſe auctoritate apoſtolica anathematis vinculo innodatum, & cum Juda traditore Domini, æterni incendii ſupplicio concremandum. Unde canonicis de monaſterio S. Salvatoris illi loco inſidentibus, præcipimus omnimodis, ne ſanctæ hujus devotionis cultum inquietare præſumant. Quod ſi fecerint, eodem anathemate puniantur: In Chriſto cum omnibus tuis, Domine fili, valeas. Data decimo die calend. Maii, imperante Domino piiſſimo Auguſto Othone anno undecimo regni ejus, indictione undecima.

EJUSDEM AD EUNDEM REGEM ET CLERUM ANGLIÆ.

Privilegium eidem monaſterio indulget.

Johannes epiſcopus ſervus ſervorum Dei Ædredo, regi Anglorum excellentiſſimo, dilectiſſimoque filio noſtro Odoni Doroverneuſi eccleſiæ archipreſuli, cum omnibus epiſcopis, ducibus, comitibus, abbatibus, & cuncto fideli populo Anglicæ gentis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

INter præclaras facræ fidei veſtræ virtutes, quibus & vos, præcellentiſſime filii, & ſubjectos vobis reges cum optimatibus veſtris, & populis chriſtianæ religioni ſubjecitis, hanc charitatis veſtræ flagrantiam familiaritas ampliciſſimæ, quod primitivum regni veſtri monaſterium in ſuburbio Doroberniæ ſitum (in honore principum apoſtolorum Petri & Pauli conſecratum a primo doctore & apoſtolo Anglorum Auguſtino, & a primo regum Anglorum chriſtiano, Deo amabili rege Æthelberto fundatum, ubi feliciet in pauperum apoſtolica auctoritate, & ſepeliantur corpora regum, & archiepiſcoporum Cantuariæ) vobis regalis eminentia potiuſquam alii, qui antiquæ ſue dignitate confirmari, ac libertate; ſicut videlicet antecceſſores veſtri reges, & prædeceſſores noſtri pontifices deſcripti apoſtolicis privilegiis ſanxere. Ergo & nos gratifice annuentes ſtatuimus, quatenus ipſa apoſtolica eccleſia, ſicut in gratia principum apoſtolorum conſtetur apud vos primogenitura, ſic cæterorum monaſteriorum veſtri regni, quæ poſt ſurrexere, vel deinceps in omnem poſteritatem naſcentur, mater primazia, ſit (inquam) regia & apoſtolica confirmatione regalis & apoſtolica, ſit ab omni ſæculari ſervitute libera; ita ut nullus epiſcoporum, nullus ſucceſſorum veſtrorum regum in aliquo eam *ledere*, aut inquietare præſumat, nec aliqua unquam ſervitutis occaſio de rebus ad ipſum eccleſiam pertinentibus, vel in minimo ab illo exigatur; quatenus ſub rege ſuo, defenſore, non tyranno, libere Chriſto ſoli deſerviat. Dilecto etiam filio noſtro, & confratri Doroverneuſis eccleſiæ Odoni, vicem beatorum apoſtolorum principis Petri, in omnibus mandamus, ut non cypho præſtationis, ed officio charitatis ubi poſcitur, ſe impendat; abbatemque ipſius ac ſi Romanum legatum, & comminiſtrum Evangelii pacis habeat & fraternum ſibi ſocium æſtimet, non ſubjectum, per omnia, ſicut fandi & Deo dilecti filii, ſedis apoſtolicæ archipræſul Theodorus & abbas Adrianus ſe habuere. Nullum vero potentatum in hanc eccleſiam præripiat, nec (præter ordinationem abbatis) quoſlibet officium ſine ipſius favore, & tractum ſibi arroget; ſed neque ab ipſis intimis, & peculiaribus locis, aut parochiis, vel in omni privilegio ipſius juris quicquam præter ejuſdem abbatis aſſenſum accipiat, vel faciat, ne qua felliceet abuſione pacem perturber gregis Dominici, quales ſcandelizare eſt cum nola aſmaria in profundum demergi. Abbas quoque ejus reliquis prior habeatur; ita dumtaxat, ut ad ſacræ fidei, charitatis, & concordiæ compagem ratiocem loco primogeniti, & vice Romana affectuoſe, magis, quam imperioſe præluceat confratribus. Hæc igitur & cætera quæcunque tam ſunt a vobis, quam ab antecceſſoribus veſtris, aut a vobis, aut a ſucceſſoribus veſtris, vel a quibuſlibet perſonis ujque in ſinem jura tradentur, pauta veſtram poſtulationem, ita obſervanda ab omnibus regibus & principibus ac plebibus Britanniæ conſtetur; ne quis prævaricator (quod abſit) excommunicationis S. Petri principis apoſtolorum gladio excifus intereat, ſed magiſterium favens eccleſiæ ipius clave admiſſus regno gaudeat.

INCERTI LOCI, ſed forte ROMANUM CONCILIUM

Pro reſtituendo ſedi ſuæ Ratherio epiſcopo Veronenſi, per ſummam injuriam ex ea depulſo.

Anno circiter 957. a Joanne XII. pontifice, ut arbitror, celebratum.

ANNO CHRISTI 956. 957.

Anno circiter 957.

ANno 956. a ſede Leodienſi pulſus Ratherius, qui ante Veronenſem ſedem deſetere coactus ad eamdem Leodienſem tranſlatus fuerat, rediit in Italiam, ubi, favore Ottonis regis, Romani pontificis, & ſynodi, priſtinum Veronenſem epiſcopatum recepit. Synodi hujus loco incer-

to habitæ, ſed non alibi facile niſi Romæ a Joanne XII. pontifice, mentio exat apud eumdem Ratherium in itinerario ſuo Romano his verbis: *Iterum eo miſericordia piiſſimi Cæſaris, præcepto apoſtolici, qui tunc Romanæ præerat ſedi, judicio epiſcoporum ſynodaliter reſtitutum &c.*

IN-

ANNO CHRISTI 938. 962.

INGELENHEIMENSE CONCILIUM

Ad subſtituendum in Saltzburgenſi Archiepiſcopatu Fridericum pro Heroldo limuibus orbato.

Anno 938. celebratum.

Anno 938. HEroldus Saltzburgenſis archiepiſcopus, ejus conjurationis quam Liudolfus Ottonis, tunc regis mox imperatoris, filius molitus fuit, conſortem ſe præbuerat, cujus delicti ponam Henricus dux, Ottonis frater, exacerbus, captum illum luminibus orbavit. Ea de cauſa cum minus aptus muneribus epiſcopatus Heroldus factus eſſet, epiſcopi in octavis Paſchæ anni 938. in ſynodum ad Ingelenheim convocati, Fridericum, aſſentiente Heroldo, ſubſtituerunt. En verba Annaliſtæ Saxonis Eccardi, quæ pariter & apud Continuatorem Reginonis reperuntur. *In octavis paſchæ conſenſu Heroldi archiepiſcopi cæcati, apud Ingelenheim in præſentia regis habita XLI. epiſcoporum ſynodo, Fridericus Saltzburgenſi eccleſiæ epiſcopus ordinatur.*

CONCILIUM ROMANUM

Ad priviligia ſedis apoſtolicæ, aliaque eccleſiarum negocia tractanda.

A Joanne XII. pontifice, Ottone I. imperatore præſente anno 962. Februario menſe, celebratum.

Anno 962. QUo tempore Otto I. Germaniæ rex ad imperialem coronam recipiendam Romam venit, accitus a Joanne XII. pontifice, Synodum utroque præſente habitam fuiſſe diſcimus ex præfatione legum Ottonis II. imperatoris, legenda in acceſſionibus ad leges illas, editis a Muratorio Rerum Italic. to. I. par. II. itaſe eodem Ottone II. exprimente: *Tempore quo proſſimus rex Otto Romæ unctionem imperii ſuſcepit, reſidente in Synodo ſumma & numeroſiſſi papæ Domni Joannis XIII.* (lege XII.) *anno* (hic, fed forte legendum I. anno imperii Ottonis) *ab Italiæ proceribus eſt proclamatum, ut imperator ſanctus mutata lege ſacrimus inſtituta deſpueret, per quod eſſe corpore quiſpiam divus ſineret, animus tamen pauper in æternum maneret trecita lex, quam abrogari principes petebant, ferebat, ut ſi quæ inſtrumenta ad probandam rei alicujus poſſeſſionem in judicio afferentur; eaque ſuſpicione falſi arguerentur ab adverſario, interpoſita ſacramenti religione, ab eo qui ſcripta illa proferebat, ſuſpicio omnis purgaretur. Id vero quoniam ad perjuria ſæpe alliciebat, tollendum Principes cenſebant. Rem tamen ad concilium Ravennatenſe, mox indicendum, dilatam concilii partes voluere. Cum neque in eo concilio quidquam fuerit decretum, res integra tranſiit ad conventum Veronenſem anni 983. in quo Ottonis II. auctoritate lex illa antiquata eſt.*

In hoc Romano concilio Otto I. novus imperator, Romanæ eccleſiæ privilegia affecuit, promulgato illo diplomate, quod ſubſcriptione epiſcoporum concilio huic præſentium dedit Labbeus to. IX. col. 875. edit. Venet.

In eodem pariter Magdeburgenſis archiepiſcopatus, & Merſeburgenſis epiſcopatus inſtitutio pontificis Romani authoritate fanciur, edita bulla, quam ex annaliſta Savone Eccardi ad hunc annum hic damus. Quanquam vero archiepiſcopatus Magdeburgenſis inſtitutio auctoritate concilii Ravennatenſis anno 967. præſidente Joanne XIII. pontifice habiti fulta eſt; nihil tamen ad obſtat quo minus veritati, nam ait idem annaliſta Saxo ad A. 967. *iſte Joannes* (XIII.) *in Magdaburg. perfecit quod anteceſſor ſuus inceperat*. Bullæ Joannis adjectis illos canones, quos bullæ illi ſtatim ſubjungit idem annaliſta, ſubjunctoſque offendet pariter in ſuo Codice P. Martene, ut monet in collectione Veterum monum. to. VII. pag. 43. unde non improbabili conjectura ſtatuerimus, ab eodem Romano concilio ſanctiones haſce prodiiſſe.

BULLA JOANNIS XII.

Pro erectione archiepiſcopatus Magdeburgenſis, & Merſeburgenſi epiſcopatus.

Johannes epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, reverentiſſimis confratribus archiepiſcopis, episcopis, abbatibus, monachis, primatibus, omni clero & populo in Gallica, Germania, Bauvaria conſtitutis.

QUociens ad profectum novæ chriſtianitatis conceſſionis, firmitatisque privilegium a ſancta Romana eccleſia, cui Deo auctore deſervimus, expoſcitur, tociens omni diligentia omnique amore impertiri operæ pretium duximus, ne quod erga pia deſiderii propenſius impendi convenit, callidi hoſtis invidia ob deſidiam indebitecter ſub-

ANNO CHRISTI 962.

ANNO CHRISTI 962.

fubripiat. Totis ergo viribus, cariſſimi fratres, certandum eſt, ut chriſtianitatem, A quam Deus omnipotens per ſervos ſuos certeſti trophæo quotidie extendit & provehit, noſtro quoque per eum adjutorio in eodem ſoliditet & maneat. Nunc vero, Dei operante clementia, cariſſimus & chriſtianiſſimus filius noſter Otto devictis barbaris gentibus, Avaribus ſcilicet, aliiſque quamplurimis, ut ad defenſionem S. Dei eccleſiæ triumphalem victoriæ impetu cultus, per nos a beato Petro Apoſtolorum principe, ſuſcipieret coronam, ſummam & univerſalem, cui Deo præſidemus auctore, adiit fedem, quam paterno affectu ſuſcipientes ob defenſionem S. Dei eccleſiæ in imperatorem cum Beati Petri beneditione unximus; B eumque in eccleſia beati Petri apoſtoli de ſtatu & regimine totius chriſtianitatis tractantes, quæ utilia ſunt utiliter ſecundum Deum tractarentur; præfatus piiſſimus imperator Otto, qualiter Sclavos, quos ipſe devicit, in catholica fide noviter fundaverat, noſtræ innotuit paternitati, deprecans, & obnoxie poſtulans, ne ores, quas ipſe in Chriſto accepit, ob paſtoris defectionem antiqui ſerpentis verſutia damnarentur. Ad hanc itaque petitionem aſſenſum, fratres cariſſimi, merito præbuimus: totis ergo medullis cordis, prout dignum eſt, ut novella hæc plantatio ſuper verticem montis in petra, quæ Chriſtus eſt, funderetur, intendamus. Dabit vires, qui neminem vult perire, cujus annuente clementia volumus, & per hanc privilegii paginam jubemus, ut Magdaburgenſe monaſterium in regno Sclavorum juxta Albim conſtructum, quod præſibatus ſanctiſſimus imperator ob novam chriſtianitatem conſtruxit, quia vicinius id locorum gentibus eſt, in archiepiſcopatum transferatur ſedem, quæ per ſubditos ſuffraganeos totum Dei gregem regere, & gubernare valeat. Volumus & per hanc privilegii paginam jubemus, ut Merſeburgenſe monaſterium, quod ipſe piiſſimus imperator, quia Ungaros proſtravit, futurum Deo devovit, in epiſcopalem debeatur (a) ſedem, quæ Magedaburgenſi ſit ſubdita ſedi, & quia tot gentes ſub uno paſtore regi minime poſſunt, volumus, & per noſtræ auctoritatis privilegium cenſemus, ut cenſum, & decimationem omnium gentium, quas idem piiſſimus imperator baptizavit, vel per eum, ſumque filium æquivocum regem ſucceſſoreſque eorum baptizande ſunt, ipſi ſucceſoreſque eorum Deo annuente poſſeſſatem habeant diſtribuendi, ſubdendi Magedaburgenſi, Merſeburgenſi, vel cuique velint, futuræ ſedi. Volumus etiam, cariſſimi confratres, & ex B. Petri apoſtoli juſſione præcipimus, ut Mogontinenſis, Trevirenſis, Colonienſis, Salzburgenſis, Hammaburgenſis archiepraſules Magedaburgenſis monaſterii in archiepiſcopalem & Merſeburgenſis tranſlationem in epiſcopalem ſedem totis cordis corporisque viribus conſentanei fautores perſiſtare. Cum vero Deus omnipotens per præterxatum ſervum ſuum inviſibiſſimum imperatorem, ſumque filium regem ſucceſſoreſque eorum vicinum Sclavorum gentem ad cultum Chriſtianæ fidei perduxerint, per eos in convenientibus locis ſecundum opportunitatem epiſcopatus conſtitui, & in eiſdem per conſenſum prædictorum quinque archipræſulum, ſucceſſorumque eorum ab epiſcopo Magdaburgenſi epiſcopos conſecrandi voluimus ſuffraganeos, ſed ramen ſi præfati filii noſtri piiſſimi imperatoris, ſuique filii æquivoci regis ſucceſſores eorum ſtatuta frangere tentaverint, aut præſidentum eccleſiarum, cæterique præſules ſucceſſoreſque eorum Magedaburgenſi archiepiſcopo ſuiſque ſucceſſoribus, eorumque ſuffraganeis, & eorum ſucceſſoribus adjutores, conſentaneique non fuerint, anathematis mucrone ferianrur, ac ſummoque retributore damnationem ſine fine recipiant. Omnipotens itaque Deus ſereniſſimo imperatori Ottoni, ſuoque nato æquivoco regi ſpiritualibus filiis noſtris longævam tribuat vitam, quatenus in hoc ſeculo tranquillis viventes, in futuro immarceſcibili gloriæ percipiant palmam. Scriptum per manum Leonis Scriniarii S. Sedis apoſtolicæ in menſe Febr. indict. V. Data II. id. Febr. per manum Georgii ſecundicerii S. ſedis apoſtolicæ anno Deo propicio pontificatus DD. Johannis ſummi pontificis, & univerſalis papæ VII. imperii DD. piiſſimi auguſti Ottonis a Deo coronati magni imperatoris anno primo in menſe & indictione V. factum.

(a) ſi ſtigatur.

CANONES.

I. QUod antiquæ Eccleſiæ a novis nec decimis, nec ulla poſſeſſione ſunt ſpoliandæ.

II. Quod dotes Eccleſiæ non auferantur.

III. Quod eccleſiaſtica ſtatuta, & privilegia ab Apoſtolis, & reliquis magiſtris eccleſiæ tradita integra ſerventur, & prævaricatores eorum excommunicentur.

IV. Quod conſuetudines eccleſiaſticæ pro lege ſunt tenendæ.

V. Quod tricennalis poſſeſſio firmaſit.

VI. Sicut Diœceſim alienam tricennalis (*a*) poſſeſſio tollit; ita territorii conventum non admittit. Ideoque baſilicæ, quæ novæ conditæ fuerint, ad eum proculdubio epiſcopum pertinebunt, cujus conventus eſſe conſtituerit.

(a) Ita Ms. Ed. tricennalis.

ANNO CHRISTI 962.

OTTONIS I. DIPLOMA,

In eadem Romanæ synodo datum, quo monasterium S. Petri Ratisponensi sub imperialis munificentiæ tuitione recipit.

IN nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis, Otto, divina favente clementia imperator Augustus. Si fidelium, ac fervorum Dei nobis fideliter ac devote famulantium petitiones, dum nobis pro suis & nostris utilitatibus ac necessitatibus innotuerint, ad effectum perducimus; non solum antecessorum nostrorum, sed etiam atque imperatorum imitando consuetudinem, verum etiam ad beatæ, æternæ remunerationis mercedem talia nobis facta profutura prodesse, liquido credimus. Quapropter omnium sanctæ Dei ecclesiæ fidelium, nostrorumque, tam præsentium, quam & futurorum cognoscat industria, quia antecessor noster Karolus magnus pro æternæ mercedis augmento quoddam monasterium in Ratisponæ civitate, quod est constructum in honore sanctæ Mariæ matris Domini, & principis apostolorum Petri, & pretiosi martyris Emmerammi, ubi venerabile corpus ejus requiescit humatum, & cum eo corpora & multæ reliquiæ sanctorum sunt locatæ, retia ratione fideliter in suam & successorum ejus potestatem recepit. Proinde ipse cum auctoritate papæ Leonis, filiusque ejus Ludiwicus cum Eugenio papa, & pius Lodiwicus rex cum Nicolao papa, & Arnolfus imperator cum Formoso papa confirmaverunt de prædicto monasterio unoquoque anno VII. aureos persolvi ad altare S. Petri. Idcirco cunctorum S. Dei ecclesiæ fidelium, præsentis sc. temporis ac futuri manifestetur collegio, quod nos per interventum *dulcissimi fratris nostri Heinrici ducis Bajoariorum eundem locum in* synodali concilio ante altare principis apostolorum Petri in præsentia Domni & venerabilis papæ Johannis, & in præsentia episcoporum CX. & VII. confirmamus, in potestate imperatorum sive regum usque in ævum permanere. Propter improbitatem episcoporum ejusdem civitatis, quia non omnes, sed multi ex eis semper invidiose contendebant contra eundem sanctum locum; propterea volumus ob amorem & honorem S. Petri de prædicto monasterio censum augeri, ut rectores ejusdem cœnobii pro defensione & libertate ejusdem loci unoquoque anno offerant Romanæ dimidiam libram coctæ auri ad altare S. Petri, & ita confirmamus cum auctoritate papæ & episcoporum Pisensis, Aurentis, Arecensis, Vulterrensis, Clusensis, Perusianus, Pioterarinus, Senensis, Arretinensis, Suttrinsis, de S. Rufina, Concensis, Albensis, Sessulanus, Terratiensis, Præneſtinus, Tusculanus, Cajetanus, Fundanus, Beneventanus, Capuanus, Salernitanus, Neapolitanus, Sipontinus, Alcolanus, Auceriensis, Narniensis, Nucerinsis, Fulginensis, Spoletanus, Perusinus, Firmiensis, Ortensis, Anconitanus, Fanensis, Sinogallensis, Hunanus, Pensaurisensis, Ariminensis, Pinnensis, Ravennas, Mutinensis, Regiensis, Parmensis, Placentinus, Polonicnsis, Imolensis, Faventinus, Forumpopiliensis, Bobiensis, Cisenensis, Cerviensis, Commaclensis, Ferrariensis, Adriensis, Aquilejanensis, Tarvisiensis, Cenodensis, Cremonensis, Novariensis, Yporiensis, Artensis, Taurasinensis, Aquensis, Bellonensis, Trigestinus, Tridentinus, Veronensis, Cumanus, Vincentinus, Parentinus, Concordiensis, Bidenensis, Mantuanus, Gradensis, Mediolanensis, Vercellensis, Laudensis, Pergamensis, Papiensis, Albitigensenis, Remensis, Pictavicnsis, Turonensis, Parisiensis, Arelatensis, Viennensis, Lugudunensis, Genovensis, Lausonensis, Mogontinus, Magdaburgensis, Wormaciensis, Constantiensis, Wecipargensis, Rubiconensis, Augustensis, Halberstadensis, Spirensis, Curiensis, Coloniensis, Leodicensis, Trajectensis, Mindensis, Osnabrukensis, Treverensis, Mettensis, Citicensis, Verdunensis, Tullensis, Juvavicnsis, Patavicnsis, Frisingensis, Brixinensis, Bragensis, Michael Ratisbonensis; ut si quis imperator, aut rex eamdem ecclesiam tam fanam alicui prædet, sit anathema, maranatha, ideft perditio in adventu Domini, & in ea maledictione persistet, quam S. Formosus papa super eum confirmavit usque-dum resipiscat. Et præfatum monasterium cum monachis, & omnibus ibidem in præsens collatis, vel in posterum conferendis, in immunitatem papæ, & in nostram recipimus. Et ut hæc auctoritas confirmationis nostræ firmior habeatur, & per futura tempora diligentiùs obscrvetur, manu propria nostra eam confirmavimus, annulique nostri impressione nuntii præcipientes.

ANNO CHRISTI 962.

A

B

C

D

JOANNIS DOMINICI MANSI

In superiorem Bullam

ADNOTATIO.

DE Bullæ hujus fuccritate plurimum ambigo; tum quod ab ætatis illius more abhorreat *fanctæ* elogium Formoso papæ datum; tum etiam quod inter tot epiſcopos nec Hamburgenſis, nec Dertonenſis, nec Mentenſis appareant; qui tamen ad eatum usque concilio interfuerunt, nam fubſcribunt privilegio Ottonis Romanæ eccleſiæ in eodem concilio firmato apud Labbe to. XI. pag. 678. Venet. edit.

Sedium ipsarum epiſcopatuum nomina fuda deformatio funt.

ANNO CHRISTI 964. 965.

ANNO CHRISTI 964. 965.

BENEDICTUS PAPA V.

Sedit ab anno 964. ad 965.

JOANNES PAPA XIII.

Sedit ab anno 965. usque ad annum 972.

AD JOANNIS XIII. PAPÆ EPISTOLAS APPENDIX.

AD GALLIARUM EPISCOPOS.

Ecclesiam Aufonensem in archiepiscopalem erigit.

Johannes episcopus, servus servorum Dei, omnibus in Christo dilectissimis confratribus nostris in Galliarum partibus commorantibus, carissimi, reverendissimi archiepiscopi atque episcopi apostolicam benedictionem, & perpetuam in Christo salutem.

Anno 965. Ex Marten. Vet. Mon. tom. 1. pag. 225.

DIlectionem & fraternitatem veſtram, ſcire volumus, qualiter Borellus honorabilis & laudabilis comes orationis, & redemptionis ſuæ cauſa apoſtolorum Petri & Pauli limina veniens, proſtratus pedibus noſtris, lacrymabiliter queſtus eſt, quemadmodum Terraconenſem archiepiſcopatum, qui olim caput in illis partibus fuerat, Auſonenſi eccleſiæ ſubderemus, eo quod peccatis merentibus, ipſa jam dicta civitas Tarraconenſis a Saracenis capta & paſtore deſtituta, nullum recuperandi locum, aut inhabitandi uſque hodienus reperire valeat. Propter quam cauſam prædeceſſorum meorum ſecutus auctoritatem, modo & ipſe in perpetuum confirmo, atque ſtatuendo roboramus, & confirmamus, ut Auſonenſis eccleſia poteſtatem, & primatum teneat Tarraconenſis eccleſiæ, . . . ad Auſonenſem eccleſiam confugiant, & quando aliquis ex illis ab hac luce migraverit, ſucceſſor illius ab Auſonenſi archiepiſcopo, qui a noſtra apoſtolica fede conſtitutus eſt, ſuccedat & conſecretur. Unde quia ſine ſanctorum Patrum auctoritate hoc noſtrum privilegium confirmare nolumus, ante omnia & ſuper omnia beatiſſimi & egregii papæ Gregorii inſtrumenta, & documenta declarare deprimimus, ubi ait ad Benenarum epiſcopum Muſtenæ eccleſiæ: de temporis qualitas & vicinitas nos locorum invitat, ut Cumanam, atque Muſtenam unire deberemus eccleſias; quoniam hæ non longo a ſe ſciuntis ſpatio ſeparatæ ſunt, nec, peccatis facientibus tanta populi multitudo eſt, ut ſingulos, ſicut olim fuit, habere debeant ſacerdotes. Quia igitur Cumani caſtri facerdos curſum hujus explevit, utramque nos eccleſiam præſentis auctoritatis pagina ineſſe tibique commiſſe cognoſce, ſeu periumque utramque eccleſiarum ſcito te eſſe pontificem. Et ideo te quæcumque tibi de earum patrimonio, vel cieri ordinatione, ſive promotione juxta canonum ſtatuta viſa fuerint ordinare, atque diſponere habebis, ut proprius revera facerdos liberam, & noſtræ auctoritatis conſenſum, atque permiſſione licentiam. Similiter epiſcopo Willitrano, atque Fundano, & Squalitano ita in cunctis: temporis qualitas admonet epiſcoporum ſedes antiquitus certis civitatibus conſtitutas, ad alia quæ fecuriora putamus, ejus diœceſeos loca tranſponere, quo & habitatores nunc degere, & barbaricum poſſit periculum facilius declinari. Et quia longum eſſet enarrare qualia & quanta documenta a ſanctis doctoribus exinde dicta ſunt, prout melius ſcimus & poſſumus, noſtrum privilegium abbreviare curavimus, & Othonem virum venerabilem nuper epiſcopum. ex modo, & in antea Deo favente, archiepiſcopalem ejuſdem Auſonenſis eccleſiæ præſſe (*a*) decrevimus; ita ſane ut nullus noſtrorum ſucceſſorum pontificum dictum Othonem archiepiſcopum confratrem noſtrum, in omnibus quæ ſuperius exarata ſunt vel ſcripta audeat inquietare, vel in aliquo diminuere, ſed magis quiete, & ſecure conſervet ipſum ſuccefſoreſque ſuos. Nam ſi aliter quod abſit, qualiſcumque homo ſit dignitatis, qui hoc noſtrum privilegium qualiber cauſa, de omnibus quæ ſuperius ſcripta ſunt, infringere aut diminuere voluerit, ſciat ſe auctoritate Dei, apoſtolorumque Petri, & Pauli principum, quamvis nos indigni eorum vicariatione fungamur, a corpore & ſanguine Domini noſtri Jeſu Chriſti eſſe alienum, & cum iniquis & tranſgreſſoribus a gremio ſanctæ eccleſiæ ſegregatum. At vero qui pro intuitu cultus, & obſervator in omnibus extiterit, benedictionis gratiam, & miſericordiam a miſericordiſſimo Domino Deo noſtro conſequi meretur.

Scriptum per manum Gregorii notarii, & ſecretarii, & ſcriniarii S. R. E. in menſe januario, indictione XIV. Bene valete.

CON-

(*a*) Hoc decretum effectu caruiſſe aſſerit Petrus de Marca in Marca Hiſpanicæ lib. 4. pag. 403. eo quod inaudito archiepiſcopo Narbonenſi conditum fuiſſet. *Martene. Concilior. Supplem.* Tom. I.

ANNO CHRISTI 965.

CONVENTUS EPISCOPORUM APUD COLONIAM

ANNO CHRISTI 965.

Anno 965. in quo præsente Ottone Imperatore, Ottone rege ejus filio, ac Lothario Francorum rege, fundatio collegiatæ S. Martini Leodiensis Ecclesiæ confirmatur.

In nomine Domini Jesu Christi salvatoris, & individuæ Trinitatis, Everacrus, fervorum Christi servus, universis Ecclesiæ Catholicæ & apostolicæ filiis.

Anno 964. Ex Martene Veter. Mon. tom. VII. col. 50.

QUam sit audax, & antiquum proclive se ipsum regere, victuribus indulgere, vitiis temperare, cum prudens quisque sui, saorumque curam gerens considerat, neficio an quicquam sublimius hane vitam degens agere queat, *h* tamen ad animi sui deliberatione exeat homo ad opus suum, & operationem suam extendat usque ad vesperam. Inde mihi (*a*) aliud solicite meditanti postquam voluntate Domini mei dictum est: *Vade in Domum tuam ad tuos, & annuntia quanta tibi fecerit Dominus.* Inde, inquam, anguſtiæ mihi fadæ sunt undique, & quid deligerem, ignoravi. Subdita est mihi cogitatio frequenti impulsu summi, & incomparabilis viri domini Brunonis Archiepiscopi, ut si quos possem ad apostolicam colligerem disciplinam, ubi multitudinis credentium erat cor unum, & anima una. Hoc est enim, nisi falloc, quod bonum, & jucundum monstrat psalmista, habitare fratres in unum, Monacho quidem ouani, sed non soli aptum; & ut antiquus noſtræ fedis locus ipse quoque in perpetuum honorabilis habeatur, nec ob noſtri rudimenta laboris detrimentum aliquod patiatur, delegi locum satis amœnum in edita montis specula, cui pualicum nomen est, quo & fedem noſtram, & eam quæ Domus Episcopi dicetur, authoritate domni Brunonis archiepiscopi, cui omnia debeo, jussu eriam magni imperatoris, & Cæsaris augusti Ottonis, cleri quoque noſtri, & plebis quilque vir *in* hoc esset assensa transferem, ubi in Ecclesia, cujus ego fundamenta jeci in honore beatissimæ Dei genitricis & virginis Mariæ, sanctique Lamberti pontificis, & martyris, (*b*) da præsidiis quæ vel precariis, vel ingenio quolibet conrarxi, quave de antiquoribus ecclesiæ rebus rationabiliter his addere potui, secundum statuta canonum, & decreta, vel consilio confratrum meorum, quorum id interest, cum præceptis regiis ores Dominicas, quæ summi pastoris vocem audiant, pro capta meo facere destinavi, quorum vitam constituimus ut (*c*) unum cibum capiant, propter dormiant, præstatis obediant, nihil citra præfixam sibi legem faciant, ad summam domiores existant suæ voluntatis, ut pax illis sit in terra hominibus bonæ voluntatis. Quod ut notum esse possit, non his tantum qui modo sunt, sed etiam posteris noſtris hoc monimentum confirmationis conscribi fecimus, quod & imperatoria dignitate, & Principum assensa, bonorumque omnium notitia, & pro forcere roborati voluimus: in quo & prædia, quæ in supranemorato loco ad servientibus Deo videtur, & verbi um ministrare sufficiant, & testes, quibus hæc probentur, ascribi fanximus. Ecclesiam in Bertheim, Burtsheim, Oreisheim Wittersheucka, Ecclesiam in Villa Beinchovum, Flavdesheim cum ecclesia, villam Benoite cum ecclesia Woltensi, villam Camus cum ecclesia: in villa Helsi tres man ses, in villa Althoulse I. in villi Hakesi II. in villa Frera V. Utheri, Geroldingum, Woromia cum ecclesia, Velen cum Ecclesia, Ruvanfesi, Sluzin. In villa Liedes mansum I. Scozes Malgreis ecclesiam in Olfep, Summa Lamentsheim, marchilmus, Slies, Alteza cum Ecclesia.

Signum Ottonis invictissimi Cæsaris.
Signum Ottonis invictissimi regis.
Signum Ottonis regis.
Signum Brunonis Coloniensis archiepiscopi.
Signum Thiederici Treverensis archiepiscopi.
Wodalrici Remensis archiepiscopi.
Everacri Leodiensis.
Baldrici Trajectensis.
Hideboldi Mimigadefurensis.
Lantewardi Mindensis.
Drogonis Osnebergensis.
Thiederici Metensis.
Wicfridi Virdunensis.
Gerardi Tullensis.
Ingranni Cameracensis.
Ingranni Abbatis.
Alberti Abbatis.

(*a*) f. illud ad vesperam. Inde mihi

(*b*) Adde & beati Confessoris Martyrii, quæ verba scriptoris oscitantia videntur omissa. *Martene.*

(*c*) f. unâ.

ANNO CHRISTI 967.

AD SYNODUM RAVENNATENSEM

ANNO CHRISTI 967.

Anno 967. aprili mense habitam

ADDITIO.

Anno 967. ARchiepiscopatus Magdeburgensis instituendi opus sub Joanne XII. exemptum, sed nondum absolutum, tandem in duplici Ravennatensi concilio peractum fuit. Horum conciliorum aliud aprili mense anni 967. habitum est, eidemque adfuit cum Othone I. imperatore Joannes pontifex, a quo data est pro ea erectione bulla datim hic a me ex Lunigii ſpicilegio eccleſ. pag. 12. num. 44. in ſupplem. adferenda. Conciliare verò documentum, quod potius dicendum eſſet ſtipulatio conventionis inter epiſcopum Halberſtadenſem, & eos, quorum, intereſrat, ut archiepiſcopatus ille erigeretur, ad concilium Ravennatenſe alterum anni 968. pertinet. De quo tamen poſteriori Ravennatenſi concilio inferius agemus.

JOANNIS XIII. PAPÆ BULLA

In ſynodo Ravennatenſi data pro inſtitutione archiepiſcopatus Magdeburgenſis.

Joannes epiſcopus ſervus ſervorum Dei, epiſcopus urbis Romæ, archiepiſcopis, epiſcopis, & cunctis tenentibus Deum, omnique cœtui Chriſtianorum.

NOtum eſſe volumus, qualiter inſpirante ſancto Spiritu, meritisque apoſtolorum principis Petri, & vaſis electionis ſanctiſſimi Pauli, ac milita millium martyrum Chriſti, Roma caput totius mundi, & eccleſia univerſalis ab ipſius pene paſſione, a Domino Jeſu Chriſto auguſto imperatore, a Deo coronato Cæſare, & magno & terpbenedicto, anno apoſtolatus noſtri ſecundo, ipſiuſque prænominati noſtri ſpiritualis filii ſanctiſſimi imperii ſexto, eræta eſt, & in priſtinum honorem omni reverentia redata. Ipſo namque anno una nobiſcum, favente, & conſentiente inviſibiſſimo præſidio Imperatore, acta eſt magna ſynodus Ravennæ XII. Kal. maji, convenientibus archiepiſcopis & epiſcopis circumquaque ex omni Italia, reſidentibus nobis in eccleſia B. Severi confeſſoris Chriſti, & ibi ſtatutis omnibus rebus eccleſiaſticis, ſecundum ſtatuta canonum, & decreta anteceſſorum noſtrorum, idem ſanctiſſimus Imperator ardentiſſimo cœpit amore perquirere, quomodo noſtra apoſtolica auctoritate a primordio nomen chriſtianitatis in aquilonaribus partibus dilataretur. Nos verò ejus animum in Dei ſervitio ita mirifice detentum mirantes, connivere ei dignum duximus, ſtatuentes, præſente & conſentiente S. Synodo, & ipſo imperatore, ut Magdeburgenſis juxta Albiam fluvium, ubi ipſe a Deo benedictus imperator corpus ſancti Mauritii cum multis martyribus collocaverat, & mitræ magnitudinis eccleſiam conſtraxerat, deinceps metropolis ſit & nominetur auctoritate B. Petri apoſtolorum principis, & ea, qua prædeceſſores noſtri Conſtantinopolim ſtatuerunt. Ideo quia filius noſter, ſæpe jam nominatus Otto, omnium auguſtorum auguſtiſſimus, tertius poſt Conſtantinum, maximæ Romanam eccleſiam exaltavit, conceſſimus, ut non poſterior ſit cæteris urbibus Metropoliranis, ſed cum primis prima, & cum antiquis antiqua inconvulſa permaneat. Suffraganeos vero eidem metropoli omnes unanimiter prærordinavimus, Brandenburgenſem epiſcopum, & Havelbergenſem, ſic cunctis quibuſcumque præceptum robult in urbe Magdeburg archiepiſcopus conſecretur. Poſtea verò idem archiepiſcopus & ſucceſſores ejus habeant poteſtatem per congrua loca, ubi per illorum prædicationem chriſtianitas creverit, epiſcopos ordinare nominatim, nunc & præſentialiter Merſeburg Cici, & Mitin, & quanti decima luditione perpetualiter confirmatus permanendum. Statuentes apoſtolica cenſura, ſub divini judicii obteſtatione, & anathematis interdictionibus, nulli liceat noſtrorum ſucceſſorum, atque pontificum, vel alii cuilibet perſonæ, hæc, quæ a nobis pia intentione ſtatuta ſunt in quolibet convellere, ſed potius firma ſtabilitate inconvulſa manere definimus. Si quis autem, quod non credimus temerario aulu contra hoc noſtrum apoſtolicum agere præſumpſerit decretum, ſciat ſe anathematis vinculis innodatum, & a regno Dei alienum, & cum impiis æterno ſupplicio deputatum. Et vero qui pro amore obſervatoe hujus noſtri privilegii extiterit, benedictionem a miſericordiſſimo Domino Deo noſtro conſequi meretur, & vitæ æternæ particeps, atque cum ſanctis omnibus ſine fine lætetur. Scripturn per manum Stephani notarii, regionarii & ſcrinarii Sanctæ Romanæ eccleſiæ in menſe aprili, & Indict. X. Johannes ſanctæ catholicæ & apoſtolicæ Romanæ eccleſiæ præſul huic decreto a nobis facto pro confirmatione ſubſcripſi. Signum domini Ottonis piiſſimi imperatoris. Ego Rudoalphus patriarcha ſanctæ Aquilegienſis eccleſiæ interfui, conſenſi, & ſubſcripſi.

Sequitur pariter decretum in eodem concilio dum Bononienſibus canonicis ab eorum epiſcopo facta. Ughellius quidem tom. II. in Bononienſibus pag. 13. nov. edit. in annum 969. illud conſert, ſimilis tamen omnibus temporis caracteribus, Judicio enim X. anni Ottonis & Joannis eum anno 967. congruant, quo reipſa Joannes Ravennæ cum epiſcopis Italiæ egebat, ut ipſe eadem decreta ſua probat. Ita ergo Joannes in ea Ravennatenſi conventu edixit.

Joannes dedit pro confirmanda donatione quadam Bononienſibus

ANNO CHRISTE 967.

JOANNES EPISCOPUS

Servus servorum Dei.

CUm ego Joannes sanctæ, & apostolicæ Romanæ ecclesiæ XIII. papa residerem in Ravennate civitate una cum meis, & Italicis episcopis, adfuerunt præsentiæ nostræ religiosi presbyteri & diaconi S. Bononiensis ecclesiæ, ac pro universo clero canonicæ congregationis humo prostrati, nostros osculantes pedes, obtulerunt epistolam tuitionis sanct. rec. Domini Leonis V. papæ, ut nullam donationem, vel redditum publicum facerent. Unde compunsti divina misericordia ad eorum petitionem commodavimus sensum; & ideo a præsenti declina indictione omnibus ducibus, marchionibus, comitibus, judicibusque, & universo populo a magno usque ad parvum in Bononiensi oppido commorantibus, dilectis fidelibus nostris notum esse volumus, ut omnes Bononiensis ecclesiæ filii, ideft sacerdotes, & levitæ, feu cunctus clerus ingefferunt nostro apostolatui, vim, ac violentiam perpeti in suis facultatibus, & rebus, & possessionibus, & publica ab illis exigi servitia, tam in ecclesiasticis, quam in suis mobilibus, & immobilibus fubstantiis: quod contra omnium statuta sanctorum Patrum, & canonicam auctoritatem esse cernuntur. Quare illorum calamitatibus condolentes, per has nostras literas omnino interdicimus & prohibemus, eorum nihil ab eis, vel successoribus illorum exigi ab aliqua magna, parvaque persona, quæ illis jure, & legaliter competrum. Insuper interdicimus, ut nec porratium, neque ripaticum, aut teloneum, sive oftaticum, neque pararam, vel sacramentum, quod dici nefas eft, faciant. Sed sine aliquorum hominum publicas sibi gerentium actiones, perturbatione atque molestia persistere secuti, quietique nullam sustinentes violentiam in suis facultatibus vel omnibus rebus ram mobilibus, quam immobilibus, tam de suis, propriis, quam de ecclesiasticis, sed in Dei servitio, & laudibus quieti, & pacifici perseverent, quatenus pro nobis, & cuncto populo christiano fecuti Dominum quotidie exorent. Datum 18. cal. mail, pontificatus nostri anno 2. Othonis imperatoris an. 6. indictione suprascripta.

ANNO CHRISTI 967.

VERONENSE CONCILIUM DIOECESANUM

Pro mandatis exequtioni decretis Concilii Ravennatensis

A *Ratherio Veronensi episcopo anno 967. celebratum.*

Anno 967. RAtherius Veronensis episcopus inter ea, præsules concilio Ravennatensi anni 967. adfuit, ideque de se affirmat *Ipse Ratherius* in epistola ad Ambrosium apud Pez in codice diplomatico col. 94. Mox ab eo concilio expeditus, fedique fuæ restituras, concilium habuit, ea exequuturus quæ Ravennæ in concilio cum cæteris patribus statuebiliverat. Quenam illa fuerint, paucis verbis idem Ratherius in eadem epistola indicat, cujus proinde fragmentum, cum simul concilii Ravennatensis acta expediat, ut hic darem, operæ pretium arbitratus sum.

RATHERII VERONENSIS EPISCOPI AD AMBROSIUM EPISTOLA

De rebus a se post reditum a Synodo Ravennate actis.

CElebrata mediante aprili universali Synodo Ravennæ, reversus convocavi ex omnibus nostræ Diœcesis plebibus presbyteros & diaconos, relaturus ex præcepto serenissimi imperatoris, quæ inibi constituta sunt. Ad concilium omnes. Cumque versutia mihi semper rebellium, vitaque meæ infidiantium nostræ matris ecclesiæ majorum venire quidam sint dediganti, illorum ex his, qui convenerant, aliqui cum maxima deliberaverunt superbia, quod nequo mulierositatem relinquerent, neque ab officio cessarent, quos comprehendi & cuftodiæ mancipari usque ad satisfactionem præcepi. Satisfactionis vero summam in reflaurando, sive quod verius eft, decoranda beatæ Genitricis ecclesia spe hujusmodi consuli, ut quia illi in agenda pœnitentia inefficaciffimi, utpote ebriofiffimi erant, matris intercessio Domini illis saltem obtinere dignaretur veniam, qui ex se emendationem aliam facerent nullam.

ANNO CHRISTE 967. 968.

ANNO CHRISTI 967. 968.

Pro variis ecclesiæ Dei rebus disponendis

A Joanne XIII. præsentibus Ottone Magno, & Ottone ejus filio imperatoribus

Anno 967. exeunte & 968. ineunte celebratum.

CElebris hujus Synodi, cujus acta deperierunt, memoratur tria superfunt, quorum alterum eft bulla Joannis XIII. pro infigni Parthenone Glandersheimensi, quod sub tuitione, & munimine S. R. E. excipit, quam bullam in eo concilio datam integram in fuam bullam transtulit Innocentius III. & una cum illa legenda eft apud Lunig Spicileg. eccles. in Granderfelsimenfibus in fupplem. pag. 37. ex quo hic damus. Aliud vero eft bulla altera ejusdem pontificis pro juse libertatis a fubjectione Trevirensis archiepiscopi monachis S. Maximini Trevirensibus decernendo, extatque pariter apud Lunigium in Spicileg. pag. 262. ex quo pariter hic editur. Tertium denique cæteris insignius eft bulla Joannis in hoc ipso concilio data pro erectione episcopatus Mifnenfis, cui longo ordine fubscripti leguntur episcopi illi, qui concilio huic affuerunt. Quanquam vero ex illis plures fubscripti Ravennatensi concilio isto eodem anno coacto leguntur; funt tamen quidam ab illis plane diversi, quorum nomina & episcopatus fcire ad ecclesiasticam & ecclesiasticam hiftoriam maxime conducit. Ita E. G. inter episcopos sese offert Luzo episcopus Cremonensis. Per hanc quidem tempora Cremonenfem cathedram tenebat Luitprandus, sed cum a legatione Conftantinopolitana nondum forte redifset, ideo vacantem ecclesiam Laud. ord. Luitprandus administrabat. Redit tamen quo tempore Synodus altera Ravennatensis anno eodem 968. ut Romana illa feries conveniat. Qua de causa ejus nomen inter episcopos, qui inftitutioni archiepiscopatus Magdeburgensis affensum præbuerunt, legitur. Ex quo discimus, fubscriptiones illas ad fecundum Ravennatense concilium pertinere.

JOANNIS XIII. PAPÆ BULLA

Ad Gerbergam abbatiffam Grandershemensem.

JOhannes episcopus, fervus fervorum Dei, meritis & sanguinis claritate rutilanti, dilectiffimæ nobis in Christo filiæ Gerbergæ, venerabili abbatiffæ monafterii fanctorum, confefforum Innocentii, & Anaftafii, quod Glandersheim nuncupatur, atque posteris fuis in perpetuum falutem benedictionemque apoftolicam. Si pijs votis ac petitioni affenfum prebemus, omnipotenti Deo nos placere credimus. Quapropter univerfis fanctæ catholicæ ecclesiæ filiis præfentibus & futuris notum esse volumus, quod in Synodo, quæ apud corpus beatiffimi Petri apoftolorum principis acta eft in menfe decembris, & indictione undecima amabiles Deo ac fpirituales filii nostri, Otto major, & minor, fecenifimi imperatores augufti apoftolicam paternitatem noftram humiliter obsecrare dignati funt, coram archiepiscopis, & episcopis, videlicet Hadalrici, & ultra Montanis numero triginta & fex, quatenus præfatum monafterium Glandersiem, quod conftat effe fub tua filiarionis regimine fitum in regno citeriorisSaxoniæ ad honorem præditorum confefforum Chriffi Innocentii, & Anaftafii, auctoritatis noftræ præfidio munirenmus, & fub tuitione jureque fanctæ fedis apoftolicæ perpetim fufciperemus. Quorum pijs congaudentes petitionibus alacri mente id feci decrevimus, precipientes ex ea, qua vice claviger cœleftis regni fulcimur, auctoritate, ut prænominatum venerabile cœnobium nemo unquam fecularium poffideat, neque ex electionis & poffeffionibus ejusdem quicquam fibi aliquis ufurpet, non rex, non marchio, non comes, non episcopus, nec quilibet princeps quæcumque poteftates præditus, nifi forte tuendi ac defendendi causa, & hoc nonnifi tua & ejus, quæ pro tempore regularis fuerit, abbatiffæ, gloria fuit permiffione. Efto igitur ad laudem omnipotentis regis abbatiffa ejusdem monafterii, & fubditas timi fœtores ad cœleftis patriæ gaudia expetenda inftigare pafforali magiftrorum ceffes. Sit femper celsem fororibus facultas five licentia ex ipfa fua congregatione poft obitum abbatiffæ aliam matrem, fecundum regulam fuam, fubftituere, & quam digniorem viderint pari animo & confenfu habeant poteftatem eligere. Conftamanus vero & corroboramus ipfi cuncto monasterio omnes res & poffeffiones mobiles & immobiles, quas nunc habet, & in antea, Deo opitulante, habere debet qualibet jure acquifitionis, ita ut amodo & ufque in finem fecula (*a*) licenter eas teneat & poffidicat, omnium hominum contradictione remota. Si quis autem contra hujus noftri apoftolici privilegii tutelam agere temperaverit, & ex his, quæ a nobis decreta funt, aliqua pervertere molitus fuerit, hunc cum auxilio fanctæ, & individuæ Trinitatis, & interventu Beatæ Mariæ femper virginis, omniumque fanctorum, ex auctoritate beatiffimi Petri apoftolorum principis cum, affenfu comprovincialium pontificum, & omnium hujus noftræ fanctæ fedis fuffraganeorum epifcoporum excommunicamus, & a liminibus fanctæ Dei ecclesiæ, omniumque chriftianorum focietate feparantes perpe-

(*a*) *f. feculorum.*

ANNO CHRISTI 967. 968.

petualiter anathematizamus. Scriptum per manus Stephani Scriniarii sanctæ Romanæ ecclesiæ, in mense & indictione supra dicta undecima. Benevalete. Dat. Kal. Januarii per manus Widonis episcopi sanctæ sylvæ candidæ ecclesiæ & Bibliothecarii sanctæ sedis apostolicæ. Anno Deo propitio pontificatus Domini Johannis summi pontificis & universalis tertii decimi papæ in sacratissima sede beati Petri apostoli tertio, imperatoribus serenissimis dominis, Ottone majore, & minore. Anno imperii majoris sexto, minoris verò primo. In mense & indictione undecima.

ALTERA EJUSDEM JOANNIS BULLA

in eadem Synodo data

Ad Theotfridum abbatem S. Maximini Trevirensis.

JOannes episcopus, servus servorum Dei, venerabili abbati, amabili nobis in filio Theitfrido apostolicam benedictionem, & salutem. Congruit apostolico moderamini, pia religione pollentibus benevola compassione fucturetur, & pontificium animis alacri devotione impartire assensum, ex hoc enim lucri potissimum a Conditore omnium Deo proculdubio promerentur, dum venerabilia loca opportune ordinata ad meliorem fuerint statum reducta. Igitur quia religiositas tua petit, ut monasterio tuo, quod in suburbio Trevirensi in honorem beatissimi confessoris Christi Maximini constructum esse dignoscitur ob conservandam tibi, atque fratribus vel successoribus tuis monasticæ tranquillitatis normam sanctæ apostolicæ nostræ (cui authore Deo præsidemus) ecclesiæ privilegium concedamus, pie tuæ petitioni benevola intentione assensum accommodare curavimus, decernentes apostolicæ authoritatis præcepto, ut congregatio Deo, sanctoque Maximino religiosè deserviens, sicuti a carissimo filio nostro Ottone, carissique regibus, vel imperatoribus Francorum concessum est, liberam deinceps habeant potestatem creandi inter se, quem secundum Deum tibi abbatem elegerint, nec aliqua cujuslibet dignitatis persona infra monasterium, nisi à te aliove abbate successore tuo vocatus, quicquid pro suo libito ordinare vel temere exercere præsumat. Præterea apostolica nostra authoritate omnimodis interdicimus, ne cui unquam ecclesiæ vel sedi concambio, vel alio aliquo negotio subdatur, sed tali libertate & immunitate, sicut Pontificum monasteriorum perenniter fit Mundiburdio regum vel imperatorum filiorum, celicet sanctæ Romanæ ecclesiæ præcepto apostolico jubemus, ut permaneat nulli unquam personæ beneficiarius, aut invadendus patreat, sed ad usus & tranquillitatem monachorum ibi sub regula sancti Benedicti Deo militantium absque ullius contradictione libenter permaneat. Ad cumulum quoque, vel augmentum monasticæ tranquillitatis

ANNO CHRISTI 967. 968.

A adjicimus, ne qua cujuslibet dignitatis persona quicquam vel minimum alienare, vel minuere de rebus ecclesiæ præfumat tam ex his, quæ modo monasterio tuo collata sunt, quam ex his, quæ caeteri fideles in dies collaturi sunt. Si quis autem (quod absit) nefario ausu præfumere hæc, quæ a nobis ad laudem Dei omnipotentis pro stabilitate rei fideli venerabilis congregationi tuæ sunt, infringere, aut in quocunque violare fiduciæ, ex authoritate Dei omnipotentis per interventum beati Petri apostolorum principis (cujus vice fungimur) & nostræ humanitatis apostolicæ constitutionem, & assensum omnium comprovincialium, sive suffraganeorum episcoporum anathematis vinculo inextricabiliter innodamus. Scriptum per manus Stephani Scriniarii sanctæ Romanæ ecclesiæ, lectum in synodo Romæ habita, assidentibus divis imperatoribus Ottone magno, filioque eius æquivoco, anno imperii majoris sexto, minoris primo. Datum IV. nonas januarii.

TERTIA EJUSDEM BULLA

in ea Synodo data.

Johannes episcopus, servus servorum Dei.

B SI semper tunc concedenda, quæ piis desiderii congruunt, quanto potissimum quæ divini cultus propagatio noscuntur, non sunt omnino abrogandæ, quæ sunt, a largitoribus non solum poscenda, sed vi caritatis proculdubio exigenda? Habita igitur Synodo & multorum venerabilium patrum, coepiscoporumque nostrorum conventu, Romæ in ecclesia B. Petri principis apostolorum, assidentibus augustissimis imperat. Ottone magno, & Ottone filio ejus imperii majoris sexto, minoris primo, illdem gloriosissimi impp. postularunt a nobis, quatenus monasterium, quod pro remedio animarum suarum primitus construxit, & in honore B. Johannis evangelistæ consecrari fecerunt, super ripam fluminis, cui nomen est Albia, in civitate Misina, sita videlicet in provincia, quæ dicitur Talemerce, cui etiam monasterio virum venerabilem, nomine Burchardum honorifice præfecerunt, privilegiis apostolicæ sedis decorarent; ut sub jurisdictione sanctæ ecclesiæ nostræ, cui Deo authore præsidemus, constitutum, nullius alterius ecclesiæ ditionibus fummitteratur. Pro qua re pia desiderii faventes, hac nostra auctoritate id, quod expetebant, effectui manc cipamus: interponentes tamen ea, quæ & ipli principes nostri innumeris privilegiis cupiunt exquiri, & cundis in Christo fidelibus manifesta fieri. More antiquorum. C impp. hi duo imperatores, pater, & filius, nobis assidentes Misnensi episcopatui terminum imposuerunt, nominando fines & determinationes locorum, sicut infra tenetur. Ubi caput & fons est aquæ, quæ dicitur Odera; inde quasi recta via usque ad caput Albiæ; inde deorsum in occidentalem partem, ubi divisio duarum regionum est Behem & Misnen. Ibidem ultra Albiam, & per silvam in occidentalem partem, usque ad

ANNO CHRISTI 967. 968.

ad caput Milde, & sic deorsum per ambas plagas ejusdem fluminis, usque dum Milda intrat in Albiam; (nec non ob hoc divimas in occidentali plaga, quia multæ villæ pertinent ad orientales urbes infra eumdem terminum) & sic sursum & ultra provinciam Nizici, ad ipsum terminum sine dubio: Nec non in altera parte Luzici, & Selpoli, & sic usque ad civitatem Sulpize, illam videlicet infra eumdem terminum, & inde in aquam quæ dicitur Odera, & sic Odera sursum, usque ad caput ejus. Omnes verò quemadmodum hi præsentes imperatores statuisse fatentur, qui infra illum terminum habitant, in omni fertilitate terræ, frugum & pecudum in argento & vestimento, nec non, quod Teutonici dicunt, (a) Ubercota, & Telunga, familiarum insuper tota utilitate, & in omnibus rebus, quibus mortales utuntur, in diversis modis decimationes, quas Deo cunctis gubernanti debent, ad Misnensem ecclesiam, primo Deo, deinde S. Johanni evangelistæ, universa dubietate procul remota, persolvant, refevant, & reddant. (Testantur etiam idem præfentes nobilissimi imperatores quasdam res sui juris, ac proprietatis eidem sanctæ Misnensi ecclesiæ, cui venerabilis episcopus Burchardus præeste dinoscitur, pro remedio animarum suarum in propriam dedisse, hoc est tributorum fuorum in quinque regionibus partes decimas, in Talemence, in Nisa, in Milzenzane, in Lunize, in Diedesi: ut antea, quam Comes eorumdem regionum partem sibi ad ipsis concessam auferat, atque distribuat, decimas per totum ac per integrum eidem sanctæ Dei ecclesiæ perfolvat, ideft in melle, crufina, (b) solutione argenti, mancipiis, vestimentis, porcis, frumento, & in omnibus rebus, quæ ad fiscum præfatum imperantium pertinere videntur, sanctæ Misnensi ecclesiæ, nec non S. Johanni evangelistæ sui juris theloneum, a civitate, quæ dicitur Begrera, usque ad confluentiam fluminis Albiæ portum; furfum, indeque denuo per ambas plagas præfati fluminis Albiæ deorfum, ficque usque ad primum terminum. Quicunque manus negotiatorum ultra Albiam huc illuc que fese diverterit, ex integro, & absque ulla contradictione eidem præmoninatæ sedi Misnensi, præsuli perenniter persolvat, & reddat. Et ideo in Christo fanximus firmiterque concellimus, ut nullus Metropolitanus, nullus episcopus, nullus etiam magna vel parva alterius ordinis, & gradus persona præter sedis apostolicæ antecessorem, infra terminos Misnensis ecclesiæ, cui venerabilis episcopus Burchardus præeste dinoscitur, quemquam ordinare, dijudicare, excommunicare, vel aliquid temerè exercere, ullo modo præsumat. Statuentes etiam apostolica censura, sub divini judicii obtestatione, & validis atque atrocibus anathematis interdictionibus, ut nullus imperator post hac, aut rex nullus, sive quilpiam alius, cujuscunque fit dignitatis potestatæ præditus, ejusdem ecclesiæ cauſis præsumat incumbere, vel minimum quiddam ex his, quæ ad illud monasterium S. Johannis pertinere videntur, cui Burchardus episcopus

ANNO CHRISTI 967. 968.

præsidet, aut sibi temere vindicare, aut alicui magnæ parvæque personæ pro beneficio dare, aut quoquolibet modo inde auferre vel alienare audeat. Promulgamus etiam, & hoc auctoritate B. Petri Apostolorum principis, coram Deo, & terribili ejus tutoru examini per hujus nostri privilegii, atque constituti vim interminatus, ut quis mortalium sibi licere oxistimet, aliquid ex possessionibus Misnensis ecclesiæ, tam ex his quæ attribuo glorioſissimus imperatoribus Ottone, & ejus æquivoco filio, vel a caeteris christianis, eidem sanctæ loco oblata, atque collata sunt, quæque posmodum sunt conferenda, ut prædictum est, aut quod subjectum est, ideru venerabilis locus apostolico hoc privilegio inconcuſsè donatus permaneat. Si quis autem, quod minimè optamus, nefaria auctoritatem hac, quæ a nobis ad laudem Dei pro stabilitate supradicti monasterii statuta sunt, refragare præsumpserit, nostrique præcepti transgressor existerit, scilat se anathematis vinculo innodatum, & cum Diabolo, atque Juda traditore Domini nostri Jesu Christi æterni incendii supplicio desiderium. At verò qui pio intuitu hujus apostolici constituti observator extiterit, benedictionis gratiam a misericordissimo Domino Deo multiplicitèr consequatur, & vitæ æternæ particeps effici mereatur. Scriptum per manus Stephani Scrinarii sanctæ Romanæ ecclesiæ, in mense decembri, indictione undecima. Signum Domini Ottonis minoris imp. Augusti. Petrus Ravennensis ecclesiæ archiepiscopus subscripsit. Rodaldus patriarcha Aquilejensis subscripsit. Sigosius episcopus Sabinensis Placentinæ ecclesiæ consensi, & subscripsi. Udalricus episcopus S. Pergamensis ecclesiæ consensi & subscripsi. Siggo Pledensis (c) ecclesiæ episcopus consensi & subscripsi. Benedictus episcopus S. Fulinensis (d) ecclesiæ consensi & SS. Johannes episcopus S. Normiensis (e) ecclesiæ subscripsit. Johannes episcopus S. Gallienſis (f) ecclesiæ subscripsit. Johannes episcopus S. Arinensis (g) ecclesiæ interfuit & subscripsit. Humbertus episcopus S. Leucensis (h) ecclesiæ consensi, & subscripsi. Gerhardus episcopus Faventinæ ecclesiæ consensi & subscripsi. Aufredus episcopus Verdecensis (i) ecclesiæ consensi, & subscripsi. Zerobius episcopus Bergomensis ecclesiæ consensi & subscripsit. Gaidolfus episcopus Firminæ (k) ecclesiæ consensi & subscripsit. Ego Petrus episcopus Camerinæ ecclesiæ subfui & subscripsi. Eberhardus episcopus Aretinæ ecclesiæ consensi & subscripsi. Stephanus episcopus Narniensis ecclesiæ consensi & subscripsi. Auberinus episcopus Asculanus subscripsit. Antonius Brixiensis (l) ecclesiæ episcopus subscripsi. Diocericus Metensis ecclesiæ episcopus subscripsit. Lantbertus episcopus Papiensis, subscripsit. Liberhard Hubertus episcopus subscripsit. Luto episcopus Cremonensis subscripsit. Johannes episcopus Turdonensis (m) subscripsit. Adelbertus (n) episcopus subscripsit. Orger episcopus subscripsit. Sichelinus Florentinus episcopus subscripsit. Albericus episcopus subscripsit. Arcingo Asinianæ ecclesiæ episcopus subscripsi. Infimo Laucarensis (o) ecclesiæ episcopus

(a) Vide Duchang. Gloss. in Corveiangia.

(b) Vide Duchang. V. Crufina.

(c) Mercenſis ecclesiæ.

(d) Herbipolenſis, sed inferius est Erphordenſis.

(e) Narniensis.

(f) Vigilantii.

(g) Arminiensis.

(h) Lunenſis.

(i) Virgilii.

(k) Firmanæ.

(l) Ita lo. Metensis gendum, cum apud Labbeum sit Briſichenſis.

(m) Tornacenſis.

(n) Lavicanenſis.

ANNO CHRISTI 968.

pus subfcripſi. Ertemarius Ancias epiſcopus A subfcripſi. Julianus epiſcopus Nucerinus subfcripſi. Stephanus Cerviæ eccleſiæ epiſcopus subfcripſi. Actro Senogalliæ eccleſiæ epiſcopus subfcripſi. Lupus Spoletrinus epiſcopus subfcripſi. Lyndo Clufianæ eccleſiæ epiſcopus subfcripſi. Data III. non. Januarii per manus Widonis, epiſcopi ſanctæ Silvæ candidæ eccleſiæ, & bibliothecarii ſanctæ ſedis apoſtolicæ. Anno Deo propitio, pontificatus Domini Johannis ſummi pontificis, & univerſalis tertii decimi papæ, in ſacratiſſima ſede B. Petri apoſtoli tertio, imperantibus Dominis piiſſimis Auguſtis Ottone, & ejus æquivoco filio, a Deo coronatis magnis imperatoribus, Anno majoris imperii ſexto, & minoris primo in menſe Januario, Indictione ſupra dicta undecima.

ANNO CHRISTI 968.

(Loc. Sign.)

RAVENNATENSE CONCILIUM ALTERUM

Pro abſolvenda archiepiſcopatus Magdeburgenſis inſtitutione, Anno 968. octobri menſe, præſente Ottone I. & Joanne XIII. celebratum.

RAvennatenſia concilia duo pro ſtabilienda Magdeburgenſis archiepiſcopatus inſtitutione diſtinguenda eſſe Pagius in critica Baronii ad A. 967. num. 4. & 5. dudum animadverterat; conſtatque plane ex narratione rei ea de cauſa geſtæ in iiſdem conciliis, alterum ab altero ſeiquianno ſejungi. Ex his vero in meis ad Pagium adnotationibus deduxi alterum Ravennatenſe concilium Octobri menſe anni 968. convenifſe. Id vero ex calculi ſuppuratione deduxi: tum pariter ad poſtremum hoc concilium referenda ea omnia inſtrumenta cenſui, quæ Ravennæ Octobri menſe anni Illius, five a Joanne XIII. five ab Ottone I. imperatore ad cauſam illam pertinentia data ſunt. Ex his quædam ſuppeditat Lunig, quæ eum ad acta ejus concilii referri poſſint, ideo ex eo huc tranſferuntur.

JOANNIS XIII. BULLA

AD ADALBERTUM MAGDEBURGENSEM ARCHIEPISCOPUM.

Primatum illi inter univerſos Germaniæ præſules, & æqualem cum primavit Galliæ honorem conſtituit.

Johannes epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto nobis in Chriſto confrati, Adalberto S. Magdeburgæ eccleſiæ archiepiſcopo in Domino æternam ſalutem.

Ex Lunig. Spicil. pag. 15.

SI ea loca, quæ ad ſalutem maximè populi & geneſis ad Deum converſionis fundata ſunt proprio noſtræ auctoritatis munimus & decoramus; hoc ad provectum & divinæ religionis cultum pertinere nullo modo dubitamus. Igitur quia ſedem Magdeb. cui Deo authore præſides, noſtra tuorum-que comprovincialium authoritate archiepiſcopalem eſſe decrevimus, quem inter cæteras eccleſias ordinem, vigorem, primatum, & æquitatem habere in poſterum debeat, apoſtolicæ ſedis privilegio munivi ſanximus. Dei igitur omnipotentis auctoritate, & B. Petri, apoſtolorum principis, & noſtra, te tuoſque ſucceſſores in perpetuum, & eccleſiam tuam omnium eccleſiarum archiepiſcoporum, & epiſcoporum, qui in Germania ſunt, ordinari in ſedendo, in judicando, in confirmando, in ſubſcribendo, in ſententiis dandis, omnique eccleſiaſtico ordine primarum habere volumus. Eorum vero, qui ſunt in Gallia, item Mogonciens. Treviren. & Colonienſi eccleſiæ in omnibus parem honorem & ſimilem vigorem præſenti privilegio confirmamus. Cæterum, mœre. Romanæ eccleſiæ, eccleſiam tuam duodecim presbyteros, & ſeptem diaconos, & viginti quatuor ſubdiaconos Cardinales, qui ſandaſſis & liſiis utantur habere volumus. Super hoc vero iiſdem presbyteris, & abbatibus eccleſiæ ſancti Johannis Baptiſtæ C in ſuburbio ejuſdem civitatis conſtructæ tunicis uti concedimus. Quibus exceptis & epiſcopis ſuper altare in honorem B. Mauritii dedicatum miſſam celebrare aliquis nullo modo præſumat, quod non ad ſuperbiam, ſed ad loci ſanctitatem ſpeciali reverentia præſenti privilegio munimus, & decoramus. Quapropter frater fraterrime, Dominicorum ſalubriter remittiſcens mandatorum ita in commiſſe plebis regimine, lucrandiſque animabus invigila, ut redemptori noſtro ſuo tuum bonæ operationis, in quo lætari poſſis, exhibeas. Scripturn per manum Stephani Scriniarii ſanctæ ſedis apoſtolicæ in menſe octobri indict. XII.

ALTERA EJUSDEM AD EUMDEM BULLA.

Confœderationem epiſcoporum omnium inter Albeam & Salam, juſque pallii illis & ſucceſſoribus tribuit.

Johannes epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, charitiſſimo confratri noſtro Adalberto ſanctæ Magdeburgenſis eccleſiæ Archiepraſuli in Domino æternam ſalutem.

ITA te, frater charitſime, & coepiſcope Ex eodem noſter vita moreſque tui hactenus idopag. 16. neum reddiderunt, ut meritò tibi cedere, plura etiam committere, ſicut bono diſpenſatori, non hæſitemus. Igitur quia ad paſtoralis culmen plebis tuæ, & comprovincialium tuorum, & noſtra poſt Deum te authoritatem promovit, & quia tanta Sclavorum plebs ultra fluvios Albiam & Salam, A ejuſdem tuæ ſcilicet eccleſiæ archiepiſcopos, ſicut pro tempore fuerint, conſecrent, qui pallium ſecundum morem Romanæ eccleſiæ a noſtra ſede recipiant. Unde, frater charitſime, dilectationem [a] tuam admonco & obteſtor, ut animo ſis ſollicitus, ne aliquid ſibi commodi dato aut gratia, quæcumbisve ſuppliciis perſonarum in ſacris ordinibus vendices, ſed ad hoc officium ille perducatur, quem morum gravitas commender, & vitæ præterite actio. Oramus autem omnipotentem Deum, ut ſua te munitione circumagat, & ſacerdotii ſuſceptum officium operibus implere concedat. Actum per manus Stephani Scriniarii, & bibliothecarii ſanctæ Romanæ eccleſiæ in menſe octobri, Indictione ſaturum duodecima.

(a) f. dilectionem.

ANNO CHRISTI 968.

ANNO CHRISTI 968.

HATTONIS II. MOGUNTINI ARCHIEPISCOPI ET PATRUM QUORUMDAM SYNODI RAVENNATENSIS

DECRETUM,

Quo loca quædam ditionis ſuæ a ſe avulſa Magdeburgenſi archiepiſcopo ſubjicit.

Ex Eodem Ibid.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Hatto, divina auxiliante clementia ſanctæ Mogonciacenſis eccleſiæ archiepiſcopus. Quia ſollicitudo paſtorum in augmento gregis probatur; nec tantum eccleſiis noſtris præeſſe, quantum prodeſſe jubemur. Idcirco nos onus nobis impoſitum in plura dividendum cenſuimus, ut dum in plures participatur, ab unoquoque noſtrum juguin Chriſti, quod ſuave, & onus ejus, quod leve eſt, æquius, & portabilius portetur. Ad dilatandos quippe fidei chriſtianæ terminos, & Sclavorum indomitas gentes ultra Albiam & Salam jugo Chriſti ſubdendos, in Magdeburg fedem archiepiſcopalem fieri, & in Merſeburg epiſcopum, Magdeburgenſi eccleſiæ ſubjiciendum & ab ejus archiepiſcopo ordinandum, archiepiſcopali noſtra auctoritate cenſemus, & inſtituimus. Epiſcopos verò ultra Albiam, Brandenburgenſem ſcilicet & Havelbergenſem, noſtræ hadenſes eccleſiæ ſubjectos, a debita nobis obedientia abſolvimus, & præcipitæ Magdeburgenſi eccleſiæ, ejuſque archiepiſcopo obedientiam æque permittimus, & conſentimus. Ne quam verò ſancta Magdeburgenſis eccleſiæ futuris, quod abſit, temporibus a noſtris ſucceſſoribus inde molcſtiam patiatur, cartam confœderam conſcribi juſſimus, & in præſentia ſereniſſimi Domini augulli imperatoris, vel venerabilium epiſcoporum, quorum nomina inferius inſerentur, legi vel recitari, & ſubſcriptionibus corroborari & confirmari rogamus. Ego Hatto E S. Moguntinæ eccleſiæ archiepiſcopus manu propria confirmavi & ſubſcripſi. Ego Everardus ſanctæ Leodicenſis eccleſiæ epiſcopus conſenſi, & ſubſcripſi. Ego Reginoldus ſanctæ Rubilocenſis epiſcopus conſenſi, ac ſubſcripſi. Oldericus Pergami epiſcopus interfui & ſubſcripſi. Hubertus epiſcopus ſubſcripſi. Milo epiſcopus ſubſcripſi.

Ex eodem pag. 17.

OTTONIS MAGNI DIPLOMA IN EO CONCILIO EDITUM,

Quo prædium quoddam archiepiſcopo Magdeburgenſi concedit.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Otto, divina favente clementia imperator Auguſtus. Noverit omnium noſtrorum præſentium, quam & futurorum induſtria, qualiter nos interventu dilectæ conjugis noſtræ Adelheidis, filiique & coimperatoris noſtri Ottonis, tale noſtræ proprietatis prædium, quale nos in Bodenhiſen uſque ad hanc diem habuimus, cum omnibus appenditiis ſuis, tam in mancipiis, quam in ædificiis, terris cultis & incultis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, in mobilibus, & immobilibus, exitibus & reditibus, quæſitis, & inquirendis, ſancto Mauritio in Magdeburg liberaliter offerimus, & archiepiſcopis illius eccleſiæ perpetualiter concedimus, ut teneant, & poſſideant, & ſuis uſibus, ſicuti res ecclefiaſticas juſtas fibitum adjungant. Et ut hoc noſtræ munificentiæ munus eidem eccleſiæ fidelibus noſtriſque veriis credatur, hanc cartam ſcribi, & manuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus, quam & propria manu fubterfirmavimus. Data VII. non. octob. anno Dominicæ Incarnat. DCCCCLXVIII. Indictione X. (lege XI.) anno verò regni Domini Ottonis XXXIV. imperii autem VII. Actum Ravennæ in Domino feliciter. Amen. Signum domini Ottonis magni in

ANNO CHRISTI 969.

victissimi imperatoris augusti. Ludigerus cancellarius ad vicem Haddonis archicapellani recognovi.

ANNO CHRISTI 969.

DISPUTATIO INTER CATHOLICOS ET JACOBITAS CONSTANTINOPOLI HABITA.

Agentibus pro Jacobitis Joanne eorum patriarcha, & pro catholicis patriarcha CPtano, sorte Polienctto.

Anno Alexandri 1280. *Christi* 969. *mense Ab, vel Augusto coram Imperatore habita.*

Sluerunt huc usque conciliorum editiones celebrem disputationem, jussu Græci imperatoris Nicephori anno Alexandri 1280. die 23. mensis Ab, idest Augusti feria secunda, inter Jacobitarum, & catholicorum Græcorum patriarchas de fide institutam. Renaudotius to. 2. Litur. Orient. pag. 489. ejus summam e MS. codice Seguieriano; integra verò acta mox e Syriaco codice vulgavit Assemanus Bibl. Orient. to. 11. pag. 133. quæ tamen acta non e publicis quidem tabulis, quæ tunc forte scriptæ fint, sed e Synodica Joannis patriarchæ Jacobitæ ad Mennam patriarcham Coprorum repræsentantur. Quæ liquid referant catholicis aliquanto invidiotiori, id studio partium hæretico scriptori debetur. Hæc scire juvat lectorem, antequam Synodicam ipsam legat.

SYNODICA JOANNIS PATRIARCHÆ JACOBITARUM.

Ad Mennam Alexandrinum Coptorum patriarcham.

Ex Assemano Bibl. Orient. tom. 2. pag. 133.

QUum imperator ex urbe Emesa Constantinopolim rediisset, quo nos (*Joannem Jacobitarum pat riarcham*) adduxerat; patriarcha (*Polyenctto*) mandavit, ut nos arcesseret. Arcessivit ille feria quinta ante Dominicam in Hosanna, præsentibus ejus clericis. Antequam verò patriarcham adiissemus, occurrit nobis ingens hominum multitudo, qui incondite clamoribus terrorem nobis incutere volebant, ad patriarchæ colloquium euntibus. At Deus per suas acceptas preces patientiam nobis dedit, & fortitudinem.

Poſt multum vero temporis ad patriarchæ tandem ædes pervenimus, cui milites & turba magna assistebant. Salutavimus eum, & ipse salutem quoque nobis dicens, sedere nos A justit. Mox percontatus est, inquiens, *ergo fidem loci patriarcha ei? Antiochenæ ſedet*, respondimus. Tum ille: *duo igitur patriarcha eſſet, qui unam fidem teneret? an ſchiſma inter vos eſt, & tu unam fidem teneſ, & alter aliteram?* cui ego: *ſchiſma*, inquam, *inter nos eſt*. Quod cum ille audisset, excepit: *ergo patriarcharum adeptis quum in patriarcham ordinatur ſuiſti?* Respondimus: *dominus Mennas*. Ait ille: *at ſi hæreticus eſt: ſeriptis enim nobis epiſtolam erroribus plenam, epiſcopi in Constantinopoli ſidei datæ orthodoxa eſt: Alium autem habemus orthodoxum Alexandriæ patriarcham, Bliam nomine*. Cui nos conſeſtim respondimus, B perout Deus nobis ſuppeditavit, dicentes: *non alium novimus Alexandriæ patriarcham, præter patrem Mennam, qui eſt noſter in Chriſto pater & comminiſter*. Tum ille: *Tua quæ quantum eſt in Chriſtum fides? Affirmas ipſum de cœlo deſcendiſſe, & inhabitaſſe in ſancta Maria Virgine, & ex ea corpus connaturale nobis aduniſſe, nec ne?* Respondi: *confiteor, Deum Verbum, qui eſt ante ſæcula filium patris, de cœlo deſcendiſſe, & inhabitaſſe in ſancta Dei genitrice Virgine Maria, & ex ea perſonaliter corpus connaturale nobis, animæ rationali, & intelligenteæ praditum aſſumpſiſſe, atque ita ex ea natum ſuiſſe Deum hominem factum abſque mutatione & confuſione*. His auditis: *dic*, inquit, *ſunt igitur in Chriſto naturæ?* Cui nos: *Chriſtum ex duabus naturis compoſitum novimus: unam autem duntaxat naturam ipſum fatemur poſt unionem, ſcilicet ipſum Verbi Incarnati*. Et poſt longam diſceptationem diſceſſimus eo die.

Quum vero dies Dominica paschatis eſſet, ex vetere liturgiæ & oblationis antiquæ veritatis expertes, juxta illud prophetæ: *ſolemnitates veſtræ, in triſtitiam convertentur*; arceſſivit nos tamen imperator ad magnam eorum ecclesiam, cujusque nobis ornamenta excelsæ, ejusque multiplicem apparatum, & ſtolas, & vela, & lampades, & innumerum populum, qui eo confluxerat, & magnificentiam mirari jussi, exstimare caducis iis rebus puerorum inſtar, capi nos posse. Sumpta autem eucharistia egressus imperator arcessitos nos duris sermonibus hunc in modum colloquutus eſt. *Ego Deum deviſdimus, ut ait Paulus, & alius quidem dicit, ego ſum Cephæ, alius alterius ſe eſſe dicit, & id negat quod prior affirmat*. Cui ſuggerente Deo per veſtras acceptas preces congruum & opportunum dedimus reſponſum. Et poſt longam confabulationem dimiſit nos cum populo, a quo in paratas nobis ædes usque deduci jussit. famus.

Dominica nova iterum adeſſe nos jussit imperator, & blande nos eſt alloquutus. *Miſcricordiam*, ait, *& Judæi reprehendunt nos, & adiutores, & dicunt, quærat inter nos hæreſis eſſe, quoſdam ſeiſcet Melchitas, a tuo Jacobitas, alios Neſtorianos & alios ex aliis ſectis. Que autem, rogo, cauſa eſt ſchiſmatis inter nos & vos? Congregamini, & ſcrutemur ſcripturas, imo, Audiat, aut tribuat menſibus, & inquiramus ubinam ſit veritas, & ſa-*

ANNO CHRISTI 969.

ſequamur eam omnes. Hæc ait, volens nos dulcibus sermonibus capere: exſtimabat enim ſe veritatem tenere. Cui protinus reſpondimus, nos in ea re ab imperatore haudquaquam diſſentire, ſimulque pro ejus incolumitate precati ſumus. Regat ille: *quem futuræ diſputationi præſſe opto velim: utrum ipſum, an patriarcham aut metropolitam, vel monachos?* Reſpondimus, eum nos optare, quem clementiſſimus imperator ſtatuiſſet: *quandoquidem*, ajo, *ſub noſtra ſumus poteſtate; modo abſit vis, & injuria*. His ab eo dimiſſi, ad noſtras ædes regredimur.

Poſt biduum patriarcham vocari accedimus. Invenimus eidem aſſidentes epiſcopos & magiſtratus imperii. Diſputatum eſt. At illi nullum ex ſcripturis testimonium proferre valebant; ſed ſola fui cerebri commenta, producentes, eadem pertinaciter tueri conabantur, affirmantes Chriſto duas naturas ineſſe. Nos contra Chriſtum ex duabus quidem naturis compoſitum; id tamen intelligendum eſſe ad mentem omnium ſanctæ ecclesiæ Doctorum, velut in homine animam & corpus. Quumque illi reſpondiſſent, hominem quoque duas ineſſe naturas; contradiximus, affirmantes nos unicam agnoſcere naturam compoſitam, nec Chriſtum dici nisi unum, & unam voluntatem, atque operationem unam. At illi a ſententia minime receſſere, nec ſcripturarum verba attendere. Et quoniam identidem opponebamus, a nobis nihil ex noſtro ſenſu affirmari, ſed ea duntaxat, quæ ſancti patres, & ſanctæ ecclesiæ doctores Chriſti Dei noſtri unitatem optime interpretes docuerint: qui non agnoſcebant poſt unionem, nisi naturam unam Dei Verbi incarnati, atque omnino dualitatem peraſta union: remanſiſſe negabant; patriarcha (*quintus*) *Credo doctores, quos veſtræ opinioni, ſeſtaque patrocinari affirmatis. Omnes*, ajo, *patres duos, qui eccleſiam adſtruunt, duas confirmavere ſua quiſque ætate naturas. Unum, ſubdit ille, quum meminerat unionis teſtimonium mihi ex Cyrillo reddere*. Quod nos aſſutum factum ſuppondimus. Subinabat namirum id nos numquam effecturos. Deſcripsram ergo Græce obtuſiori mus Syllogem teſtimoniorum, quam ad hujus voluminis calcem ſubjicimus. Quumporro ea minime legeretur: *jubet*, ajo, *ut peregantur patriarchæ teſtimonia doctorum orthodoxorum, qui communi partium conſenſu ſuſcipiuntur; ipſique ſunt patres noſtri. Et oſtendite mihi ex patrum decretis, utrum Chriſtus duas naturas ante unionem, an poſt illam tribuerint, uſque patrum dicti conſonantes habebitis. Ex teſtimonio: ſunt autem pauca quædam: ignoraates enim veſtrum ſermonem, cætera multa præterunda duximus, ut inde ſides noſtræ veritatem certitudinemque cognoſcatis, neque nos imperitiæ atque erroribus implicitos exiſtimetis*. Ad hæc conticuere illi, hoc tantummodo ſubdentes, Gregorium theologum in priori epiſtola ad Calcidonium Apollinari objicere, eumdemque gravliter reprehendere, quod Chriſtum negaret aſſumpſiſſe corpus perfectum, animarationali intelligente præditum: deaſque, naturas ficiat animam & corpus Chriſto affecere. Tum verò: *percurrite*, ajo, *epiſtolam ab initio uſque ad calcem, & perſpicietis, quomodo ſanctus doctor unionem definiat in eadem epiſtola, quam protuliſti, & quomodo affirmet*: non alius eſt & alius, abſit: ſed uterque in unione, & commiſtione unus: Non quod ſanctus Gregorius inducat in Chriſto commiſtionem, & confuſionem; ſed quia veritatem unionis certam, atque indubitabilem reddere voluit, Chriſtumque unum eſſe, & agnoſci in corpore; nec duabus conſtare naturis, ſicut dicitis. At illi ſententiam ſuam pertinaciſſime tuentes: *ergo*, ajebant, *commiſtionem, & confuſionem fatetis, & divinitatem paſſum fuiſſe affirmatis, ſi unicam naturam aſſeritis*. Unus porro Deus novit, quæ gella fuere, & quæ in hac noſtra cum illis diſputatione differimus: quoniam duodecies hadſenus nos ad collationem provocarunt.

Hæc verò ſunt teſtimonia (*a*) quæ græce ſcripta eis obtulimus ex confeſſione Ephesi Cyrilli: quorum primum eſt ejuſdem Cyrilli ex ſermone Athanaſii de Incarnatione Dei Verbi &c. Vos itaque legite & expendite omnes ejuſmodi textus, quos Spiritus Sanctus loquutus eſt per ora ſanctorum patrum, & quidquid demonſtravit S. Pater Cyrillus in omnibus ſuis libris, quorum hæc eſt lux ſolis: quæ unam circa incarnationem Dei Verbi oſtendit: quoniam ubi anathematizat, & affirmat mentem ſpeculationi intentam videre duas naturas ad unionem, & compoſitionem venire in Chriſto, poſtque confiteri unam naturam, unamque perſonam perfectam ex duabus per unionem ſine defectu aut commiſtione, aut corruptione unum incarnatum. Teſtatur etiam pater Cyrillus antiquos patres hoc idem ſenſiſſe, & eadem ſimilitudine uſos ſuiſſe: & ſecundum reliquos omnes electos patres credimus, & affirmamus unum eſſe Chriſtum

(*a*) *Teſtimonia*. Auctores quos citat Joannes, hi ſunt. *Cyrillus* Orat. in Diodorum, & Andream Samoſatenum, ubi Anaſtaſii ſermonem de Incarn. Dei verbi citat. *Gregorius Turnaturgus* de fide. *Julius papa Romæ* Orat. adverſus eos, qui incarnationem Dei Verbi impugnant. *Idem* orat. de unione deitatis & corporis Chriſti, *idem* in epiſtola ad Dionyſium epiſcopum Cypri. *Gregorius Theologus* orat. de nativitate Domini. *Idem* orat. de Deo verbo. *Cyrillus* epiſt. ad Acacium Melitinenſem epiſcopum. *Idem* epiſt. ad Succenſum. *Idem* to. 2. adverſus Neſtorium. *Idem* epiſtola hæreſiarcha ad Theodoſium imperatorem. *Idem* epiſtola ad Eulogium presbyterum Conſtantinopolitanum. ASSEMAN.

ANNO CHRISTI 969.

gum ex duabus naturis & personis (*a*) divinitate & humanitate perfecta, factamque fuisse unam naturam, & personam unam Verbo incarnato homini fæto. Omnino autem negamus post unionem duas naturas duasque personas, vel duas voluntates, aut contrarias operationes. Quicumque enim hoc dicit, anathematizamus & rejicimus a sanctis patribus, & præstantibus doctoribus, quemadmodum præfati sunt. Et hæc est Nestorii assertio, & doctrina, & omnium ejus gregalium.

Porro quoties ajebam, hanc esse Nestorii hæresim, vehementer exardescebant, sibique id permolestum esse præseferebant, Nestorium cum suo errore execrantes, quamvis & ipsi ejus doctrinam confitentur, & docent. Et nos quidem hæc & alia, quæ consulto prætermitto, illis sæpius suggessimus. At illi in sua pertinacia, atque inveterato errore persistere, his modis nobiscum agentes, fuique imperii auctoritate nobis indantes, & vim intentantes, juxta vetus adagium: qui dominatur, fapit. Ut vero intelligamus, scripturarum oraculis eos minime acquiescere, nec veritati manus unquam daturos: *nec nostra*, subjecimus, *quotannis ad vos transmissa, nec orthodoxa disputare ambirumur unquam; sed imperatores mandato nos hoc accedere adegisse, rogatique, fidei nostræ fundamenta aperuimus, quadque nobis tradiderat, præstantissimi patres, & orthodoxi doctores, qui Dei ecclesiam rexerunt, eamque propagarunt, atque apostolicam fidem confirmarunt. Vos autem nec illos, neque nobis acquiescitis. Impietas igitur opera patrum vestrorum, eorumque vestigiis insistite; Nos itidem nostros sequemur.*

Enimverò postquam patuit nos nulla vi nullo metu a proposito discessuros, nec nobis nec pollicitationibus infirmitatem virtutis nostræ ad eorum vota pertractum iri; quoniam extrema quæque nobis deliberatum fuerat, & mortem cætera inevitabilem oppetere; ipsi contuentes mortis metu nostram constantiam minimè fractam, continuere (*b*) se paumper, nosque in certamen conjecerunt. Sic hactenus nobiscum agitur. Meliora a Dei clementia præstolamur, vestris nimirum exorata precibus. Spes autem nostra in Deo est & patientia firma, quam nulla vis, nullus metus, aut casus ullus franget: & confidimus in eo, cujus spes non confunditur, fore ut nos minime deferat, sed concta nobis gaudium & finem bonum sit allaturus, fummque judicium in nobis impleturus.

Quod autem rerum nostrarum seriem hoc libello retexere suasit, fuit, quoniam compertum nobis nunciatum fuisse nostrum in urbem Constantinopolitanam adventum: fed fortaffe res, ut geste sunt, minime tenetis; fama quippe a veritate plerumque aberrat. Compertumque præterea nobis est, vos pro vestra in nos benevolentia ex nostro interitunio non mediocri mœrore affectos; quandoquidem alter alterius membra sumus, & quum unum membrum dolet, reliqua eidem condolere confequens est, quia uno spiritu animati sumus. Tum etiam ne vobis, quod absit, ulla incidat adversus nos suspicio ex his, quæ Satanas maledicus ferere solet, aut a flagitiosis hominibus vobis insinuetur, contingat: qui enim maledicto diabolo adhærent, ipsi ineipiuntur, & seductus puras mentes pertubat; etsi de vestra bona mente optime sentiamus, nec eam delaturum obtrectationibus patere credamus. Demum quia Deus, cujus nomini laus & gloria: videt quam oppido cupiamus fieri certiores, vos bene valere, veltaque omnia quam optimè fese habere: veltras, inquam, benedictas ecclesias, & omnes pastores vestræ jurisdictioni subjectos, quos ut Deus veltris precibus tueatur, oramus: nec non monachos, qui in deserto agunt, & sanctos patres: ut tribuat nobis Deus benedictionem veltrarum erga nos orationum. Quod autem fupplices etiam atque etiam petimus a sanctate vestra flagitamus, rogate omnes sanctos, qui in veltris provinciis commorantur, tum propinquos, tum a vobis remotos, ut pro nostra infirmitate, & quam universa ecclesia orthodoxa ipsorum matre ac nutrice orent: quia nobis incertum non est, a Deo non contemni eos, qui simpliciter in corde puro invocant illum, sed illum petitionem eorum ipsis tribuere. Precamur etiam sanctitatem & præstantissimam fraternitatem veltram, ut nos solari dignemini in hac tribulatione, in qua sumus, & in hoc exilio literis veltris, in quibus conquiescamus. Enimvero epistolam veltram contueri perinde erit, ac si gloriosum personam veltram videamus. Salutem divinam spiritalem ci-

ANNO CHRISTI 969.

(*a*) Ex *duabus naturis & personis*. Locutio a nullo veterum Monophysitarum, quod sciam, usurpata, primum occurit in Synodica Theodosii, ut notavi supra to. II. pag. 125. Eadem legitur in epistola Athanasii Antiocheni ad Philotheum sexagesimum tertium Coptorum patriarcham, his verbis: *Confitemur, quod Emmanuel ex Christus unus, Dominus unus, unus filius, unaque persona, una natura, una persona incarnata ex duabus personis, hoc est naturis, ex divinitate scilicet, & humanitate*. Ubi Athanasius personam cum natura confundit: mox subjungit hoc inepistimum ratiocinium: *Quod si dicimus Christum Dominum post adunationem duas esse naturas, aut in duabus naturis, aut opinamur qui se sapientes putant, quum insipientes sint, quamvis dicendum non erit, Christum duas ejs personas, & in duabus personis; at sic pro Trinitate quaternitas obtruditur, quum fieri nequeat, ut natura sit, nisi in persona*. Personam ergo a natura haud diffinguunt recentiores Monophysitæ, qui tamen quum in Trinitate naturam unam, tresque personas in ea ipsa Synodicis, quas citavi, diserte fateantur; necessario sequitur, eos vel omnino carere esse: id enim in Incarnatione non vident, quod in Trinitatis mysterio perspicacissime intuentur ;) vel sibimet *ASSEMAN*.

ANNO CHRISTI 970.

ANNO CHRISTI 970.

cimus dilectioni nobilis animæ tuæ & omnibus electissimis episcopis nominatim, atque universis discipulis veltris, & iis qui pro vobis accepti sunt, & præcipue illustri ac fapienti domino Macario scriptori. Ego vero & Sergius Metropolita Symnadæ, & Joannes episcopus Ramatum, & Constantinus episcopus Garmæ, qui mecum sunt in exilio. & omnes nostri discipuli, David, & Zacharias: & fideles familiares nostri in regia urbe vobis salutem dicunt: vosque Deo commendamus, & oramus, ut nos filiter Deo vos commendetis, nobisque parcatis, atque in vestra acceptabili oratione nostri memoriam habeatis.

Hæc scripsimus feria secunda die vigesima tertia Ab. (augusti) anno Alexandri Macedonis millesimo ducentesimo octogesimo.

NOTA ASSEMANNI.

I *fuit annus Christi 969. quo diei 23. Augusti in festum secundum incidit, non annus 958, ut perperam scribit Renaudotius tom. 2. Liturg. Orient. pag. 489.*

CANONES AELFRICI AD VVULFSINUM EPISCOPUM.

Habentur canones isti ad finem libri catholicorum fermonum Anglice in ecclesia recitandorum, in celebri bibliotheca Corporis Christi Cantabrigiæ L. XII.

Incipit epistola de canonibus.

Ex VVilkins Conc. Britan. to. 1. pag. 250.

ÆLfricus humilis frater venerabili episcopo Wulfsino salutem in Domino. Obtempero vestrimus justioni tuæ libenti animo, sed non auli fuimus aliquid scribere de episcopali gradu, quia veltrum est scire, quomodo vos oporteat optimis moribus exemplum omnibus heri, & continuis admonitionibus subditos exhortaci ad salutem, quæ in Christo Jesu. Dico tamen, quod sapius debeceris veltros clericos alloqui, & de illorum negligentiam arguere, quia pene ftatuta canonum, & sanctæ ecclesiæ religio, vel doctrina eorum perveritate deleta sunt; ideoque libera animam tuam de eis quæ tremenda sunt sacerdotibus, & ministris Christi, ne ru pergas non tene si timeus hodiernis canis. Nos vero anteceslores hanc epistolam, quæ Anglice feripta, quasi ex ejus ore dictata fit, & locutus esses ad clericos tibi subditos, hoc modo incipiens.

De Sacerdotum Synodo.

1. DEco vobis, sacerdotes, quod vestro fusfere nolim; fed dicam vobis in veritate quid de Sacerdotibus constituam est. Christus ipse ftabilivit christianitmum, & casstatem; omnes enim qui ambulaverint in via ejus cum ipso, deferant mundana omnia, & uxoris consortium; quoniam ipse dicebat in aliquo evangelio: *qui uxorem suam non odit, non est dignus meus esse discipulus*.

II. Post ascensionem Christi in regnum cœlorum, & post mortem veherabilium ejus apostolorum, tanta perfecutio per totum orbem excitabatur, ut non possent ad Synodum congregari Dei ministri, præ ethnicis perfecutoribus, qui illorum meditabantur mortem, usque dum Constantinus Cæsar ad christianismum converteretur, qui omnem orbem terrarum in potestate tua habebat.

III. Tunc congregabat Synodum in civitate Nicæa recentorum & orthodoxum episcoporum ex omnibus nationibus ad confirmationem fidei. Ibi erant multi tam elati episcopi, ut nitraculu operarentur; & ita excommunicabant ibi sacerdotem quemdam Arium, quoniam credere nolebat, quod Dei viventis Filius æqualiter potens esset, ac genitor ejus, ipsius pater. Tunc condemnabant omnes hunc hominem Diaboli; fed nolsit perfecutere, donec intestina fua omnia simul videret effusa, cum ad latrinam, abiret.

IV. In hac synodo constituebantur sacra ecclesiæ ministeria, & symbolum missæ, & multa alia de Dei cultu, & de Dei servitio.

V. Statuebant omnes unanimi consensu, quod neque episcopus, neque presbyter, neque diaconus, nec ullus verus canonicus habeat in domo sua uxorem aliquam, nisi matrem fuam vel sororem, amitam, vel materteram, & fi quis aliter fecerit, perdat ordinem fuum.

VI. Cogitate igitur hæc digna auditu, quoniam conditionem veltram ad hanc confuetudinem reduxitis, quasi nullum periculum esset, quod presbyter vivat more conjugati. Jam dicitis, quod absque mulierum fervitiis vivere non possitis; & quomodo sancti viri ibi habitare poterant absque mulieribus; illi etiam nunc præmium habent casstitatis animæ fuæ semper absque fine in æterna vita. Nunc facerdotes sæpè dicunt, quod Petrus uxorem habuit; recte dicunt, quia ita eum oportebat fub veteri teftamento; antequam ad Christum converteretur; sed reliquit uxorem fuam, & omnia mundana, cum ad Christum veniret, qui casstitatem instituit.

VII. In veteri teftamento episcopus sibi fumere debuit casstam virginem, & cum ea prolem fuscitare ad constituta tempora; quoniam una familia semper esse debuit illius ordinis, & ex nulla alia cognatione pontifex esse debuit. Attamen non debuit plusquam unam (fœminam) in uxorem ducere

ANNO CHRISTI 970.

trimonium sumere debuit, sed, uti supra diximus, virginem aliquam. Bene in illis diebus uxores habere poterant, quoniam nec missam celebrabant, nec S. Eucharistiam hominibus dabant, sed sacrificabant animalia veteri more usque dum Christus S. Sinaïm consecravit ante passionem suam, & missam instituerat, quæ jam per eos fabricata est.

VII. Ibi etiam constitutum erat in eadem synodo, ut qui viduam sumpserit, vel repudiatam uxorem, aut qui secunda vice uxorem duxerit, is nunquam postea ad ordinem aliquem suscipiatur, nec sanctificetur in presbyterum. Sed si quis antea habuerit fibi castam uxorem, eligatur ad sanctum ordinem, prouti Apostolus Paulus in epistola sua scripsit.

IX. Nullus sacerdos interfit nuptiis aliquibus, ubi vir secunda vice uxorem ducit, vel mulier secundo marito nubit, non benedictionem mutuam det hujusmodi hominibus, offendat ipsis, quod melius esset eis in castitate vivere. Laicus tamen cum apostoli venia secundas nuptias contrahere potest, cum uxor ei mortua sit; at canones prohibent benedictionem illis dare, & imponant pœnitentiam hujusmodi homini.

X. Septem ordines constituti sunt in ecclesia; primus est ostiarius, secundus est lector, tertius exorcista, quartus acolythus, quintus subdiaconus, sextus diaconus, septimus presbyter.

XI. Ostiarius est custos portæ ecclesiæ, qui campanis tempora indicare debet, & ecclesiam aperire fidelibus, & infidelibus occludere.

XII. Lector est qui in Dei ecclesiis legit, & ad id ordinatus est, ut verbum Dei prædicet.

XIII. Exorcista est anglicè, qui juramento adjurat malignos spiritus, qui homines cruciant, per nomen Salvatoris, ut homines relinquant.

XIV. Acolythus dicitur, qui candelam vel cereum fert ad Dei servitia, cum evangelium legitur, vel cum S. fynaxis conficeatur coram altari; non ita tamen ad accendas caligino sas tenebras, sed ad indicandum eo lumine beatitudinem in honorem Christi, qui est lumen nostrum.

XV. Subdiaconus est qui vasa porrigit diacono, & cum humilitate; sub diacono fervit ad sanctum altare cum vasis S. Eucharistiæ.

XVI. Diaconus est minister, qui presbytero fervit, & oblationes super altare ponit, & evangelium etiam legit in fervitiis Dei, infantes baptizare debet, & sacram eucharistiam populo tradere; in albis vestibus Salvatori ministrare, & spiritualem vitam in castitate colere, & omnia agere, & prouti ordinem suum decet. Sacerdos qui absque diacono versatur, nomen tantum habet, & non habet ministerium.

XVII. Presbyter est sacerdos missalis, vel senior, non quod quilibet senior sit, sed quod senex sit in sapientia; ille consecrat sacram Dei synaxin, prouti Salvator justit, populum fidem docere debet prædicando, & castis moribus christianis exponere (cam) & vita ipsius non sit qualis est laicorum. Nihil magis interest inter presbyterum & episcopum, nisi quod episcopus constituras sit ad ordinandos presbyteros, & ad confirmandos infantes, & ad confecrandas ecclesiam, & ad obfervanda Dei jura, quoniam nimium effet fi quilibet presbyter eidem hoc faceret; habent enim unum ordinem, licet alter fit dignior.

XVIII. Nullus ordo constituras est in ritibus ecclesiarum, præter hos feptem, ut modo diximus. Monachorum, & abbatum ordines funt alius generis, & non annumerantur horum numero, nec etiam monalium ordo his accenfetur. Ordines fi fanctè funt, & ad cœlum perducunt animas illorum presbyterorum, qui eos fanctè colunt.

XIX. Jam docet presbyteros, & omnes Dei ministros, ut ecclesiis fuas impendio obsequio veneerentur, & in iis feptem horalibus cantus pfallant, qui constituti funt, prouti fyncdus eos præscripsit. Cantus antelucanus, & cantus matutinus, cantus tertianus, & cantus meridianus, cantus nonalis, & cantus vefpertinus, & cantus nocturnus, feptimus.

XX. Debent etiam diligenter orare pro rege, & pro epifcopo fuo, & pro eo, qui ipsis benefacit, & pro omni populo christiano.

XXI. Habeant etiam arma ad fpirituale opus, antequam fint ordinati, hæc funt fanctæ illi libri, pfalterium, & liber epifcoparum, liber evangeliorum, & miffale, liber canticorum, & manuale, martyrologium, & paffionale, pœnitentiale, & lectionarium. His libris facerdos opus habet, & iis carere non potest, fi ordinem fuum recte obfervare velit, & populum, qui ad ipsum pertinet jus docere; & cautè circa eos obfervet, ut bene fint fcripti.

XXII. Habeare etiam debeet veftimentamiffalia, ut devote Deo ipse fervire poffit, prouti decet; ut veftimentum ipsius non fit fordidum, nec aliquantulum dilacerarum, & pallia altaris ejus bene fint contexta. Calix ejus etiam ex materia pura, ut pretiofi non obnoxia fit faftus, ita etiam patina, & corporale nitidum, prouti, ad fervitia Chrifti pertinet. Tale quid non fine reverentia proferri potest; ille autem in aternum honoratur a Deo, qui ei bene in prudentia, & caftitate fervit.

XXIII. Sacerdos diebus folis & diebus festis populo fenfum evangelii anglice dicere debet, & per orationem Dominicam, ac fymbolum apoftolorum quam expliffime populum homines illos incitet, ut credant, & chriftianiffimum colant. Caveat fibi doctor ab eo quod propheta dicit: *canes muti non possunt latrare.* Latrare debemus & prædicare laicis, ne forte ex defectu doctrinæ eos perdamus. Chriftus in evangelio fuo docebat de infipientibus doctoribus: (a) *Cecut fi cæco ducatum præstat, ambo in foveam cadunt.* Cæcus eft doctor, qui literas nefcit, & decipit laïcos ignorantia fua: caveteve vobis ab eo, prouti officium veftrum requirit.

XXIV. Sancti patres etiam conftituerunt, ut homines tradant decimas fuas eccleſiæ Dei,

ANNO CHRISTI 970.

1169 CANONES AELFRICI. 1170

Dei, & facerdos veniat ac diftribuat eas in tres partes, unam ad reparationem ecclefiæ, & fecundam egenis, tertiam autem Dei miniftris, qui eccleſiæ illius curam gerunt.

XXV. Illi etiam ftatuerunt, ut miſſa non celebretur in domo aliqua non confecrata, nifi propter magnam neceſſitatem, vel fi homo fit infirmus.

XXVI. Et fi non baptizatus infans fubito apportaretur ad facerdotem, baptizet eum ftatim in feſtinatione, ne moriatur paganus.

XXVII. Et ut nullus presbyter facrum miniſterium peragat pro pecuniis vel aliqua alia re, nec poſtulet quid pro baptiſmo, vel pro aliquo alio fervitio; nec fimilis fit eis, quos Chriſtus ipſe expulit flagro ex templo, quoniam in eo mercaturam nequiter exercebant. Dei miniſter ergo non facilat Dei miniſterium pro pecuniis, fed falet, ut per id aternam gloriam mereatur.

XXVIII. Nullus presbyter proficiatur ob aliquod lucrum ab eccleſia (una) ad aliam, fed femper adhæreat ei, ad quam prius ordinatus erat, quandiu in vivis manferit.

XXIX. Nullus presbyter per ſtultitiam immodicam bibat, nec aliquos provocet ad nimium potum, quoniam paratus eſſe debet, fi infans baptizandus, vel alicui S. Euchariſtiæ danda eſt, ut intelligentia fa-um habeat: & licet hoc non accidat, non fit tamen ebrius, quoniam Dominus noſter miniſtris ſuis ebrietatem interdixit.

XXX. Presbyter non ſit mercator, nec lucri cupidus negotiator, non defertat theologiam fuam, nec deditus ſit mundanis colloquiis, nec geſtet arma, nec ites moveat, non babat in oppidis, prout ſeculares faciant, neque juramentum præſtet, ſed in ſimplicitate ſemper verum dicat, uti Dei miniſtros decet.

XXXI. Diligenter etiam pœnitentiam peccantibus imponere debet, juxta peccatorum rationem meriti, prouti perspexerit, debet etiam S. Synaxin dare infirmis & ægrotis, quandiu ægrotus S. Eucharistiam degluttire poſſit; & hoc non faciat, ſi femimortuus ſit, quoniam Chriſtus juſſit, ut edatur S. Eucharistia.

XXXII. Sacerdos conſecratum oleum habeat, aliud pro infantibus, & aliud pro infirmis, & ungant infirmos ſemper in feſto. Nonnulli ægroti præcedunt non conſecratum ut ungantur in fua infirmitate. Jam vobis dicemus, quid apoſtolus Dei Jacobus hac de re docerat. Dicebat fidelibus hoc modo: (a) *Tyrſatur aliquot veſtrum, oret: æquo animo, & pſallat, infirmatur quis in vobis, accerſere faciat ad eccleſiam eorum presbyteros: & cantent ſuper ipſum, ac orent pro eo, & oleo illum ungant in Domini nomen; & oratio fidelis ſalvabit infirmum, & Dominus illum alleviabit, & ſi in peccatis ſit, remittentur ei. Confitemini invicem peccata veſtra, & pro vobis invicem orate, ut ſalvemini.* Ita loquebatur Jacobus apoſtolus de unctione ægrotorum infirmorum. Ab infirmus confiteri debet cum interno gemitu ſacerdoti, ſi delictum aliquod nondum compenſatum habeat, antequam ipſum ungat, uti apoſtolus hic antea docuit; nec ullus aliquis ungendus eſt, niſi hoc exoret, & confeſſionem ſuam faciat. Si antea peccator fuerit & negligens, faciat confeſſionem illam, & pœnitentiam & eleemoſynam ante obitum ſuum, & non erit condemnatus ad infernum, ſed pervenit ad Dei miſericordiam.

XXXIII. Quarto Synodi erant pro vera fide adverſus hæreticos, quæ ſuis temporibus ortæ ſunt, de Trinitate, & Salvatoris humanitate; prima fuit Niczæa, prouti antea memoravimus; & ſecunda fuit deinde Conſtantinopoli e centum quinquaginta epiſcopis, fanctis Dei viris; tertia fuit Epheſi, ubi ducenti epiſcopi erant; & quarta fuit Calcedonii, ubi multæ centuriæ epiſcoporum erant, & hi omnes unanimes fuerunt inter ſe in conſtitutione, quæ ſtabilita fuit Niczæ, & reparaverunt quicquid de ea violatum fuit. Hæ quatuor Synodi obſervandæ ſunt, prouti quatuor Chriſti libri in eccleſia Chriſti. Multæ Synodi deinde congregabantur, ſed quatuor illæ ſunt præcipuæ; quoniam extinxerunt hæreticas illas doctrinas, quas hæcetici inventerunt hereticæ adverſus Deum, & ii etiam conſtituerunt eccleſiaſticum miniſterium.

XXXIV. Quomodo audetis modo deſpicere omnium illorum conſtitutionem, cum monachi obſervent unius hominis fandi Benedicti ſtatuta, & ſecundum quam ipſius vivant; & ſi aliquid violaverint, deinde juxta abbatis ſui regulam emendant cum omni humilitate? Si autem habetis regulas; ſi eas legere volueritis, per eas videretis, quid vobis ſtatutum ſit. Sed diligitis mundana colloquia, & vitiis eſſe præſenti, & deſeritis eccleſiarum veſtrum, ac conſtitutiones ſimul.

XXXV. Volumus tamen indicare conſtitutiones vobis, ne & ipſi penitus vobiſcum. Non exulteris ſuper honoribus vanis, nec corpus quæratis, niſi quis vos accuſet, ut hoc ipſo vos excuſetis. Cum prohibete canus ethnicos laïcis, & illorum ſonoras cachinnationes, nec voſipſi edatis, aut bibatis ibi, ubi corpus jacet, ne forte aſſimilemini Ethnicismo, quem ibi committunt. Ne ſuperbiatis cum annulorum ſplendore, & veſtimentum veſtrum non ſit nimis ſuperbe factum, nec nimis vile; fed portet quilibet, prouti ordinem ejus decet, ut presbyter habeat id, ad quod ordinatus eſt, nec portet monachi aut laïci veſtitum; multo minus vir portet mulierum ſtolam. Et ſimiliter dicebat de miniſtris ſuis, qui ſibenter ſervirent, quod ſemper in bearitudine cum ipſo futuri ſint, ubi ipſe erit in vera vita, cui ſit gloria, & adoratio ſemper in ſeculæ. Amen.

(a) Jacobi V. 13.

(a) Matth. XV. 14.

NOTÆ DAN. WILKINS.

QUis Aelfricus ille fuit, qui hos ſcripſit canones, aut Wulfſinus ille, ad quem ſcripti ſunt, rimatu quidem non eſt facile. Videntur ambo fuiſſe epiſcopi: ſic dignoſcitur Wulfinus ex Aelfrici verbis, & Wulfino parem innuit & Aelfricus, dum aliquotiens tum ſtatris nomine. *Archiepiſcopus Cancellar. Auxiliem. Tom. I.* Eccc ſeriore

ANNO CHRISTI 970.

fricus (inquit) *humilis frater, venerabili episcopo Wulfstano Sive.* Reperio sub hoc sæculo duos tantum Wulfstanos, seu Wulfinos episcopos: unum qui Schiræburnensem cathedram adiit an. DCCCCXL. eamdemque tenuit usque ad an. Dom. DCCCCLVIII. alterum qui Dorcestrensem accepit an. MLIII. eaque fruebatur usque ad annum Dom. MLXVII. mortui vero horum Ælfricum quempiam corpsicpsum. In inscriptio multos quidem. Cridianensem anno Dom. DCCCCLXXVIII. Herefordensem DCCCCLXXXIII. Wiltunensem an. DCCCCXC. Cantuariensem in an. Dom. DCCCCXCV. Et Rhoracensem in an. Dom. MIII. qui Ælfricus fuit, ni. Patrue dubius usque ad an. Dom. MLI. eodem dicitur tempore. VVulfstanum inter illos ne vel unum. Mox autem ab excessu Ælfrici Patre (proximo scilicet, vel anno altero) VVulfstanus quidam (ut e dictis videas) femet exhibet in Dorcestrensi cathedra, quem an ille citius adierit, vel Ælfricus Patre Sherburnensem, certus adhuc tinuerit; certum non omnino est ex auctorum calculis: una autem fi clarierint, ego illis canonibus illos attribuerem, & circa an. Dom. MLII. collocarem.

Sunt vero qui superiori VVulfino (dicti Schirburnensi episcopo) hos referre videntur, & Ælfrico illi Grammatico, quem alias dicunt abbatem S. Albani, alias Malmesburiæ, alias Abbingdoniæ, & demum Cantuariæ archiepiscopum. Sed his male quadrat Synchronismus: nam Ælfricus ille grammaticus eruditi & cæ in scholis venerabilis praeceptor Anglorum audivit, qui hoc non clarsuit præfulatu ante an. Dom. DCCCCLXIII. hoc est post sexennium a VVulfstano Schirburnensis obitu. Quod ad Ælfricum etiam abbatem S. Albani, nihil horum in vita ejus memoratur: nec quod Malmesburiæ unquam effet abbas aut Abbingdoniæ, aut archiepiscopus Cantuariæ: fed quod monasterii fui S. Albani rebus intentus, cito postea naturæ debita perfolvit, ut inquit codex illius monasterii, MS. Hæc ab illis suggeruntur. Audi tamen ipsum de se ipso in præfatione ad sermones suos catholicos, quibus & hi subnectuntur canones: *Ego Ælfricus monachus, & olim presbyter, nunquam licet, quum tali conveniar ordini, missus fui in diebus Æthelredi regis ab Ælfrego episcopo successore Æthelwoldi, ad monasterium quoddam Cornuli appellatum, regnante Æthelredo Tonai (ita minister) cujus urbs, atque basilica ofquequaque sunttutore. Mihi jam tum in mentem venit (& Dei fpero motu) librum illum e Latino sermone in Anglicum* (hic jam Saxonicum appellabant) *transferre fideliter*, &c. E quibus liquet illud MS. in quo primum exhibebantur sermones illi catholici, & illi canones, feribi etiam & transferri e Latino in linguam Saxonicam cæpisse in diebus Æthelredi regis, cum jam mortuo Æthelwoldo, VVintoniensem cathedram obtineret Ælphegus, hoc est inter ann. Dom. DCCCCLXXXII. quo fedem illam adiit, & XCVI. quo ovelloit. Sed & Ælfricum archiepiscopatum Cantuariæ: floruisse etiam sub eodem tempore deprehendimus Æthelmerum Thanum (de quo loquitur) Cernensis monasterii in Dorcestrensi pago fundatorem. Subscribentem enim eum jam tum videas in charta regia Æthelredi regis fup. anno MVI. ad hunc modum. *Ego Æthelmerus domini mei dapifer testis sum.* Quas præterea tulit Ælfricus ille dignitates, exploratum non habeo; nisi quod ad SigWerdum scribens & abbatem nominat. Sed ello demum quod hic non episcopus, VVulfstanum episcopum tanquam fratrem falutat: defideretur tamen (ut dixi) episcopus quispiam, cui scribaret, VVulfstanus Synchronus. Ad superiorem vero VVulfstanum, fi hi spectent canones, superiori alicui anno tribuendi sunt: fed Ælfricum, quem hic quærimus, eundem esse confiat, qui sermones scripsit, & grammaticum. Hæc SPELMANN.

Licet Spelmannus in nota marginali (Clar. Uller. in MSS. notis audis) Savilium in hac chronologia fanxerda caligaffe dicat, oculatiffimum tamen ego putaverim fuisse Savilium noftrum, & callentem observasse, quam Schirburnenfium episcoporum hic succeffiosi affodeant Flor. VVigorn. & Matth. Florilegus, cum Alfredum noftri hujus VVulfini antecefforem alter anno DCCCCXLI. alter DCCCCXL. obiiffe fcribant. Ad annu enim DCCCCXLVIII. regni Edredi charæ fubfcribit Wulfinus Schirburn. episcopus. Neque minus fallitur idem Florilegus cum anno DCCCCLVIII. Alfium Dorfet episcopum obiiffe narrat; VVulfinum noftrum eo nomine inteligens, de cujus fucceffore etiam addit: *Anno DCCCCLVIII. Alfwoldus Dorcestrensium episcopus obiit, & in Ecclesia sua pultus est.* Quum tamen de VVulfino fcriptum reliquerit in Schirburnenfium episcoporum catalogo Guilielmus Malmesburius: hunc Dunftanus archiepiscopus, cum effet episcopus Londinæ, abbatem apud VVelmonasterium fecerat. In commiffum officium fancte & prudenter eum nihilominus episcopalis apud Schirburnium impafius. Anno vero DCCCCLVIII. (quo Alfium, five VVulfinum nomatum fingit Florentinus) Londinenfis ecclefiæ episcopatum Dunftano commiffo, ad Ingelburnum ad fedem Cantuarienfem fequente anno translatum illum fuiffe, ipfe quoque agnofcit Florentius VVigorn. ad ann. fecund. Dionys. DCCCCLVII. & DCCCLIX. eodemque anno Matthæus Florileg. qui VVulfinum, five VVulfinum (quem anno DCCCCXL. vita functum fuiffe diximus) VVelmonaftirienfis cœnobii a Dunftano Londinenfi cum epifcopo conftitutum fuiffe abbatem confirmat.

Neque neceffe eft, ut VVulfino fynchrono aliquem Ælfricum epifcopum quæramus, ob illam epiftolæ canonibus hifce præfixæ epigraphem: *Ælfricus humilis frater venerabili episcopo Wulfstano, salutem in Domino.* Neque enim VVulfinum fratrem hic appellat, fed fcipfum humilem fratrem, ideft, humilem monachum nominat; non aufus (ut ftatim fubicit) aliquid fcribere de epifcopali gradu, fed de inferiorum tantum ordinum officiis, ac fi presbyterum non admodum decoret canones aliquos epifcopo præfcribere. Nihil igitur obftat, quominus canones illos circa annum Domini DCCCCLXX. ab Ælfrico præfcriptos exiftimemus; ut quando VVulfinus (in libro a. de geftis pontif. refert Malmesburius) confenfu in fede epifcopali monachos, clericis ejectis, inftituit, ne in tanta contemporaneorum epifcoporum fedulitate dormitare videretur, cui conjugatorum clericorum ejectionis parcifi fuerunt priores illi abbatis canones.

In anno illo DCCCCLXX. completi funt poft regis Æthelftani mortem anno 30. Porro Ælfricum poft regis Æthelftani mortem plus annis 30. conftat abbatem Malmesburiæ fuiffum fuiffe, ut habet in vita Aldhelmi, ejufdem monachus canonici Guilielmus, & quo etiam in Conplandenfis monafterii hiftoria, Ingulphus. Hoc eodem tempore, rex Edgarus clericis ejectis e monafterio Maldemesburiæ, quos Ealwinus frater fuus monachis expulfis necquiret intruferat, monachos revocavit, præficiens eis in abbatem Alfricum, virum in eccleſiaſticis officiis tunc celeberrimum, donans et chartam fuam in hunc modum. Deinde integrum Edgari chartam anno DCCCCLXXIV. datam recitat; in qua de Ælfrico honorificum hanc rex fuit mentionem: *Quorum unum nomen Alfricum, virum in omnibus Ecclesiasticis experientissimum officiis, formidinem exuctissi cunctis, quod Angli hiforia vocant coronate Malde merkarigh.* Vide quæ Guil. Malmesb. in libro de vita Aldhelmi memorat. Hæc deſiſſimus USSERIUS.

ANNO CHRISTI 971. 972.

AD CONCILIUM LONDINENSE

Quo privilegia Glastonienſis cœnobii firma & rata esse jubentur anno 971. habitum.

ADDITIO.

Anno 972. CUM de jaribus in commodum cœnobii Glaſtonienſis ab Edgaro rege conceſſis in concilio iſto actum ſit; eademque occaſione literæ quædam Joannis XIII. ea de re datæ apud Labbeum afferantur, juvat & alium epiſtolam, a Wilkins ibidem recitatam, ejuſdemque argumenti hic afferre.

JOHANNIS XIII. PAPÆ AD AELFRICUM DUCEM,

de Glaſtonienſis cœnobii juribus conſervandis.

EPISTOLA.

Johannes epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Ælfrico inclyto duci amantiſſimo filio noſtro ſpirituali, ſalutem continuam, & apoſtolicam benedictionem.

Anno 971. Ex Wilkins tom. 1. pag. 237.

RElatione quorundam fidelium compertum, te plura agere mala in eccleſia ſanctæ Dei genitricis Mariæ, quæ vocatur Glaſtingebury, (quæ totius Britanniæ prima, & ab antiquis temporibus, apud proprietatem, & tutelam Romani pontificis pertinere dignoſcitur) & prædia, ac villas (ſcilicet & eccleſias de Brente, de Pulton, quas Ina regne datæ operam cum aliis eccleſiis, quas adhuc juſte, & canonice poſſidet, ſcilicet Sowejeſtret, Mereting, Budecal, Seaywic) ab ejus jure tua avida cupiditate diripuiſti, & propter quod eidem loco propinqua inhæres habitatione, illi ſemper nocivus eſſe. Opportunum autem extitet, ut tuo ſuffragio ſancta Dei eccleſia, cui propinquus habitando eſſedus es, perpluribum accreſceret, & copia tui adjutorii proprietatibus ditaretur. Sed (quod neſas eſt) tuo decreſcit impedimento, tuaque humiliatur oppreſſione. Et quia, ſicut indigni, non dubitamus nos in beato Petro apoſtolo omnium eccleſiarum curam, omnium que fidelium ſuſcepiſſe ſollicitudinem; ideo tuam ammoneremus dilectionem, ut pro amore apoſtolorum Petri & Pauli, noſtraque veneratione, ab ipſius loci ceſſes direptione, nil de ejus proprietatibus, eccleſiis, capellis, villis, quæ poſſeſſionibus inveſtens. Quod ſi hæc non feceris, ſcias te vice apoſtolorum principis noſtra auctoritate excommunicatum, & a cœtu fidelium remotum, perpetuoque anathemati ſubmiſſum, & æterno igni cum Juda traditore perenniter mancipatum.

BENEDICTUS PAPA VI.

Sedit ab anno 973. uſque ad 974.

COMPOSTELLANUM CONCILIUM

Pro inſtando Cæſario abbate S. Ceciliæ Monteferratenſis in Tarraconenſem archiepiſcopum.

Anno circiter 972. celebratum.

Anno circiter 972.

EX epiſtola Cæſarii abbatis S. Ceciliæ in Monteferrato, quam ex Blazzii ro. VII. Miſcellan. pag. 57. Venetus Labbei editor in collectionem ſuam tranſtulit, diſcimus monachum illum ad S. Jacobum Compoſtellam pertexiſſe, ut Tarraconenſis archiepiſcopus conſecraretur, ibique in concilio epiſcoporum ejus provinciæ admiſſum, probatum, ac demum conſecrationem obtinuiſſe. Agendum fuerat a partibus, de reſtituendo eo archiepiſcopatu, poſquam a Saracenorum vexatione provincia requieviſſet. Deliberari id nequaquam potevat ab epiſcopis ejuſdem Tarraconenſis provinciæ, qui archiepiſcopo alteri, Narbonenſi ſcilicet ſubjecti fuerant. Quare ad ſynodum alterius provinciæ res delata. Decretum eſt pro Cæſario, qui tamen initiatus, & in foam provinciam redux eodem provinciæ fuæ epiſcopos adverſarios nactus eſt; qua de cauſa ad Joannem XIV. literas dedit in loco mox relato recitaras. Ad annum hujus concilii quod attinet, quamquam annus 938. in iiſdem literis exprimitur, mendum tamen ſubeſſe ex eo demonſtrat Baluzius in notis ad eandem epiſtolam, quod Cæſarius anno 972. abbatem rantummodo agebat, ut ex bulla Benedicti VI. ad eum anno illo data conſtat.

ANNO CHRISTI 972. 973.

ROMANUM CONCILIUM

Pro confirmanda auctoritate apostolica translatione Monachorum ad cœnobium Mosomense.

A Joanne XIII. anno 972. celebratum.

Anno 972. MOsomense Remensis diœcesis cœnobium canonicis regularibus olim celebrat; fed eum religiofæ profeffionis ardor in eo plurimum intepuiffet, Adalbero Remenfis archiepifcopus tranflatis de Tingenfi cœnobio monachis illud attribuit. Ne quid vero ad tranflationis hujus firmitatem deeffet, poft natalitium J. C. feftum anni 971. legatos fuos Romam mifit apoftolicum diploma ea de re impetraturus. Pontifex habito concilio bullam dedit cum apoftolicis legatis, qui concilio in venturum menfem majum in pago Tardenfi habendum interfient. Rem narrat author chronici Mofomenfis *in fpicilegio* Dacherii to. II. pag. 369. edit. in fol. his verbis: *Papa fuorum officium & confacerdotum in his omnibus fruetuale requirit judicium, & per Dei gratiam, ut tanto viro, pontifici videlicet noftro* (Adalberoni) *annueret, unum omnium in hoc bono opere affenfit conffilium. Proinde accepto notario, & fecundum Romanæ dignitatis conftutudinem paratis fcriptifque ex papyro tomo chartis facræ privilegium, conffituit decretum, quod hanc Mofomenfem ecclefiam cum fuis monachis, atque monachis ordine in perpetuum tueretur, quandiu illum divina clementia fervandum difponeret; ac in fuo concilio coram epifcopis & generali fynodo recitatum eſſet.* Quod hic indicatur Joannis XIII. papæ privilegium inter acta Synodi apud montem S. Mariæ in pago Tardanenfi recitatum legitur apud Labbeum to. XI. col. 997. edit. Venet., fignaturque dio IX. Kal. Maji, ex quo certum tempus habire Synodi Romanæ deducitur.

BATHONENSE CONCILIUM

In quo Edgarus rex Angliæ vunfcratur.

Anno 973. celebratum.

Ex chron. Saxon. ad eum annum.

Anno 973. Ex VV. Kins to. I. pag. 159. HOC anno fuit Eadgarus Angliorum gubernator celebri magno honore in Bath gem confecratus in veteri civitate Accemanneſceaſter (dicta) ; incolæ verò illo vocabulo Bathoniam appellant. Ibi fuit gaudium magnum omnibus exortum in fanctio die, quem vulgus nominat, appellatque Pentecoſten diem. Ibi convenerat faceerdotum cœtus ; ingens monachorum turba, fapientumque concilium.

ROMANUM CONCILIUM

Pro confirmandis eccleſiæ Trevirenſis juribus.

A Benedicto VI. pontifice anno I. die VI. Kal. februarii indict. I. Chriſti anno 973. celebratum.

Anno 973. COncilii hujus, fubofcura licet, mentio & res geſtæ deducuntur ex bulla Benedicti VI. pro juribus eccleſiæ Trevirenſis confirmandis, & approbandis. Ait enim in ea pontifex ſe illa decreviſſe *totius ordinis ſedis Apoſtolicæ conſultu, gratuitoque aſſenſu.* Quibus verbis defignari concilium aliquod cleri, & epiſcoporum faburbanorum evocatione collectum, neminem arbitror refragaturum, qui pontificum Romanorum ejus ætatis mores in rebus alicujus momenti decernendis compertum habuerit. Annus & mentis habiti cœtus in ipſa bulla teſte expreſſi defignant Januarium menſem anni 973. En vero bullam ex author geſtorum Trevirenſium archiepiſcoporum in collectione Monumentorum Martenii to. IV. accepiam.

PRIVILEGIUM BENEDICTI PAPÆ

Quod dedit epiſcopo Theodorico Trevirenſi.

Benedictus epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, caariſſimis nobis in Chriſto fratribus univerſis epiſcopis, ac totius dignitatis, & ordinis catholicis viris, præſentibus ſcilicet & futuris, perpetuam ſalutem.

QUia, licet indigni, divinæ tamen dignationis gratia diſponente, beati Petri apoſtolorum principis ſacratiſſimam ſedem, univerſalemque in toto orbe magiſterium ſuſcepimus, neceſſe eſt omnium eccleſiarum, ut diligentiſſimam ſollicitudinem ita contineonter habeamus, ne earum jura auctoritate eiuſdem apoſtolorum principis,

Ex Martene veter. monumentorum. IV. col. 132.

ANNO CHRISTI 973. 974.

cæterorumque ſucceſſorum ejus venerabilium patrum inviolabiliter ſtatuta, & confirmata, noſtro minuantur ac pereant tempore; ſed potius corroborata decenter augeantur atque proficiant. Ideo veſtram noſſe volumus ſanctitatem, quod Theoderico dilectiſſimo fratre noſtro Treverenſis eccleſiæ archiepiſcopo Romam dirigente legatarium, ad ſanctorum apoſtolorum limina audivimus, ſicut etiam prædem audiendo, imo & legendo compertum habuimus, eamdem ipſam præ cæteris Galliarum eccleſiis catholicæ Religionis exordium, & chriſtianæ Religionis catholicæque fidei rudimenta prima percepiſſe per ſanctorum virorum Eucharii, Valerii, Materni, & cæterorum evangelicam doctrinam, quos tempore ſuo prædilectus beatiſſimus Petrus apoſtolus ordinavit, & inſtruxit, nec non illuc ad prædicandum direxit. Unde totius ordinis noſtræ ſedis apoſtolicæ conſulta, gratuitoque aſſenſu jura privilegiorum, quæ a ſancta Romana matre Eccleſia præfatis ſanctis, eorumque reliquis ſucceſſoribus, ideſt Agritio, Maximino, Paulino, Severo, almiſcis & apoſtolicis viris, a primordio uſque nunc authentice conceſſa ſunt, quæque etiam ipſius civitatis excidia, incendio aliquove caſu conſumta approbantur, eidem Treverenſi eccleſiæ prædictoque fratri noſtro Theodetico, & per eum cunctis ſucceſſoribus ſuis recognoſcimus, recroborare & omni modo reſtituere dignum duximus decernentes &c. Ut Treverenſis præſul poſt quemlibet ordinationem legatum apoſtolicæ ſedis in Galliam, Germaniam, deſtinatum, primum inter alios pontifices locum obtineat. Et ſi miſſus Romanæ eccleſiæ defuerit, ſimiliter poſt imperatorem, ſive regem fedendi, ſententiam edicendi, & ſynodale judicium canonice promulgandi primatum habeat, utpote in illis partibus vicarius noſtræ ſedis apoſtolicæ meritò conſtitutus. Neque enim dignum eſt, ut illius eccleſiæ præſul aliquo tempore ceteris non habeatur prælatus, cujus honor in illis partibus ſub ipſo apoſtolorum principe extitit primitivus. Parique modo ſancimus, omnes in parochiis ejus degentes, ſive ordinationem, & promotionem cujuslibet eccleſiaſtici gradus a pontifice ipſius percipientes, eidem ipſi matrici eccleſiæ epiſcopoque illius debere canonicè placere obſequi, & jure obedire. Si quidem decreto beati Clementis papæ ſuper hoc ita cautum videtur. (a) *Si vobis epiſcopi non obedirent, aut non præſtarent, dixit* (ſc. Clemens) *ſubditorum, ac reliqui cleruci, conſti, epiſt. III. omneſque principes tam majoris ordinis, quam inferioris, atque reliqui populi, tribus & linguæ non obtemperaverint, ac temicibus Eccleſiæ eccleſiæ Dei alieni erunt, dicente Dominus: Qui vos ſpernit, me ſpernit.* Inter hæc quoque omnia, quæ ad ſupradictam Trevirenſem eccleſiam intra & extra civitatem pertinere videntur, ideſt eccleſias cum univerſis rebus ſibi attinentibus, ſeu monaſteria tam monachorum, quam virginum, quæ ex præceptis, ſive ſcriptis regum, ſeu imperatorum, ſive eorumdem fundatorum auctoritate, ad ſe pertinent, & pertinere debent, & quidquid omnino illa ipſa eccleſia ubique, & quoquo merito poſſidet, & poſſidere debet generaliter & ſpecialiter concedimus, reformamuſque præfato Theoderico fratri, & cœpiſcopo noſtro, ſuiſque ſucceſſoribus ad perpetuam ſanctæ Trevirenſis eccleſiæ dominationem, atque ditionem, per hujus noſtræ apoſtolicæ ſedis præceptionis ſeriem, hac patenti I. indictione, & uſque in finem ſæculi valituram. Contra quam ſi quis agere præſumpſerit, & quod abſit, & canonicæ a nobis decretum eſt in Caliquo infringere tentaverit, ſciat ſe ex omnipotentis, & præditi beatiſſimi apoſtolorum principis, omniunque ſanctorum, ac deinde noſtra auctoritate damnandum & anathematizandum, cum omnibus impiis æternis ſuppliciis deputandum. Qui verò hoc privilegium noſtrum obſervare fideliter ſtatuerit, benedictionem, & omnis miſericordiæ plenitudinem in cœleſtibus caſtris inter electorum numerum efficaciter a Domino Deo conſequi meretur.

Anno 974. ad Ruſ. num To. ton.

Scriptum per manum Stephani notarii, ſcriniarii ſanctæ ſedis apoſtolicæ, in menſe Januario indictione I. Data VI. cal. Februarii per manum Widonis epiſcopi & bibliothecarii ſanctæ ſedis apoſtolicæ, anno, Deo propitio, pontificatus domni Benedicti ſanctiſſimi ſummique pontificis, & univerſalis VI. papæ primo, imperii autem domni Ottonis majoris XII. minoris autem VI.

DONUS PAPA II.

Cepit anno 974. eodemque deceſſit.

BENEDICTUS PAPA VII.

Sedit ab anno 974. uſque ad 984.

BENEDICTI VII. EPISTOLÆ

PRÆFATIO COLLECTORIS.

Anno 974. EA quæ de aliis Romanorum pontificum epiſtolis monui; hæc pariter de epiſtola hac Benedicti VII. arbitror reperenda. Nimirum pontificis hujus, quemadmodum & aliorum epiſtolas alias me facile poſſe colligere, niſi ea mihi propoſuiſſem tantummodo afferre, ex quibus momenti aliquid ad eccleſiaſticam hiſtoriam accederet. Ea conſilio dixi unam hanc Benedicti VII. epiſtolam, ſeu bullam affero, pro Corbejenſibus datam; in qua & veterum cœnobii illius jura aſſeruntur, & pontificalium inſignium uſus in certis per annum ſolemnibus abbati ejus monaſterii conceditur, cujus conceſſionis exemplum,

plum, vel novum prorsus tunc fuit, vel sanè non commune, & fere singulare. Affert bullam hanc Lunig Spicileg. pag. 80. signaturque Benedicti anno VII. indictione IX. imperii Ottonis XII. legendum tamen XIV. quem agebat Otto imperator anno 981. quo bullam illam scriptam annus pontificis & indictio demonstrant.

AD LIUDOLPHUM ABBATEM CORBEJENSEM

Corbejensis monasterii jura confirmat & pontificalia ornamenta abbati concedit.

Benedictus episcopus, servus servorum Dei, Liudolpho, religioso abbati sanctæ Corbejensis ecclesiæ, nostroque dilectissimo filio, suisque successoribus in perpetuum.

Anno 974. ex Lunig. Spicileg. pag. 80.

CUM summæ apostolicæ dignitatis apex in hoc divini profectus nitore dinoscitur præfulgere, cum in exercendis Dei laudibus sui impensius studuit laboris exhibere certamen; ob hoc debita nos ejusdem apostolicæ pastoralis compulit sollicitudinis cura, quidquid ad stabilitatem piorum pertinere dinoscitur locorum ubertim promulgari, & apostolicæ institutionis censura confirmari. Igitur quia postulasti a nobis, quatenus monasterium SS. Martyrum, protomartyris Stephani, atque Viti martyris in loco, qui dicitur Corbeja, privilegiis sedis apostolicæ, & infulis decoretur, ut sub jurisdictione sanctæ nostræ sedis, cui Deo auctore deservimus, ecclesiæ jurisdictionibus submittatur: pro qua re piis desideriis faventes hac nostra auctoritate, id quod postulas effectui mancipamus, & omnem cujuslibet ecclesiæ sacerdotem, in præfato monasterio ditionem quamlibet habere, & auctoritatem, præter sedem apostolicam prohibemus: ita ut, nisi ab abbate monasterii fuerit invitatus, nec missarum ibidem solemnia quisquam præsumat celebrare, omnimodo statuentes, apostolica censura sub divini judicii obtestatione, & validis, atque atrocioribus anathematis interdictionibus, ut nullus unquam præsumat, quacumque dignitate sit præditus vel potestate, vel etiam quæcumque magna parvaque persona in eodem monasterio vel ejus causis incumbere, aut de rebus & possessionibus, vel quidquid ad illud monasterium pertinere videtur, quoquo modo auferre, vel alienare; promulgantes nempe, & hoc auctoritate beati Petri apostolorum principis, coram Deo, & terribili ejus futuro examine per hoc nostrum apostolicum privilegium atque constitutum sancimus atque decernimus, ut loca, quæ ab abbate quolibet in eodem monasterio commutata, vel etiam concessa sunt, nec non & aliæ laicorum possessiones, quæ a regibus, vel ducibus, & a cæteris christianis ad eumdem sanctum locum largitæ atque oblatæ sunt, aut inposterum illis concessæ fuerint firma stabilitate prædicto monasterio existenda, atque in perpetuum statuimus permanenda. Concedimus etiam, & confirmamus apostolica auctoritate, ut de alio monasterio abbas ibi non constituatur; sed ipsi servi Dei secundum regulam beati Benedicti viventes, etiam ex sua propria congregatione potestatem eligendi abbatem habeant. Insuper etiam concedimus, ut in præcipuis festivitatibus, idest in natali Domini, atque in Epiphania, & purificatione sanctæ Mariæ, die resurrectionis, & ascensionis, pentecoste, & festivitate S. Joannis Baptistæ in natalitiis apostolorum, in festivitatibus S. Mariæ & Sanctorum, quorum meritis jam dictum monasterium dedicatum est, abbas ipsius loci intra missarum solemnia dalmatica, & sandaliis utatur. Si quis autem, quod non optamus, nefario ausu præsumpserit his, quæ a nobis ad laudem Dei pro stabilitate jam dicti monasterii statuta sunt, refragari, aut in quoquam transgredi, sciat se anathematis vinculo innodatum; & Diabolo & ejus atrocissimis pœnis, atque cum Juda traditore Domini nostri Jesu Christi æternis incendiis & supplicio concremandum deputatum a Domino. Qui vero pio intuitu, & in omnibus extiterit custoditor hujus nostri apostolici constituti, ad cultum Dei respicientis, benedictionis gratiam a misericordissimo Domino Deo multipliciter consequatur, & vitæ æternæ particeps effici mereatur. Scriptum per manum Johannis notarii nostri, & sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ, nonis Aprilis indictione IX. Datum per manum Stephani episcopi & bibliothecarii sanctæ sedis apostolicæ, anno, Domino propitio, pontificatus Domini nostri Benedicti summi Pontificis & universalis ecclesiæ papæ in sacratissima sede beati Petri apostoli septimo, imperante Domino nostro Ottone coronato, anno imperii ejus XII. quarto nonas Aprilis.

AD EPISTOLAS BENEDICTI VII. PAPÆ LABBEANAS

ADNOTATIO CRITICA.

Anno 975.

UNicam Benedicti VII. epistolam affert Labbeus, eademque pontifex justis Piligrini Laureacensis episcopi petitionibus annuens divisionis terminos inter metropolim Salisburgensem, & Laureacensem constituit. Sed non suo authori has literas adscriptas fuisse, cum ad Benedictum VI., non verò ad Benedictum VII. referendæ sint, ita ego in meis ad Pagium animadversionibus ad A. 979. 9. evici.

Has literas Piligrini archiepiscopi Laureacensis epistolæ responsivas, magno erro-

re Benedicto VII. tribui censeo, cum revera a Benedicto VI. scriptæ fuerint, quod nullo negocio demonstro. Directæ sunt ad varios per Germaniam episcopos, ac inter cæteros ad Geronem episcopum Coloniensem. Gero autem decessit anno 974. die III. Kal. Julii, ut asserit annalista Saxo Eccardi ad eumdem annum. Suo igitur authori Benedicto VI. qui anno 973. & deinceps sacris præfuit tribuendæ sunt, & a Benedicto VII. cui hucusque adscriptæ fuerunt abjudicandæ. Quamquam enim Benedictum VII. anno 974. cœpisse supra in nota ad A. 975. 3. ostendimus, ab exitu tamen anni illius exordium ejus duci oportet; Gero autem dimidio ejus anni decesserat.

CONCILIUM ROMANUM

Quo Trevirensium episcoporum jura iterum confirmantur.

A Benedicto VII. pontifice anno ejus primo, Christi 975. celebratum.

Anno 975.

ANno 975. Januario mense Benedictus VII. summum sacerdotium jam tenuisse contra Pagium, serius illud repetentem, in mea ad Pagium nota ad eumdem annum num. I. demonstravi. In hoc ipso vero pontificatus exordio, a Theodorico, Trevirensi episcopo rogatus, jura ecclesiæ suæ præsertim in cellam SS. Quatuor Coronatorum de Urbe asseruit. Qua in re conferenda, vel confirmanda concilium ex Romano clero & episcopis Romano pontifici assistentibus est habitum, ut illis verbis indicatur: *Nos cum auctoritate B. Petri apostolorum principis gratuitoque sacerdotum, clericorumque, totiusque Romanæ plebis assensu &c.* Persimile est igitur concilium istud alteri in eadem causa a Benedicto VI. collecto, de quo ad annum 973. Annus vero posterioris hujus synodi in eadem Benedicti bulla expressus signat annum 975. En bullam ex gestis Trevirensium archiepiscoporum ex Martene Veter. monum. to. IV. col. 154.

BENEDICTI PAPÆ VII.

Bulla pro Trevirensis archiepiscopatus juribus.

Ex Martene Vet. monum. to. IV. col. 154.

BEnedictus episcopus, servus servorum Dei, charissimis nobis in Christo fratribus universis episcopis, ac totius dignitatis & ordinis catholicis viris, præsentibus scilicet & futuris, perpetuam salutem. Quia licet indigni &c. Unde omnium tam præsentium, quam futurorum sanctitatem, & industriam nosse volumus in sancta fratris nostri Theodorici sanctæ Trevirensis ecclesiæ archiepiscopi primatisque, nostra prædecessorumque nostrorum ab exordio christianitatis per beatum Petrum constitutione, totius Galliæ & Germaniæ in eumdem apostolorum principem devotione, qui in sua sede, ecclesiam Christi gloriosius gubernando multa monasteria, quæ usque ad sua tempora manserunt, deserta restaurando, beatorumque apostolorum limina cæteris sæpius, nullo longioris vitæ periculo seu labore territus, liberalissimè visitando, nobis ad hoc usque complacuit, quod eidem suæque ecclesiæ possidenda in perpetuum aliqua conferre justum duceremus. Quapropter notum sit omnibus, nos cum auctoritate B. Petri apostolorum principis, gratuitoque sacerdotum, clericorumque totiusque Romanæ plebis assensu eidem S. Trevirensi ecclesiæ cellam quatuor Coronatorum condonasse in perpetuum possidendam, cum omnibus appenditiis suis, aquis scilicet, aquarumque decursibus, pratis, pascuis, vineis, silvis, cultis & incultis, curtibus & mansionibus. Quæ omnia eidem fratri nostro Theoderico S. Trevirensis ecclesiæ archiepiscopo vicarioque nostro carissimo in partibus totius Galliæ, & Germaniæ, ac per eum cunctis successoribus in perpetuum possidenda, tenenda, ac ordinanda per hujus nostræ apostolicæ præceptionis seriem tribuimus, quæcumque eadem cella ex diversis donationibus fidelium authenticè secundum legem Romanam possidet, vel jure possidere debet, data videlicet, & usque in finem sæculi quoquo pacto danda, seu per violentiam inimicorum eidem cellæ ablata, seu per incuriam commanentium in eadem cella perdita ex integro, & ad integrum eidem fratri nostro Theoderico S. Trevirensis ecclesiæ archiepiscopo, dignissimoque nostro vicario in partibus totius Galliæ & Germaniæ, universisque successoribus suis per eum a præsenti indictione III. beati Petri apostolorum principis nostraque permittimus auctoritate. Contra quam si quis agere præsumpserit, & quod justè, & canonice a nobis decretum est, in aliquo infringere tentaverit, sciat se ex Omnipotentis, & prædicti beatissimi apostolorum principis, omniumque sanctorum, ac deinde nostra auctoritate damnandum &c.

Scriptum per manum Stephani notarii regionarii sanctæ sedis apostolicæ in mense Januario indict. III. bene valete.

Data XV. cal. Februarii per manum Widonis episcopi & bibliothecarii S. Sedis apostolicæ, anno Deo propitio, pontificatus domni Benedicti septimi papæ primo, imperante domno piissimo principe augusto Ottone a Deo coronato magno imperatore anno VIII. indict. III.

RAVENNATENSE CONCILIUM

ANNO CHRISTI 976. 979.

Pro simonia in electione abbatum cœnobii S. Joannis Evangelistæ Parmensis vetanda, Anno circiter 976. ab episcopis ejus provinciæ celebratum.

Anno 976. circiter. DE hac synodo ita ego in meis ad Pagium notis ad A. 976. s. 5. differui. Hoc circiter anno celebrata fuit synodus quædam Ravennatensis, de qua hæc author coævus vitæ S. Joannis abbatis Parmensis PP. Bollandianis sic dicti 22. Maji pag. 179. *Ravennam perrexit* (S. Joannes) *atque ibi in sancta synodo subter confirmavit archiepiscopo cum cæteris coepiscopis decretum in præmoninato monasterio* (S. Joannis evangelistæ in suburbiis Parmæ) *tali ordine conscripsit, ut si quis unquam ex successoribus suis per pecuniam, aut aliunde ibidem constitueret, anathematis jaculo feriretur.* Hæc author de Joanne in abbatem jam consecrato a Sigefrido II. qui Parmensem episcopatum non citius quam anno 979. adire potuit. Cum autem Joannes ille post ministratam abbatiam septennio, anno 982. obierit, ut correctio errore, qui in acta irrepsit, probante Bollandiani, hinc liquet fo nodum Ravennatensem non citius anno 979. nec serius anno 982. celebrari potuisse. De hac synodo nihil apud collectores.

ROMANUM CONCILIUM.

Quo monasterium Bisuldunense sub S. Petri tuitione recipitur, ejusque jura ac latifundia asseruntur.

A Benedicto VII. anno 979. celebratum.

Anno 979. HUjus concilii æta omnia perierunt, nihilque superesse nisi Benedicti bulla pro monasterio Bisuldunense, quod ante nonnullos annos Miro Gerundensis episcopus in pago dioecesis fuæ constituerat, nullam, in cujus tamen notis chronicis error quoad æram irrepsit, cum non quidem æra MVII. sed æra MXVII. legendum sit.

PRIVILEGIUM BENEDICTI PAPÆ VII.

pro monasterio Bisuldunensi.

Monasterium sub sua protectione suscipit, ejus possessiones confirmat, aliaque ei concedit privilegia.

Ex Vet. Monum. Martenio to. 1. col. 328. BEnedictus episcopus, servus servorum Dei dilectis filiis Gausberto abbati monasterii Bisuldunensi, quod est situm infra castrum Bisuldumi, ad flumen Fluviani, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris regularem vitam professlis, salus, pax, & benedictio, quod ad mundum permanet. Amen.

Cum conlet Dominum imperii nostrum honorem sanctæ universalis ecclesiæ incessanter a propagantibus beatæ fidei augmentare, necesse est accipientibus ab illo totius curæ regiminis, & episcopo ejus Benedictus papa cum cœtu episcoporum, presbyteroque, cum omni caterva clericorum in Romana sede degentium, sub norma beatitfimi Petri Deo militantium, in nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio roboramus illud donum, quod dilectus filius noster (a) Miro episcopus Gerundensis per paginam donationis Romanæ ecclesiæ tradidit pro remedio animæ suæ, fuorumque parentum, videlicet ecclesiam S. Petri Bisuldumo cum omnibus ecclesiis, & præediis, & villis, & dominicaturis ab eo datis, seu ab aliquibus fidelibus in futurum concessis, adipisci potuerit, nostro in hoc præsenti privilegio in perpetuum confirmamus & in omni libertate disponimus: flatuentes etiam, ut ordo monasterii, qui secundum Deum & regulam B. Benedicti ab eodem episcopo instieutus esse dignoscitur, semper inviolabiliter sub regimine propriæ abbatis obfervetur. Præterea quæcumque bona idem monasterium in futurum donatione, & pontificum concessione, regum vel principum oblatione, multorumque fidelium, dante Deo, poterit adipisci, a modo firma nobis sub tutela B. Petri & noftra illibata in fempiternum permaneant. Concedimus si quis de illis regionibus afodia, vel aliqua oblatio mercedis fanctæ Romanæ ecclesiæ relinquitur, præfatum monasterium per noftrum beneficium, poffideat in fempiternum, & abbas, qui præeft, vel qui præfuerit in eodem monasterio, per fingulos annos quinque folidos S. Petro Romæ perfolvat in cenfum, & fi minime antea etiam venire non poffint, ad quartum annum triginti folidos perfolvant. Statuimus etiam, ut quando abbas ipfius monasterii obierit, neque a regibus, neque a comitibus neque a quacumque perfona, ibidem abbas conftituatur; fed a fratribus ibidem degentibus fervis Dei juxta patris Benedicti regulam eligantur abbates, qui a Romano pontifice, vel a fuo mandatore benedicfionem fufcipiant. Confirmamus ig- E tur, & ftabilimus ut nullus archiepifcopus, nullus epifcopus in ipfum monafterium, five fuas ecclefias a prædicto epifcopo datas, neque clericos in eis ftantes, in eodem monafterio, neque abbatem, monachos & converfos fuos audeat & præfumat fententiam excommunicationis inferre, vel a malo poffint interdici vel excommunicari, nifi a Romano pontifice. Item

Deeß. aliquid. (a) Fundationis cartam monafterii Bisuldunensis a Mirone episcopo Gerundensi, & comite Bisuldunensi, atque a fratribus ipfius Olibano, & Benedicto conscriptus habes in Marcæ Hispanicæ Appendice pag. 919. MARTENE.

ANNO CHRISTI 980. Item etiam concedimus, ut fi quis cauſa orationis ad prædictum monafterium venerit, habeat licentiam introducendi, & omne officium audiendi, nifi forte quis reatu fuo proprio fuerit excommunicatus. Concedimus quoque ipfius loci abbati correctionem cunctorum fuorum clericorum, ut nullus epifcopus, nulla ecclefiaftica, vel laica perfona dominationem ibi habeat: fed quidquid ecclefiafticum eft per manum ipfius abbatis, & fub regimine ipfius cuncto fubfiftant tempore. Oleum vero feu fanctum chrifma baptizantium, confecrationes altarium, a quocumque voluerit catholico epifcopo fufcipiat. Cimiterium de omni villa Bifuldini, & de omnibus circumftantibus villis, ficut a fupradicto epifcopo conftitutum eft, confirmamus, & roboramus &c.

Datum VIII. idus majas, imperante domno noftro Otone, a Deo coronato, magno & pacifico anno XII. & indictione VII. anno Dominicæ Incarnationis nongentefimo fe- ptuageffimo nono. Æra MVII.

ANNO CHRISTI 980.

ENGELENHEIMENSE CONCILIUM

Pro affirenda utriufque cœnobii Malmundarii, & Stabulenfis fub uno abbate conjunctione, aliufque ecclefiæ negotiis agendis.

Anno 980. coram Ottone II. imperatore celebratum.

Anno 980. DE hac Synodo juvat ea modo repetere, quæ olim in meis ad Pagium adnotationibus differui, uno hoc tantum additio, nempe erraffe me cum in anno 979. fynodum hanc contuli ductus in eam opinionem ex indictione VII. & anno XIII. imperii Ottonis, quæ anno convenire arbitrabar in annum 979. menfem junium, quo Ottonis diploma, unde concilium iftud eruitur, obfignatur. Id vero per oblivionem a me affectum fateor, quanquam enim indictio annum illum 979. fignat, anni tamen Ottonis cum anno 980. qui pariter annus in eodem diplomate adnotatus eft congruunt. Quare præftat duos temporis characteres confonos retinere, & indictionem corrigere, quam ad unicam indictionis notam utramque reformare. Hoc ergo emendato errore, cætera mihi iterum adopto.

Anno ifto Synodus Engelenheimenfis fub Ottone II. celebrata fuit, & in ea agitata cauſa monachorum Malmundarienfium, & Stabulenfium. Duo erant infignia cœnobia a S. Remaclo Tungrenſi epifcopo conftructa, qua de re nos in nota ad A. 651. 9. Ambo vero uni, eidemque abbati parebant: Cum autem hæc monafteriorum fub uno Stabulenſi abbate conjunctio incommoda effet Malmundarienſibus, diviſionem & duplicia abbatis electionem tentarunt, quod tamen illis negatum fuit fynodi Engelenheimenſis fententia & diplomate Ottonis, qua judicium fynodale confirmavit. Datum eft illud *II. nopas Junii anno Dominicæ incarnationis* DCCCLXXX. *indictione VII. anno vero regni fecundi Ottonis XIX. imperii autem XIII.* In eo vero imperatori fequi fi affenfit conilium *omnium in eadem fynodo epifcoporum, maxime* Willigifi Moguntini, Deodorici Metenſis, & Notgeri Leodienſis. Ejufdem fententiæ & fynodi tempore *divæ memoriæ Ottonis II.* habitæ interventu *virginis epifcoporum* meminit Fridericus Colonienſis archiepifcopus in fuo diplomate dato anno 1128. indictione VI. Extat utrumque diploma in collectione Veter. monum. Marrenii to. I. col. 50. & 88. De hac fynodo nihil in collectionibus. Denique unam eamdemque fynodum cenfeo, ac fynodum illam Engelenheimenſem, cujus meminit Theodericus monachus author coævus, in hiftoria inventionis corporis S. Celſi epifcopi, quæ Trevitis anno 978. acta eft. Ita enim ille capit. II. *Non multo poft* (ab inventione S. corporis) *nempe poft bienium* (*corrigendum eft imperii*) *celebro folemnis fynodus epifcoporum, atque abbatum, patrum videlicet Belgicæ, nec non Germaniæ apud regale palatium, quod barbarico vocabulo Engelenheim vocatur, in qua nonnulla ecclefiaftica utilitati neceffaria, facrorum canonum præviante auctoritate dulciter funt promulgata; atque fucceffione poftea inviolabiliter obfervanda indicta. Cui neceffarium interfuit Treverice ecclefiæ Metropolitani benignus Ecbertus.* Addit in eo concilio Adelbertam fuiffe folemnem S. Celſi tranflationem.

AD CONCILIUM SENONENSE

Quo jura nonnulla monafterio S. Petri vivi affruntur anno 980. celebratum.

ADNOTATIO CRITICA.

Anno 980. IN finceritatem concilii hujus fufpicionem movet Cl. hiftoriæ eccleſiaſticæ Pariſienſis ſcriptor Du Bois adnotans ex teſtimonio D. Suaſſai nullum tunc temporis eccleſiæ Aurelianenſi Manaſſem (cujus nomen in ſubſcriptione concilii hujus legitur) præfuiſſe. Sed neque Rainoldus eccleſiam Pariſienſem tunc regebat. Idem vero Pariſiorum epiſcopus huic concilio ſubſcribit. Quare ſive ea, quæ de hoc concilio in chronico S. Petri Vivi affertuntur enumeratia habeat, ſive concilium iſtud ad aliud tempus, quocum, hæc omnia quadrent, transferri oportet.

ANNO CHRISTI 981. 982.

REMENSE CONCILIUM

Pro veritate miraculorum S. Landoaldi indaganda.

Intra spatium anni 980. & 982. celebratum.

Anno 981. circ.

ITa ego olim de concilio isto scripsi in meis ad Pagium adnotationibus: Circa hunc annum synodum quamdam provinciale Remis celebratam discimus, non quidem ex collectoribus synodorum omnium, apud quos nulla de hac mentio; sed ex monacho Gandensi coævo in historia translationis corporis S. Landoaldi relata apud Bollandistas ad diem 19. martii pag. 495. Narrat in ea author miracula viri illius sancti literis demandasse Herigerum, quod deinde scripserit a Notdegario Leodiensi episcopo approbatum, fuisque literis commendatum fuisse. Exstant autem literæ illæ in exordio vitæ S. Landoaldi apud eosdem Bollandistas diserte scripta *anno 980. indictione octava... pervio decimo Kalendas julii, imperante Domino Ottone post mortem patris octavo epi-*

scopatus Nodgeri anno nono. Post hæc, subdit author operis illius, scriptum illud Herigeri ad archiepiscopum Remensem allatum, ab ipso auditis etiam testibus veritatem miraculorum, quæ in eo narrabantur, confirmantibus *in plenissimo synodo ipsi cum aliis episcopis septem.* His narratis author deinde subjungit, *Hæc ego famulus Christi, & miseris omnibus fuisse scribit monachos*, qui cum episcopo Noviomensi de translatione sacrarum reliquiarum in locum aptiorem agerent, quod ab ipso Gandavum veniente præstitum fuit, *Idibus junii anno ab incarnatione Verbo nonagesimo octogesimo secundo Indict. decima.* Ex tota narrationis hujus serie intelligimus concilium hoc Remense collocandum esse intra biennium illud, quod inter diem XIII. Kal. junii anni 980. & diem iduum junii anni 982. comprehenditur.

AD CONCILIUM ROMANUM

In causa Gisleteri Magdeburgensis episcopi

Adnotatio chronologica.

Anno 981. Ex adnot. ad Pagi A. 982.

SYnodum hanc Romanam ad annum 982. pertinere vix dubito. Licet enim Adelbertus Moguntinus obiit anno 981. die XIII. Kal. julii, ut præter laudatos a Pagio scriptores, annalista Saxo Ecceardi consentit; Romana tamen Synodus, in qua ei successor datus fuit, nonnisi ad sequentem annum pertinet, cum habita fuerit die III. idus aprilis, juxta ac tradit Chronographus Magdeburgensis apud Pagium nic, & annalista Saxo Eccardi, qui ambo cum Ditmarum ad literam exscribant, perspicue demonstrant hanc pariter Gisleti genuinam Ditmari lectionem, nec nisi corrupte in ejus textum, pro aprili, irrepisse *Septembrim*.

JOANNES PAPA XIV.

Sedit ab anno 980. usque ad 985.

JOANNES PAPA XV.

Sedit ab anno 985. usque ad 996.

AD EPISTOLAS JOANNIS XV. PAPÆ

APPENDIX.

AD OMNES FIDELES

Bulla qua Corbeiensibus monachis jura quædam nova tribuuntur, assertur vetera.

Anno 985. Ex Lung. Spicil. ec. cl. pag. 81.

CONvenit episcopali auctoritati maxime quæ summi præsulis, pie, sollicitoque semper cogitare quatenus ita ecclesiarum sollicitudines habeant, ut sacris locis, in quibus jugi famulantium sedulitate Deus placatur, opportuna conferre suffragia non detrectent. Unde ego servus servorum Dei Johannes sacrosanctæ apostolicæ sedis præsul omnibus fundus Dei ecclesiæ fidelibus suggero, quod venerabilis abbas Thermarus, monasterii quod vocatur nova Corbeja, per interventum Hildibrandi Mutinensis episcopi, nostram effagitavit clementiam, ut omnia præcepta gloriosissimorum imperatorum, seu regum, sive quorumlibet principum chirographa, nec non etiam quæ a nostris prædecessoribus, Adriano, atque Stephano collata, vel conscripta sunt, nostra quoque auctoritate confirmare-

ANNO CHRISTI 985.

mus; & roboraremus; & his quæ ab apostolica sede decreta sunt, nostræ subscriptionis cartulam adjungeremus. Nos itaque considerantes religiosam eius petitionem, pallosalisque esse officii servorum Dei jugiter utilitati, commodisque prospicere, decrevimus, ut duo monasteria Corbejense videlicet monachorum, atque Heriforden'se sanctimonialium, de omnibus rebus, quæ vel in communi Principum charta, vel præceptis confirmata esse agnoscuntur, nihilominus talem ex apostolica sanctione obtineant firmitatem, ut nihil habeant unde fe tueri possint, quicumque sibi promittunt hæc aliquando se posse immutare, vel infringere. Habeant ergo præfata monasteria rerum suarum libertatem in omnibus disponendi regulariter potestatem; & ut plenius prosequamur, quod sanctos apostolicos jam dictos intendisse sentimus, atque ante eos S. Gregorium, ac reverendæ memoriæ Nicolaum sanxisse de statibus monasteriorum invenimus, nos humiliter tantis auctoritatibus subscribendo confirmamus, ut nullus episcopus Patherbrunnensis aliquam ex eis vel accipiat, vel expoſcat portionem, neque vel in his, qui regiminis jugum tenent, vel in ipsis congregationibus, aut ipsis cœnobiis potestatem obtineat; neque ipsorum dominatione potiatur ulla, neque in clericis, neque in famulis, aut in omnibus quæcumque ad monasteria ipsa videntur habere possessionis respectum, sicut ab omnibus eis hactenus fervatum & concessum est episcopis, in quorum parochiis ea eorundem monasteriorum conjacere videntur. Nam ipsius præfati monasterii abbati fusque successoribus licentiam damus, juxta altare fedendi, populoque benedictionem vel cellas, & ecclesias fecundum Deum prædicandi ac docendi; ita ut nullus episcopus per se ad ipsa monasteria, vel cellas pertinentes, vel œconomus ejus, vel archipresbyter, aut archidiaconus illius, seu quilibet ex aut agentibus pro ipsius potestatis causa; vel dissensionis gratia vocatus advenerit; ne importunitate sua, ministrorumque suorum inquietudine facris locis fint molestia. Neque in ecclesiis præfatis monasteriis subjectis, vel in presbyteriis eisdem ecclesiis ordinatis aliquam tentet facere perturbationem, novam constituendo, antiquam constitutionem violando; sed ficut regulariter ac canonice dispofuerint, ex longo jam tempore manentis ita futuris temporibus maneant inconcusse. Ordinationes, quæ necessarie fuerint ipsis monasteriis, agere non differat; aliaris quoque, & basilicarum benedictiones, sive consecrationes, prout necessitas postulaverit, vel in ipsis monasteriis, vel in agris eorum libenter concedat; chrisma quoque oleumque consecratum per singulos annos præbere non differat, & pro his omnibus nullum munus exigat, ne Spiritus Sanctus vendere conatus, inde, quod abfit, damnationem incurrat. Hoc constitutum non solum Patherbrunnensem, verum etiam omnium locorum episcopos, ubicumque præfata monasteria, vel ecclesiæ, vel agros, vel familias habere noscuntur, obfervare fine cunctatione, seu contradictione oportet, ut nullus potestatis jure rebus eorumdem monasteriorum abutatur; fed manentæ omnia in potestate prælatorum eis, & regulari dispositione, quecumque, ut diximus, vel in agris, vel in familiis, vel in decimis eis constant esse collata. Sicut & apostolica & imperialia præcepta, partim simul, partim singulatim eis confirmavimus. Abbatem verò, & abbatissam in his locis semper eligendi habeant potestatem, ut eam eligant personam, quæ propositum conversationis in utrolibet monasterio, & monachis & habitu profiteatur, non canonicum aut laicum, neque alterius monasterii monachum, in quo specialiter nos audire dignetur regia dominatio, ut nullam eisdem monasteriis proponat personam, quæ non ab ipsis congregationibus fuerit regulariter electa. Qua de re novelli elementia, vel nunc existentium, vel fucceſſionis futurorum principum a fede apostolica sancitum, nostræque subscriptione roboratum, nec non antecedentium regum præcepta cautum, ut prædictis monasteriis nullam penitus præficiant perfonam de quocumque ordine, nisi quæ per electionem probabilem fumatur. Quoniam vero multæ quæruntur ab importunis hominibus malignitatis occasiones, ac necesse semper adversa sela cliquos protectionis repellere, quod apostolica decrevit auctoritas, nos quoque approbamus, ut qui ordinati fuerint ad regimen fupradictorum monasteriorum, nulla potestate prævalente, deiciantur, nisi criminis causa fuerint deprecendi, cujus merito Rectores non debeant administrare officium. Infamiæ vero maculis, vive criminis alicujus denotatione si fuerint appensi, nos prius canonicam aut regularem deponantur examinationem. Si quis ergo apostolicæ sedis decretum contemptrix, procul dubio damnationis confortam fuscipiet, quam creditimus divino Spiritu, per apostolicum linguam probatam. Nos igitur nostram subscriptionem annuli nostri impressione signantes, obtestamus coepiscopos nostros omnes, in quorum manus ita devenerint, ut sua etiam auctoritate & subscriptione hæc confirmare velint, ut quicumque hæc temerare præsumpserit generalitatis nostræ sententiis ita anathematis vinculo obligetur, ut neminem habeat, de cujus favore blandiatur, aut se tueri putet a sententia damnationis. Ab imperatoribus etiam aut regibus five ducibus, aut a quacumque potestate, quæ pro tempore tunc ordinata fuerit componere cogantur mille libras auri optimi, medietatem præditis monasteriis, ac medietatem cameræ eorum principum. Cunctis autem ita servantibus fit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis recipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ quietis inveniant. Scriptum per manus Stephani primi scrinii Sanctæ Romanæ ecclesiæ in mense junio, & indictione secunda. Datum calend. julii per manus Joannis episcopi Sanctæ Ecclesiæ: ecclesiæ, & Bibliotheearii sanctæ Sedis apostolicæ. Anno pontificatus Domini Joannis sanctissimi, quinti decimi papæ, IV. Indictione secunda.

An tunc Adsalutor jam episcopus, & titularis?

ANNO CHRISTI 984. 985.

EJUSDEM BULLA.

Qua monasterium conditum a Gebehardo II. Constantiensi episcopo sub apostolicæ tuitione excipit, variisque donat.

Joannes episcopus, servus servorum Dei. In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis, Patris videlicet, & Filii, & Spiritus S.

Lunig. Spicil. pag. 399.

NOtum esse volumus omnibus Christi fidelibus, qualiter Gebehardus II. amabilis episcopus sanctæ Constantiensis ecclesiæ, dilectissimus confrater nobiscum, orationis causa Romam veniens, ad limina Apostolorum Principum Petri, & Pauli, & nostræ nostrum præsentiam, retulisque nobis, quatenus ipse, Dei nutu compulsus, ecclesiam Cœnobitarum conferus inter quæ ripam fluminis, quod dicitur Rhenus, ad honorem Beati Gregorii Confessoris Christi, in quo loco regulam S. Benedicti abbatis, & monachorum fratrum luculentissimo ordinaret: ubi devotissime de suis propriis prædiis, quæ a suis parentibus illi evenerunt, & partem de rebus sanctæ fuæ ecclesiæ obtulit ad substentationem & stipendium illorum videlicet monachorum, qui in ipso sancto monasterio Deo famulari laudes persolvere diu noctuque non cessant: de quibus nostræ humilitatis supplicans clementiam, ut prædictus locus ipse sub tuitione & defensione S. Petri nostræque nostrumque successorum pontificum in perpetuum maneat. Ita tamen ut nullus rex, aut dux, neque marchio, nec etiam episcopus, qui per tempora in ipso episcopio fuerit, aut ulla persona audeat de omnibus, quæ ibidem ab ipso jam dicto Gebehardo episcopo concessa sunt, alienare, aut quoquo modo de ipso sancto monasterio extrahere, sed tuta & stabilita, atque firma, usque in futura tempora concedimus permanenda. Sed & hoc apostolica præceptione, rogante supradicto confratre nostro interdicimus in nomine Domini nostri Jesu Christi, ne ullus quis eidem monasterio præsiciatur, nisi quem communi consensu fratres, ibidem Christo seduto fevientes elegerint, electumque episcopus benedictionis titulo confirmare procuret. Et hoc ipsum de Advocati electione decernere placuit. Si vero, quod absit, aliquando contigerit, ut episcopus ejusdem sanctæ ecclesiæ hæreticus vel schismaticus existat; fratres supradicti monasterii ex authoritate sedis apostolicæ habeant potestatem ecclesiasticos ordines requirendi, ubicumque catholicum noverint esse episcopum, ne ille iniquus de hoc aliquam eis injuriam inferre præsumat. Nam si quis aliquis homo, cujuscumque ordinis vel potestatis, quod non credimus, in aliquo disrumpere temptaverit ea, quæ ab ipso jam dicto confratre nostro in prædicto monasterio concessa sunt, & a jure, & ditione ipsius monasterii auferre voluerit, nisi resipiscat, excommunicatus a corpore & sanguine Domini nostri Jesu Christi conflet, & anathematizatus a SS. Patribus omnibus & a nobis, nec in extiv vitæ communicet, sed etiam mortuo nomen ejus inter missarum solemnia nullo modo recitetur. Qui vero pio intuitu cultos & procurator hujus monasterii præpositi fuerit, benedictionis gratiam, vitamque ab ipso Domino Deo & Salvatore Jesu Christo mereatur in sæcula sæculorum amen. Scripsum per manum Joannis Notarii, & Regionarii, & Scrinarii sacri Lateranensis palatii, in mense Aprili, & Indictione secunda: Datum vero septimo calendas majas per manus Gregorii episcopi sacræ Portuensis ecclesiæ, & Bibliothecarii sedis apostolicæ, anno pontificatus Domini nostri Joannis sanctissimi papæ quarto.

* renunciantes

ANNO CHRISTI 984. 988.

DE CONCILIIS IN CAUSA ARNULFI REMENSIS ARCHIEPISCOPI

Ante annum 988. & deinceps celebratis.

DISSERTATIO.

Anno 988.

ARnulfus Lotharii regis filius (spurius ecclesiasticæ licet quietis & a curis secularibus vacationis profectionem assumpsit, a publicis tamen negociis se continere nequaquam potuit. Carolo Lotharingiæ ducipatruo suo favorem occultum primo, dein & palam præbuit. Quare cum duces illius arma cædibus & vastationibus Galliam depopularentur, tot malorum author & conscius habitus Arnulfus in conventu rotius Galliæ episcoporum habito Senonis, ait Gerbertus Remensis archiepiscopus in epistola ad Widerodum Argentinum episcopum, cujus fragmentum Duchesnius in to. IV. hist. Francorum prætexit, integram e Mabillonii schedis Martene Veter. Monum. tom. I. col. 552. vulgavit. Concilium hoc primum est quorum quatuor deinceps in causa Arnulfi celebratorum, eodem Arnulfo adhuc privatam vitam agente, ut ex epistola illa constat, in qua, profequitur Gerbertus, damnationem illam subtilitir dein Adalbero episcopus Laudunensis, in cujus diœcesi agebat Arnulfus; atque ita ecclesiæ restitutus, Remensis archiepiscopus renunciatus fuit. Concilii hujus, cujus certus locus ignoratur, nemo facile detegitur; cum enim a Carolo arma infesta in Galliam inferenti Arnulfus coharuerit, cujusque criminis reus eam pœnam incurrerit, haberi utique non potuit ante annum 987. quo idem Carolus a Gallis posthabitus, præferri sibi in regni gubernatione Hugonem acerbissime tulit. Nemo hoc utique inter celebriores concilii hujus, quod sane freus emendatum fuisse oportet, meminit.

Ita vero sedebire redditus Arnulfus, anno sequenti a damnatione sua nempe ab-

ANNO CHRISTI 988.

in concilio Remensis provinciæ ecclesiæ illius infulis donatur. Extat concilium istud apud Labbeum tom. XI. pag. 983. Venet. edit. quamvis anno non suo referatur; non enim anno 989. sed potius 988. die X. Kal. februarii, ut Pagius demonstrat, Adalberoni Remensi satis sancto Arnulfus successit. Alterum est hoc ex conciliis in causa Arnulfi habitis.

Tertium dein fuccedit concilium Silvanectense, quo in prædones Remensis provinciæ, & spoliatos Laudunenses excommunicationem dictum. Arnulfi in eos sententiam legas in collectione Veneto-Labbeana tom. XI. col. 985. fed annum corrigas, cum enim urbis Remensis invasio sexto nondum elapso ab ordinatione Arnulfi mense contigerit; qua occasione in prædones sæviit, & in illos concilium animadvertit; ab anno 988. removeri concilium illud nequaquam potest. Utrum vero hæc omnia sincere præstiterit Arnulfus, an vero potius, ut proditionem suam ac simulatione tegeret, aliis judicandum dimitto. Non diu enim post cædium & vastationum illarum, quin & in carcerem detrusionis author ipse fuit redargutus est, ut ex iis legas Baronium in annalibus ad A. 990.

Quartum concilium in collectionibus omissum illud fuit, cum Remensis, vel forte, etiam aliarum provinciarum episcopi Arnulfum turpis proditionis reum immunitatum convenerunt. Dies tunc dicta Arnulfo, qui sæpe vocatus, numquam venit; quare a patribus synodica data est ad Joannem XV. ut sua ipse authoritate vel Arnulfum cogeret ad causam suam defendendam, vel deponendum penitus coerceret. Exstant literæ illæ post concilium Silvanectense apud Labbeum col. 988. Datas vero in concilio quodam indicat Gerbertus in eadem epistola ad Widerodum his verbis: *Interea legatis, literisque synodicis Romanus pontifex, qui ecclesiæ turbatæ subvenit, admonitus, Quindecim diebus concilium, ut mos est, indici jussit.* Ita Gallus Locorum Galliæ celebrata, ignotum. Nec de anno satis constat; certe post Silvanectense parum, convenit.

Quintum aliud concilium indicat idem Gerbertus, paulo post verba illa subjungens: *Itaque gravium episcoporum facto consultu, legatis & literis synodicis, ac trina admonitione Arnulfus convocatur decem & octo continuis mensibus, ut a capto furore desisteret.* Cum vero vocationem illam fastam asseras Gerbertus, postquam Romanus pontifex requisitus, ut manum adjuvicum ferret, neglexit; recta inde consecutione deducimus, synodum hanc posteriorem, & plane diversam ab ea esse, quæ literas ea de re ad pontificem dedit. Nec hujus partiter concilii, immo forte plurium concilium, locus certumque tempus reperiur; quamvis de tempore facilis est conjectura; cum enim decem & octo continuis mensibus judiciali illi vocationi Arnulfus restiterit, totum temporis illus spatium quod ab anno 989. inclinante, ad 990. intercedit, concilio vel concilii illis assignandum est.

Hæc omnia concilia pone sequitum est concilibabum Remense, cujus Gerbertus

ANNO CHRISTI 988.

in eadem epistola meminit, ejusque æra Aimoini continuator, ex quo Labbeus to. XI. col. 991. Venet. edit. complexus est. Omnium ibi gestarum summa eo tendit, ut Arnulfus & episcopatu, & libertate privaretur, Gerberto in ejus loco constituto: annus, mensis, & dies non latet, legiturque ibidem.

Res ita constituræ sunt, non vero composituræ; nam paucis elapsis annis prostratus Arnulfus erigi iteram cœpit. Igitur Joannis XV. jussa missa in Gallias Leo abbas S. Bonifacii, qui concilium primo quidem Mosomii oppido Belgicæ in Remensi metropoli habuit. Cognita tunc Arnulfi causa est, auditusque Gerbertus pro se purgatus; prohibere tamen non potuit quominus a sacris abstinere se jubeverur, donec res maturius in Remensi concilio ad kalendas Julii ejusdem anni indicto discuteretur. Habitum est concilium illud Remis, pro Arnulfo judicatum: tum res Romam delata ad Pontificem. Num Baronius a Remensi concilio casla delata sit Romam, penitus ignoro; illud constat, tunc temporis sub Gregorio V. qui cœpit anno 996. Majo mense, & Roberto in Gallia regnante missum fuisse Romam Abbonem Floriacensem abbatem, ut curaret Arnulfi restitutionem, telle Aimoino in vita eidem Abbonis, scribente multum Abbonem ea de re apud Gregorium, a Arnulfi causam tractaret, regressumque eidem Arnulfo pallium, a Romano Pontifice accepturn, tullisse. Cum vero adsit in Annalibus Gregorium pontificem statim ab assumptione sua anathema in totum regnum Francorum commisnatum fuisse, nisi Arnulfus restitueretur: indicari his cenlori obscure licet, dejecti hujus archiepiscopi causam jam tunc a Romano Pontifice damnatam, absolutamque fuisse; id vero pontificium in Ticinensi quodam Concilio hemonstrat Canon primus Concilii Romani anni 998. prout legitur in codice Udalrici Bambergensis, de quo ego in additionibus ad idem concilium. En Canonis verba: *placuit sanctæ Synodo, ut omnes cyiscopi accedentes, qui in depositione Arnulfi Remensis Archiepiscopi fuerunt, & ceteris subjecti vocesti Papæ non complerunt Ecclesiarum libertatem, & inconvenientes causas ad confutandum Synodum per manus laicales persona miserunt, ab episcopali officio suspendantur.*

Quo tempore synodus hæc Ticinensis convenerit, sub quo pontifice, has habeo conjecturas, quas proferam. Anno 997. *Papa Treves complerum Ecclesiarum concilium adunavit*, verba sunt Chronici Hildensheimensis. Hoc igitur forte in concilio eadem Arnulfi causa cum aliis definita est. Ratio temporis, & rerum circumstantiæ omnes eum hac synodo quadrant; num anno 995. pro Arnulfo in Gallia decisum est: anno 996. vacatio est facta, fora quod Gallia res adeo fuerint perturbatæ, ut nihil obtineri potuerit pro Arnulfo, hye quod vivo adhuc Hugone rege numquam evinci potuerit, ut restitueretur Episcopus parti ejus averfus. Anno demum 997. Hugone jam e vivis translato, fedatisque domesticis dissensionibus exteras ac potissimum Gallicanas turbas fo-

pire

ANNO CHRISTI 988.

pite aggreſſus eſt Gregorius, Quare in concilio Ticini habito cauſam hanc iterum diſcuſſit, Arnulfum reſtituendum judicavit, recuſantemque Gallos minis terruit. Tunc a Roberto Francorum rege Abbo Floriacenſis mittitur ut paecm amice cum Pontifice componeret. Vix tandem Epiſcopum adiit, mandata ab eo accepit, & pallium pro Arnulfo, regreſſuque ita cum rege ſe geſſit, ut tandem depoſitus Epiſcopus facerdotium amiſſum recipere et.

Nec ita tamen cauſa penitus abſoluta eſt; cognoſcendum enim ſupererat de Epiſcopis, qui Arnulfum injuſtis Romani Pontificis exauctoraverant. In illos ergo dicta eſt ſuſpenſionis ſententia in Concilio Romano anni 998. Huc uſque nos ducunt ea, quæ ſuperſunt, hiſtorica monumenta. An res ultra proceſſerit, æque cum ignorantibus ignoro. Atque hunc tandem finem diſſertationi huic meæ imponam, adjecta ſolummodo ad calcem epiſtola illa ad Widerodum Argentinenſem epiſcopum, ex qua tam multa ad illuſtrandam hanc hiſtoriæ ſeriem hucuſque obſcuram deſumpſi. Ex iis quæ in fine ejuſdem epiſtolæ ſubjiciuntur ſatagere Gerbertus, non ambigue diſſeimus, illam tunc ab eo ſcriptam, cum a Concilio Ticinenſi patſus eſt cedere æmulo ſuo Remenſem epiſcopatum.

EPISTOLA GERBERTI

AD WIDERODUM ARGENTINUM EPISCOPUM

De Arnulfo Remenſi archiepiſcopo, ejus deſtitutione, & reſtitutione, ac Gerberti ejectione

Widerodo Argentinæ civitatis Epiſcopo, Gerbertus.

BNE concepta, meliuſque retenta caſta ſocietas præſtanti officio . . . . cum me remotum, vixque ſolo notum, cognitum fidi interpretis dulci alloquio recreaſti, eoquedum præſenti officio palam feciſti, cui & quanto Helvetia pareat facerdoti. Arnulfus regis Lotharii, ut fama eſt, filius, poſtquam ſuum Epiſcopum dolo & fraude circumventum cum propria urbe capetivavit, poſt multum cruorem humani ſanguinis a ſe effuſi, poſt præclaras & incendia, in conventu totius Galliæ epiſcoporum damnatus eſt, ac deinde poſt obitum Adalberonis a ſolo Adalberone epiſcopo Laudunenſi reconciliatus, ſpe obtinendæ pacis, meroque Remenſum donatus, acceptis ab eo terribilibus ſacramentis, & libellari profeſſione, pro fide ſuis regibus conſervanda, quam viva voce in conventu Eccleſiæ nuper habito, & propria manu ſubſcribendo roboravit. Necdum a ſua ordinatione ſextus menſis elapſus erat, & ecce urbem ab eo præditam hoſtis invaſit, ſanctuarium Dei polluit, ſpolia diripuit, ejecium & populum captivavit. Poſt hæc verò Arnulfus ſuos prædones ſub anathemate poſuit, & ut idem facerent Galliarum epiſcopi imperavit; prædia Eccleſiæ quæ per ſacramentum ſuis miſſibus dederat, abſtulit, ſtoſtibus contulit, conjuratorum manum contra ſuum regem ejuſque exercitum in aciem ſub ſigniſ Caroli perduxit. Interea legatis, & literis ſynodicis Romanus pontifex, ut Eccleſiæ turbatæ ſubveniat, admonetur, ſed neque catholicis, neque clericis conſulentibus conſulit. Itaque gravium Epiſcoporum facto conſultu, legatis & literis ſynodicis ac trina admonitione Arnulfus convenitur decem & octo conſimiles menſibus, ut a cæpto deſiſteret, ſeque a ſcelere proditionis & rebellionis, quo imperebatur, regulariter purgaſſet; noluit; ſed a ſe fautores nequitiæ ſuæ diſcedere ſeuſit. Tandem adhiti, novisque ſuis ſacramentis, ac novis rerum conditionibus regie menſæ particeps effectus eſt, atque ita ira regis ſedata, omni ſe crimine exertum credidit; indeque mox rediens, eidem ſacramentorum rupit conditionibus non ſervatis. At ii, quorum intererat, totiens bonis privari non ferentes, Laudani arcem occupant. Arnulfus inter hoſtes regis inventus, ſynodo repræſentatur, pro tot tantiſque flagitiis rationem reddere depoſcitur, qui diu ſecum ac cum ſuis compliebus multorum deliberans, ſua ſponte in confeſſionem peccatorum ſuorum erupit, ſuique conſeſſionibus alios reſtes adhibuit, crimina ſua in libellis contulit, eique coram eccleſia viva voce recitatæ ſubſcripſit, inſignia ſacerdotii depoſuit, eoque ſe abdicavit, confeſſoribus ſuis, ac teſtibus atteſtantibus, & reſpondentibus: *ſecundum profeſſionem, & ſubſcriptionem ſuam, cæſa de officio . . .* Gerbertus ejectus regem Arnulfo veniam tribuiſſe, nec poſtea quidquam venialibe commiſiſſe; Romano pontifici injuriam faſtam, & quaſi ſine ejus auctoritate, & ſine juribus deſiampriis deponere non debuerit. In epilogo, ego ille multum jactatus Remis, & alto dum Philoſophorum in vita profequor, dum gentes indiſciplinatas fugio, & non evado. Ego, inquam, qui magnæ urbis Remorum perditæ ac captivi & ſpoliati populi pars non parva fui, ad te quaſi ad tutiſſimum refugio portum. Ergo Rodberti ſalutarem ſtipem annum, ſeſſum alleva; edax livor diſſamavit me alterius invadiſſe ſedem, meo inſtinctu paſtorem caprum, accuſatum, dejectum, quod ita non eſſe Decretorali ſeignitus Gallica teſtis eſt, teſtes reges, proceres. Cur egenus, & exul, nec genere, nec divitiis adjutus, multis locupletibus, & nobilitate parentum conſpicuis præſatus ſi, niſi quod tui eſt muneris, bone Jeſu, qui de ſtercore erigis pauperem, ut ſedeat cum principibus. Tu ſcis me Germaniam, & Belgium ſemper honoraſſe, ut dominum habuiſſe, & matrem. Et nunc quidem dulces affectus quos perdidi, expoſco, tuumque antiſtitem gratiæ indebite amiſſe reconciliarum fieri oro, meque interpretem innocentiæ coram præſulibus, coramque noſtro, cui ſovendo rempore regis Lotharii gladiis hoſtium adductus fum, & tunc quidem mala pro bonis retribuente debita ab his, quos pacis amatores, innocentum protectores, impiorum propugnatores exiſtimabamus. Preſſi jacet cauſa, inde omnis eccleſia Galliarum, ut quæ non ex Gallis, ſed ab hiſpe-

ANNO CHRISTI 988.

ANNO CHRISTI 990.

ſperabatur ſalus; ſed una, Chriſte, ſalus hominibus es, & Roma, omnium eccleſiarum hactenus habita mater, bonis maledicere, malis benedicere fertur, & quibus nec audere dicendum eſt communicare tantum, legitur zelantiæ dominari, abuti, ſe ligandi, atque ſolvendi poteſtate a te accepta.

ANNO CHRISTI 990.

AD CONCILIA ANSANA DUO,

Alterum anno 990. alterum anno 994. celebrata.

ADNOTATIO CRITICA.

Anno 990. 994.

IN conciliorum collectione Venero-Labbeana tom. XI. col. 987. anno 990. collocatur concilium quodam in oppido Anſa, quod locuis quatuor Lugduno diſtat, celebratum, aſſidentibus Burchardo Lugdunenſi, & Teobaldo Viennenſi archiepiſcopis cum 8 epiſcopis comprovincialibus novem. In eo vero canones IX. ad eccleſiaſticam diſciplinam reformandam ſpectant; ſicut & Clunicenſibus poſſeſſiones ſuæ aſſeruntur. Item ad an. 994. concilium aliud Anſanum profertur ex iisdem omnino partibus conſtans, in quo canonici in eccleſia S. Romani oppidi Anſa inſtituuntur, vel reſtituuntur. Duo hæc concilia unum idemque cenſeri debere, nec niſi ab uno eodemque concilio anni 994. hæc omnia ſanctæ fuiſſe, multis argumento demonſtro. Inſcriptio conciliі anni 990. plane mendoſa eſt, cum anno illi aſſigner Indictionem II. quæ ſuperiori anni 989. convenirebat; ſecundo Patres illi gravius ſe accepiſſe ſignificant nunciam de *tranſitu* S. Majoli. Obiit autem S. Majolus anno 994. ut Pagius ad A. 993. egregie demonſtravit. Mentenus quidem, qui concilium illud primus vulgavit, Anecdot. tom. IV. col. 74. cenſet *tranſitus* nomine deſignari hic ſpontaneam illam demiſſionem dignitatis qua S. Majolus aliquot ante obitum annis ſeſe abdicavit. Sed vix perſuaderemur muneris paſtoralis dimiſſionem a partibus illis deſignari nomine *tranſitus*, & abdicationem illam non eſtius quam anno 992. contigiſſe Pagius ad annum 1048. 3. demonſtrat. Non ergo ſermo de illa dimiſſione in concilio anni 990. Denique concilio huic Anſano aſſedit Leubaldus Matiſcenſis, qui ſedem illam poſt Milonem tenuit. Milo vero Matiſcen ſeconſeſſor inter patres concilio Remenſis anno 991. celebrati; & Leubaldus unus fuit ex partibus concilii ſecundi (*a* creditur) Anſani anno 994. habiti. Abſurdum erit igitur concilium Anſanum an. 990. nominiſci, cui Leubaldus quidam Matiſcenſis interfuerit; ideoque pronum eſt repuiemus Anſanum concilium fuiſſe unicum an. 994. coadum, in quo & canones illi conditi ſunt, & fiemata Cluniacenſium privilegia illa, quæ concilium anni 990. authoritate ſua roboraſſe, creditum fuit; ac demum in eo pariter conciliio de eccleſiæ Romanenſis adminiſtratione deliberatum, quod hucuſque ad idem Anſanum concilium non ſine ope optime actum eſt.

Ad hoc ipſum concilium ſpectare cenſeo ſequens inſtrumentum donationis, quod in bibliotheca Sebuſiana cenetur. I. num. XXXIX. Gulcheonus vulgavit, ex quo hic.

DONATIO ARDALDI COMITIS

Monaſterio Savigniacenſi.

In Dei nomine.

EGo Arraldus (*a*) comes, Geraldi (*b*) quondam nobilis viri, & Cimbergiæ filius, reminiſcens malorum omnium, quæ tam pro acquiſitione, quam etiam pro defenſione honoris mei, contra Dei preceptum, egi, paveſco Dei judicia, pro his metuens æterna perpeti ſupplicia; verum quia longaminis eſt ſuper me Domini patientia, non differo diutius pœnitentiæ ſubire remedia. Nuper itaque facerdotum ac miniſtrorum Dei adi conſilium, quærens ab eis ſalubre conſilium, qui dijudicantes me ſecundum ſanctorum canonum ſtatuta, hæc inter cætera mihi indixerunt monita, quo poſſem levius mea ſolvi peccata. His ſalucaribus præceptis monitus, conſiderans quæ, & quanta erga ſancti Martini monaſterium, quod vocatur Savinſiacum, (*c*) commiſerim mala in deprædando villas ejus, ac devaſtando agros, primum ipſi *dreto Martino* aliquid ex rebus meis poſſeſſionis tribuo. Igitur ego *Arraldus* donans de hæreditate mea eccleſiæ ſancti Martini, quam regie Dominus abbas Hugo, (*d*) una cum grege ſibi commiſſo. Eſt autem ipſa hæreditas ſita in pago Lugdunenſi, in agro Cogniacenſi, ſuper fluvium Araricum, in villa Torinisco, hoc eſt vinea indominicata, cum carrilis virilibus, & cum pratis, ſylvis, aquis, aquarumque decurſibus, ſervis ciciam & ancillis, quantumcumque in ipſa villa vilus fum habere, & in villa Caſocco manſum unum, cum omnibus appenditiis ſuis, id eſt cartilis, campis, pratis, ſylvis, & quidquid ibi viſus fum habere hæreditatis, & quidquid in *Miſtretes*, & in Mota vidore habere, id eſt, portum cum piſcationibus, terras cultas & incultas,

(*a*) *Arraldus comes*) Lugdunenſis ſcilicet & Forenſis, Hiſtoricis Lugdunenſibus & *Querretano* notus. Morum conſimum plenarium hiſtoriam habemus ab eruditiſſimo Domino de la Mure, *eccleſiæ Montiſbriſonis collegiata canonico & ſacriſta dignitoſimo*. Guicheon.

(*b*) *Geraldi*) cujus pater fuerat aller *Arraldus* comes. GUICHEON.

(*c*) *Savigniacum*) monaſterium ordinis S. Benedicti, Divo Martino dicatum, in pago Lugdunenſi, non longe ab oppido la Bresle. *GUICHEON.*

(*d*) *Abbas Hugo*. qui obiit hoc anno 984. indict. 2. conſentiente Conrado rege, & Burchardo Archiepiſcopo Lugdunenſi vid. cartul. Saviniac. *GUICHEON.*

ANNO CHRISTI 994. 995.

tas, servos & ancillas utriusque sexus, quidquid ego in præsidiis villis, & a rivulo Morgone usque in Rondecum villis fum habere totum, ut integrum usque in exquisitum, dono sancto Martino, & monasterio Saviniacensi ad stipendium fratrum, Deo ibi inservientium, pro emendatione mali facti, pro absolutione omnium peccatorum meorum, & omnium parentum meorum; tali verò ratione hanc eleemosynam in donationem feci juste, ut a die præsenti supradictæ res in dominio & potestate Sancti Martini permaneant. Nullique hominum liceat ab hodierna die, & deinceps, quidquam de ipsis rebus ab ipsa ecclesia auferre & deminuere, nec mihi, nec alicui parentum meorum, vel propinquorum, nec episcopo, nec abbati, nulli, inquam, potestati. *S. Artaldi* comitis & uxoris ejus Theodebergiæ (*a*) qui ita fieri & firmare rogaverunt. *S. Ardeolanni*, *Vichardi*, *Milonis*, *Bernardi*, & alterius *Beraldi*, *Etelenu*, *Leudegarii*. Data per manum Gerberini, mense martio, regnante Conrado (*b*) rege.

ANNO CHRIST. 994. 995.

GALLICANA SYNODUS LOCI INCERTI

Qua libertas quorumdam, qui se in tuitionem monachorum Besuensium contulerunt, asserta est.

Inter annum 994. & 1016. celebrata.

Inter annum 994. & 1016.

HEdor Bisuntinus archiepiscopus carthedram illam nonnisi post annum 994. ascendit, ut ex Sammarthanis in Gallia Christiana to. I. constat. Bruno vero Lingonienſis episcopus anno 1016. decessit, teste authore chronici Besuensis. Intra hoc temporis spatium habitum est illud Gallicum incerti loci concilium. Quid in eo gestum sit, ignoratur, præter pauca illa, quæ memorantur in charta quadam relata in chronico Besuensi, unde concilii hujus memoria ad posteros transmissa est. En charta ex Besuensi chronico legendo in Spicilegio Dacherii to. 11. pag. 425. edit. in fol.

Carta de Bussello.

NOtum esse volumus præsentibus & futuris, quod Fulbertus & Berengerius fratres regedentes de Bultello, pro inimicitiis, quas vicini eorum contra eos exercebant, dederunt alodium ipsius vici Bultelli S. Petro, & seipsos, & omnem posteritatem suam commendaverunt perpetualiter eidem sancto, una denerata ceræ omni anno, tam virum, quam mulierem. Ea conventione, ut si ipsi, aut aliqui ex eorum progenie reverterentur in regionem, hæreditatem suam, quam sancto dederant, ab abbate loci, & monachis tenerent. Discedentes itaque de episcopatu Lingonico, tempore Brunonis episcopi, & ducis Henrici, venerunt in diœcesim archiepiscopatus Vesuncionensis temporibus archiepiscopi, & comitis Willelmi, pervenerunt in locum, qui dicitur Rollens, & remanserunt ibi super terram Teduini, & Berardi fratris ejus: qui fecerunt Vesuntinum pater fuit Bernardi. Ea verò conventione in terra illorum remanicrunt, ut ipsis reditus, & consuetudines terræ persolverent; sancto vero Petro Besuencium, quem debebunt, annuatim deportarent. Timentes autem monachi, ne per succedentia tempora hæredes Teduini, & Berardi fratris ejus, ipsis hominibus aliquam violentiam irrogarent, vel in servitutem eos redigere vellent, cum abbate sui Willelmo adeuntes concilium, in quo archiepiscopus Hector, & episcopus Bruno cum aliis episcopis residebant, deprecati sunt, ut hanc cartam pariter, & libertatem istorum hominum ecclesiastica authoritate roborarent. Quod ipsi libenter concedentes cum consilio aliorum episcoporum, & totius sancti concilii eosdem homines libros sancti Petri esse statuerunt, & perpetuo anathemate excommunicaverunt, qui illis servitutis jugum ullo modo imponere ausi fuissent. Signum Hectoris archiepiscopi. Signum Brunonis Episcopi. Signum Walterii Episcopi. Signum Burchardi episcopi. Signum Gosseni Episcopi.

VERONENSE CONCILIUM

Quo jura Veronensis episcopi in ecclesias quasdam Aquilejensi patriarchæ subjectas definuntur.

Anno 995. vel forte 994. celebratum.

Anno 995. circ.

AQuilejensis episcopus Joannes ecclesias quasdam in urbe Verona suas obtinebat, quarum ecclesiarum presbyteri debitam Veronensi episcopo subjectionem negabant. Moxitio id ferens Otbertus Veronensis episcopus querelas ea de re suas ad provincialem synodum detulit, in qua auditis partibus definitum est, ut ecclesiarum illarum sacerdotes Veronensi episcopo ad synodum, & *processiones*, vel supplicationes invi-

(*a*) *Theodebergia*) alibi Tethergia vocatur. GUICHE.

(*b*) *Regnante Conrado rege*) annus hic deest, sed cum Hugo Saviniacensis abbas vixerit ab anno 984. usque ad annum 1005. & Conradus mortuus sit anno 995. uti jam superius judicavimus, consequitur eum illum evenisse ab anno 984. usque ad annum 995. GUICHON.

ANNO CHRISTI 995.

invitanti, tum & in festis per annum solemnibus jubenti episcopo, ne missæ ibi celebrarentur, parerent. Adfuerunt synodo præter Joannem Aquilejensem Joannes alter, quem Aemonensem episcopum egisse ex Ughellio Muratorius conjicit. Sichardus quem Cenetensi ecclesiæ præfuisse ex codem scriptore eidem recognovit, cum aliis, quorum nomina apud Ughellium plane deprava-B tagunt. Hanc synodi sententiam vulgavit Muratorius in dissert. mod. xvi tom. V. col. 1003. eamdemque ex documento a Bartholomæo Campagnola sibi tradito dedit P. de Rubeis in monum. eccl. Aquilej. pag. 485. Cum verò integrius appareat quod dixum est a Muratorio præ oculis, ideo hic ex eodem Muratorio acceptum reddo, adscriptis in margine ex Rubeo variantibus. Concilii annus inter 994. & 995. fluctuat. Indictio enim VIII. qua sententia eadem mox recitanda signatur, cum novembri mense conjungitur annus 995. notatur. Quare vel indictio IX. pro VIII. legenda est, vel nullam septembri mense indictionis mutationem contra morem fere ubique tunc obtinentem factam agnoscamus oportet.

¡SYNODI VERONENSIS SENTENTIA

pro Otberto Veronensi episcopo.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno Incarnationis ejus DCCCCXCV. Indictione VIII. die vigesimotertio mensis novembris. Dum in Dei nomine Johannes patriarcha sanctæ Aquilegiensis ecclesiæ in synodo residerent in ecclesia beatæ Mariæ in civitate Veronæ cum cœtu episcoporum, sacerdotum seu levitarum: surgens Otbertus episcopus ejusdem sedis beatæ Mariæ, queri cœpit contra eundem Johannem patriarcham de clericis habitantibus in titulis ipsius monasterii sanctæ Mariæ antiquis, & sanctis (*c*) illis, quia (*d*) ipsi secundum canonicam traditionem, & antiquam consuetudinem sibi obedire verarent (*e*), ita ut nec ad synodum, nec ad processiones ipsius venire vellent, nec illud observare, quod ceteri tituli ac eadem civitate faciunt, scilicet & missas publicas præcipuis festis interdictis ab episcopo facere non deberent. (*c*) Ad hæc idem patriarcha respondens agebat quod hic effet antiquis mos, ut homines sui titulari agere deberent. Tunc Lambertus episcopus Vi. dus abeft centinus surgens ait: *scitis quod nec in hac ecclesia archidiacono nunente clerici prædictarum ecclesiarum debeant servitia episcopo hujus nostræ ecclesiæ exhibebunt.* Id ipsum etiam presbyteri & diaconi præconinarunt Veronenſis ecclesiæ dixerunt. Tunc præfatus patriarcha videns, quod rectum & canonicum erat, quod ipse episcopus scisebat, (*d*) confulto omnium episcoporum ac sacerdotum, qui in eodem concilio residebant, fatuit, ut deinceps clerici de præfatis fuis titulis parati essent obedire Veronesi episcopo, tam in synodali advocatione, quam-que & in processionis honoro, seu etiam in-nisiarum, cum ab eodem episcopo interdictum fuerit solemnibus festis nonvenire, observationi-ne. Verum si aliquid a quoquam objectum fuerit, vel si episcopus ejusdem sedis illos ad placitum observare voluerit, nulli suorum clericorum potestatem illos contegendi vel distringendi tribuat; sed advocato abbate sanctæ Mariæ, qui pro tempore fuerit, in organo, quidquid justum & canonicum est, C eo (*e*) definiat. Quod ut verius credatur, dili-genti usque ab omnibus observetur pro futu-ris temporibus idem patriarcha cum cæteris episcopis, qui in eodem concilio adfuerunt, propriis manibus subscribentes, hanc diffinitionis cartulam roboraunt.

Ego Johannes patriarcha consensi & subscripsi.

Ego Johannes episcopus interfui.

Ego Sichardus episcopus interfui, & subscripsi.

Rozo Tarvisianensis ecclesiæ episcopus interfui, & subscripsi.

Rainoardus (*f*) Tridentinus episcopus interfui ac subscripsi.

Lambertus Vicentinus episcopus interfui & subscripsi.

(*c*) *Sanctæ Mariæ antiquis, & sanctis illis*] Ita Rubeus. Muratorius *sanctæ Mariæ antiquæ, & sanctæ illius.*

(*d*) *Consulto*] Ita Rubeus. Muratorius *consulto.*

(*e*) *Quod ut verius credatur, diligentiusque ab omnibus observetur pro futuris temporibus idem patriarcha cum cæteris episcopis*] Ita Rubeus. Muratorius *quod ut verius credatur, diligentiusque ab omnibus observetur pro futuris temporibus idem patriarcha cum cæteris episcopis.*

(*f*) *Rainoardus*] Rubeus.

GREGORIUS PAPA V.

Sedit ab anno 995. usque ad 999.

AD EPISTOLAS GREGORII V. PAPÆ APPENDIX.

Bulla pro confirmandis juribus monasterii de Pettershausen ad ripam Reni in diœcesi Constantiensi.

Ex Lunig. Spicileg. pag. 400.

IN nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis, Gregorius qui & Bruno sanctæ catholicæ & apostolicæ Romanæ ecclesiæ Dei gratia episcopus & servus servorum Dei. E Desiderium quod ad religiosum propositum & sanctorum locorum stabilitatem pertinere monstratur, sine aliqua est Deo authore dilatione perficiendum; & quotics in quibuldam sanctæ ecclesiæ utilitatibus, vel commodis noster affensus, & fultum apostolicæ authoritatis expositus præstidium, ultro be-

dignitatis intulit nos convenit subvenire, & ratum propositum pro integra fecuitate ex ratione foliidare, ut ex hoc sanctorum veneratio locorum falus, & indemnitas profigatur, & nobis quoque lucri potiffimum præmium a conditore omnium præcribatur. Volente igitur atque rogante tertio Ottone imperatore Augusto & Lamperto sanctæ Constantiensis ecclesiæ episcopo, quoddam monasterium in ripa Rheni, juxta Constantiam in villa quæ vocatur Petrishusa, de

ANNO CHRISTI 996.

Gebehardo beatæ memoriæ episcopo, in honorem S. Gregorii constructum, apostolica defensione muniimus, & præceptis Romanæ ecclesiæ eo tenore decoramus, quatenus ad ipsum monasterium, cui nunc abbas Pericherus præest, cum omnibus ad se pertinentibus, diversis prædiis, cultis & incultis, colonis, & familiis, vel quæcumque idem Gebehardus episcopus hæreditario jure, vel aliqua acquisitione ad idem monasterium contradidit, aut quæcumque de episcopio commutavit, aut sine commutatione permisit, nec non quicquid prædictus Lampertus episcopus ad ipsum monasterium in quocumque negotio concessit, cum Siggeri prædiis, Tuscennanch, & Wengiu vocatis, in pago Turgeu, sub comitatu Perretholdi Comitis feris, quorum unum de rebus episcopii per episcopum Gebehardum, aliud de ejusdem monasterii rebus per prædictum abbatem Pericherum acquisitum est, vel quodcumque per aliqué Dominum timentium ad eundem pium locum concedendum est, aut concessum jam venit, apostolica Beati Petri defensione, ac ruitione stabilitum, & inconcussum sub Christi testimonio permanere & perstitat. Hoc etiam jam apostolica justione, cum consensu tertii Ottonis imperat. aug. & Lamperti su-

A prædicti episcopi, qui hæc fieri rogaverunt, omnino interdicimus, ne forte aliquis eidem monasterio præfigatur, nisi quem communis fratrum ibidem Deo servientium concordia eligat, ad episcopum vero eum, qui ita electus est, stabilire tantum pertineat. Id ipsum etiam de advocati electione decernimus. Electo autem abbati, vel monasterio advocato curæ sit res monasterii curare, easque diligenter excolere. Si quis interea, quod non credimus, temerario ausu contra ea, quæ ab hac nostra authorizate pic, ac firmiter per hoc nostrum privilegium disposita sunt, contraire, vel his, quæ a nobis ad laudem Dei pro stabilitate jam dicti monasterii statuta sunt, refragari, aut in quoquam B transgredi tempraverit, solæ se ex auctoritate B. Petri principis apostolorum, cujus vel immeriti vicem agimus, anathematis vinculo innodatum, & cum Diabolo atque Juda traditore Christi æternis incendiis concremandum. At vero qui pio huic institu obtemperator nostræ salutiferæ præceptionis extiterit, benedictionis gratiam a justo retributore Domino multiplicitèr consequatur, & vitæ æternæ participes effici mereatur in sæcula sæculorum, amen.

ANNO CHRISTI 996.

AD SANDIONYSIANUM CONCILIUM

Anno 996. habitum pro decimis ecclesiæ restituendis

ANNOTATIO CHRONOLOGICA.

Anno 996. DE anno quo concilium istud convenit ita ego olim disserui in meis ad Pagium adnotationibus ad annum 997. 12. Concilium Sandionysianum ad annum superiorem 996. referendum esse potius quam ad præsentem 997. certum deinceps; ratumque esse debet; nam Seguinus Senonensis, qui in eo concilio tam fœde habitus fuit, ac narrat Almoinus apud Pagium hic, e vivis decessit anno illo 996. die XVI. Kal. junii, ut adC notat diligentissimus author brevis chronici Senonensis S. Columbæ vulgatus a Marrene Anecdot. tom. III. col. 1251. qui licet exeunte sæculo XII. scribebat, res tamen superioris ætatis, accuratissime adnotat, ut eodem in corrigenda annalium chronologia felicissime non semel usus fuerim.

SENONENSIS SYNODUS,

In qua Parisiensibus canonicis altaria quædam juris ecclesiæ Senonensis traduntur,

Anno 996. habita.

Anno 996. SYnodi hujus ætas defunt; sola superest charta Leotherici Senonensis archiepiscopi in hoc concilio firmata, quam profert Dubois Hist. eccles. Paris. tom. 1. pag. 682. ex quo hic datur.

D

Imperante auctoritatis summæ ferocissimo favore Leotherico Senonensis archiepiscopi illustrissimus, Christicolos in urbe degentibus universis, pignus pacis cum felicitate incrementis gemmæ salutis.

Noverit cœrus reipublicæ, immo cunctorum concio sedis nostræ fidelium, quoniam divini judicii & inexorabilis memores periculi, piecatis, utiliter cogimur immorari præceptis, fcilicet ut quisquid supplicii pro humana fragilitate fumus obnoxii, per officia debitæ qualitatis, ex altera fraternæ dilectionis impendia, ejusdem præcipue per amoris incendia facile, fit expurgatum; & quidquid dignum quæritur veniæ, nihil negari detur nostræ fragilitati, unde sentiat amplendo christiani nominis, munificentiam nostræ fecenitatis ordinantem. Privatis & publicis etiam compluribus conventam negotiis erga frequentiam provideæ dilectionis domni & charissimi nobis Raginaldi Parisiorum pontificis, nec non & congregationis sanctæ Mariæ gloriosæ cultricis jam dictæ sedis, & nihil nostris dignius fieri votis, quam verbi eorum obsequi studiis; qua ipse roborati, & precum sub arma collecti prænominatæ sedis Pa-

ANNO CHRISTI 996.

Parisiorum canonici oborta humilitate Senonum præsidia subeuntes, nostram accesserunt præsentiam, rogantes sibi optata concedi de quatuor altaribus nostræ Diœcesi subjacentibus. Quorum orata cordis fereno corde suscipientes, & cælestis curiæ palatia tam nobis, quam cuncsoribus mercari cuantes, in amore agni divini, & indevotione sanctæ Dei genitricis Mariæ, omnium superneorum civium, & pro ambarum utilitate partium concessimus in publica Senonensis ecclesiæ synodo cum assensu Ragenoldi archidiaconi nostri, ex cujus ministerio esse videntur, prænominatis canonicis quarvuor altaria, videlicet altare de

B cellis in honore S. Germani dedicatum, & aliud in Vernolio in nomine sancti Petri, aliud quoque in Stecovilla in nomine sancti Germani, aliud quoque in Machello in nomine S. Germani; & hæc quidem altaria, per interventum domni pontificis Raginaldi, tali tenore obtulimus canonicis Parisiis S. Mariæ ferventibus, & pro habenda inibi jugiter nostri, nostrorumque episcoporum memoria, fine tenus teneant, regant, atque possideant fine alicujus repetitionis infestatione & calumnia. Datum in mensepetembri regnante Roberto rege Francorum anno IX.

ANNO CHRISTI 996.

AD CONCILIUM ROMANUM

Anno 996. sub Gregorio V. papa habitum.

ADDITIO.

AD concilium anni hujus pertinet diploma Ottbonis III. imperatoris, quod hic ex Ughellio in Brunialensibus tom. IV. col. 982. describo.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Otho divina favente clementia imperator augustus. Si liberalitatis nostræ munere locis Deo dicatis ea, quæ a prædecessoribus nostris, regibus videlicet, imperatoribus Deo ac venerabilibus collata sunt locis, confirmamus, & corroboramus, proculdubio id nobis in præsenti sæculo proficere, & in futuro bravium acciperе minime titubamus. Noverit igitur omnium sanctæ Dei ecclesiæ fidelium nostrorum, tam præsentium, quamque futurorum devotio, qualter venientibus nobis in synodo in eadem C ecclesia B. Petri apostoli, cum summo pontifice Gregorio, spirituali patre, pro definiendis rebus ecclesiasticis, ibidem congregabilis vir Eugino abbas monasterii B. Petri principis apostolorum sive in loco Brumiensi, proclamationem fecit super episcopo Lunensi Gotifredo, quod idem episcopus Lunensis contra decreta, & Romanorum pontificum privilegia, videlicet Gregorii, Joannis, Benedicti, nec non & aliorum, & contra imperialia præcepta, nostrorumque antecessorum, scilicet Luitprandi, Rachis, Desiderii, Caroli, Ludovici, Ugonis, Othonis bone memoriæ nostri avi, seu & patris nostri similiter Othonis, idem ipsum Brumensed D monasterium suo episcopatui subjugare voluerit, & a potestate Romanæ ecclesiæ, sub cujus tutione semper fuit, alienare. Ideoque petivit nostram celsitudinem, ut pro Dei amore, animæque nostræ remedio confirmare, & corroborare dignaremur eidem abbati Brunensis monasterii suisque successoribus in perpetuum quidquid Luitprandus, Rachis, Desiderius, Carolus, Ludovicus, Hugo, seu & sanctæ memoriæ avus, & pater meus Otho, cæteique prædecessores nostri in ipsum sanctum locum per præcepti paginam contulerunt: cujus petitioni ob hoc præcipue assensum præbuimus, quia in eadem synodo, coram cunctis qui aderant ibi, videlimus prædicti Lunensis episcopi chartulas a tumni pontificis authoritate damnatas, atque diffruptas. Quapropter per hoc nostrum præceptum confirmamus, ac corroboramus præfato monasterio omnes dotes, res, mancipiorias, familias utriusque sexus, nec non & decimationes fervorum ipsorum, terram ipsius abbatiæ laborantium, una cum casis, sedimentibus, campis, vineis, pascuis, pratis, sylvis, atque ifallariis, aquis, aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, venationibus, montibus, vallibus, alpibus, planitiebus, ruguis, ripis, servis & ancillis, aldionibus, aldianis, mercatis, theloneis, cunctisque rebus, ac familiis, ad præfatam abbatiam pertinentibus, tam ea quæ nunc habere videtur, quæque eius, deinceps divina pietas voluerit addere, vel amplificare. Statuentes itaque jubemus, ut nullus episcopus, dux, marchio, comes, vicecomes, judex, castaldus, scuidasius, decanus, quælibet persona, sive in monasteriis, sive in xenodochiis, aut in locis, vel in agris, seu reliquis possessionibus, quæ ad ipsam abbatiam, tam de datione regum, quam reginarum, vel reliquorum Deum timentium legitime pervenerunt, vel ubicumque, vel in quibus pagis & territoriis infra dictionem imperii nostri legaliter prædictum monasterium investituram habere conoscitur; vel qui deinceps in potestate ipsius monasterii voluerit divina pietas addere, vel amplificare, nullus superioris, aut inferioris ordinis procurator, vel quælibet magna seu parva regni nostri persona a prædicto monasterio aliquas reddibitiones frangere, aut placita celebrare, aut frodia deposcere, aut fodrum aut mansiones, vel paratas faciendas, aut fidejussores tollendas, aut homines tam ingenuos, quam liberos, aut fervos super terram ipsius abbatiæ commanentes nullo modo distringere, vel in aliquo molestare, seu dominari audeant, præter illud quod folvere debent Romanæ ecclesiæ, cui scilicet ex ipsum præfatum cœnobium, scilicet denarios 12. & candelas 2. Hæc vero nostra imperialis institutio ram

ANNO CHRISTI 998.

tm episcoporum, quamque & reliquorum fidelium nostrorum memoriæ generaliter prolongata, notum fit toto regno Romanorum, ut Deo favente per infinita tempora proprium robur obtineat, nullique temeratori impune contemnere facultas exsitat; manu propria subter firmavimus, & anuli nostri impressione insigniri justimus: quam si quis violare præsumpserit centum libras auri is compositurum agnoscat, medietatem

ANNO CHRISTI 998.

præfato monasterio, cui violentiam intulit, & medietatem palatio nostro.

Signum Domini Ochonis invictissimi imp. Augusti.

Heribertus cancellarius vice Petri Cumani episcopi & archicancell. recognovi.

Datum 8. Kal. junii anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXCVII. indict. 9. anno 3. Ochonis regnantis 18. imperantis anno primo. Actum Romæ in Dei feliciter Amen.

AD CONCILIUM ROMANUM

Pro variis ecclesiæ negotiis agendis a Gregorio V. papa & Ottone II. imperatore.

Anno 998. celebratum.

ADDITIO.

AD concilium hoc Romanum pertinere non dubito charam quandam in chronico Wultrnnensi Rer. Italic. tom. I. part. II. pag. 487. relatam. Charta illa signatur indictione XI. Gregorii V. anno II. Ottonis imperatoris anno II. die XXX..... Characteres ipsos chronologicos exprimere centesimi tempus Romani concilii anni 998. ante majum mensem, quo Gregorius & Otto annum secundum nondum excesserant. Ipsum vero concilium charta exprimit tantæ, commemorans pontificem & imperatorem *in basilica S. Petri* cum venerabilibus archiepiscopis & episcopis ultramontanis & Italicis residentes. Altera eiusdem charæ in eodem concilio signata, in qua Otto III. imperator Hugoni Farfensi monacho abbatiam illam committit. Hanc vero ad concilium hujus anni pertinere hoc indicio demonstro. Hugo *ille Farfensis* abbas in ea, quam anno 1014. scripsit, querimonia de usurpatis monasterii sui fundis legenda in chronico Farfensi inter Italicarum tom. II. part. II. col. 333. narrat oblatam sibi coenobii illius abbatiam ab Ottone III. non acceptasse *usque Romam ad synodum*: Ottonis vero diploma, quo eamdem Hugonem a se olim exauctoratum restituit abbatem, ibidem legendum col. 492. signatur *VIII. Kal. martias anno DCCCCXCVIII. indictione XI. Ottonis III. regnantis XV. imperii II. actum Rome*. Pro martias tamen legendum Majas, ex iis quæ ad Romanum concilium anni 999. afferemus, confabit. Romanum ergo concilium celebratum est anno Ottonis II. ante majum, quin & intra aprilem mensem. Porro utramque chartam tum Wultrnnensem illam, tum alteram Farfensem hic dare juvat, utpote quæ ad dem Romanum concilium anni 998. pertinere arbitror. Sed antequam Wultrnnensem proferam, monendus censeo eruditus hic ipsa charta sanari luxationem quandam in subscriptionibus episcopor. quæ canonibus concilii subiiciuntur. Porrò in illis fic repræsentatur episcopus quisam *Adelbertus ..... episcopus*. Hunc igitur *Brixiensem* tenuisse ecclesiam ex charta illa docemur. Hac ergo luxatione sanata, ita scribendum est: *Adelbertus Brixiensis episcopus*.

DEFINITIO JUDICATUS DE SANCTA MARIA DE APINIANICI.

Actum Romæ.

LEo archidiaconus & Adelbertus episcopus Brixiensis, misi constituti ab Ottone III. imperatore, in Placito adiguntur Rainaldum comitem ad restituendum monasterium S. Mariæ Apinianici abbati S. Vincentii ad Vult urnum ejusque congregationi.

In nomine Domini Del Salvatoris nostri Jesu Christi. Anno Deo propitio pontificatus Domni nostri Gregorii summi pontificis & universalis V. papæ in sacrasissima sede B. Petri Apostoli secundo, imperante Domno (*a*) Ottone a Deo coronato magno & pacifico imperatore anno II. indictione XI. die XXX..... Decretum judicium ex jussione Domni Ottonis piissimi imperatoris augusti, qualiter idem ipse Domnus imperator proclamationem audivit a Johanne religioso abbate venerabilis monasterii sancti Vincentii martyris Christi, situm super Vulturni fluminis fontes, super quendam comitem Raynaldum de monasterio sanctæ Dei Genitricis Mariæ Domine nostræ, qui nominatur Apinianice, in comitatu Marsicano est constructum, quæ est cella prædicti coenobii sancti Vincentii, quem idem ipse prædictus Raynaldus comes jam per duobus annis invasit suprascripto monasterio sanctæ Mariæ cum omnibus suis pertinentiis, & usque hactenus vi virtutis retinuit, & violenti manu detinuit. Unde natu Dei ejusque clementia dum domnus imperator in Secretario, qui est juxta Basilica sancti Petri apostolorum principis, resideret cum venerabilibus archiepiscopis & episcopis Ultramontanis & Italicis, & Ottoni ducis, & honorabilibus viris, in quo super memoratus comitem adnotatur. Tunc suprascripsus Johannes abbas in medio eorum adit, & proclamatus est dicens. *Domine fautissime imperator, & semper auguste, quatenus mihi & meæ almæque monasterio sancti Christi martyris Vincentii legem & justitiam faciatis; qualiter vim & violentiam passus a Raynaldo comite videlicet de monasterio S. Mariæ, qui vocatur Apinianici, que est cella suprascripti cœnobii sancti Vincentii*. Quibus ad hæc pius imperator misericordia motus justit suis fidelibus, videlicet Domno sanctissimo Leone archiepiscopo & judicum facti palatii aliisici imperatoris, & exinde foras abscent, & cum eo domno Adelberto episcopo sancte Brixiensis ecclesie per Deificam legem eos finirent. Et mox inde egressi abierunt in dexteram partem hujus basilice, residentibus ambobus judex, & episcopus, & plurimis viris ibidem consedentibus adstantibus. Rursum Johanni abbati eis reclamavit eundem suprascripto sermone. Tunc prædictus Raynaldus, qui & coram residebat: *nobis* (*a*) *Domne ut suprascripsum cellam, que & monasterio sancte Marie contravi, neque contrare permisi*. Tunc suprascripti judices judicaverunt, ut prædicto Raynaldo comite relataret jam dictam cellam suprascripto abbati, cujusque coenovio sancti Vincentii: & mox Raynaldus comes apprehendit singulos manus, & confirmavit eundem monasterium ad suprascripsum abbatem, & suis successoribusD in perpetuum, cum omnibus suis rebus, fervis, & ancillis, vineis, & terris, montibus, & collibus, planis, & planitiis, ruipibus, & fontibus, molendinis, & piscatibus, tivis, aquis, aquarumque decursibus, omnibusque suprascripto monasterio sanctæ Mariæ generaliter, & in perpetuum pertinentibus. Et super hæc spondeo, polliceor vobis, vestrisque successoribus, omni tempore, ego una cum heredibus, & successoribus meis, vobis, & vestro monasterio semper defendere, adjuvare, & in omnibus assistare suprascripto monasterio sancte Mariæ eonavero ab omni insurgenti pars hominum. Et si hoc non fecero ego vel heredibus meis, tunc de auro nos promittimus componere auri purissimi libras centum, mediatetam cameræ sanctissimi imperatoris, & mediatetam vobis & monasterio S. Vincentii. Qui vero ibidem vim virtutem fecerunt, & ejecerunt monacos ejusdem loci foras fecerunt, & fuorum filie ibidem vexaverunt inuiti eos prædicti judices recompensaverunt dicentes tunc: *Cur tam iniestum vobis dedit licentiam, ut suprascripto monasterio invasistetis, & sine usu Dei, & voluntate nostrum abbatei monachos foras ejecistetis & violatas mulieres introduxistetis?* Quibus illi respondentes dixerunt: *Domine fenius autem quia injuste, & iteritum fecimus; sed si placet vobis, hoc quod injuste fecimus reformamus, & eo tho suprascriptum pone obligamus nos nosrisque heredibus*. Et statim apprehenderunt virgam manu, & clara voce refutaverunt monasterio sanctæ Mariæ a suprascripti judices, & prænominato abbate, ut nunquam ulterius exinde altercare, vel molestiam præparare, aut vim facere malueritmus. Et si autem, quod absit, aliquando in tempore aliquam temeritatem, aut violentiam facere conamus, tunc datuti nos per unoquoque, & nostris heredibus jusmodi nos componere vobis, vestrisque successoribus, & partem vestri monasterii auri purissimi libras L. mediatetam cameræ domni imperatoris, & mediatetam prædicti abbati cujusque monasterii. Unde pro futura memoria futurorumque teltimonio suprascripsos Leonis domno archidiacono & Judici facti palatii, imperatoris missos, & nostrum fecimus fieri scribe Romanæ ecclesiæ scribere præcepit in mense & indictione suprascripta XI.

Adelbertus gratia Dei Brixiensis episcopus, & domni imperatoris missus interfui & subscripsi.

Leo sacrosancti palatii, & missus domni imperatoris interfui & subscripsi.

Signum manu Raynaldi scripsit, & confirmavit.

Signum manu Gisoni scripsit, & confirmavit.

Signum manu Doncli scripsit, & confirmavit.

Ego Johannes scriniarius sanctæ Romanæ ecclesiæ, & scriptor hujus judicati pagina ex jussione domni imperatoris feci, complexi, & absolvi.

(*a*) al. nostri.

(*a*) Placitum hoc Chronographus noster ad tempora Ottonis II. Augusti refuit, sed perquam supine. Memoratur heic Gregorius V. summus pontifex, una cujus mentio III. aperte monere cum potterat, numquari heic Ottonem III. augustum. Recte autem procedunt chronologicæ notæ, si Rexsem, qui hoc sedebatur, septembrem, aut sequentes anni per intelligas, tunc enim in curia erat indictio XI. (*a*) Nostrum deeeest *Johannis abbatis* monitos sed illi animadvertendum erat, alterum Joannem abbatem Rotufie, sub Ottone III. anguebat ut infra patebit. Memoratur heic *Otto dux*. Eundem vide ad placitum Tiziensi anno 1001. sub eodem augusto cap. XIV. Rer. Ital. Antiquitat. Edent. *Murator*.

Curroborat?

ANNO CHRISTI 998.

ANNO CHRISTI 998.

per antiquorum regum, & imperatorum adeptam præceptorum libertatem, electus quisque ab eadem congregatione, prius eiusdem imperiali patrocinio præfectorum gratis roboretur, & tunc a summo pontifice canonice consecretur. Aliter si præsumptoris, imperiali censura condemnetur, & quicquid de bonis monasterii scripturerit, omnimodis evacuetur. Quod ut verius credatur, & in posterum diligentius observetur, nostri sigilli impressione inferius infigniri iussimus.

Heribertus cancellarius vice Petri Cumani episcopi recognovi.

Datum VIII. Kal. Martii, anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXCVIII. Indict. XI. anno autem Ottonis tertii regnantis XV. imperii II. Actum Romæ feliciter in Dei nomine. Amen.

Denique acta integra ejusdem concilii cum canonibus ab editis in multis plane diversis servatoris nobis Ubaldetus Bambergensis in suo codice vulgato ab Eccardo bibliothec. med. ævi to. II. pag. 16. Ex quo hic dantur.

CAPITULA CONSTITUTA A GREGORIO ROMANO PONTIFICE

filio Ottonis regis (ducis.)

PLacuit sanctæ synodo, ut omnes episcopi occidentales, qui in depositione Arnolfi Remensis archiepiscopi fuerunt, & cæteris inducias vocati, Papiensem synodum A
spreverunt, & inconvenientes causas ad confutandam synodum per manum laicalis personæ miserunt ab episcopali officio suspendantur. Adelberonem Laudunensem episcopum, qui etiam Metropolitanum suum apprehendit & tradidit, ab episcopali officio suspendimus, quia ad synodum venire contemsit. Auctoritate enim Sulli papæ hoc sanctum est, qui etiam occidentalics episcopos, ad synodum venire contemnentes, depositionis reos judicavit: illos vero absque apostolica auctoritate depositos innocentes remanere. Decretum est etiam, ut rex Robertus, qui confanguineam suam contra interdictionem apostolicam in conjugium duxit, ad satisfactionem convocetur cum epi- B
scopis his incestis nuptiis continentibus. Si autem renuerint, communione priventur. Constituit etiam sancta synodus, ut si quis episcopus presbyter, diaconus, aut clericus, papa incubuit, & eo inconsulto, aut subscriptionem pro Romano pontificatu commodare, aut pitatio promittere, aut sacramentum præbere tentaverit, aut aliquod certe iuffragium pollicitus fuerit, loci sui dignitate, & omnium fidelium communione priveatur, & anathematizetur. Cum his & sancta synodus sanxivit, ut Neapolitanus invasor, qui illius loco archiepiscopum apprehendi fecit, & se in eundem lo- C
cum per simoniacam hæresim constitui fecit, nisi satisfaciat, anathematizetur.

IN CONSTITUTIONEM DECRETALEM OTTONIS III. IMPERATORIS,

Quo res ab ecclesia præsulibus alienatæ restitui successoribus jubentur,

Anno 998. editam

CONJECTURÆ.

Anno 998. OTtonis III. constitutionem ex Farfensi chronico tunc MS. nunc a Muratorio Rer. Ital. to. II. pat. II. vulgato primum omnium edidit Holstenius in collectione Romana, ex quo in suam transtulit Labbeus legiturque to. XI. col. 1031. editionis Venetо-Labbeanæ. Ita vero utrimque signatur. *Actum XII. Kal. Octobris, indictione XII. anno tertio domni Gregorii papæ pontificatus. Promulgata per manus Gerberti sanctæ Ravennatis ecclesiæ archiepiscopi in ea synodo, in qua Metalonensis episcopo, Arnulfo nomine, papatum ablatum est, in basilica beati Petri, quæ vocatur ad cælum aureum; & subscripserunt omnes qui adfuerunt episcopi.* Adnotatio hæc crucem figit exeditis, quæ fit enim hæc synodus; quæ Arnulfi in pontificem electio, electique deposito, plane ignoratur. Nec sane licuit me esse tam felicem, ut tenebras hasce plane depellam; quamquam arbitror, lucis aliquid afferre res obscurissimæ in aliquo saltem posse illud quod in eodem Farfensi chronico Hugo Farfensis nonobili tunc abbas narrat in ea querimonia, quam de usurpatis rebus monasterii sui anno 1014. scripsit, legenda in eodem chronico col. 549. En ejus verba: *Præditus autem imperator,* (Otto jam Romæ coronatus, habita jam Romana synodo anni 998. ut ex contextu liquet) *ex quo Ravennam venit, præcepit cunctis abbatibus & episcopis ut scriberent res perditas suarum ecclesiarum, qualiter, & quomodo perdiderint, vel a quibus detinentur; quod & ego feci. Deinde veniens ante præfatum imperatorem & papæ eorum judicium Romani, & enumeravi omnia ex. Inter alia vero petii, quod a nullo abbate haberet scriptum de prædicto castello, nisi ab ipso Guidone* (abbate intruso) *qui donum ab imperatore non habuit, nec præceptum. Tunc ab imperatore judices interrogati uno ore dixerunt; episcopus aut abbas, qui pertinet palatio imperiali vel pontificali nullo modo valet facere scriptum, nisi prius ab ipsis domum adquirat.* Eadem per omnia continet Ottonis constitutio; quare non dubito, quominus ea occasione lex illa data sit, & Ra- D

ANNO CHRISTI 999. Ravenne in quadam episcoporum synodo, vel convenu, ut rotus chronici Farfensis contextus demonstrat. Menfis, & dies designati sunt in subscriptione ejusdem constitutionis signantis diem XII. Kal. Octobris, indictionem XII. ideft annum 998. Semel igitur illa constituta, dein in synodo quadam Papiensi in basilica S. Petri ad cœlum aureum nuncupata iterum confirmatur, & promulgatur. Ita legimus in subscriptione ejusdem constitutionis. Cum vero Synodus illa convenerit, cum Arnulfo Mediolanensi antistiti paparus ablatus est, Gerberto nondum e Ravennatensi ecclesia ad Romanam translato, non inani conjectura fuspicaver, synodum illam post Gregorii V. obitum, qui in Februarium sequentis anni 999. incidit, convenisse. Tunc enim forte vacuam pontificium cathedram Arnulfus invasit, e qua depulsus, Gerberto, qui Silvester II. dictus eft, locum concessit.

MAGDEBURGENSE CONCILIUM

Pro ventilanda causa puellæ e Parthenopeo a sponso raptæ,

A Gisilerio Magdeburgensi archiepiscopo circa exordium anni 999. celebratum.

ANNO 998. exeunte, vel in exordio anni 999. LIutgarda Ekkihardi marchionis filia, patre in Italiam cum Ottone III. profecto, commendata fuerat curæ Machtildis Quidelingeburgensis abbatissæ, quæ illam in monasterio educabat. Werinharius Thuringiæ comes, cui Ekkihardus puellam desponderat, moræ impatiens clam in monasterium irrumpens illam secum adduxerat; qua juvenis remeritate offensa abbatissa, ad egies ut concilium in Magdeburg habcretur, cui ambo sponsi adesse justi sunt, ut raptor de injuria respondere, raptæ voluntas explorareturc. Venerunt illi, & a patribus interrogata puella, velle se in conjugio perseverare respondit; juvenis vero admisti criminis veniam supplex popostit, & impetravit. En verba annalistæ Saxonis ab Eccardo in corpor. historic. to. I. vulgari. *Decretum in Magdeburch fori conventum; (episcoporum* addit chronographus Saxo a Leibnitio in accession. hist. to. I. vulgatus; quin & idem habet annalista Saxo inferius) *hou stousom cum sponsa quidem, accusatore autem quoque omnes ante se reos sui præsentare; aut damnatos fugere: sicque factum est. Confluente enim illuc multitudine ineffabili, Werinharius cum suis cooperatoribus nudis pedibus provolvitur; uxorem reddit, totuem de commissis sibi fusque auxilio principum promissa emendatione promerut. Sed venera-*

bilis in omnibus Machtildis filiis colloquio Luitgardam sponsum duxit non pro retentione, sed pro amoris magni confirmatione; bone autem fuse voluntatis propositum præventu fubitanee mortis ei interruptum. E poltremis his verbis difcimus concilium januario circiter menfe anni 999. convenisse, cum Machtildis VII. idib. februarii anni 999. decefferit. Porro cum tantæ rei gestæ episcoporum vetcum concilium idem historicus inferius agnoscit, narrans Sigefredum Odonis marchionis filium inter monachos Corbejæ novæ aliquandiu promeritum, dein abjecto cuculio ad fæculum redisse; quare, ait, ab anoate suo, & Gisilero archipræsule vocatus ad fynodum Magdaburgk venit, & quamvis invitus pristino habitu indutus, judiciali fententiæ ipfe fe XII. facramentis exolvit, exemplo erat, qui Romæ simili fententiæ *se in confpectu Cæsarei ejusdem purgavit. In eodem pariter concilio Machtild sanctimonialis filia Theodorici marchionis, quæ sanctio religionis propofito adfecto fubtraxerat, & conjugium admisrat, ex quo fueta puerum genuit, ad funiorem tandem revocata tanta mifericr abfolutionem & abstinen tia Magdaburh indigna precepit.* Id vero in Magdaburgensi concilio hoc præstitum, quamvis non dicit historicus, facile perfuadeor.

CONCILIUM ROMANUM

Ad varia ecclesiæ negocia tractanda,

Gregorio V. pontifice & Ottone III. præsentibus anno forte 999. celebratum.

Anno 999. COncilia Romana sub Gregorio duo Labbeus, ceterique cum illo omnes agnoscentes, alterum anno 996. alterum vero anno 998. constituerant. Ex quo factum est, ut quotquot sub Gregorio fynodice Romæ constituta leguntur, omnia ad alterutrum ex his concilijs remulerint. Ita canones illi echo, qui in Mss. codicibus in Romano concilio sub Gregorio editi leguntur, ad con- E
cilium anni 998. revocati sunt; cum præsertim in præfatione ejus concilii, quam eiidem canonibus præfixam vulgavit Dachesius, se recusa datur in-nova Veneto-Labbeana conciliorum editione; in ea, inquam, præfatione coacta scribatur synodus illa anno tertio pontificatus Gregorii, & tertio iridem Ottonis imperantis, quæ fane annorum epocha cum anno 998. Majo exeunte com-

ANNO CHRISTI 999. 1000.

compunitur. Iridem controversia de Ausonensi episcopatu, quæ sublata refertur in concilio Romano anno secundo Ottonis, de tertio Gregorii indictione XI. concilium utique anni 998. expositi. Hæc ego pariter vera esse convenio; nec dissimulo aliquod Romanum præter illud anni 996. celebratum anno 998. agnosci oportere; nec abnuo pariter definitam in eo controversiam de Ausonensi episcopatu. Sed & aliud Romanum concilium vel exeunte anno illo 998. vel sequenti 999. invenio admitti oportere, cui vindicandi sunt canones illi qui concilio anni 998. magis mentem incipiente habito huc usque adscripti sunt. Et vero ex tempore quo utrumque concilium convenit, plane demonstro. In Romano concilio primo anni 998. septimo idus maji, controversia Ausonensis peracta est, signatur etiam eodem mense & die Gregorii anno III. Ottonis II. Porrò Gregorius anno 996. die III. Maji consecratus; Otto verò nonnisi die XXXI. Maji, ut Pagius censet, vel saltem die XXI. ejusdem mensis, ut ego quidem maluerim imperii coronam, adeoque & ejusdem imperii sui epocham cœpit. Ex quo sequitur concilium illud Romanum anni 998. die IX. maji absolutum fuisse. Sed & diploma Ottonis III. pro Hugone Farfensi, quod ego supra ad Romanum concilium anni 998. pertinere demonstravi, signatur die VIII. Kal. martii, quod mendose scriptum esse pro majo nemo non videt, alias concilium a februario usque ad majum perseveraſſet, quod eſt incredibile. Aprili ergo exeunte concilium jam cœperat, illudque adhuc perseverabat die XXX. ejusdem mensis, quo signatum judicatum de Apininiaco censeo, quinvis mensis nomen exaratum eſt, de quo judicaro ego ibidem egi. Conſtare ex his arbitror, concilium Romanum prius anni 998. ad finem aprilis, & maji exordium referendum esse. Concilium verò Romanum, quod secundum appello non plane citius quam exeunte majo, vel forte junio jam cœpto haberi potuit, (quanquam ego ad extium anni 998. vel forte ad sequentis 999. exordium libentius revoco) cum ejusdem concilii præfatio in Spicilegio vulgata signetur anno Ottonis III. & Gregorii iisdem tertio, quæ sine epocha nonnisi die XXXI. vel saltem XXI. maji incipere potuit, cum Otto anno 996. die pentecoſtes, ut Pagius

ANNO CHRISTI 999. 1000.

censet, die scilicet XXXI. maji, vel die Aſcenſionis XXI. maji, ut ego quidem opinor, imperium aſcenderit. Nulla ergo ratione, alitqua saltem temporis intercapedine inter ſedi ſcreta, unum idemque haberi poſſunt. Hoc ipſum ſyndi utriuſque diſcrimen evincit non obſcure factum Giſelleri archiepiſcopi Magdeburgenſis, quem Otto imperator *in ſynodo accuſant Romana judiciali tum ſententia ab officio ſuſpendi & ab apoſtolico Romæ tocari per interrogatorios fecit.* Verba ſunt annaliſtæ Saxonis Eccardiani to. I. 371. id verò definitum eſt in canone IV. concilii Romani, quod ego ſecundum anni 998. appello. Porro Giſlerium anno 998. exeunte, vel forte etiam ineunte anno 999. depoſitionis ſententiam nondum retulerat, cum habitæ eodem tempore Magdeburgenſi ſynodo, de qua ſuperius dictum eſt, ipſe tanquam archiepiſcopus aſſederit, ſubjectoſque provinciæ ſuæ monachos ad ſynodum illam vocaverit, teſte eodem annaliſta Saxone ad annum 999. Quæ ſi animadverſa fuerint, confido utique arbitror concilium hoc Romanum ſecundum, vel exeunte anno 998. vel in exordio ſequentis conveniſſe, cum Magdeburgenſe concilium cieri eodem tempore celebratum fuerit. Accedit etiam ad idem diſcrimen demonſtrandum controverſia de Auſonenſi epiſcopatu in concilio priori definita, quæ inter canones concilii recurreret, quemadmodum aliæ perſimiles *in illis* exhibentur, ſi concilium, in quo controverſia illa diſcuſſa eſt, & illud pariter, cujus canones extant, non eodem tempore concilium faiſſent. Accedunt inſuper epiſcoporum utriuſque concilii diverſa nomina, & ſedes; Guadalius & Arnulphus, qui ambo Auſonienſis epiſcopi feſe vocantes in ſynodo anni 998. diſceptabantur, in ſubſcriptionibus altecius ſynodi fruſtra quærentur, ſicut neque apparet Rotkerus Lendicienſis epiſcopus Stent eorum Romæ concilia per hæc tempora duo, quorum alterum die VII. id. majarum anni 998. abſolutum eſt, alterum vero, ſive eodem anno definitum, ſive in exordio ſequentis convenit. Forte tamen januario menſi anni 999. opportune aſſignaretur, tunc enim Otto III. imperator Romæ aderat, ubi & ſignavit diploma pro Patavienſi eccleſia legendum apud Lunig ſpicileg. tom. XIX. pag. 770.

ANNO CHRISTI 999. 1000.

GNESNÆ IN POLONIA CONCILIUM,

Quo Gneſnenſis archiepiſcopatus conſtituitur,

Anno 1000. *coram* Ottone III. *imperatore celebratum.*

Autore 000. VEnetus Labbei editor concilium Polonicum a Labbeo omiſſum diligenter quidem ſupplevit ex hiſtorico Hildenſheimenſi acceptum; ſed præterquamquod aliqua hiſtorica ille omiſerit, locum etiam habere ſynodi reticet. Quare ſub nomine concilii Polonici ab eodem Veneto editore indicatur. Omiſſiones haſce ſupplet Annaliſta Saxo Eccardi ad annum 1000, cujus proinde verba in rem præſentem afferre juvat. Narrat igitur hiſtoricus ille Imperatoris iter Gneſnam, tum addit: *Nec mora facit ibi archiepiſcopatum* (utique in ſynodo, quam ea de cauſa coadam notat Annaliſta Hildenſheimenſis) *ut ſpero, legitime ſine conſenſu præſati præſulis ſui Giſſleri Magdeburgenſis; ſed tamen Romano pontifice aſſentiente* (ut notat Hildenſheimenſis) *metropolitanus, cujus diœceſi omnes hæc regio ſubjecta eſt; committens eundem prædicti martyris* (S. Adalberti Gneſnenſis epiſcopi) *fratri, qui & Gaudentius, ſubjiciens ei Romberum Saſſcholnienſis eccleſiæ epiſcopum, Poppoum Crecovienſem, Joannem Vratislavienſem, Ungero Posnaniensi excepto; ſalvoque ibi altaris ſanctæ*

ANNO CHRISTI 999. 1000.

ANNO CHRISTI 1005.

in eo honoriſice condidit reliquias (S. Adalberti). *Diſpoſitis igitur in Slavia VII. epiſcopis a Boleſlao uſque Magdeburh deductus, ubi palmarum ſolemnia celebriter peracta, ſunt.*

ANNO CHRISTI 1005.

JOANNES PAPA XVII.

Sedit anno 1003. *eodemque obiit.*

JOANNES PAPA XVIII.

Sedit ab anno 1003. *uſque ad annum* 1009.

AD CONCILIUM TREMORIENSE

Anno 1005. *celebratum*

ADDITIO.

An. 1005. TRemoriense illud concilium notius eſt, quam ut diligentiam collectorum fugere potuerit. Ejus tamen acta hucuſque ignorata fuit. Pagius V. Cl. in critica Baronii ad annum 1005. non modicam eorum portionem deprehendiſſe fibi perſuaſit in Vita Beati Adalberonis II. Metenſis epiſcopi ab Anonymo coævo deſcripta, & vulgata in priori volumine Bibliothecæ manuſcriptorum Labbeanæ. Verum author ille ſynodi quidem meminit ab Henrico collectæ, ſed nomen loci ſilet, quare nonniſi per conjecturam, quæ ibi author exponit, ad Tremorienſem ſynodum referentur. Sed & ex conjectura plane contraria diſcimus, dicta illa de ſynodo plane alia a Tremoriensi accipi oportere, cum Annaliſta Saxo Eccardi, qui ſæculo XII. nondum adulto ſcribebat, quique ſua omnia ex probatiſſimis accipit, acta quædam referat concilii Tremoriensis, quæ cum narratis ab Anonymo plane nihil congruunt; & inter archiepiſcopos, & epiſcopos, *quos concilio adfuiſſe* narrat, eos ſere omnes recenſeat, qui in catalogo epiſcoporum apud Anonymum non comparent. Id vero argumentorum valudum eſt in archiepiſcopis. Cum enim illi præ epiſcopis multo pauciores faerint, ſi alios exhibeat Annaliſta, alios Anonymus, id plane ad ſenſum demonſtrat, de conciliis inter ſe diverſis ab utroque tractari. Porro ex archiepiſcopis unus Williſigius Moguntinus ab Anonymo aſſertur; ac viciſſim apud Annaliſtam Moguntinus non apparet, & Colonienſis, Remenſis, ac Magdeburgenſis legitur. Denique Metenſis epiſcopus Theodericus eſt apud Annaliſtam, apud Anonymum vero Adalberus. Porro Adalbero anno 1005. decembri menſe deceſſit, ut Anonymus in ejus vita adnotavit, cui Theoderici ſucceſſit. Ex quo ſit, ut cum decretum ſynodi Tremoriendis die nonarum Julii, teſte annaliſta Saxone & Ditmaro lib. VI. prodierit, ad ſequentum annum 1006. referendum ſit. Idque dies ipſa nonarum Julii confirmat, quæ ſequenti anno 1006, non verò præſenti 1005. in diem dominicam, (qua haberi ſolebant concilia) incidit. Quod vero tam ab annaliſta Saxone, quam a Ditmaro annus concilii 1005. congineatur, id me parum movet, cum norim Ditmari textum mendoſum eſſe in multis, & annaliſtam Saxonem ita Ditmari codicem ſequi, ut ſæpe erret cum illo. Profuerida ſunt modo Tremoriensis decreta illa ex fide Annaliſtæ: *Poſita eſt in loco, qui dicitur Tremonni* (Tremoria in weſtphalia) *magna Synodus, ubi Rex, Epiſcopi, & omnibus præſtitibus plurima ecclęſiæ convenientia & communi rerum conſilio hæc ſtatuit deinceps prohibere, & optimo novæ inſtitutionis decreto graviora peccatorum ſarcimina relevari. Abhinc eſt hoc decretum renuat Juſti in conſpectu Regis Henrici, & conjugis ejus Cunigundæ, & archiepiſcoporum Herlherti Coloniensis, Leuczonis Bremenſis, Thagvinonis Magdaburgenſis; Epiſcoporum quoque Saxigeri Mimigardevordenſis, Theoderici Metenſis, Bernhardi Paderbrjs, Bernwvardi Hildenſheimenſis, Herlhardi Patherbrunnenſis, Burchardi Vvormatiensis, Notgeri Leodicenſis, Aufridi Trajectenſis, Thiemari Aſheburgenſis, Thiderici Merſeburgenſis. In obitu cujuſque ſupra nominatorum ſingulis Epiſcoporum infra XX. diet, niſi infirmitas impediat, miſſam pro defunctis celebrent, & anniverſarium Presbyterorum ſimiliter faciat. Presbyteri vero hortenſes tres miſſas peragant. Diaconi, & cæteri inferiores ordinis X. pſalterya. Rex, & Regina infra XXX. dies mille quingentos ſolidos pro annone redentione erogent, & totidem pauperes paſcant, & XXX. denarios expendant; & totidem lumina accendant. Dunc autem Bernhardus quingentos denarios paſcat, & XV. ſolidos expendat. Vigiliam S. Johannes Baptiſtæ, & Vigiliam Apoſtolorum Petri, & Pauli, & Vigiliam S. Laurentii, & omnium Sanctorum in pane, ſale, & aqua decernimus jejunare. Vigiliam aſſumptionis S. Mariæ, & omnes Vigiliat Apoſtolorum, ſicut in Quadrageſima, quatuor tempora ſicut in Quadrageſima, excepto ſexta feria ante Natale Domini, quam in pane, ſale, & aqua decernimus jejunare.*

ANNO CHRISTI 1006.

AD CONCILIUM FRANCFORDIENSE

Pro constitutione episcopatus Bambergensis

Anno 1006. celebratum

ADNOTATIO CRITICA, ET VARIANTES LECTIONES.

An. 1006. AD concilium istud hæc olim in meis ad Pagium adnotationibus diffeui. Placent, & vehementer placent quæ ad rectam chronologiam dirigendam quoad exordium episcoparus Bambergensis Hollandiani Socii doctissimi contulerunt ad vitam S. Henrici die 14. Julii pag. 733. Igitur anno 1006. Synodus aliqua Francfordiensis omnino asseveranda est, cum id tradat Dithmarus apud Baronium. Sed cum chronologus ille pro suo more plura in unam annum congerat, quæ in plures distribenda essent; ideo non est cur in eo concilio totum negotium absolutum statuatur, quamvis ibi rem totam sub uno contextu narrat Dithmarus. In ea prima Synodo actum est de instituendo Episcopatu, & cum id randem decretum fuisset, Episcopus Wirceburgensis, qui a Synodo, quamvis vocatus, aofuerat, & pro viribus in eadem synodo per Capellanum suum excusari ibi obstiterat, tandem vicias manus dedit roganti Henrico Imperatori, ut ex actis ejusdem Concilii constat. Pertinent hæc omnia ad annum 1006. vel ad tequentis exordium. Dein Henricus *Anno e Capellani suis, Albericum, & Lodovicum* adjunctis Henrici Wirceburgensis Episcopi literis Romam direxit, ut Francofurti bene cœpta, ibi proficerent auctoritate Romana. Joannes Papa *Nuncios Henrici ad se directos hac omnia sibi referentes, sequi pro hac Sede confirmanda interpellantes* auscultans (verba funt ejusdem Joannis in suis literis) patentes literas eas de scripto, datas tamen se Junio, Indict. V. id est anno 1007. His peractis, Synodus habetur nova, vel forte D eadem, quæ superiori anno nondum absoluta Francofurti celebrata fuit, in qua literæ illæ Joannis XVIII. lectæ, & recognitæ fuerunt, ut ex epigraphe ejusdem Concilii a Pagio relato constat. Ita salva est fides Dimari scriptoris coævi, nec Baronius ita plane erravit, ut Pagius censet, quin & Pagius nonnihil deceptus; dum Synodos duas in unum confudit. Porro duas synodos hac de re tunc celebratas etiam Anonymus in vita S. Heurici apud socios Bolland. ad 14. Julii cap. 2. num. 1. & 15. distinguit; quamquam illam, quæ posterior fuit, priori præponit, & quæ posteriori assignanda sunt, superiori tribuit. Vide Soc. Bolland. E ibid. in Apparatu prævio §. II.

Addere his juvat, priori illi concilio ab alio sequenti anno 1007. celebrato distinguendo valere pariter nomina episcoporum, qui utrique adfuerunt. Nam priori, antequam literæ Romam mitterentur, adfuisse inter cæteros legimus *Theodericum Metrensem*, & *Erluinum Cameracensem*; quæ duo nomina in subscriptionibus literarum Joannis papæ, quas patres concilii posterioris bullæ illi jam impetratæ addiderunt, non apparent.

Superest modo, variantia quædam ex collatione diverforum codicum, ada ejusdem B concilii exhibenium, promamus. Udalricus Bambergensis in codice, quem ex variis hujus ætatis diplomatibus, adhique publicis compegit, vulgato ab Ecardo Historiæ med. ævi tom. II. eadem acta concilii Francfordiensis refert, quæ Gretserus ex codicibus Mss. ecclesiæ Bambergensis vulgavit; ex quorum collatione variantia hæc in subscriptionibus episcoporum resultant.

GRETSERUS.	UDALRICUS.
Berenwardus Hildisheimensis.	*Deeft.*
Heimo Virdunensis.	Hermo Virdunensis.
Hartuigus Iwaviensis.	Hartungus Juvaviensis.
Adalbertus Brixiensis.	Adalbertus Brixigiensis.
Sarigierus Mimigardvordiensis.	Svindegerus Mimegardefordiensis.
Baldolfus Tarafiensis.	Baldolfus Tarantasiensis.

Juvat hic etiam totum Henrici regis fermonem ad synodum reproducere; qui enim in collectione Labbeana ex Dithmaro afferitur; pro more ejusdem scriptoris hinc inde erasus, brevitatisque exhibetur. Integrior dat Annalista Saxo Ecardi ad hunc annum, ex quo hic describo. Adjeci literas Henrici Wirceburgensis, qui copiam facit erigendi novum episcopatum Bambergæ; quæ urbs ditionis suæ erat) quas literas in concilio Francfordiensi anni 1006. datas ex superioribus liquet. Has literas fervavit Udalricus Bambergensis sæculi XII. scriptor in suo codice, quem Eccardus in altero volumine Historicorum medii ævi vulgavit.

FRANCFORDIENSIS CONCILII ACTA

Ex Annalista Saxone Eccardi

Tom. I. col. 405.

COnsedentibus igitur per ordinem Archiepiscopis cum suis suffraganeis, Rex Henricus humotem profert hunc. & a Wilegio Archiepiscopo, in cujus Diœcesi synodus habebatur, elevatus, cunctis præfentibus talia fatur: „ Domini, & Patres a „ mea parvitate hac acsciti convenistis, & „ quamobrem vos afcierim, aperiam, pre„ corque omnium clementiam, ut in his, „ quæ divina gratia mihi, ut spero, inspi„ ravit, pro ejus amore favearis. Nam „ quia in sobole habenda nulla mihi spes „ superest, Christum hæredem elegi, Episcopatum Bavemberh, cum licentia Epis- copi mei facere hactenus concupivi, & hodie perficere flatui. Ob hoc fereniffimam petentem vestram interpello, ne ejus absentia, qui apud me voluit obtinere, quod mihi non licuit concedere, propositum meum valeat impediri. Ecce bacculus, in quo mutuæ confirmationis fignum clarefcit, quod non propter Dominum, fed ob dignitatis nullatenus adipiscendæ dolorem fugerit. Moveat corda omnium præfentium, quod augmentum S. Matris Ecclefiæ cum nuglgerula legatione adnullare præfumit. Ecce ad hæc conjugis meæ præfentis, & unici fratris mei, & cohæredis larga benivolentia afpirat; meque placita sibi reddition e illis restituere uterque pro certo fciat; fique Episcopum venire, & promissa dignatur fufcipere, paratum me ad hæc omne, quod vobis placuerit, inveniet.„ Tunc Beringerus, Heinrici Wirceburgensis Episcopi Capellanus, furrexit dicens; timore Regis Antistitem tum non venisse, detrimentum Ecclesiæ a Deo sibi commissæ in aliquo fieri nunquam cum laudasse, obsecrat omnes præfentes per Christi, ne talis fieri, eo absente, sibi futurum in exemplum patiantur. Privilegia quoque ejusdem Ecclesiæ alta voce ibi recitantur. Inter hæc, quotiens Rex anviam judicum fententiam nutare perspexit, totiens humillatus solotenus profternitur. Tandem Archiepiscopo Willigiso, quid de his factendum esset, judicio perquirenti, Thagino Archiepiscopus primus respondit. Justa votiones & petitio Regis confenfu omnium veftrum legaliter poteft impleri; cunctisque præfentibus fermonem ejus confirmantibus, Rex glorioſus Eberhardo Cancellario fuo curam paftoralem commifit, quem præfatus Archiepifcopi Willigifus manu die confecravit. Poft hæc Heinricus Epifcopus auxilio Heriberti Archiepiſcopalis Regis gratiam, & adimpletionem fibi placitam adipiſcetur. Itaque eundem Epiſcopatum in honore S. Georgii, & Sancti Petri Apoſtoli conſtituit; locumque ipſum prædiorum divitiis, & omni ornatus decore, ut in præfentarum cernitur, copioſiſſime ditavit. In meridiana quoque parte civitatis Monaſterium in honore S. Stephani Protomartyris fub ordine canonico conſtruens; ex altera vero, hoc eſt, aquilonari aliud Monaſterium ſub Monachili regula in honore S. Michaelis Archangeli, Sanctique Benedicti conſtituens, fibi, ſuæque civitati ſupra petram Apoſtolicæ hemitatis fundatæ, muroque, & propugnaculis meritorum Sancti Georgii, cæterorumque Sanctorum munitæ, ac exornatæ contra incentivos vitiorum jactus turrim fortitudinis in Stephano, & contra refrigerantes ſtatus illius, qui in Aquilone, unde malum omne panditur, fedem ponere diſpoſuit; refugium certum in Angelico præparavit præſidio, ut a dextris, & a ſiniſtris judiciæ armis vallatæ in nullo ſuſſiciat prævalere. Aliis quoque Sanctorum locis per regni latitudinem munificentiæ ſuæ impertivit largitatem, quædam delapſa in melius reſtituens, quibuſdam quæ minus ſupperebant, adiiciens.

PRIVILEGIUM HENRICI WIRZBURGENSIS EPISCOPI

de conſtitutione Bambergenſis epiſcopatus.

IN nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis. Omnium ſanctæ Dei eccleſiæ fidelium, tam præſentium, quam futurorum notitiam non latere delideramus, qualiter glorioſiſſimus Rex Henricus, divinus, ut credimus, ammonitionis ſtimulo compunctus, de prædiis, quæ Dei gratia, hæreditatioque jure parentum in ſua poſſeſſionis dominium provenerant. Dei fervitium augere, epiſcopatum conſtituendo atque ordinando, conſiderans, quomodo id legitime, rationabiliterque fieri poſſet. Hi, venerabilem Wirtzburgenſis eccleſiæ proviſorem quatenus quemdam locum, Babenberch nuncupatum, cum pago, qui Ratenzgou dicitur, qui ad ſuæ dioeceſeos ſtatum pertinere videbantur, de ſuo jure in ſuum jus id ad perficiendum transfunderet, ſtudioſe cepit flagitare. Qui, quotiam juſtæ atque rationabiles cauſæ videbantur; ejuſdem auguſtiſſimi atque inviciſſimi regis petitionibus acquieſcens, cum communi cleri ſui atque militum conſilio, nec non totius populi conſilio, & ſenſu præfatum locum cum prædicto pago, tribus parochianis eccleſiis exceptis cum ſuis adjacentiis, quarum hæc nomina ſunt, Wachenrode, Lonnerſtat, Mulhuſen, omni poſtmodum remota contradictione, ſuæ poteſtati tradiderunt. Alterius autem pagi, qui Volcfeldt vocatur, in quo præfatus locus ſitus eſt, partim eidem regi conceſſit, quantum eſt de Babenberch ad flumen Uraha in Ratenzam flumen, & fic juxta decurſum fluminis ejuſdem in Moyn, & inde ad rivulum Wichebach, demum ad caput ejuſdem rivuli, ſicque quam citiſſime ac proxime perveniri poteſt ad Uraham. Et ut hæc tradition ſcma atque inconvulſa permaneat, ipſe præful H. corroboravit, & fubſcripſit. Actum in civitate Wirtzburgenſi, præſente, fereniſſimo Imperatore. H. ea conditione, ut decimam in novavillibus jam inciſis, & ad manſum menſuratis, cum veteri decima non commutata, Wirtzburgenſis eccleſia retineat; in novavillibus vero poſthinc excolendis decimam Babenbergenſis eccleſia poſſideat cum termino commutato.

ANNO CHRISTI 1006. 1007.

CONCILIUM PARISIENSE

Anno 1006. habitum.

Concilii hujus annus & res in eo gesta continentur in subjecta bulla Johannis papæ XVIII. quam ideireo hic recitandam duxi acceptam ex tom. VII. Galliæ Christianæ novissimæ editionis pag. 26. appendicis, ubi eruta asseritur ex Chartulario Parisiensi lib. 19. cap. 11.

Johannes XVIII. confirmat donum a Rainaldo episcopo Parisiensium Cænobio factum.

Anno 1006. JOhannes episcopus servus servorum Dei, Imperiosæ rationis institutione in quibuslibet ordinandis, ac disponendis rebus antiquorum prisceæ, ac providæ auctoritati, ut totius posteritatis subsequens admirans diligenter obtemperando, & prudenter imitando respondeat, utilitate sentitur, & fanioris censura judicii omnimodis roboratur. Et quoniam vita ipsa, qua fruimur, publice multimode brevitatis cohortatione & plurisque immatura succiditur, ad interminabilem diuturnitatis palmam altioribus salutarium, velis virtutum subrigi, ac felicioribus bonorum incrementis operum diatim unumquemque subnoneri, quam sit faniffimum facile est intueri. Quibus in Dei nomine & pace fanctorum omnium permotus ego Regnerolibus Parisiorum episcopus ut mei vice officii commissi gregis vigilanti cura sollicitus, & memor magnæ diei tremendi examinis, & utriusque justorum, sive injustorum retributionis, operæ pretium duxi ex accessibus patrimoniorum meorum, felici commercio mihi internorum, subsidia civium fœnorari. Cujus devotionis fervore successus notum esse volo omnibus tam fidelibus, quam & præsentibus, quia ob fempiternæ præmia remunerationis, & pro obtinenda deliborum venia genitorum meorum, Comitis videlicet Buchardi, cujusque opimatissimæ conjugis Elisabeth, ut gremiis sanctæ immortalitatis confoveri, & jucunditate lucis æternæ perpetim mereamur latari, placuit vestræ reverentiæ Synodali conventu, & favore, ac notitia cœtus reipub. quoddam alodum, vulgo vocitatum: *Largum Campum*, conferre Sanctæ Mariæ Parisiacensi Ecclesiæ, & rebus vel ulibus deputare fratribus inibi degentium, Deoque canonice militantium. Ut autem prædictus *Largus Campus*, in pago, & comitatu Waftinensi constitus, silvis, villis, & villulis, vineis, pratis, terris cultis, & inculcis cum ecclesia in honore S. Martini dicata cum omnibus appenditiis suis, ea quidem lege: ac omne jam dicti possessionem allodi S. Mariæ, & prædictis collegis canonicæ congregationis offerimus, ut nostri memoriale illis ab omnibus habeatur in psalteriis, ac missarum solemniis, ac cunctis vespertinis, ac matutinalibus vigiliis, perpetuoque fit ratum jure, tria denique nostri anniversaria, videlicet patris, & matris, & ipsius Antistitis Ragenoldi, ut regni devotione, & celebri commemoratione annuatim proferatur obnoxie precamur. Si quis vero rationis expers, livore, & facibus avaritiæ pervasus nostræ devotionis adeo munificum pignus auferre, & quoliber jure, quacunque injurio voluerit impedire, nisse auri librarum fratribus, vel canonicis S. Mariæ regia sublimitate cogatur exsolvere, & rusticano more, vel paralitate submissus, capitalis census diffolutione plectatur & ad tolerandum jurgia totius perpetuitatis tormentum, auctoritate Patris, & Filii, & Spiritus Sancti sit maledictus, & confusus, & nullis Sanctorum suffragiis mereatur mederi, sitque conjunctus diabolo & Angelis ejus in Inferno inferiori, & pereat in æternum. Datum IV. non. Decemb. per manus Petri Abbatis, & Cancellarii sacri Lateranensis palatii anno III. pontificatus Johannis octavidecimi, & universalis Papæ in sacratissima sede B. Petri Apostoli, indictione V.

ANNO CHRISTI 1005. 1007.

AQUILEJENSIS SYNODUS,

Qua constitutio novi episcopatus Bambergensis approbatur,

Joanne Aquilejensi præside anno circiter 1007. celebrata.

Anno circiter 1007. VOlo S. Henrici, tunc regis, dein Imperatoris ejus nominis I. novum episcopatum Bambergensem condere optantis, aliquandiu obstitit Henricus Wirceburgensis episcopus, in cujus diœcesi Urbs illa adjacebat. Dein vero exoratissimi se præbens Patribus concilii Francofordiensis, ipsique domum regi obnixe id deprecanti optatum assensum præbitit. Rex, ut majori authoritate constitutio illa firmaretur, literas Wirceburgensis, & concilii sententiam ad omnes ditionis suæ episcopos approbandas transmisit. Aquilejam ut venerunt literæ, Joannes Patriarcha synodum convocavit, tractahabit omnia, tum & suo, ac suffraganeorum nomine literas ad Wirceburgensem dedit. Has literas tamquam a concilio latas per partes exhibet Cl. P. de Rubeis in monumentis ecclesiæ Aquilejensis. Ego vero ex codice Udalrici Bambergensis desumptas hic continuata serie recito.

ANNO CHRISTI 1007. 1009. 1011.

SYNODICA JOANNIS PATRIARCHÆ AQUILEJENSIS.

Ad Henricum Virceburgensem episcopum.

Beatissimo Domino & sincera charitate diligendo H. sanctæ Virtzeburgensis ecclesiæ venerabili episcopo, Joannes sanctæ Aquilejensis patriarchæ cum omnibus suæ diœcesis episcopis fesaternam dilectionem in eo, qui prior dilexit nos, & irradiata semetipsam pro nobis, Jesu Christo Domino nostro.

LIcet, reverende frater, fraternæ dilectionis cura nos admoneat, ut in omnibus operibus bonis, quæ conditor humani generis misericorditer ad salutem quotidie disponit, immensas gratiarum actiones ipsi agere debeamus, quandocunque tamen vel ubicunque ex provectu sanctæ ecclesiæ vel ejus exaltatione locatione aliquid nos magnifici operis audire contigerit, immensæ devotionis affectu illum laudare & benedicere & prædicare debemus, cujus hæc dona sunt, & a quo bona cuncta infallibiliter procedunt. Quare inter innumerabilia sempiternæ dignationis sacramenta, ea & in suorum cordibus Principum dictat, quæ ad muitorum salutem, & exemplum profutura procurat, in quibus unum est, quod divinitus nuper factum maximam meritorum nostrum lætitiam generavit. Audivimus nempe, quod dominus noster *H.* (a) gloriosissimus, & invictissimus Rex, divina ille insipirante gratia, ex suis prædiis & paterna hæreditate in loco, qui dicitur Babebere, episcopatum in honore beatissimi Petri Apostolorum principis construxit, & commutatione facta digne & legaliter cum vestra ecclesia parum quandam ex ejus diœcesi acquisivit, atque hoc concambium apostolicæ sedis privilegio corroboravit. Quod quidem eximium, & laudabile opus cujus dignissimum literaliratem, & veltram coaritatem satis egregie laudabilem commendat, cum & suum est per operationem, & vestrum per dilectionem. Et quo omnipotenti Deo immensas gratias referimus ad cujus intestimabilem gloriam spectat, quod per regem nostrum H. bonum & fidelem ministrum suum fundatissimum pacem omnibus ecclesiis parat, & insuper novam ecclesiam formar, per quam & de inimico humani generis in vicinias Sclavorum gentes Deo opitulante triumphabit, & innumerabilem familiam per favacrum regenerationis sibi multiplicabit. Nos autem cum omnibus nostræ diœceseos episcopis hoc divinum opus in commune laudamus, atque in eo juste confentientes, & fubter conscribentes *in* perpetuum valere confirmamus.

(a) Henricus.

MEDIOLANENSE CONCILIUM

Pro condemnatione, & depositione Olderici ab Henrico II. tunc rege, Astensi episcopatu donati,

Anno 1009. ab Arnulpho Mediolanensis archiepiscopo celebratum.

Anno 1009. HEnricus II. rex, & I. Imperator venerat in Italiam invitatus, expulsoque Arduino regnum illud occupavarat. Noluit vero sibi deinceps a Dumo regio unctus, & sacratus episcopus timeret, fuga dilapsum illum exauthoratum episcopatu curavit, Olderico viro nobili, & potenti in ejus locum fubstituto. Cum vero non ille eledum, nec a populo expetitum consecrare recusaret Metropolitanus Mediolanensis Arnulphus, Ideo a Romano pontifice confecrationem hanc expetiit, & obtinuit. Graviter id tulit Arnulphus, quare coacto Mediolani concilio Oldericum anathemate ferit; dein collecto exercitu, novum illum episcopum coegit, ut fuppler veniam postularet, & Metropolitani fui confirmationem effagitaret. Quæ de concilio Mediolani habito dixi, hæc expreffiffe mihi vifus fum ex his Arnulphi verbis lib. I. cap. XIX. *Veniens ergo* (Archiepiscopus Mediolanensis) *in conventu Mediolanensis ecclesiæ antibonatis sæculo confectus* (Olderici) *transfixit audaciam.*

ANNO CHRISTI 1007. 1009. 1011.

SERGIUS PAPA IV.

Sedit ab anno 1009. usque ad annum 1012.

MOGUNTINUM CONCILIUM

Anno MXI. celebratum.

Anno 1011. DE concilio hoc Moguntino omnia latent, & ex uno annalista Saxone Ecclardi parum aliud præter nomen innotuit. Hæc igitur ibi ad annum 1011. *Eodem anno rex* (Henricus) *habuit concilium in Moguntia civitate, ubi Theodericus Metensis episcopus, & Henricus dux fratres regiæ* (S. Conegundæ) *interfuerunt; cumque omnia ibi juxta suum placitum eis reformare non possent, revertebantur irati, pace tamen ad tempus facta.* Nec plura de hoc concilio.

ANNO CHRISTI 1012.

BENEDICTUS PAPA VIII.

Sedit ab anno 1012. usque ad 1024.

SYNODUS AD CONFLUENTIAM

Anno 1012. Henrico rege præsente celebrata.

An. 1012. DE hac synodo pauca hæc debes Annalistæ Saxoni Eccardiano ad annum 1012. *Post festum S. Martini Conscriptæ synodum habuit, Theodericum Metensem episcopum, cæterosque suos rebelles causa damnandi, si nollent converti. Quod regis decretum illi aliquantulum timore, legati de pace missi, perterriti adhuc vehementer. Interim in eodem concilio ab omnibus assi-* B *dentibus episcopis Theodericus interdictum est, ut aure purgationem Missam non celebraret. Rex rectius sequenda faciens pacem pollicitus per omnia non satisfecit. Tamen Magontiæ se videndi licentiam dedit, quo quidam ex illis venire neglexerunt. Alii regio imperio parentes sine fecunditate subsequi adhuc reducuntur.*

SYNODUS RAVENNATENSIS

In causa Adalberonis archiepiscopi intrusi

Anno 1014. coacta.

An. 1014. RAvennatensis cujusdam (synodi illo quidem anno 1014. Labbeus et Ughellius Italiæ S. tom. 2. pag. 358. vet. edit. meminit; sed cum in synopsi actorum quam ex veteri scheda Ughellius, & ex illo Labbeus exhibet, hubita illa legatione Tit. III. Henrici imperatoris die pridie Kal. Majarum, chronici ibi characteres in annum 1016. nos deducunt. Nec est, cur mendum in his chronicis notis suspicemur, quamquam enim hoc ipso anno 1014. Concilium Ravennæ admiti oportet, aliud est tamen posteriorum hoc ab eo, quod Ughellius commemorat, nam huic præsuisse Arnoldum Ravennatensem archiepiscopum acta ipsa perhibent. Huic vero nostro alius quispiam, & forte ipse Benedictus VIII. papa, ut ex iis, quæ infertus dicentur, conflabit. Stet igitur in sua fede anni 1016. Ravennatensis provincialis synodus, ad quam acta Ughellio-Labbeana referantur. Huic tamen anno 1014. sua conflet synodus ex testimonio annalistæ Saxonis Eccardi asserta, cujus hæc sunt verba: Rex (Henricus) *Ravennam properans habita synodo Arnoldum fratrem suum episcopali dignitate privat domorum, & quorumdam ei reddere conſtituit, auctoritate Papæ, ac consilio senatus consilio revocat, eumque archiepiscopatum* (Ravennatensem) *digno honore stabilivit.* Hæc Annalista, qui dein subdit Romanum Henrici profectionem, & in urbe assumptionem ad imperium. Dein prosequitur: *Arnoldum fratrem suum imperator ab apostolico conſecrari fecit.* (utique Romæ, habita jam antea Ravennatensi synodo, cui præsidebat Arnoldus præfuisse nequaquam potuit). *Supplantatorem autem ejus Adelbertum* (cujus & synodus Ughelliana meminit) *impiis sidentem primo degradare tulit, sed assidua piorum intercessione devictus Arietia præfecit ecclesiæ.* Legendum suspicor Arctinæ, nam Aretium oppidum, nunquam vero urbs fuit episcopalis, & Aretinæ ecclesiæ tabulæ per hos annos Albertum, qui idem est ac Adalbertus, episcopum signant apud Ughellium in Arretinis tom. I. *In Ravenna*, pergit idem annalista, *duos, & Romæ tandem synodali judicio Papa deposuit, ab archiepiscopo Leone* (Ravennatensi) *jam mutuo conferatos.* Hisce verbis synodum quamdam Romæ a Benedicto habitam designari censeo, in qua forte accepta, & confirmata fuit constitutio illa Imperialis Henrici, in ejus conſecrationis lata, qua pars Romanæ ecclesiæ agnoscuntur, & asseruntur. Id enim tunc in moribus politum fuisse, ut cum novi imperatores coronam Romæ acciperent, synodus haberetur, tum ex synodis sub Otonibus habitis patet, cum vero diserte asserit Benzo horum temporum scriptor in vita Henrici III. imperatoris lib. I. cap. XII. Statuatur ergo sequens synodus in Collectoribus omissa.

SYNODUS ROMANA

Anno 1014. sub Benedicto VIII. præsente Henrico I. imperatore celebrata.

An. 1014. QUo anno & tempore Henricus imperator Romam fe contulit imperialis coronæ recipiendæ gratia, (quam vel die VI. vel XI. Kal. Majas accepisse satis constat) synodum habitam indicat Annalista Saxo Eccardianus ad eundem annum his verbis: *In Ravenna dum, & Rome totidem synodalis judicio Papa deposuit.* Quinam depositi hi fuerint, nec indicat Annalista, & fi- C lent alii. Suspicor tamen æmulos esse quosdam,

ANNO CHRISTI 1014.

dam, qui pontificalem dignitatem illi refragarint. Nam minus pacificam dignitatem non statim obtinuisse Benedictum colligo ex verbis ejusdem Annalistæ Saxonis Eccardiani, ad annum 1022. ubi Gregorium quendam æmulum, & adversarium habuisse illum affirmat. Hunc forte, & alium aliquem ejus patronum, & defensorem in eo conciliabulo Romano pontifex depositæ. Ejusdem Romani, vel forte Ravennatensis, nam amborum simul meminit Annalista, decreta alia designat his verbis: *Sanctorum Patrum instituta dies in hoc partibus negligentia communicatione redintegrata renovantur. Prohibent namque canones, ut ante XXV. annos Diaconus, Presbyter autem, & Episcopus ante XXX. annos aliquis sullatenus ordinetur.*

ANNO CHRISTI 1014.

SYNODUS VERONENSIS

Ad definiendas lites inter Patriarchas Gradensem, & Aquilejensem Coram Benedicto VIII. & Henrico I. imperatore anno forte 1014. celebrata.

An. forte 1014. VEtus erat controversia sæpe in utramque partem agitata, & numquam ita definita, ut dubium quiterem patriarierit, quæ inter Gradensem, & Aquilejensem patriarchas vexillabatur. Huic definiendæ sub Benedicto VIII. eo anno 1014. quo S. Henricus suscipiendæ imperii coronæ venit in Italiam, ambo præsules, Uso scilicet Gradensis, & Aquilejensis patriarcha ad Synodum Ravennatem primum, dein Romanam acciti sunt; quorum alterum, Gradensem scilicet, utpote concilio defuisse accusat Popo Aquilejensis patriarcha in concilio Romano anni 1027. de quo infra. Dux ergo utrique dicta eli terrio ad fynodum Veronensem, accitumque Gradensem tertio affuisse palam coram eadem synodo Romana anni 1027. arguit idem Popo Aquilejensis. Atque hæc tantummodo scimus de synodo illa Veronensi, cui & Henricum imperatorem, & Benedictum pontificem adfedisse, non obscure designant verba illa actorum concilii Romani, unde concilii hujus notiam accepi: ex quo deducendum arbitror Veronensem hanc synodum eodem ipso anno, quo Ravennatensis, & Romana, conveniste, anno nempe 1014. quo Henricus imperialem coronam Romæ sumpturus veniens una simul cum Pontifice præsupe synodos celebravit. En verba actorum concilii Romani, quæ fuo loco integra dabimus ex de Rubeis Monum. Eccl. Aquilejen. tom. I. cap. LV. col. 513. *Uso, qui in eadem plebe fuisset patriarcha nomen suscepit, & olim tempore Benedicti Papæ, atque Henrici imperatoris ad Ravennatem, atque Romanum, nec non Veronensem synodum canonice appellatus, nunc quoque ad sacratissimum concilium apostolici sedem convocatus, præsentium suam exhibere jussus est.*

SYNODUS AQUILEJENSIS II.

Pro confirmanda largitione Joannis patriarchæ facta Prapostis, & canonicis S. Stephani Forolivensis anno 1015. celebrata.

An. 1015. Ex de Rubeis Monum. Eccl. Aquilej. c. 1111. pag. 491. IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Regnante D. Henrico Romanorum imperatore Augusto, anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi millesimo quinto decimo, indictione tertiadecima. Joannes Ilquæ fervitura conquiro, tuum tibi reddo, non meum dono. Nihil enim mihi sine tuo meum, per quam, & a qua ipsum, quo fruor, habeo post Deum: cui multiplicium beneficiorum copiam nullatenus possum recompetere dignissimam. Tamen ne candita tua prorsus in vanum sumpsisse comperiar, aliquid adsidue tuo famulamini manendum aggrediar. Regens igitur per trigesimum fecundum (*annum*) pontificatus tui cathedram, totiusque gregis curam gerens, nullumque subditorum pericilari volens, sanctæ statuta synodo, mores, & acta prædecessorum antistitum inquisivi, si cujus forte incuria tuarum omnium ecclesiarum fundifuit sufpirantibus, qualitcr cuncta defuncta esse dididerim, mox Deo inspirante, rem, & Benedictum pontificem adsedisse, Christum, & Suburbanorum conſilio statui: & fi omnia non poſſunt, vel unum ex multis in tuo nomine recuperavi. Unde præsentibus episcopis, clericis, & laicis; ipsique multum cogentibus, & exortantibus, volo, atque conſtituo in tua sancta ecclesia deinceps sub canonicali jure fervituris, quibus neceſſaria victus, ac vestitus distribuita, partim de tuo hactenus in noſtrum usum sumpto, partim aliunde acquisito, vel jam nunc acquirendo. In primis igitur dono tibi Morosito præposito, ruisque successoribus, necnon omnibus sandi Stephani canonicis, habitantibus in civitate Forojulii, Decanium in loco, qui dicitur Lanc, & alterum in loco, qui dicitur Fufeja, & montem, qui vocatur Onuf, & decimam devilla, quæ vocatur Peregula, & unam Masfariciam in Vspo, & aliam in Glenona, & unam in Retenia, & quatuor campos in S. Daniele, & decimam, quæ debet exire de plebe, quæ vocatur Waltana, & decimam de porta Pertri, necnon & decimam de omnibus rebus, quæ pertinent ad meam curtem ſitam in civitate Forijulii: insuper villam, quæ vocatur Primaricus, cum terris, cum vinicis,

ANNO CHRISTI 1015. 1016.

nels, ac decimis, necnon pensionibus: & omnes illas terras, quas nostri antecessores, five boni comites, necnon alii homines, atque clerici in ipsam canonicam miserunt. Hæc autem supradicta loca concedimus, largiuntur, donamus, & a nostra potestate, & dominio & parte transferimus, & delegamus in jus, & proprietatem canonicæ S. Stephani, & omnibus futuris præpositis, atque ipsius ecclesiæ canonicis, ut habeant licentiam, & potestatem de omnibus supradictis ad investiendum, tenendum, collocandum, ac commutandum, & quidquid illis ad utilitatem illorum placuerit faciendum, videlicet cum placitis, & diffidationibus, collectis, & angariis, fodro, & fustragiis, cum omnibus famulis in supradictis locis manentibus, & liberis similiter hominibus, cum eorum massariciis, vineis, pratis, terris cultis, & incultis, montanis, & planis, aquis, aquarumve decursibus, molendinis, herbaticis, atque pabulaticis, necnon gemaricis, sive eorum auesser, & de omnium supradictorum locorum districtu, seu cum omnibus suis pertinentiis, atque publicis functionibus, quæ nostri antecessores, vel nos remuerinus. De his vero omnibus supradictis, excommunicantes a Dei parte, & Sanctæ Mariæ, & omnium Sanctorum anathematizamus, ut nullus nobis successorum, vicedominus, advocatus, gastaldio, sculdasio, nullusque episcopi miles ipsam canonicam inquietare, molestare, aut de his omnibus diversitæ præsumat. Sed præpositus licentiam de omnibus habeat & ordinare, & sumi, quem elegerit, advocatum, judicem ponere, & habere. Verum ne livor antiqui hostis aut me, quem tantus amor huic operi nunc contulingit, aut meas successores aliquando infliget, quo a dominio & potestate præpositi, & canonicorum aliquo in tempore supradicta dona acquisita, & acquirenda subtrahere velimus, laudantibus, & clamantibus clericis, & laicis, maledictionem imponimus, ut si quis diaboli calliditate deceptus hanc ordinationem infringere temptaverit, & acquisita, vel acquirenda minorare vel tollere temptaverit, anathematis interiatur vinculis, & cum Juda Domini traditore æternis cruciatur incendiis, super quem terra os suum aperiat, & cum sicut Dathan, & Abyron forbeat: ut ex judicio, & justorum concilio nunquam resurgat. Hujus autem ordinationis observator in paradisi gaudiis fruitur. O beate Stephane sanctissimis tuis semper adjutum meritis præsta, ut hæc institutio magis omnibus placeat, ac cernitur, firmiorque appareat, sanctissima. & laudabili synodo Aquilegiæ congregata. Ego Joannes patriarcha hujus institutionis consecrator, libens subscribo. Si quis igitur hanc institutionem infringere, temptaverit, anathema sit. Bertholdus Forlenis episcopus, Richiro Feltrensis episcopus, Richolphus Tergestinus episcopus, Lodoicus Belunensis episcopus, Almericus Tarvisiensis episcopus, Azo Civitatis-Novæ episcopus, Mayo Concordiensis episcopus, Stephanus Petenensis episcopus, dixerunt: Si quis hanc institutionem infringere temptaverit, anathema sit. Et clamaverunt omnes: fiat, fiat, fiat.

ANNO CHRISTI 1015. 1016.

CONSTITUTIONES ECCLESIASTICÆ SUB S. STEPHANO REGE HUNGARIÆ

conditæ circa annum 1016.

PRÆFATIO AD DECRETA.

An. 1016. Ex P. Carolo Pertzeffy Soc. Jesu, Conc. Hungar. tom. 2.

REgnante divina clementia, opus regalis dignitatis, alimonia catholicæ fidei, effectum, amplius, ac solidius alterius diligentius foler opibus esse: & quoniam unaquaque gens propriis agitur legibus, idcirco nos quoque Dei nutu nostram gubernando monarchiam, antiquos, & modernos imitantes Augustos, decretali meditatione nostra statuimus genti & populo nostro; quemadmodum honestum, & inoffensum duci vitam, ut sicut divinis legibus sunt dicatæ, similiter etiam secularibus fine additi: ut, quantum boni in his divinis ampliatur, tantum mali, & rei in illis viliten-

tur. Quæ autem decernuntur, in sequentibus subnotavimus.

CAPUT I.

De statu ecclesiastico, & de generatione domus Dei. (a)

Quisquis satis superbiæ elatus domum Dei ducit contemptibilem, & possessiones Deo consecratas, atque ad honorem Dei sub regiæ immunitatis defensione constitutas inhoneste tractarit, vel infringere præsumpserit, quasi invasor, & violator domus Dei excom-

ANNO CHRISTI 1016.

municentur: (a) Decet enim, ut indignationem ipsius domini regis sentiat, cujus benevolentiæ contemptor, & constitutionis prævaricator existit. Nihilominus tamen rex suæ confessionis immunitatem ab hominibus dictioni suæ subjectis illæsam præcipiat conservari; assensum vero non præbeat improvide affirmantibus, non debere esse reos dominicæ, id est, Domini dominantium traditas. Itaque sub defensione regis sit, & fiduciæ suæ propriæ hæreditati, magisque advertat. Quia quanto Deus excellentior est homine, tanto præstantior est Divina causa mortalium possessione; quocirca decipitur quisquis plus in propriis, quam in Dominicis rebus gloriatur: quarum defensor, & custos Divinitus constitutus, diligenti cura, & non solum eas servare, sed etiam multiplicare debet, magisque illa, quæ diximus, præstantiora, quam sua defendere oportet, & augmentare. Si quis igitur infamus importunitate, improbitateque sua, regem a regno propolito perverterere tentraverit, nullique temptatis mirigari potest vitus fuerit, licet obsequiis aliquibus, & translitoris sit necessarius, abscindendus ab eo, projiciendusque est, juxta illud evangelium: Si pes, manus, aut oculus tuus scandalizat te, erue eum, & projice abs te. *Matth.* 18.

ANNO CHRISTI 1015. 1016.

Caput II.

De potestate episcoporum super res ecclesiasticas.

Ut episcopi habeant potestatem res ecclesiasticas providere, regere, gubernare, atque dispensare secundum Canonum authoritatem volumus, ut Isiei eorum ministerio obedient episcopis, ad regendas ecclesias, videas, & orphanos defensandum, & ut obedientes sint eis, ad eorum christianitatem servandam, confentientesque sine comites, & judices præfulibus suis ad justitias faciendas, juxta præcepta legis Divinæ, & nullatenus per aliquorum mendacia, vel falsum testimonium, neque per perjurium, aut per præmium lex justa in aliquo depraveturi.

ANNO CHRISTI 1016.

Caput III.

Quales debeant esse accusatores, & testes, & quod laici clericos accusare non possint.

Testes autem, & accusatores, sine alia qua sine infamia, uxores, & filios habentes, & omnino Christum confitentes. Testimonium laici adversus clericum nemo recipiat. Nemo etiam quemlicet clericum in publico, nisi in ecclesia, excommunicare præsumat.

Caput IV.

De assiduo, & gravi labore Sacerdotum.

Scitote patres cuncti, quod supra omnes laborant Sacerdotes, ut unusquisque enim vestrum fuum ferat laborem proprium, illi vero & fuum, & fingulorum. Ideo ficut & illi pro omnibus vobis, ita & vos omnes pro eis fummopere laborare debetis, in tantum, ut fi neceffitas fuerit, animas veftras pro eis ponatis (*b*)

Caput V.

De conceffione regali propriarum rerum.

Decrevimus regali noftra potentia, ut unufquifque habeat facultatem fua dividendi, tri-

(a) Graviores pœnæ *sunt illæ, quibus in fundationum clausulis divus rex comminator. Tres*, ne longius excurram, *atque illæ omnibus execrandis reprobatis* execrandæ *Ottonis* [illegible] *Quæ terminos, & quæ quilibet præsumpserit in posterum, eiusmodi* 100. *libras auri optimi Gr. & aut libras trecentum persolvat, fciat, se a Deo Patre, Filio, & Spiritu Sancto, & gloriosa Dei genitrice Maria, & a S. Petro Apostolo, in cujus honorem memoratus conditor ista ad ipsi[illegible] perpetuæ ambitionem Ecclesiam, & ante tribunal Christi districum redditurum. Datum X. Kal. Septemb. indict. VII. anno Christi MIX. Pio Stephano regnante an. IX. Actum in Civitate Jaurinen.* Donationem itidem ipsiusmet Vespriminensis fic finit: *Si quis igitur hujus nostri præcepti paginam frangere, aut prælibata S. Michaeli Vesprimiensi ecclesiæ Stephanus magnificus episcopus, suisque successoribus ex cunctis pronatate reddi, ecclesiæ, aut non detibus, malefactor consentit, hoc sibi auri cubi, scilicet in compositorum, molestatum camera nostra, & mediatis, & Michaelitis Vesprimiensis ecclesiæ, aut non Stephano ecclesiæ episcopo, suisque successoribus, trecentorumque decem & octo parcum* [illegible] qui in concilio Nicæno I. Occumenico an. 324. sub Sylvestro I. pap. habito, interfuere; *anathematis feriendum atque perpetuali fulpicio condemnandum, jugiterque barathri pœnis, perpetuis fore cremandum. Ut vero tenditur, ablis generisque ab omnibus observetur, paginam hanc noftram propriam corroborantes annuli impressione fubterscripsimus. Datum in Stolq apud Capellanum B. Stephani Protomartyris, anno ab incarnatione Domini MIX.*

Denique fundationis literas monafterii vallis Vefprimin. monialibus, e græco idiomate fcriptas, fic terminat: *Si vero quis præsumpserit eas vi, qua Ardi, ab hac Substitione abscindere, aut alienare aliquid, sive ex generatione mea, sive alter quilibet, sive regni, sive principes, sive episcopi, sive doctes militum, sive alii quidem, ut habeat anathemam a Patre, & Filio, & Spiritu Sancto, gloriosa Domina nostra Dei genitrice, & semper virgine Maria, gloriosis Apostolis, & trecentis, & octo patribus, & omnibus Sanctis, & a me peccatore.* Ex transcriptione Colomani B. ad an. 1038. Alioram regum, Geyzæ nempe I. & II. Belæ I. & II. Andreæ II. Stephani II. Caroli I. Ludovici I. & plurium literæ præterimus. Quid porro ad hæc illi? qui invadere ecclesias malunt, quam ornare, diripere, quam dotare.

(*b*) Nec facit monitum a divo rege Emerico filio datum. Cap. 3. de episcopi nomenclatura, & de impendendo honore pontificibus. Decerpo nonnulla: *Sine enim illis non conflituuntur reges, neque principantur. Si illorum benevolentiam habebis, memorem adorsoriorum timebis. Ab hominibus interdivit reprehendendus ille per Dauid Deiffum regem. Malitiæ tangere Christos meos. Psal. 140. Ille autem tangit Christos Dei, qui contra Divinum, atque canonum inflitutum fuori ordinis verse falsis criminibus fedat, atque in publicum protrahit, quod te omnino fili ut agere prohibeo, & nis beatus vivere, & tuum regnum honeflare, quin in his rebus in primis defendat Deum.*

tribuendi uxori, filiis, filiabusque, atque parentibus, sive Ecclesiæ; nec post ejus obitum, quis hoc destruere audeat (*a*).

Caput VI.

De observatione dominicæ diei, ut abstineant a laboribus.

Si quis igitur presbyter, vel comes, sive aliqua alia persona fidelis die dominica invenerit quemlibet laborantem, abigatur: si vero cum bobus, tollatur sibi bos, & civibus ad manducandum detur: si autem cum equis, tollatur equus, quem dominus bove redimat, si velit; & idem bos manducetur, ut dictum est. Si quis aliis instrumentis, tollantur instrumenta, & vestimenta, quæ, si velit, cum cute redimat.

Caput VII.

Ut eadem die dominica omnes concurrant ad Ecclesiam.

A sacerdotibus vero, & comitibus (*b*) commendatur omnibus villicis (*c*) ita ut ipsorum jussu omnes concurrant die dominica (*d*) ad ecclesiam, majores, & minores, viri, & mulieres, exceptis illis, qui ignes custodiunt. Si quis vero obstinatus remanebit, ob negligentiam vapulet, & depilletur (*e*).

Caput VIII.

De observantia quatuor temporum.

Si quis quatuor temporum jejunia, cunctis cognita, carnem manducans violaverit, per spatium unius hebdomadæ inclusus jejunet.

Caput IX.

De observatione sextæ feriæ.

Si quis sexta feria ab omni christianitate (*f*) observata, carnem manducaverit, per unam hebdomadam lucæ (*g*) inclusus jejunet.

Caput X.

De his, qui sine confessione moriuntur.

Si quis tam obstinatus est (quod absit ab omni Christiano) ut nolit confiteri sua facinora secundum suasum presbyteri, hic sine omni divino officio, & eleemosynis jaceat, quemadmodum infidelis. Si autem parentes proximi neglexerint vocare presbyteros, & ita subjaceat absque confessione morti, ditetur orationibus, & consoletur eleemosynis; sed parentes luant negligentiam jejuniis secundum arbitrium presbyterorum. Qui vero subitanea periclitantur morte, cum omni ecclesiastico sepeliantur honore. Nam occulta, & divina judicia nobis sunt incognita.

Caput XI.

De observanda christianitate.

Si quis observatione christianitatis (*b*) negle-

(*a*) Mirum profecto, collata in ecclesias, & religiosorum domicilia immensa vi auri, argenti, fundisque opimis, quotidiana inter bella, luxum regium, publicumque, nullius omnino gentis subsidio Hungariam eguisse. Mos præterea apud Hungaros invaluit, ut deficiente prole, ad sacras ædes, cœnobia, erigenda monasteria, patrimonium transferrent. *Imo piaculum grande ducebatur, nihil a morte, Deo in servis suis legavisse.* Otrokoczy. Volumen novum ediderim, si munificentiam Hungarorum in pios usus commonstrem. Ladislai IV. diploma, ut supprimam, a me non impetro. Quanta tum regis, in pessimos licet Cumanorum mores effusi pietas! *Ladislaus, Dei gratia Hungariæ &c. rex. Libenter, & liberaliter, accedente optimatum nostrorum approbatione, consilio, & consensu contulimus in sequentibus adnotatos. Annuimus equidem, & regia liberalitate duximus indulgendum, ut quicumque Nobiles, sive in diœcesi Strigon. sive alibi, in quacumque parte regni nostri, quacumque nobilitatis præminentia perfulgentes, liberorum forte solatio destituti, possessiones suas, emptionis, permutationis, seu regiæ donationis, seu alio quocumque justo titulo devolutas, ad eos; jura etiam patronatus, monasteriorum, quæ quocumque præmissorum modorum, vel quæcumque justo titulo optime dignoscuntur, ecclesiæ Strigon. S. Adalberti Martyris patrocinio se committens; in bona valetudine, vel ægritudine, in ipsis etiam extremis relinquere, legare, seu donare per modum testamenti, donationis, seu cujuscumque relicti titulo, voluerint; largam, liberalem, absolutam, irrevocabilem, & immutabilem a regia liberalitate concessam habeant facultatem, nec habeant necesse expressam, seu specialem, super præmissis omnibus nostram requirere voluntatem, seu permissionem: sed hac præsens permissionis nostræ gratia, robur validum, & inviolabilem in perpetuum obtineat facultatem, firmitatemque juxta tenorem gratiæ factæ Varadiensi ecclesiæ, per inclytæ recordationis quondam Regem Stephanum, charissimum patrem nostrum &c. Anno 1283.* Mus. Hist.

(*b*) Comes parochianus, vel parochialis, regioni, seu comitatui præfectus.

(*c*) Villici dicti a villa, id est vico, pago, cui præerant, comitibus parochialibus subjecti.

(*d*) Esto peculiari religione ab Hungaris coleretur dies dominicus, nundinationes tamen, & mercimonia annorum lapsu admissa sunt. Hodiedum lingua patria *Vasar-nap*, dies nundinarum. Mirum certe videatur tot pœnis per secutura etiam concilia in transgressores statutis, plebeculam, & qui hanc regunt, non sapere.

(*e*) Depiletur, decalvetur, pœna ignominiosa, & familiaris: videtur Philippus Firmanus A. S. L. cum Lodislaum IV. ad frugem revocare vellet, in synodo Budensi A. 1279. postea recitanda, depilationem hujusmodi apud Hungaros instituisse, cum ad Cumanorum ritus desciverant. Radebantur porro etiam capite medio. *Anno 1228. ubi servi ecclesiæ S. Benedicti juxta granum, de villa Uduard, se a debita servitute ejusdem loci, abbatis, Cend nominati, alienassent, Andreas rex cum palatino Dionysio sententionavit contra infideles servos abbatis, quod semirasis capitibus eidem ecclesiæ redderentur.* Mus. Hist.

(*f*) Id est ab omni populo christiano.

(*g*) Luca, carcer obscurus. An ex Hungarico Luk, foramen, locus retrusus: an ex Lucus, vel lucarius, arboretum densum rari luminis?

(*h*) Instituta, præcepta christianæ religionis.

glecta, stoliditate elatus, quid in eam commiserit juxta qualitatem offensionis ab episcopo per disciplinam canonum judicetur. Si vero rebellitate instinctus, renuerit sibi impositam sufferre pœnam, iterum eodem judicio restringatur, etiam usque septies. Tandem, si per omnia resistens, & abnuens invenietur, regali judicio, scilicet defensori christianitatis tradatur.

Caput XII.

De conventu ad ecclesiam, & de his, qui murmurant hora missæ, vel loquuntur.

Si qui ad ecclesiam venientes ad audiendum Divinum officium, & ibidem hora solemnitatis missarum inter se murmurant, & cæteros inquietant, exponentes fabulas otiosas, & non intendentes divinas lectiones cum ecclesiastico nutrimento; si majores sunt, increpati cum dedecore expellantur de ecclesia; si vero minores, & vulgares, in atrio Ecclesiæ pro tanta temeritate coram omnibus ligentur, & corripiantur flagellis (*a*).

Caput XIII.

De ædificatione, & dote ecclesiæ a villis (b) composita.

Decem villæ ecclesiam ædificent, quam duabus mansis (*c*) totidemque mancipiis dotent, equo, & jumento, sex bobus, & duabus vaccis, triginta quatuor minutis bestiis (*d*). Vestimenta vero, & corporalia, & coopertoria rex provideat; (*e*) presbyterum, & libros episcopi.

LE-

(*a*) Flagellatio virgis, vel loro fiebat: erat in emendationem pœna canonica, non in contemptum. S. Augustinus epist. 159. scribit Marcellino tribuno de castigandis Donatistis, crimina sua in quæstione confessis. *Noli perdere paternam diligentiam, quam in ipsa inquisitione servasti, quando tantorum scelerum confessionem non extendente eculeo &c. sed virgarum verberibus eruisti. Qui modus coercitionis, & a magistris artium liberalium, & ab ipsis parentibus, & sæpe etiam in judiciis solet ab episcopis haberi.* Gregorius M. Antemio subdiacono l. 9. ep. 66. *Fratrem nostrum Paschasium volumus admoneri, ut eundem Hilarium prius Subdiaconatus, quo fungitur indignus, privet officio, atque verberibus publice castigatum faciat in exilium deportari.*

Modestiam Hungarorum in æde sacra, magnopere laudat Petrus episcopus Vulturanensis, ad reformandam pacem inter Fridericum Cæsarem, & Mathiam Corvinum a Sixto IV. Pap. A. S. L. Budam missus, in epist. anno 1483. pontifici scripta. *Habet (Mathias) cantorum capellam, qua nullam præstantiorem vidi; & pridie in capella sua solemnem missam juxta suorum gloriosos mores cantari fecit, magna prælatorum, & nobilium præsente caterva. Cum redeero, quanto silentio, quanta devotione, quibus cæremoniis, quanta gloria, missa illa perfecta sit, explicare studebo. Confundebar sane, arguebarque a sæculari principe in his, quæ ad Divinum cultum, & animarum majorem ædificationem attinent, superari. Obstupui profecto.* Ex M. S. Vati.

(*b*) Id est prædiis, vel si mavis, villam dicito domorum plurium in campo collectionem. Sed quis credat 10. pagis unum nonnisi Parœcum, unamque ecclesiam constitutam fuisse?

(*c*) Hic portio duorum agrorum; alias curia, prædium.

(*d*) Capris, ovibus, &c.

(*e*) Magnam S. Regis curam, & providentiam in ornanda Dei domo docent ea, quæ ecclesiæ S. Benedicti de radice Montis Ferrei dono obtulerat An. 1015. *Altaria his decoravimus ornamentis. Videlicet 19. casulis, dalmaticis 14. tunicis 18.* Vestis episcopi, quam duplicem induit, aut tunica caputiata monachorum *Cappis 10.* erant diversæ formæ, & usus varii: quædam instar tunicæ laxioris & talaris: quid si vestem dicam, quam religiosi S. Benedicti, dum ad psallendum conveniunt, sibi imponunt? *Pallis altarium 27. Mantilibus 29. Pallis ad cooperiendum sedilia 4. Albis 50. Camisis de Pallio 10. & aliis 15. tapetibus ante altaria 10. Crucibus 9. Pulvinariis 7. Altaribus ad viam 5. thuribulis 4. candelabris* [illegible] *bacolibus 12. urceis 4. scriniis,* (feretrum conditorium, in quo [illegible] *de argento tribus. Stolis, & manipulis 30. libris vero, quorum* [illegible] *fulget in ecclesia; tum bibliotheca, duobus voluminibus, nocturnalibus 4. antiphonariis 5. lectionariis cum evangeliis, missalibus 6. psalteriis 4. gradualibus 5. regulis 2. baptisteriis 2. glossariis 3. Omeliar. volumine uno.* Sequitur dos ecclesiæ; equis 110. vaccis 84. ovibus 464. &c.

Clar. Math. Bel, in adparatu ad hist. Hung. mon. V. pag. 193. in not. lit. *m.* cum similem donationem archi-abbatiæ S. Martini a D. Rege factam recenset, & Jobbagiones, Udvarnicos, Coquos &c. cœnobio adscriptos (quos nos in hac charta non attulimus) posita serie enumeraret, addit sequentem peniculum: *En! unius cœnobii ministeria!* Miranti viro erudito munificentiam S. Regis, vel causam ignoranti, transcribo, occupandi marginis gratia, ex P. Du Mesnil S. J. Doctrina, & Disc. Eccl. Tom. III. lib. 48. pag. 305. num. 58. paucula: *Quia Pomerani quosdam prædicatores, censu tenues, propter inopiam contempserant, quasi non pro salute hominum, sed pro sua necessitate relevanda, officio insisterent, prædicandi, studiose procuravit, ut opulentus appareret* (S. nempe Otto Bamberg. episc.) *Assumptis ergo clericis idoneis, missalia, aliosque libros, & calices, alia quoque utensilia, vestes pretiosas, &c. secum portare fecit: ne forte indigentiæ causa videretur evangelizare..... a rege* (Poloniæ Boleslao II.) *susceptus est,..... eique dedit Polonicæ, & Teutonicæ linguæ gnaros satellites, ad diversa ejus ministeria, currus etiam, qui illius sarcinas portarent, & monetam illius terræ liberaliter contulit.* Et reliqua. Ex vita S. Otto. apud Canis. lect. ant. Tom. 3. Imo, sunt præ manibus insignia regum documenta, quibus tot unius cœnobii ministeria ad regiæ etiam majestatis nostræ, si ad monachos hujus loci nos diversari contigerit (contigit sæpenumero) magnificentiam, & pro Udvarnicorum, & Baronum nostrorum servitio uti possimus. Chartæ Belæ I. Stephani II. Caroli I. Quis demum ob infelici clade Ludovici II. tot ministeria cœnobiorum pessumdedit, diripuit, invasit?

Dux quoque Damoslaus (proditur fuisse Hungarus, aut inter hos multis annis consedisse) *duobus prædiis ditavit monasterium, scilicet: tabula argentea ante altare S. Benedicti, & altari argenteo, ad viam in ecclesia, in honorem OO. SS. dedicata.* Mus. Hist.

Addo ex Bonfinio; de pietate S. Stephani, p. 225. *quod ter quot annis basilicas, & cœnobia, quæ fundarat, revisere, ad aras primum omnes, pias preces, & sacra facere solitus fuerit, deinde singillatim templa lustrare, ne qua negligentia collaberentur.* Imploro nunc æquitatem, fidemque judicum! cui supplicio addicendus sit Frider. Lampe., a pag. 25. usque 31. ex his ipsis constitutionibus, in aurea sua historico-Synodica probare contendens *S. Regem Stephanum ad evangelicos, & reformatos,* seu virus Calvini quasi prægustatum ea ætate, *in prima conversione Hungarorum magis accessisse, quam ad hodiernos Romano-catholicos. Cæci & duces cæcorum!*

ANNO CHRISTI 1017.

LEGIONENSIS SYNODUS

Qua Fruduariense S. Benigni monasterium a subjectione episcopi liberatur,

Anno 1017. *celebrata.*

An. 1017. Ex Guichenon. Biblioth. Sebus. cent. II. num. LXXIV.

EGo Lambertus Sanctæ Lingonensis ecclesiæ episcopus. Notum fieri decrevi, tam præsentibus, quam futuris, quod quidam dilectus ex dilectis, abbas videlicet Wicelinus, adhic paternitatem nostram justis precibus, ut fundali decreto quoddam testamentum, quod ad votum præventu mortis, beatæ memoriæ prædecessoris nostri Brunonis adimpletæ requisit benignitas, nostræ benevolentiæ, perficeretur authoritate; quod quidem non immerito tanto facilius debet impetrare, quanto Dei cognoscitur zelus id comitno potuisse. Quidam enim suus, carnali propagine germanus, nomine Godefridus, ad sanctam veniens conversionem, totum quodcunque habuit secum, Deo devote contulit, ea maxime intentione, ut de proprio suo construeretur monasterium, quod ne alicujus episcopio, vel cœnobio fieret aliqua subjectione obnoxium, fideli pertractatum est consilio, ut in quodam loco, antiquitus Fructuaria dicto, ædificaretur, quod legalem per cartulam a Nitardo & Rosberto germanis ipsius Gotefredi, cuidam Guntardo levitæ traditum est, ut ipse inde faceret judicatus testamentum, sub libercima omnino conditione. Quod & factum est, sed non fine multorum, maxime Arduini Regis, & Bertæ uxoris ejus, adjutorio; quorum fagaci industria legali legaliter confirmata iunt testamenta, & sancto Divionensi cœnobio non parvi pretii, ut patet, collata sunt ornamenta; fcilicet textum unum auro, gemmis & lapidibus mire ornatum, casula auro decorata, duæ stolæ deauratæ cum earum manipulis, & unum cingulum atque quatuor amicti similiter deaurati, quod & ideo facere studuerunt, ut & locus, unde Fructuariensis videlicet sumpsit exordium, & his honestiaretur emolumentis, & hoc memores in posterum non habeant, unde scandalum struere iniqua possint voluntate. Et nos igitur, æquitatis jura appendentes, & animarum lucris magis quam cupiditatibus perverforum consulentes, sed & sancti prædecessoris nostri promissa complentes, a privilegiis quoque Apostolicis, atque decretis episcopalibus, a præcepris denique imperialibus, ac regalibus non discrepantes, Fructuariense cœnobium cum omnibus, quas possidere videtur, rebus tam mobilibus, quam immobilibus, in nulla subjectione, in nullo jure cuiquam nostri episcopii pertinentiæ obnoxium proclamantis, quin imo sub proprio pastore, ut per omnia absoluta libertate in Romana fede filii concessa potiatur, & a fubito hujusmodi subjectionis vinculo constet alienum. Volumus & nos, & statuimus sub fynodali decreto, ut nullus monachus, aut præscripti videlicet domini W. abbatis succesfor, contra præfatum locum aliquid querelæ, vel calumniæ inferat, vel quidquam proprietatis, seu subjectionis requirat. Ut sit igitur ipse locus Fructuaria dictus, nostra quoque auctoritate inconvulsa stipulatione liber & absolutus, & ab omni querela immunis, & in fructificandis animabus semper Christo duce faciens apius incrementis, *testibus* ex nostro clero admissis, nostra subscriptione signavius. *Signum* Lamberti Lingonensis sedis episcopi. *Signum* Beraldi archidiaconi. Signum Beraldi abbatis S. Stephani Divionensis &c. Actum apud Divionem publice III. Id. Jan. anno ab incarnat. Domini MXVII. Indict. XV. regnante Roberto, rege francorum. Ego Odo cancellarius in fynodo sanctæ Lingonensis ecclesiæ hoc testamentum perlectum, & ab omni fynodo laudatum, & confirmatum recognovi, & subscripsi.

NOVIOMAGENSE CONCILIUM,

In quo Otto incestuosum nuptiarum ritus damnatur, & quidam ecclesiastici ritus sanciti,

Anno 1018. *celebratum.*

An. 1018.

CConcilii Noviomagensis circa hæc tempora habiti meminit coævus scriptor Alpertus Metensis cœnobii monachus in libello de diversitate temporum lib. II. cap. XVI. & XIX. qui tamen res in eo definitas omnes filet. Annalista vero Saxo Eccardi & concilium memorat, & res in eo constitutas has indicat. *Mense martio XVII. Kal. Aprilis* (quæ anno illo incidit in dominicam) *magna fynodus fit in Namagon,* (Noviomagi scilicet) *ubi Otto quidam de primoribus Francorum, & uxor ejus Irmingard consanguinitate proximi, injuste diu conjunctî ob inobedientiam continue vocationis excommunicati sunt, cooperatoresque eorum a suis episcopis ad satisfaciendum vocati. Ibi etiam constitutum est, antiquo exemplare prælecto, ut corpus Dominicum ad fanitram, calice ad dexteram sacerdotis poneretur.* Porro de Ottone isto, quisnam fuerit, inferius in additionibus ad concilium Moguntinum indicabo.

ANNO CHRISTI 1020.

CONCILIUM GERMANICUM

SED INCERTO LOCO

A Benedicto Papa VIII. & Henrico I. imperatore

Anno 1020. *celebratum.*

BEnedicti VIII. in Germaniam profectionem, quam Pagius cum aliis ad annum 1019. refert, in annum sequentem 1020. transferendam olim docui in Nota ad Pagium ad A. 1019. 1. His vero ftantibus anno eodem profectionis fuæ pontificum una cum imperatore concilium habuisse his documentis adstruxi *ibid.* in nota ad annum 1020. 1. Addendum hic ex Rupertо monacho monasterii S. Laurentii, cujus operis epitomen vulgarunt PP. Martene, & Durand Ver. Monum. tom. IV. col. 1053. Benedictum papam Romanum *ab imperatore pro quibusdam regni, & ecclesiæ negotiis invitatum in Galliam venisse.* Tum subdit. *Multisque expletorum ad fynodum unde confluentibus, multa ibi utilia, multa honesta decreta sunt, quæ omnia hujus nostri Vvolodonni* Leodiensis episcopi *adstipulatione fulciuntur.* Synodi hujus in Germania quidem, sed loco incerto celebratæ coram Benedicto papa nulla est alicubi, ne in collectionibus quidem conciliorum meutio.

AD MOGUNTINUM CONCILIUM

Anno 1020. *habitum,*

ADNOTATIO CHRONOLOGICA, ET CRITICA.

DE Mogumino concilio ex authore vitæ S. Gothardi agens Labbeus non semel aberrat. Qui enim Ottonem incestî connubii reum expulit Moguntinus archiepiscopus, non quidem Aribo, fed Arkanbaldus fuit; ficut & pro anno 1033. annus 1020. fubftituendus est. Cedo mihi verba Chronici Quedlimburgensis in additamentis a Menkenio editis inter rerum Germanic. Scriptores tom. III. pag. 196. ubi ab Authore, uti quidem arbitror, coævo tota hæc historia, cujus causa Moguntinum concilium est habitum, ita describitur. *Interim Otto quidam nobilium satur prosapia, Francorum filius, filiam sibi consanguinitate proximam, nomine Mathildam, in matrimonio incaute assito, dum ab Arkanbaldo Moguntinæ sedis archiepiscopo, saptus ecclesiastico more, pro hoc eodem corripertur increpatus, caco furibundus amore, dispositis circumquaque insidiis, nefandam eidem Christo Domino parat inferre manum. Sed divina id scelerisi prohibente clementia, elapsis frustratus antistite, fugit, qui navali eundem fequebantur itinere, invadit, capit, custodiæ tradit, multisque inhumane injuriis tractat, eo ferociorque, qua filii, quem ultra sui fas fuit oderat, præsulis sanguinem oblaturn... dolet. Quod cum imperatori Augusto celeri legatione desertur, habeta cum episcopo tam-esque regni primatibus deliberatione, primo per nuncios, deinde per amicos, perque semetipsum ab hac enata tentat revocare obstacula, quidam omnibus rebellion, refragantemque, commentus assensu anathematis damno* (forte banno) *subjicitur, ut vel sic jam timore pœnali tactus, ovibus matris ecclesiæ, dignis pœnitentiæ lamentis redeat studeret. Quæ ille omnimodis despectui habens, copiasi suas cum conjuge in quandam arcem Hormestem vocatam contraxit, quem natura apt, non hominum arte fassigenie undique molimine muratam, Rhenique circumfluentia adeo munitam ferunt, ut difficilem cuilibet vel obsidendi, vel quoquo modo oppugnandi pandat accessum. Hunc ergo locum imperator Augustus justissitæ fidem omnigeno obsidionum genere circumligat, nec ullo rebellionis vel astu, vel vesta cautessa, jam Dominici natalis diem ibidem agens, adeo munit, ut qui semet non armis non armatorum millibus cessirus nuncupant; famis injuria tandem perempti, fola hujus urbe fuspiria pacificendo, insuate celebri per orbem Stephani protomartyris festo, se, sunque omnia imperatorio dedunt potestati. Dignum namque erat & justum, ut qui eadem die inter cruentos lapidantium ictus pie exoravarat, amicis matres videlicet ecclesiæ filiis pacem sua reconciliaret intercessu.*

ANNO CHRISTI 1021.

LEMOVICENSE CONCILIUM

In causa Apostolatus S. Martialis a Jordano Lemovicensi

Anno circiter 1021. celebratum.

DE concilio hoc, ſicut & de cauſa ſancti Martialis in eo agitata inter apoſtoloſne, five inter confeſſores in facris precibus invocandus fuerit, nonnulla habentur in actis concilii Lemovicenſis II. ſou potius III. anni 1031. Seſſ. I. Concilium illud Lemovicenſe I. *ante hos plures annos per hebdomadam pentecoſtes* habitum ibidem aſſeritur; ex quo intelligimus aliud profecto effe a Lemovicenſi illo, cujus in iis pariter actis concilii Lemovicenſis II. ſexto inducitur. Habitum enim illud aſſeritur ibidem *primo anno dedicationis Lemoviceniis baſilicæ* Auguſto *menſe* ineunte. In hoc vero, quod primum omnium Lemovicenſe concilium ſtatuo, Jordanus urbis illius præſul expoſuit patribus diffidia, quæ viros doctos agitabant de apoſtolatu S. Martialis, aliis inter Apoſtolos, aliis inter Confeſſores referendum judicantibus. Quid tunc deciſum ſit, ignoratur. Forte tamen res integra remiſſa eſt ad Lemovicenſe concilium, quod primum dicitur, zeipſa vero eſt II. quodque anno 1029. collectores omnes cum Labbeo aſſignare. Sed in annum præcedentem 1028. referendum ex eo conſtat, quod anno illo, quo concilium eſt habitum, dies Auguſti tertia in Dominicam cadebat, idque adamuſſim cum anno 1028. congruit. His ergo ita habitis non duo, uti hic uſque, ſed tria Lemovicenſia concilia in cauſa S. Martialis conſtitui oportet, primum ante plures annos, quam habeaverit tertium anni 1031. forte anno 1026. ſeu 27. alterum anno 1028. poſtremum tandem 1031.

Hæc olim ex mera conjectura, ſed non inanimi commentabar, qua in re veritatem attigiſſe me nunc glorior; quam veritatem deciſit concilii hujus ſynodica vulgatur in nova Galliæ Chriſtianæ editione tom. II. inappend. pag. 161. Quamquam enim ibi de loco habiti Concilii nil legitur, vix tamen alteri congruere poteſt Concilio, quam huic Lemovicenſi diverſo ab altero anni 1028. I. itemque ab alio anni 1031. Nam alia eſt plane Concilii hujus, ex quo ſynodica data eſt, definitio, ab ea, quam amiſo illa concilia anni 1028. & 1031. tuleruut. Illa enim negat S. Martiali locum dandum eſſe inter Apoſtolos, quem locum poſteriora illa Concilia ultro viro ſancto permittunt. Sed age, ſynodicam ad Benedictum VIII. papam recitemus. Caret illa temporis adſcriptione, ſed cum Benedictus ultra annos 1024. vitam nequaquam produxerit, nec Jordanus Lemovicenſis præſul ante 1020. ceuſente coperit, intra breve hoc ſpatium cadere neceſſe eſt.

JORDANI EPISCOPI LEMOVICENSIS EPISTOLA AD BENEDICTUM VIII. PAPAM,

De non ponendo S. Martiali in numero apoſtolorum.

DOmno, ac venerabili, Deo, & hominibus dilecto papæ noſtro Benedicto Robertus Dei gratia Rex Francorum, Guillelmus Dux Aquitanorum, archiepiſcopus Bituricenſis, archiepiſcopus Burdegalenſis, archiepiſcopus Turonenſis; omnéſque eorum ſuffraganei; nec non ſſambertus Pictavenſis, Arnaldus Petrogoricenſis, Iſolo, Roo, ceteique eorum confratres, Jordanus Epiſcopus Lemovicenſis, qui hanc cartam fecire juſſit, hi omnes domno Apoſtolico ſalutem, & dilectionem. Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ſcimus & credimus duodecim ſibi elegiſſe apoſtolos, quibus dedit poteſtatem ligandi atque ſolvendi, ex quibus cecidit unus nomine Judas, in cujus locum creari Apoſtoli elegerunt alium nomine Matthiam, ut duodenarum reſtauraretur numerus, in quorum conſortium Dominus noſter alios ſeptuaginta duos ſibi elegit, quos & diſcipulos vocavit, ex quibus Beatus Petrus princeps Apoſtolorum unum iſti elegit nomine Martialem, qui una cum illo aderat ante præſentiam Domini noſtri Jeſu Chriſti: & ad cœnam, & ubicumque Dominus noſter aliquod ſuis apoſtolis oſtendebat miraculum, beatus Martialis cum S. Petro interfuit. Sed poſt ſanctam Domini reſurrectionem, ac Aſcenſionem beatus Martialis, qui fuit ex ſeptuaginta duobus diſcipulis unus Beato Petro adhærebat, quem Martialem Beatus Petrus cum duobus Presbyteris Alpiniano, Auſtricliniano Gallicam gentem prædicare tranſmiſit. Illi vero iter carpentes venerunt Eſam: ibi mortuus eſt Auſtriclinianus unus ex presbyteris. Inde ſtatim Beatus Martialis rediens Romam, ſanctio Apoſtolo unum ex comitibus ſuis mortuum nuntiavit; cui Apoſtolus ait: Sume tibi baculum iſtum, & cum pervenias ad Corpus, tange illud ipſo meo baculo, & dic: In nomine Domini Jeſu Chriſti ſurge, Auſtriclinia-ne. Deus erit Comes itineris tui. Beatus Martialis juſſa S. Apoſtoli implevit, tetigit Corpus Auſtriclliani, & ſtatim ſanus effectus eſt; inde proficiſcentes venerunt Lemovicam Civitatem. Ibi invenerunt Stephanum ducem cum tota familia ſua idola adorantem, quem ſtatim Evangelicis prædicationibus verbis, ad Chriſtianitatem convertit, & cum tota familia ſua baptizavit. In eo autem Templo, ubi ipſe dux ante adorabat idola vana, & furda, Beatus Martialis cum duobus ſuis presbyteris Alpiniano, & Auſtriclioniano, adjuvante duce Stephano Baſilicam conſtruxit, & in honore Beati Stephani phani primi martyris dedicavit; ibi divina celebravit myſteria, annumeravit, docuit, ufque dum totam Aquitanicam gentem a via erroris ad veram vitam, quæ Chriſtus eſt, perduxit: tandiu ibi miſſarum ſolemnia celebravit uſque dum ante ipſum altare protomartyris Stephani finivit, & cum magna Angelorum reverentia animam Deo reddidit; duc vero Stephanus cum magno honore Corpus illius foras Civitatem ſepelivit in eo loco, ubi ipſe ſanctus Martialis Eccleſiam in honore S. Petri ſui magiſtri ædificavit. S. Aurelianus Diſcipulus illius, quem ipſe S. Martialis de Inferno traxit, Ebulus, Atticus, Ermogenianus alliique ejus ſucceſſores ufque triginta fex; ego vero ſeptimus, qui vocor Jordanus, omnium infimus, ni omnes pro ſanctiſſimo confeſſore eum habuerunt, ſimiliter omnes abbates in ejus monaſterio habitantes ufque in hodiernum diem. Ille abbas, qui ante me eſt novitate deceptus, ſuperbia ciatus venit ad me, qui ſum vilior meis anteceſſoribus, deprecans ut in conſilio meo, & in ſynodo ſanctiſſimum Confeſſorem in numero ponerem Apoſtolorum, quod facere nolui. Ille perſeverans dictis fidem, quam habuit, cum duodecim monachis illius monaſterii, mihi promiſit, ut eum authoritate in omni conſilio me defenderet. Hoc facere non potuit in Concilio Guillelmi Aquitanorum ducis, audiente Archiepiſcopo Bituricenſi, ſſomberto Pictavenſi, cæterique eorum ſuffraganeis. Omnes Epiſcopi Francorum, Alvernorum, Vaſconum, Aquitanorum, cum quibus ego fui locutus, comprobant, & confirmant ſanctiſſimum Confeſſorem Martialem non debere tollere de illo loco, uti ſancti Patres & noſtri anteceſſores eum poſuerunt, & non eſſe Apoſtolatum niſi authoritate comprobatum. Talem dicunt rationem: Si ego S. Martialem, qui fuit ex ſeptuaginta duobus in numero ponam Apoſtolorum, illi omnes ſeptuaginta duos in numero ponunt Apoſtolorum, & ubi eorum corpora conduntur, ipſum locum pro Apoſtolatu renere: tibi vero ego Jordanus has literas mitto de parte illorum prædictorum, regis feliciet Roberti, Guillelmi ducis Aquitanorum, archiepiſcoporum omnium, videlicet Catholicorum, qui mihi contradicunt, ne ſanctum Martialem in numero ponam Apoſtolorum. Tu autem ſi anſus es hoc facere, quod non fecerunt ſancti tui anteceſſores Gregorius, Clemens, Bonifacius, multi alii, ut ponerent Confeſſores inter Apoſtolos; ſi peccarum eſt, tuum ſit: ego ero liber a culpa, neque iniquitas, neque peccatum meum; voluntatem omnium Aquitanorum ſibi monſtrabo, quia ille Abbas ſeductor nulla alia cauſa hoc facit, nili quia vult deſtruere eodem Epiſcopalem primi Martyris & apoſtolatum S. Petri adviſare. Per illius caræ patritorem literas mihi mitte, & per omnia ruam voluntatem mihi manda. Ego ad prurſens tecum loqui non poſſum, ſed quanto citius mihi erit poſſe, limina S. Petri adibo. Vale virilicer, age juſta patrum, noli prævaricare.

CONCILIUM INCERTI LOCI, ſed forte IN ITALIA

Coram Henrico I. Imperatore anno 1022. habitum.

An. 1022. HUjus Synodi omnia fatent præter hæc, ex Annaliſta Saxone Eccardi ad annum 1022. comperta: *Poſt hæc (poſt natale Domini anni 1021.) habitum eſt (Papiæ) concilium Trojanum, quam licet obſcurior longa glorioſiſſime deviscent, inde perrexit Romam, ibique aliquantulum moratus, nivoſa alpium ca-*

cumina esto transgreditur curſu ..... Mox ſynodale colloquium conſtituentibus undique diverſarum regionum epiſcopis aliiſque populis quamplurimis in parvisne pergit occotentalibus. Nec plura de hoc concilio, cæteroqui ignoto.

AD CONCILIUM AIRIACENSE

Nota chronologica, & additio.

An. 1022. vel 1023. AIriacenſis, qui urbi Autiſſiodorenſis pagus eſt, concilii meminit quidem Labbeus; ſed anno 1020. ex authore Chronici S. Petri Vivi male quidem, meo judicio, collecat. Ego enim in annum 1023. vel 1024. rejiciendum hac ductus conjectura in meis ad Pagium adnotationibus cenſui. Ita enim ibidem diſſeruebam: In hunc annum (1020.) refertur concilium collectores provinciale, concilium Airiacenſe, qui pagus eſt in dictione Autiſſiodorenſi. At ſi quid valeant conjecturæ, promovendum illud arbitror ad annum 1022. vel 1023. Hujus enim concilii veJuri recens habiti mentio ſit in diplomate Roberti regis Francorum, legendo in bibliotheca Sebaſtiana Gulcheonis cent. I. cap. LXXX. quod datum legitur: *Avaloni anno MXXIII. regnante Roberto rege XXXVII.* menſe, & die incertis. Hæc annorum Roberti ſupputatio, ſi ab anno 888. cum Pagio ducatur, ſignat anni 1024. exordia, quæ ſane cum anno 1023. a Martio cœpto ex veteri ſtilo congruere poſſunt. Quis vero credat concilium anno 1020. celebratum tanquam *nuper habitum* anno 1024. haberi, & dici potuiſſe? Melius igitur in annum 1023. vel 1022. referatur. Nec repugnat author Chronici S. Petri Vivi, qui licet anno 1020. ejuſdem concilii meminerit, conſulte ſcribit celebratum fuiſſe non eo quidem anno; ſed *tempore illo*. Porro diplomate illo ſuo Robertus eccleſiam quandam monaſterio Fruſtuarienſi, in Pedemonte ito, elargitur, quam donationem a ſe præſtitam fuiſſe in con-

ANNO CHRISTI 1024. 1027.

concilio *super Aristei habito* testatur, & literis patentibus manifestat. Quæ nova confœdera eſt ad illigandum concilium illud anno 1023. Neque enim regiæ literæ de donatione hac ſua diu differendæ fuerant.

Hanc ipſam chartam utpote portionem quamdam aſtorum concilii hujus continentem hic produco.

DONATIO ROBERTI FRANCORUM REGIS,

MONASTERIO FRUCTUARIENSI.

Ex literæ originali.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis.

EGo Robertus gratia Dei Francorum rex. Noverit omnium ſanctæ matris eccleſiæ fidelium induſtria, ut præſentes, ſed etiam futura, quod quidem noſter comes, *Guilelmus* nomine, noſtræ Serenitatis adierit præſentiam, rogans & obnixe poſtulans, ut quandam eccleſiam in honore S. Martini ſacratam, *in ſuburbio Belnenſi* caſtri ſitam, olim abbatiam, ſed jam omnimodo deſtructam, quam etiam jure noſtri beneficii poſſidebat, ſe mihi licitet credere, ejus conventionis tenore, ut eamdem eccleſiam cuidam congregationi *in loco Fructuarii*, juxta alpes Deo regulariter ſervienti, communis traderemus perpetualiter habendam. Cujus rationabili & devotæ petitioni libenter condeſcendere volui, quoniam eidem cœnobio jam pridem quamdam aboutam Sanctæ Mariæ *in ſuburbio Cabilonenſi* ſitam, cum eccleſia Buſciani, & *Alludum* Caſſiniaci, cum eccleſia ejuſdem villæ per præcepti firmitatem conceſſeram. Quæ omnia dedi infrſcripta, & petitione domini Guilelmi abbatis, ejuſdem loci Fructuarienſis devoti fundatoris, intervenientes & ſubſcribentes *Gotfrido*, Cabilonenſi epiſcopo, cum reliquis epiſcopis, qui interfuerunt concilio *nuper Ariaci habito*. Innotesco igitur cunctis, præſidiam eccleſiam Belnenſem, Guilelmum comitem mihi reddidiſſe, & mihi eam Fructuarienſi cœnobio dediſſe; erga quem locum taliter noſtræ benevolentiæ inculcamus affectum, ut, quicumque in omni noſtræ dominationis regno pro redemptione peccatorum ſuorum aliquid inibi conferre voluerit, noſtræ authoritatis habeat aſſenſum; & ſicuti noſtri præcepti authoritate firmavimus, ita etiam legaliter dandi in poſterum habenda abſque declaratione, decernimus, & harum rerum conventionem annuli noſtri impreſſione ſignamus. *Actum Aurelianis anno incarnat. Verb. MXXIII. regnante Roberto XXXVII. Ego Balduinus Cancellarius relegendo ſubſcripſi.*

JOANNES PAPA XIX.

Sedit ab anno 1024. uſque ad 1033.

AD FRANCFORDIENSE CONCILIUM

Anno 1027. celebratum

ADDITIO.

An. 1027. AD Francfordienſe concilium præter ea, quæ a Labbeo diligentèr adnotata ſunt, addendam ſuccurrit ex Annaliſta Saxone Eccardi ad eundem annum: *In eadem ſynodo domna Sophia abbatiſſa Gandersheimenſis nonnasi fuit, cognite ſynodali decreto, ab archiepiſcopo* (Moguntino) *recepit.*

ROMANUM CONCILIUM

In quo lis inter Gradenſes, & Aquilejenſes de jure metropolitico, pro Aquilejenſibus deciſa eſt;

A Joanne XX. ſeu XIX. Conrado imperatore præſente

Anno 1027. celebratum.

An. 1027. *Affert P. de Rubeis Monum. Eccl. Aquil. tom. I. pag. 533.*

SAlvatoris noſtri Jeſu Chriſti, imperante Chlonrado perpetuo Auguſto anno primo, VIII. idus Aprilis, indictione decima: Præſidente ſancto, ac beatiſſimo nonodecimo Joanne papa Apoſtolicæ urbis Romæ, una cum præſidio imperatore, in eccleſia Domini Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, quæ vocatur Conſtantiniana: reſidentibus etiam viris venerabilibus.... cum eis.... ibus Heriberto Ravennate archiepiſcopo, Sigifredo Placentino, epiſcopo, Petro Adriatenſi, (*a*) Teuberto Forojopulenſi; Heriberto Mediolanenſi archiepiſcopo, Ardérico Verzelenſi epiſcopo, Oberto Albenſi.... Bergamenſi; Harpone (*b*) Magontino archiepiſcopo, Brunone Auguſtenſi epiſcopo, Wezilino (*c*) Straburgenſi, Warmundo (*d*) Conſtantienſi; Popone archiepiſcopo Tecvinenſi..... Salsburgenſi archiepiſcopo..... (*e*) archiepiſcopo; Tebaldo Veltſtrinenſi epiſc. Benedicto Portuenſi, Petro Sylræ Candidæ, Petro Peneſtrinenſi, Petro Oſtienſi, Teudaldo Albanenſi, Dominico Sutrenſi, Liutolfo Trevenſi, Raynerio Nonſelimæ (*f*)..... Narnienſi, Joanne Taſcanenſi. Joanne.... Boſone Tiburtienſi, Joanne Caſtrenſi, Benedicto Anagnenſi, Joanne Luzenſi, (*g*) Jacobo Feliſenſi, Dodone Nocerenſi, Widone Lunenſi, Teudaldo Aretino, Lamberto Florentino, Widone Lucino, (*g*) Joanne Suanenſi, Gon..... Vallerano, Mariciano Reatano, Widone Piſtorienſi, Leone Senenſi: Veneciæ Provinciæ, Joanne Veronenſi, Alberico Cumano, Helmengero Cenetenſi, Theudaldo Vicentino, Rothario Tarvilianо, Albuino Belluneſi: Abbatibus quoque Vodelone Cluniacenſi, Berno Augenſi, Teoberto de Sancto Angelo, Benedicto Sextenſi, Conrado Sanctæ Sauræ, Widone de S. Tritate, Alberto de S. Apoſtolo, Joanne de S. Sepulcro, Widone de Seuna, Widone de S. Maria, Petro de S. Petro ad vincula., Stephano de S. Andrea, Franco de S. Auſtaſio, Teuzone Montis-viridis, Petro de S. Petro in Campo, Rozone de Turre, Dominico de S. Gerundio, & Petro de Campolenio, & venerabili patriarcha ſandæ Aquilejenſis eccleſiæ, apoſtolicis, & imperialibus pueblus advolutur, eorum, & caraſtiſſimi concilii reverentiam humiliter deprecatus eſt: uti omnipotentis amore Domini, necnon apoſtolica, & imperiali pietate, lamentationibus ſuis benignum auditum præberent, multiſque anteceſſorum ſuorum proclamationibus pro Grada Aquilejenſis eccleſiæ plebe, ſynodaliter ſactis certum finem imponerent. Cujus lamentatione benigne ſuſcepta, Urſo, qui in eadem plebe falſum patriarchæ nomen ſuſcepérat, olim tempore Benedicti papæ atque Henrici imperatoris; ad Ravennatem, atque Romanam, necnon Veronenſem ſynodum canonice appellatus: nunc quoque ad factaſſimum concilium a Cpoſtolicis literis convocatus, præſentialiter exhibere juſſus eſt. Et cum bis, & ter per Romanum archidiaconum vocatus abeſſet, Petrus Veneticorum diaconus affuit, apoſtolicas literas Urſoni advenſſe negavit. Verum cum hoc jurejurando affirmare non ..... ſeque pro hujus rei negotio non..... veniſſe manifeſtaret; ſynodali decreto Adalgerus Aquilejenſis eccleæ archidiaconus, vice Poponis patriarchæ, & ſenioris ſui, per Sandæ evan..... comparuit. Majonem Concordienſem epiſcopum, apoſtolicam epiſtolam Urſoni detuliſſe, eumque ex apoſtolica authoritate ad ſynodum convocaſſe. Reſeſa ſunt ergo ad hæc in eadem ſy.D noplo ſcripta Aquilejenſis eccleæ, qui inter pluimas Aquilejenſium patriarcharum proclamationes aſſerebant: Beatum Eugenium papam tempore Ludovici, & Lotharii imperatorum hanc inveteratæ proclamationis controverſiam inter Maxentium Aquilejenſem patrlarcham, & Venerium Gradenſem in Mantuana ſynodo ventilaſſe: atque apoſtolica.. necnon ſynodali auctoritate Gradenſem plebem Aquilejenſi eccleæ reſtituiſſe; atque pontificali ſede ibidem omnino prohibita, præditam Aquilejenſem eccleſiam caput, & metropolim totius Venetiæ conſtituiſſe. Quod quia prædicti Urſonis, & anteceſſorum ejus temeritate violatum eſt, decrevit ſancta ſynodus, Urſonem totiens præſtantiam detegentem de abſentia nil lucrari: & Poponem patriarcham de Gradenſi plebe cum ſuis pertinentiis ad jus Aquilegenſis eccleæ revehi. Itaut pontificali ſede ibidem prohibita, perpetuis temporibus ſandæ Aquilegenſi eccleſiæ, Dioceſis jure, ſubjaceat. Reverentiſſimus igitur papa, & piiſſimus imperator Henricus, quod prædictum eſt, Poponem patriarcham de Gradenſi plebe paſtorali virga inveſtientes, apoſtolico, & imperiali decreto hoc privilegium Aquilegenſi eccleſiæ, & Poponi patriarchæ ſub anathematis vinculo inviolabiliter permanſurum; Romanæ eccleſiæ bibliothecario ſcribere juſſerunt.

Ego Petrus Notarius, ut vidi in privilegio, ita ſcripſi: nec addiendo, vel ſyllabam adendi, nec præterendi.

Conradus nunquam alias Joanne pontifice ſuperſtite Romam venit, quare ita de hoc concilio, cui Conradus interfuit, dermo hic a Joanne habeti potuit, ut de allo nunquam. Hanc ballam inſertus ad ſuum Romanum concilium ſub Joanne dabimus.

Ad hanc Romanam ſynodum ſub Joanne XIX. ea pertinent, quæ Analphus Mediolanenſis hiſtoricus operis ſui lib. II. cap. V. narrat his verbis. *Poſt dies aliquot indicta eſt ſynodus Romæ authoritate Apoſtolica, in qua tranſlatum eſt, ut in omnibus negotiis pontificalibus Ravennas nullo modo in aeternum ſe Mediolanenſi præferat auxiliis; & ſi forte præſumpſerit, canonice lego ſubjaceat. Inſuper placuit omnibus in hac re conſenſu tonum in ſempiternum teſtimonium. De quo pauca de pluribus iſta deſcripſimus.*

CONCILIUM ROMANUM

Pro approbanda tranſlatione Citicenſis epiſcopatus ad urbem Naumburgenſem.

Inter annum 1027. & 1032. celebratum.

Inter an. 1027. & 1032.

COnſilium *tranſferendi epiſcopatus ex urbe Citicenſi ad Naumburgenſem Joannes XIX. ſeu XX. in ſynodo Romana anni 1027. probaverat, atque permiſerat. Quæ nunitur facultate imperator Conradus tranſlationem illam exequutus eſt. Hanc igitur præſtam, Joannet authoritate ſua confirmaturus, concilium epiſcoporum, & clericorum ſuorum convocavit, cujus conſilii ſyndicum ex Lunigio Spicileg. Eccleſ. cent. III. pag. 144. hic damus.*

ANNO CHRISTI 1028. 1029.

JOANNES EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

Dilecto in Christo filio Hildisvardo sanctæ Nuemburgensis ecclesiæ episcopo, & omnibus successoribus tuis perpetuam in Domino salutem.

CONvenit apostolico moderaminis pie regimine petentibus benevola cooperatione succurrere, ac postcentium animis alacri devotione impertiri assensum. Ex hoc enim luci possibilium præmium a conditore omnium Deo procul dubio promeremur, si venerabilia loca opportune ordinata & melioremus per vos fuerint statum perducta. Sicut ergo, carissime fili, tibi abb. nri rogatu filii & nostri christianissimi imperatoris Kunradi, & confratris nostri Hunfredi Magdeburgensis archiepiscopi, nec non illorum, qui hæreditarem suam ecclesiæ contulerunt, videlicet Hermanni marchionis, & germani sui Ekkihardi, & maxime pro magna utilitate, & securitate ecclesiæ tuæ, consilio episcoporum, & clericorum nostrorum, eodem episcopalem de Zica in Nuemburg transferre concessimus. Ita nunc quoque tibi præsenti cum clero tuo & dignioribus de populo & nunciis prædicti imperatoris, & archiepiscopi consilio eorundem archiepiscoporum, & clericorum nostrorum sabbato proximo, & tam tibi, quam omnibus successoribus tuis perpetua stabilitate confirmamus. Quod enim secundum canones pro necessitate loci fieri debuit, fecimus, nostris quoque temporibus fieri non prohibemus. Quoniam igitur canonice, & communi consensu omnium, ad quos attinebat, facta est tuæ translatio facta est, absque omni contradictione uniteni successores tui a Nuemburgensi clero, & populo eligantur, atque ad eundem titulum regulariter consecrentur, & Magdeburgensibus archiepiscopis, quorum diœcesim translatio non excedit, utpote Metropolitanis suis omni pietatis devotione sint subjecti. Hoc quoque communicato consilio decernere addere, quod ecclesia Citicensis in honorem beatorum apostolorum Petri, & Pauli consecrata non omnimodis negligatur, sed in loco clericorum in Nuemburg translatorum, monachi, vel canonici substituantur, qui integrius dispendiis ejusdem ecclesiæ inibi Deo serviant, & sicut pacis & filii matri sui Nuemburgensi ecclesiæ in Domino semper devote obediant. Si quis autem, quod minime creditimus, temeraria præsumptione contra hoc nostrum Apostolicum privilegium venire, aut in aliquo contraire præsumpserit, seu violator existerit, sciat, se authoritate Dei omnipotentis & beati Apostolorum principis Petri, ac nostra, anathematis vinculo esse innodatum, & a regno Dei alienum, atque cum Juda traditore Domini nostri Jesu Christi sociam futurum in inferno, excommunicationique subjaceat, donec resipiscens ad satisfactionem, & congruam emendationem revertatur. Qui vero suo inutru curator, & observator justus nostri Apostolici privilegii existerit, benedictionis gratiam, vitamque æternam, & æterni regni gaudia a Domino percipere mereatur in sæcula sæculorum, amen.

ANNO CHRISTI 1028. 1029.

AD GEIZLIACENSE CONCILIUM,

Ad renovandam fopitam jam controversiam de Gandinsbrimensi territorio,

Ab Aribone Moguntino anno 1028. coactum

ADDITIO.

An. 1028. DE hac synodo ita differit Annalista Saxo Eccardi ad hunc annum. *Eo anno iterum Aribo archiepiscopus synodum suam Geyslicæ concivit. Ad idem locum Godefridum imperatoris tandum legatis, & scriptis vocavit, quo ille venire diffimularet, venerabilem virum Tadilonem decanum illius ecclesiæ cum fratribus ei obviam misit, qui eum honorifice ex parte senioris salutando de præteritæ synodi diffinitione commonuit; & plurali altercatione authoritatum collatione profusa episcoporum auxilio eum ab ipsa repetitione tunc tantummodo compescuit. In eadem synodo inter cætera quidam homo ingenuus de hominibus Siegefridi comitis incusatus, eandemque se ferro exculpavit; qui ex decreto synodali post duas noctes probatur illæsus apparuit.*

CONSTANTINOPOLITANA SYNODUS

In qua Joannes Abdon Jacobitarum Antiochenus patriarcha damnatur,

Anno Christi 1029. celebrata.

An. 1029. DE concilio hoc, Scriptoribus Græcis ignoto, pauca ita ex Alemanno Bibloth. Oriental. tom. II. pag. 150. accipe: *Joannes Abdon apud imperatorem* (Romanum nitque Argyrium, qui ab anno Christi 1028. ad annum 1034. imperavit) *accusator, Constantinopolim cum quatuor episcopis, & tribus Monachis Jacobitis abductus est, & in synodo episcoporum Græcorum condemnatus; duobus post annis in exilio periit.* Hæc Alemanus ex Michaele episcopo Taheos in vita ejusdem Joannis Arabica, qui dein Michael Joannis obitum consignat, *anno sanctorum Martyrum septingentesimo quadragesimo septimo*, id est Christi 1034. ex quo concilio Constantinopolitano annum 1029. assignes.

AUS-

ANNO CHRISTI 1029. 1031.

AUSCENSE CONCILIUM

Anno circiter 1029. habitum.

CONcilii hujus, altas plane ignoti fit mentio in charta quadam in Gallia Christiana nov. edit. tom. I. pag. 167. append. his verbis: *Remundus Petrinensis abbas* (Cœnobium est ordinis S. Ben.) *super abbatia S. Joannis congnostus in concilio Auxiensi, sudente Auxiensis archiepiscopo Remundi exp.* (quem paulo ante annum 1030. defisse constat) *atque domini Gregori ejusdem* (Aquensis) *sedis episcopi consacratis episcoporum in concilio existentium ab abbate S. Joannis Willelmo potestatem prælationemque diu antisam recuperavit, & sibi per manum summ consilio fulcra jure S. Michaeli* (abbatiæ Petrinensis) *eidem præfato abbati Guillelmo monasterium commisit. S. R. Cupe Auxensis archiepiscope. S. Gregorii episcopi. S. Guillelmi abbatis Celle Medulfi. S. Remundi ejusdem monasterii abbatis. S. Fortis prioris. S. Florentii monachi. S. Remundi. Arnaldi sacerdotis ejusdem civitatis S. plurimorum aliorum.*

NARBONENSE CONCILIUM

Ad confirmanda privilegia Cangionensis monasterii

A Wifredo archiepiscopo anno 1031. celebratum.

IN nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis, Guifredus gratia sedis Narbonensis archiepiscopus, & universa conveniens apud præfatam urbem (*a*) synodus Sduano venerabili abbati, atque suis in perpetuum successibus sanctis, & matris matris ecclesiæ filiis universis. Quoniam idcirco Dominus gratiæ suæ nos rectores constituit ecclesiæ, ut præterito majorum infirmitati subveniat subditorum; æquum nobis est, ea, quæ fuse partis fuerint adjuvare, & ne cuilibet adverfitati succumbant, totis viribus ejus auxilio sustentari..... ei maxime credimus nobis divinam adesse præsidium, si rebus ad ipsum pertinentibus intulerimus pro posse subsidium. Idcoque nos omnes in unum secundum venerabilis papæ Sergii privilegium (*b*) & nostrorum consiturionem prædecessorum confirmamus beatissimi confessoris Christi Martini cœnobium, ut ab omni potestate altitudinibus a cuiuscibus divinæ religioni constructum, & consecratum ad serviendum Deo secundum legem patris beatissimi Benedicti digne disponatum, ut quodcunque ufque hodie juste, & legaliter acquisivit, vel in perpetuum acquisierit in pace, teneat, & possideat, nec alicujus inquietudinis damna ex quibuscunque persona sustineat. Hoc autem omnia sub divini judicii obtestatione, & nostri ordinis interdictione statuentes, ut nulla quelibet cujuscunque ordinis magna, parvaque persona præsidia..... cuilibet loco audeat subrogare. Semper autem sit liberum, nullæque serviturі alterius loci monixium, sed ficut cætera monasteria regia pauperis, & apostolicis privilegiis exaltata per se maneat sublimatum. Deferat vero debium honorem suo pontifici, & propriis sedis, sicut tantum deferre præcipiunt canones sanctii. Ad hæc autem hæc notri concilii statuta parvipendere ausus fuerit, hunc de potestate Dei omnipotentis Patris, Filii, & Spiritus Sancti, & omnium cœlestium virtutum, sanctorumque omnium, ecclesiastici ordinis, & nostra, nisi resipuerit, excommunicationis ab universorum fidelium cœtu exterem..... nolirazque constitutio, nis præceptum propriis manibus confirmamus.

Guifredus sanctæ primæ Narbonensis ecclesiæ episcopus SS.
Raimbaldus archiepiscopus Arelatensis.
Petrus Iherandensis episcopus
Beringarius episcopus
..... episcopus Narbonensis.
Ermengaudus, ac & indignus episcopus Regiensis
Amalius episcopus Albiensis
Guifredus episcopus Carchaffensis.
Beringarius episcopus Conferanensis
Stephanus episcopus Biterrensis
Odomboellus episcopus Eatvensis
Stephanus episcopus Agatensis.
Item, alio in tempore collecti in præfata, nube eodem modo quæpolures episcopi his, qui eodem subscripserant libenter annuerunt, ac propriis manibus proprio nomine subscripserunt.
Proterius episcopus Nemausiensis.
Stephanus episcopus Atteensis
Guadaldus episcopus Barchinonensie
Ugo episcopus Uzetensis
Petrus episcopus Cabilonensis
Bernardus episcopus Comonensis
Arnallus Magalonensis episcopus
Arnallus Tolosanus episcopus.

He-

(*a*) Quo anno celebratum fuerit hoc concilium non profert S. Victoris chartarium; unde illud colligimus, sed ex chronicis notis episcoporum, qui ei interfuerunt, annum conjicere possumus. Certe Raimbaldus Arelatensis archiepiscopus anno 1031. consecratus est, Odombellus vero episcopus Lodovensis anno 1032. extinctus dicitur. Igitur alterutro anno coactum & celebratum est. MARTENE

(*b*) Cangionense S. Martini monasterium anno 1001. a Guifredo comite Cerritanie fundatum in diœcesi Helenensi, hodienus perstat, sed valde exiguum. MARTENE

ANNO CHRISTI 1031.

Heribaldus gratia Dei episcopus Urgellensis
Willelmus Ausonensis gratia Dei episcopus

A

Willelmus episcopus Urgellensis
Raimundus gratia Dei episcopus Elnensis
Beringarius episcopus Ilerundensis.

ANNO CHRISTI 1031.

AD CONCILIUM BITURICENSE

Ab episcopis Aquitaniæ primæ anno 1031. celebratum,

ADDITIO.

An. 1031. *In hæc incepit, num monumentum, quod statum præcedentium sum in concilio Bituricensi sub Heymone archiepiscopo dato, concilium aliud plane diversum a Bituricensi anni 1031., cujus canones extant apud Labbeum, dedigner. Pro utriusque dissirimine plurimum apud me valebunt nomina Hugonis Nivernensis, & Durandi Catturcensis episcopi in hac charta legunter, quique adfuisse concilio eidem possunt. Hos enim nomina non legentur in edicto Heymonis eodem synodo facto apud Labbeum. Forte tamen charta illa, quamquam aliquid continent eorum, quæ in synodo gesta sunt, extra synodum tamen exarata est, cum adhuc episcopi illi adesserent: atque eo res sese habeat, profero documentum ad synodum Bituricensem sub Haymone pertinent, quod offert author patriarchis Biturcensis cap. LVIII. in Heymone.*

commode dispenere, consilio regis Henrici, & episcoporum ad noltram sedem pertinentium decreviraus concilium facere in Bituica civitate; ideque adunatis episcoporum, vel abbarum, facerdotumque, atque cleri voluntatibus bene aptavimus ac disposuimus res ecclesiarum, prout clericatus ordo exigit, cooperante Spiritu Sancto. Deinde pacem tuto nisi corroboravimus in tantum, quantum Divina virtus facultatem nobis concessit. Et ita peractum postmodum in eodem concilio coram episcopo, abbatibus, clericis, seu laicis nobilibus, vel pauperibus, concellimus Domino Deo, & sancto Sulpicio, & abbati ejusdem loci jebitum tenus, servare paradas ex omnibus ecclesiis pertinentibus ad supradictum locum, quatenus a prædecessoribus nostris aliquando sanctum fuerat, videlicet Dacberto, & Waselino. I. temque hoc concellit manu propria hanc descriptionem adhipulavimus. Factum est hoc sub tellimonio trium episcoporum, nomina quorum hic titulare jussimus. Scilicet dominus Rinco episcopus Claromontensis vir apostolicus, & sectator bonorum operum, atque ecclesiæ hujus sedis nostræ decanus. Et dominus Hugo episcopus Nivernensis, qui ex hoc bonus adjutor per omnia fuit, atque dominus Durandus Caturcensis episcopus.

Clare, & nullo refragante conflat, quia Dominus, & Salvator noster, ecclesiam suam, C toto orbe terrarum diffusam, ordini commisit pontificali, eamque vocans regnum suum, Apostolis tamquam seminario facerdotali commendavit, dicendo, *Ego disposo vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum.* Quam commendationem diligentissime, qui Heymo facerdotum vel ultimus, alta mente considerans, & vehementer expavescens, unde ad reformandam pacem, & res ecclesiarum,

BENEDICTUS PAPA IX.

Sedit ab anno 1033. usque ad annum 1044.

CONCILIA DUO

ROMANUM forte, & MAGALONENSE

In causa restitutionis sedis episcopalis urbi Magalonæ,

Aliud anno 1033. aliud 1037. habita.

COLLECTORIS ADMONITIO.

An. 1033-1037. *Non quidem rei conciliaris amplificandæ indulgentia, sed ejus rei veritate mutuis disputis, gemina hæc concilia, inaudita collectoribus, anno 1033. & 1037. habita. Nentrum quidem concilii nomine designatur in monumentis illis, quæ hic illatum datumve sum; sed & Romano quidem rei est probabilis, cum literis pontificis subscripta legantur episcoporum Italorum nomina plura, quos tunc Romæ præsentes adfuisse, nec alia facile de causa, quam ad concilium vocatos dubito. Magalonensis vero concilium produnt nomina episcoporum, qui eo venerant ad novæ ecclesiæ dedicationem, & decreta ab illis ea occasione edita. Quatuor vero annorum discrimen inter concilium utrumque statuendum, facilet variarum rerum conciliandarum discrepantia; nam Romanum concilium, a quo datæ literæ sunt pro urgendis fidelibus ad parandum templi Magalonensis restitutionem sub Joanne XIX. qui & XX. dictus est, convenit, cujus annum & literæ ipsæ præferunt. Obiit vero Joannes anno 1033. quare non serius anno isto synodus habita fuerit. Profecto autem episcoporum concilii*

ANNO CHRISTI 1033-1037.

cilii Magalonensis nomina posteriorem epocham A concilio hinc exigunt. Berengarius Narbonensis non prius anno 1036. cæpit, ut Gallicæ chronologiæ authores doctissimi ostendunt. Vt. pag. 307. demonstrant. Quare nonnisi optimo jure scripserit ille restitutionem templi Magalonensis, ejusque dedicationem, cui Bernardus interfuit, anno 1037. adscribitur. Porro Magalonensium urbem jam inde ante aliquot sæcula Saraceni occupaverant, ut ex hac formula, qua in ejusdem urbis illius episcopi ad Substantionem vicum prope Montem-pessulanum sedem fiatim transfulisse, Sedi igitur in urbe Magalona restituendæ Arnaldus, ejus diœcesis episcopus, eaque occasione duo hæc, quæ concilia appella, habita sunt. Documentum ad utrumque hinc narratione fere comprehensum, hic exhibeo ex forte episcoporum Magalonensium, Arnaldi de Verdala, vulgata a Labbe Biblior. MSS. tom. 1. pag. 707.

Dominus Arnaldus Magalonensis episcopus, qui miserabiles ruinas hujusmodi quasi in desertum positum respiciens, & fe ad sub. levandas necessitates illas importunem attendens, cum sibi opes ad sumptus tanti operis non adesterent, præsertim quia possessiones & jura episcopalia erant per nobiles & subditos occupata, ad reparationem hujusmodi manus suas subito apponere non est ausus; sed fuum cogitatum jactans in Domino, non absque amaritate, & pauperate animi ad fanctiffimum dominum Joannem Papam XX. (a) direxit oeyus, pro consilio & auxilio greslus fuos, & ei ftatum miserabilem suæ Ecclesiæ explicavit; dicbus quo dominus Pontifex neceffitatem ipfam fedula mente confiderans, confilium, quod potuit, huic negotio exhibuit, & omnibus populis Magalonenlis Diœcefeos ac aliis audituris, & intelligentibus tam propinquis, quam longe polítis, mifit epiftolam, quam per omnes Epifcopos confirmari, & fubfcribi voluit in hunc modum.

(a) I. e. XIX. qui etiam XX. dictus est.

Joannes Episcopus, servus servorum Dei, omnibus bonum fecientibus in Ecclesia Magalonensi, ad honorem Apostolorum Petri, & Doctoris gentium Pauli dedicata, & dedicanda salutem charissimam. Cum benedictione Apostolica & absolutione.

Supradictam Magalonenlem Ecclefiam, peccatis exigentibus, ad nihilum redactam audivimus, unde valde dolemus, quia Ecclefiarum deftructio Chriftianorum detrimentum effe dignofcitur. Ob hoc quidem tam Ecclefiæ fupradictæ, quam & omnibus circumcirca de gentibus laggerere volumus Chriftianis, ut in reftauratione hujus ecclefiæ laborent: peccatorum namque fuorum veniam & indulgentiam promereri a jufto Judice apoftolica auctoritate fpondemus, quicumque de propria hæreditate, vel de propriis bonis offerendo, aut de beneficiis reddendo, Ecclefiam fupradictam relevare nifus fuerit. Nam unam & fimilem mercedem accipiet qui propria offeret, & qui beneficia Ecclefiaftica reddet in commune; & beneditione pariter & abfolutione apoftolica fruetur. Quod fi aliquis Epifcopus, vel cujufque dignitatis bonore, quod ibidem ablatum fuerit, pravo ingenio alienare, ufurpare, vel vendere voluerit, maledictione anathematis percellatur, habeaturque extraneus a Chriftianorum conforcio & regno Dei. Hoc vero decretum ftatuimus ab omnibus volumus Epifcopis, quos Arnaldus inviravcrit, ficut nos feciffe inferius cognofcent ✠ benevalete. Aldericus Dei gratia Vercellenfis Epifcopus. Reynaldus Dei gratia Papienfis Epifcopus. Petrus Ilerdenfis dictus Epifcopus fanctæ Ruffinæ fubfcribens firmavit. Imundus archiepifcopus Ebredunenfis firmavit. Oldericus epifcopus Atrefatenfis Ecclefiæ ✠. Raymundus epifcopus de Rende. Deodatus epifcopus Lunenfis firmavit. Aluicus Aftenfis firmavit. Vaudinus Taurinenfis firmavit, Berrardus Aggenenfis firmavit, Deodatus epifcopus Tholonenfis firmavit, Petrus epifcopus Maffilienfis firmavit.

Hanc igitur epiftolam, manu habens Arnaldus prædictus epifcopus ab urbe Roma redit, & deinde juxta dictum Apoftoli: *Dum tempus habemus operemur bonum*, in cundo labore non defiit, fed amplius innumeris præparatis diem dedicandi Ecclefiam conftituit, & profeftus circumquaque, Archiepifcopos, & Epifcopos tam ex vicinis quam longinquis partibus convocavit, quod ut melius enucleemus, fingulorum nomina, urbes, & provincias præfentialiter inferamus, ut videntius cognita eorum authoritate, & dignitate fidelius quifque & humilis dicta eorum cum gaudio legat, vel audiat: infideles vero, vel fuperbus fiquis (quod abfit) fuerit, timore percuffus Domini, & fi non fponte, (altem invitus, fufcipiat; aliquin tanquam mifertimus, quicumque fit; juxta vocem Domini remaneat judicatus. Hæc funt igitur nomina per Dei gratiam, & providentiam declarata. Gifredus Archiepifcopus Narbonenfis, Leodegarius archiepifcopus Viennenfis, Raymundus archiepifcopus Arelatenfis, Gineminarius archiepifcopus Ebredunenfis, Authanchus epifcopus Avicenfis, Frontius, feu Frotarius epifcopus Nemauenfis, Bernardus epifcopus Biterrenfis, Gonterius, feu Gonthatius epifcopus Agathenfis. Roftagnus epifcopus Lodovenfis. Hugo epifcopus Entyenfis, Alphonfius epifcopus Aftenfis, Gilebertus epifcopus Barchinonenfis, Arnaldus epifcopus Elnerius, Petrus epifcopus Carcaffonenfis, & Dominus Arnaldus Magalonenfis epifcopus: quibus in unum congregatis præfatus Pontifex Arnaldus epiftolam præparatam Joannis papæ protulit, & cujus rei gratia feriofius intimavit. Tunc omnibus in commune placuit, ut & ipfa decreta apoftolica confirmarent, & amplius abfolutionem, & benedictionem populi, & ad honorem Sanctæ Ecclefiæ augmentarent. Decreverunt ergo, ut fiquis homo in vita fua hæreditatem fuam ad Ecclefiam fupradictam poft mortem fuam conceflerit, & de peccatis fuis confeffus fuerit, in cæmeterio Ecclefiæ memoratæ fepultus fuerit, ab omnibus peccatis, de quibus pœnitentiam fufcepit, abfolutus fit, & particeps fit vitæ æternæ, & regni Dei. Additerunt etiam, ut quicumque homo cujufcumque provinciæ, ad folemnitatem dedicationis hujus Ecclefiæ, quæ per fingulos annos celebratur, ad ve-

ANNO CHRISTI 1034.

venerit, de justo labore suo, aut hæreditate oblationem sanctam Deo fecerit, & peculata sua eo die, vel infra octo dies confessus fuerit, si infra terminum illius anni motuus fuerit, Apostolicam absolutionem, & eamdem habeat, & remissionem peccatorum, & vitam æternam accipiat. Super hoc firmaverunt hæc, quod ipsa Ecclesia habeat legitime, ut si quis pœnitens ad ipsam Ecclesiam venerit, & abstinendi ab Ecclesiæ introitu in pœnitentiam præceptum habeat, ipsam ecclesiam libenter introeat, pacis obsequium libere accipiat, & si qua sint similia, prætergquam sanctam Eucharistiam, quam minime accipiet.

ANNO CHRISTI 1034.

COLLECTORIS ADNOTATIO.

DE Romana hac & Magalonensi synodo hæc dedi, quæ in serie episcoporum Magalonensium Arnaldi de Verdala reperi, ipsis Arnaldi verbis servatis. An vero satis afferta sint fidei, ea falsem quæ de abiolutione a peccatis omnibus ita indulta, qui recurrente per annos fingulos dedicationis novi templi die eo venerint adoraturi; mihi quidem non ægre probaverim. Indulgentiæ istæ, quas vocant, plenariæ, ætatis longe posteriores sunt. Videriot docti.

BITURICENSIS PROVINCIÆ CONCILIUM,

In quo abbatia S. Satyri prope Sacrum Cæsarii (Sancerre *) constructio confirmatur.*
Anno 1034. *habitum.*

An. 1034. HENRICI Galliorum regis anno IV. confirmatur charta Mathildis cujusdam nobilis fœminæ, quæ abbatiam S. Satyri dotе constituta fundat, eamdemque constructionem synodo Bituricensi provinciæ proponit. Hanc ipsam chartam in ea synodo lectam hoc ævo, acceptam e Gallia Christ. nov. edit. tom. II. pag. 51. apptud.

CHARTA FUNDATIONIS S. SATYRI.

IN nomine sanctæ, & Individuæ Trinitatis: Aino Bituricensium gratia Dei & nutu archiepiscopus. Quoniam &c. Notum esse volumus cunctis fidelibus præcipue cos episcopis nobris & omni eccliastico ordini sedis S. Stephani protomartyris Bituricensis ecclesiæ, quibuscumque ordinibus, honoribusque promoris, quoniam quædam juvencula nomine (a) Matildis, filia cujusdam nostræ ecclesiæ militis nomine Gimonis, cujus erat castrum, quod dicitur S. Satyri, nec non & Odo comes palatii, quem sibi eadem juvencula sola fine fatisfactionе inter consanguineos & amicos emertum elegit, quem sibi fubrogaret vivens in jus hæreditatis & mortus *in ejus hæreditatis*: sanctorum necessitatibus communicatores, ipsendam locum in honore Sanctæ Petri principis apostolorum & S. Satyri, plurimorumque sociorum ejus martyrum, quorum nomina in cœlis scripta sunt, antiquis temporibus multo honore dilatum, sed in beneficio multis jam distributum, & pene ad nihilum redactum, restaurare cupientes, ferenitatem nostram adoptando petierunt, concedere & adhipulatione nostra fieri quidquid restaurationis & honoris pro remedio animæ fuæ & parentum fuorum eidem loco conferre voluerint. Inprimis præcidimus locum honore præcipuo decoranteſ, officium clericorum inibi canonice viventium consentu & adu eorum devote constituimus, ea scilicet ratione, ut ipſi, aut aliquis fuorum, sive præpositus, sive judex, sive vicarius, sive miles, sive servus, sive liber, aut aliquis suorum hæredum viventium, sive succedentium, nullam ulterius in eis exerceant potestatem, neque in ecclesia, neque in claustro, neque extra claustrum, neque in villa, neque extra villam, neque in omnibus quæcumque, sive ab illis, sive ab aliis jam conlata tive conferenda. C funt, sed habeant ipsi canonici potestatem libere faciendi quidquid interius sive exterius communis consilii meliori censura deliberaverint. Quod si quis canonicorum sive prælatus, sive subditus debitum humanitatis exolverit, quæcumque communi consilio elegerint, subſtituant: & quidquid inde acceperint, aut stipendiis fractum aut honestati aut utilitati ecclesiæ conferatur suo, non alterius consilio. Et quia præditeſſe videtur, & Odonem comitem palatii ita visitavit Oriens ex alto, ut non solum de his, quæ ad eamdem ecclesiam pertinere videntur, sed etiam de suis propriis hereditatibus atque thesauris ad restaurationem loci multa donaria tribuane, ipſam ecclesiam cum altari, cum nonis & decimis & quidquid ad ecclesiam vel ad altare pertinere videtur, quæ omnia de jure martyris ecclesiæ protomartyris Stephani in beneficio ſe habere teſtantur, precibus puellæ & comitis palatii canonicis ejusdem loci confessimus immunem & liberum ab hodierna die & deinceps. Statuimus præterea, ut nullus successorum nostrorum contra hoc nostræ deliberationis scriptum agere contra ipsos canonicos portenteſt, excepto quod debitam subjectionem matris ecclesiæ canonice exolvane, & in invencione B. protomartyris Stephani, quæ colitur III. nonas Augusti, procedionem & duas libras persolvant incensi. Ut ergo canonici S. Petri & S. Satyri nostri beneficium perpes sentiant, & nostri remporis fit conditio, & nostræ fragilitatis remiſſio, & firmum atque inviolabiſem teneat: hanc donatio renorem, manu propria in præsenti synodo, & coepiscoporum, & canonicorum ac militum nostrorum affertioni ſtipulandum ob-

(a). In notis Hortii & Picardi ad ep. 150. Bernardi hæc Matildis dicitur nupsiſſe *Gofredo de Vendoio*, qui postea Jerosolymæ recuperatæ rex fuit. Ibidem legimus hoc comobium *collatum Ecclesiæ canonicis S. Victoris Paris.* in cujus necrologio legitur ad V. id. Febr. *Obiit Dominus Gaufredus rex Jerusalem, Satyri & noster canonicus*, BANNARETIANUS.

ANNO CHRISTI 1035.

obtulimus S. Aimonis archiepiscopi, S. Odonis comitis palatii, S. Mathildis, cujus beneficium, S. Tetbaldi comitis, S. Ertuengardis comitiſſæ, S. Corafredi vicecomitis, S. Archembaldi, S. Osonis, S. Ebbonis, S. Roggerii decani, S. Arnulfi cantoris &c. S. Stephani Anicienſis episcopi, S. Ranconis Arvernenſis episcopi, S. Ragimundi Gaballitanenſis episcopi, S. Amelii Albienſis episcopi, S. Deuſdet Caturcenſis episcopi, S. Acherii abbatis Magiacenſis, S. Viviani abbatis Navenſis monaſterii, S. Herberti abbatis Dolenſis monaſterii, S. Oldeberi abbatis Lemovicenſis, S. Martini abbatis Virſonenſis, S. Ymoni abbatis Exildunenſis. Datum in mense Augusto anno IV. regnante Heinrico rege, & infra: S. Henrici comitis cognomine Stephani, S. Adelæ comitiſſæ uxoris Henrici comitis cognomine Stephani, S. Gofridi de Vabra cognomine Normanni, S. Gaucteris de Lusarchiis.

ANNO CHRISTI 1035.

AD TRIBURIENSE CONCILIUM

Anno 1035. *celebratum*

ADDITIO.

An. 1035. S*Tephanus Tornacenſis epiſcopus, cujus epiſtolas lego in Bibliorh. Patrum Pariſienſi in epiſtola S. ad Robertum Pontiniacenſem, canonem concilii Triburienſis recitat, quem ad hoc concilium, ut reforum, nec ſtylus, nec res argumentum prohibet. Ita ergo ille:* In concilio Triburienſi ſic ſtatutum.

CANON.

VIrgines sacræ ſi pro lucro animæ ſuæ, & propter districtiorem vitam ad aliud monaſterium pergere diſpoſuerint, & ibidem commanere decreverint, ſynodus concedit. Si vero fuga diſciplinæ alium quæſiverint, ad locum redire cogentur. ... *Ex in ſine capitulis exprimi- C tur:* Quia qui de monaſterio ad monaſterium tranſit, redire cogendus eſt.

Perſimilem ſanctionem de viris monaſticam profeſſionem ſeſtantibus edidit circa hos ipſos concilio Triburienſis annos concilium Bituricenſe Can. XXV. & diu ante hunc annum aliud Triburienſe concilium anni 895. Can. XXVI.

TURONENSIS PROVINCIÆ SYNODUS

Qua teſtamentum pium Gervaſii Cenomannenſis epiſcopi confirmatur, & violatores divini decernuntur.

Tutor abbatiæ 1035. *& 1032. celebrata.*

Inter annum 1035. & 1032.

IN *libello de geſtis epiſcoporum Cenomannenſium a Mabillonio in Analectis pag. 306. edit. in fol. vulgato inſerta eſt ſupremæ diſpoſitio Gervaſii, tunc Cenomannenſis epiſcopi, dein vero Remenſis archiepiſcopi, qua de rebus ſuis in commodum eccleſiarum Cenomannenſium decernit. Hæc ille tabulas, ut ibidem legitur, conſcripſit eodem, aut ſequenti Turonenſi cum epiſcopi, ut arbitrorum, ſuffragantis interfuit, approbandas tradidit. Ejus pro voto annuerunt patres, tabulas illas probarunt, atque in eorum verſatarunt anathemate ſolemni ritu pronunciarunt. In tabulari, & diras epiſcoporum, quas inter annum* 1035. *quo Gervaſius cupit, & 1032. quo Arnulfus deſtit, collocandas conſtat.*

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, ego Gervaſius, ſanctæ Cenomannenſis eccleſiæ non merito præſul, dum divina mihi, licet indigno, inſpirante gratia, præterituram reminiſcor, ſpe frui mereæ certiore, infudandum reor. Quapropter ſunt exercenda caritatis opera per dilectionem, in qua lex pendet, & prophetæ, ut per viſibile ſignificetur invisibile, id eſt qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum. Quis nihil dignus fatet ſit requirendus, quam noſter clerus, ſanctæ matris utero renatus, ejuſdemque advitus, & contemplativis uberibus altus? qui quotidie quanris caſtrur eruditum injuriis, memoria negoti tenerai. Illud tamen recenſendum quod veritas ait: *Si mundus vos odit, ſcitote, quia priorem vobis me odio habuit.* & Paulus: *Non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam.* Quas omnino vitare non poſſumus, Petro admonente ante omnia, mutuam in nobiſmetipſis caritatem continuam habeamus, quæ operit multitudinem peccatorum, & quæ, ſi perfecta, foras mittit timorem. Item Jacobo: *Qui habuerit ſubſtantiam hujus mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, & claſuerit viſcera ſua ab eo, quomodo caritas remanet in eo?* Ergo, filioli mei hujus eccleſiæ commilitones canonici, non diligamus verbo, neque lingua, ſed opere, & veritate; & quæ nobis dedit Deus, compartiamur. Nemo vero velut dives ad menſam ſedeat avarus: vos autem ad odium, ut Lazarus lingua canina lingbus. Simul ſimus Lazari apoſtolica lingua linɛti, a divite largo micam ſuſcipientes: qui dum ad inferna deſcendit, non Abrahæ guttam depoſcoſcit, ſed ejus ſinum reddidit confeſtim-

ANNO CHRISTI 1035.

tum: & ut legem adimpleamus, alter alterius onera portemus. Propitietur Deus, neficiat ut nostra superba finitra, quid faciat fuit humillima dexterea: sed coram hominibus lux lucesat in nobis, utdum videntur opera bona, glorificent eum, a quo procedere dicuntur, & a quo omne datum optimum, & omne donum optimum descendit perfectum. Et quia mos fuit semper, & decet, ut quæ memoria sorent retinenda, legali testimonio corroboraretur, & literis notarentur; si qua vobis distribuo, pergameno describo: similiter & pactum quod a nobis potuit canonicis, tam præsentibus, quam futuris. In primis pro magna mihi mole peccaminum indulgenda, sanctique antecessoris & avunculi mei Avesgaudi requie impetranda, centorumque antecessorum nostrorum hujus sedis episcoporum, nec non genitoris cum genitrice mea Haymonis scilicet, & Hildeburgæ, cunctorumque fidelium, qui judicaturos est redivivos extrema die; deligamus nostris tumpribus mofteatem cunctarum obtationum hujus sanctæ sedis ecclesiæ, vel altaricum, cunctasque ibi decimas pertinentes, cunctos census, & foburdia, quæ archiclavi tenere solebant, excepta proferenda, quam archicapellanus de manu posuerit sedis missam cantantis accepit, vel si aliquid sanctuario datum fuerit ornamentum ecclesiarum, quas canonico vidui ..... possidentis altaria distribuimus. De patrimonio autem meo vobis villulam quandam prope civitatem super Idoneæ fluvium fitam, nomine Benais cum omnibus consuetudinibus terræ pertinentibus, cum XII. vineariam, agripennis ibidem positis. Similiter & ecclesiam me vivente dimidiam, & decedente totam, nisi ante placuerit, in servitio Letduuis fitam, Patriciumque vocatam, quam prædicti parentes mei viventes jure possederunt, & a nobo reædificaverunt, proprieque mihi dimiserunt. Universas quoque consuetudines vobis trado & vestris terris patri meo perfolvebantur, pertinentes ad ejusdem castrum Lit vocatum. Concedoque vobis illam aulam patris mei, sitam in ejusdem prædio in orientali fcilicet civitatis angulo, cum omnibus areis indomunicatis, intra & extra murum circumquaque adjandis, cum nemore ad constituendas claustri officinas, ad quod ædificandum elaborare nitor, ut ibi Domino regulariter & canonice studeatis militare: in qua sacratiffimam Dei ecclesiam sancti salvatoris antiquitus fundatam reædificavi, quam decoravi, quam devotiffime obfecco venerari. Claustro vero nondum præparato, & quamdiu simul non comederis, prædicte oblationes non dividantur vagantibus clericis, sed ecclesiæ tantummodo servitoribus affiduis, vel episcopi capellanis, canonicis, & sancto Vincentio: ut in Dominica die reciplant in capitulo præcedentis hebdomadæ oblationes ... his, qui in eadem affidue serviérunt. In quo, lectione finita, decantent psalmum, *Levavi oculos meos ad montes*, cum oratione Dominica, & precibus, & collecta pro nobis propria cum cæteris benefactoribus. Videant nempe fratres, ne tempore sterilitatis minus serviant ecclesiæ, quam sterilitas. Quod vero compatcimur, ut vestris potiar precibus affiduis cum dilectione perfidia, ne quis canonicorum Dominicani, aut privatam Missam celebrare præsumat absque collectis pro me superiore vel defuncto, in folemnitate cum silentio, in hebdomada cetrarum modo. Annuale avunculi mei Domni Avesgaudi episcopi quorannis decenter agatur, qui fecofolymis rediens apud Verdunum VI. Kal. Novembris obiit in pace, ibique sepultus est a sanctissimo RAMBERTO episcopo in basilica ilue sedis. Sic & qui & eadem die accidit foroti ejus, quippe mater mea Hildeburge. Nec prætermittatur illud patris mei Haymonis XVIII. Kal. Februarii accidens: necnon & ordinationis meæ XIV. Kal. Januarii; neque nutu Dei migrante, verratur in illud. Ut autem hæc pagina quocunque annuali meo recitetur in capitulo, obfecro, moneo, & percupio: & quo parium promerui fuffragia, fratrum cateras exhaberi. Si qua vero nostro vobis famulante studio de rebus vestris antiquitus amissis recuperatis, chartula placet depingi. Ecclesiam sancti Audoeni, terræque de illa Vastina, & ecclesiam de Murcena infra quantam Cenomannicam; ecclesiam sancti Albini cum terris in eadem parochia degentibus, & villam Germeix, & Marciacum; in pago Cenomanico ecclesiam de Aciaco cum pertinentibus; in eodem pago ecclesiam de Moncilaco.

Omnipotentis Del Patris, & Filii, & Spiritus Sancti auctoritate, & ab eodem cum cæteris apostolis beato Petro Apostolo potestate tradita, necnon & canonum lege fancita, & ministerio nobis tradito indignus excommunicamus, & anathematizamus, & diristibus nostris confortes fequestramus omnes hujus sedeulæ prævaricatores, vel præfceiparum rerum fraudatores, rapteres, & invatores, sive calcitratores contra hanc sanctæ matris Ecclesiæ Cenomannicæ filios, fcilicet & adscriptos canonicos præsentes, vel futuros, quamdiu non reipuerint, vel illis canonice non emendaverint, aut fatisfecerint, amen. Nec vero quifpiam, quod abit, infligante diaeolo ad hanc excommunicationem pro nostra fragilitate vilipendat, memor illius veritatis, *Non enim non obtt, qui loquimur, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis, &c. Qui vos spernit, me spernit.* Aqua vero, qua regetterantur fideles, hoc bonitate fua fanctum, an quam peracepta? Si quis dominus fideli suo imperaturus legatum mifecrit, quod fidelius attenditur, petfona loquentis, an timor mittentis? Qui autem ad hæc obturaverint aures, memor fit Ananiæ, & Saphiræ, qui quia obturaverunt, interierunt. Similiter Simon magus, & cæteri quamplares. Hæc excommunicatio fatisfactis, & a plusquam quingentis faceidotibus in sancta Synodo sanctissimi Abbatis Cluniacensis monasterii Odilonis, cujus admonitione hæc egimus domni Arnulphi Turonorum archiepiscopi carissimi patris nostri, domni Gervasii hujus sedis episcopi.

CON-

ANNO CHRISTI 1038.

CONCILIUM ITALUM, forte ROMANUM

In causa Ariberti Mediolanensis archiepiscopi a Benedicto IX. anno 1038. celebratum.

ARibertum Mediolanensem archiepiscopum perduellionis apud Conradum Salicum imperatorem accusatum in conventu Salernitano, cum causam suam defensurus, minus caute de imperatore obloquutus fuisset, nec forte purgare sese valuisset, cuflodiæ Pomponii Aquilejensis patriarchæ ab eodem imperatore traditus est. Sed fuga præreptus cum non refipifceret, sequenti anno 1038. a Romano pontifice judus est concilio fe fifiere. Ibi cum ad officium nulla vi feu precе confensiffet, *Dominus Apostolicus illum generali pontificum decreto anathematis condemnatione percussit, & in ejus pontificatum Ambrosium ejus nobilis regionis Capellanum illius terræ indigena donante imperatore successit, ello ipsa muros refidente* (nempe Ariberto)*; ego de forte pro posse res suas contrahente.* Hæc de concilio Romano anni 1038. alias incomperto, tradit Annalista Saxo Eccardi ad hunc annum.

ROMANUM CONCILIUM

Quo Bracilao Bohemiæ duci panitentia pro translatis sua authoritate sterit ipsfanus S. Adalberti impingitur.

Anno 1039. vel 1040. celebratum.

An. 1039. vel 1040.

BRacilaus Bohemiæ dux opportunam nactus occasionem armis in Polonos inotis totam eorum ditionem facili molitione occupavit. Gnesnam igitur victor ingressus de opimo urbis illius spolio nihil curavit supra martyris Adalberti, & Gaudentii fratris ejus aliorumque sanctorum lypsana. His meenibus urbem fuam metropolim turaturus, Pragam facta pignora transtulit. Non defuit, fubdit Annalista Saxo Eccardi, *qui hæc Domino Apostolico* (Benedicto IX.) *ut gesta erant retulit, Episcopum, & Ducem ejusdem sanctissimi patroni vocasse. Adorant lisgati ducis Bornuorum ferentes mandata cum muneribus, pœnitentes simul & veniam poscentes. Ad hæc Apostolicus ait: & pœnitentiam confirmavit, & præpositurum factus, venustissimum, sicut hodie cernitur, clericorum canobium fabricavit.*

LEGES PRO MORUM REFORMATIONE BRACILAI BOHEMIÆ DUCIS LATÆ.

Anno 1039. ad tumulum S. Adalberti latæ.

An. 1039.

BRacilo Bohemiæ dux occupata armis Gnesna Polonorum metropoli, nihil habuit antiquius, quam ut pietatem ex ea spolium, Lypsana scilicet S. Adalberti martyris referret. Sed sacrum tumulum referre tentantes Bohemi, fubito ftupore obriguere, quasi intelligis Severus Frage episcopus, per quietem nocbis a S. Adalberto admonitus, mane sequentis diei pro concione principem, & populum admonuit, fiquidem vellent sibi habere deum Adalbertum morum reformationem sponderent. Quare Bracilio suo & populi nomine hæc ftatuit, & pro concione promulgavit: *Exstendite fratres simul vestras ad Deum dexteras, & ad mea attendite sermonet, quos volo, ut vestræ fides sacramento confirmetis, hoc mihi unanimum & primum fit decretum, ut vestra connubia, quæ hactenus habuistis, ut lupanaria a modo juxta canonum festa sint legitima fanctimonia, ejus nobilitate ut unus cum conjuge, conjux uno viro contenti vivant. Si autem conjux virum, aut vir conjugem fprevorit, & vica inter eos usque ad diffolium efferbuerit, qui ex his in secundum copulam redire nolutrit, nolo, ut secundum nostra terra vitium in servitutem redigatur, sed per hujus decreti augarum redigatur in Ungariam, qualifcumque sit persona, nec locum, ut pretio se redimat, aut in hanc terram redeat, ne contagio unius oviculæ totum ferpat per ovile. Sensus episcopus dixit: quicumque aliter fecerit, anathema sit. Eadem fententia sint plectendæ virgines, & viduæ, & adulteræ, quæ nomen bonum amiserint, ac per fecutum concepsit nascentur. Tunc Dux fub-*

Affert Annalista Saxo Eccardi ad An. 1039.

ANNO CHRISTI 1041.

jungens ait; si quera mulier proclamaverit paupertate non amari, sed inclementer a viro affligi, detur inter vos judicium Dei, & qui inventus fuerit reus, pœnas solvat. Similiter de his, qui homicidiis insimulantur, archipresbyter omnia illius criminis adscribat, & omnes qui convenient, & si sunt rebelles, in carcerem redigat, donec aut pœnitentiam dignam agant, aut si negant, ignito ferro, sive adjurata aqua examinentur. Fratricidas autem, & parricidas, sive sacerdotum interfectores & hujusmodi capitalium criminum reos archipresbyter adsignet comiti, vel duci, qui per manum & ignitum ferrum, de regno ejiciat, ut instar Cain, fugi, & profugi circumtant terram. Tabernam quoque, quæ est radix omnium malorum, & paratum comparari prohibemus. Et qui fuerit hujus decreti violator tabernarius, in loco ad palum subjungat, & usque ad præsens festivitatem exeat, depictor; rei tamen ejus non inficietur, sed potui tantum in terram projiciatur, ne quis eo polluatur; potatores autem deprehensi non prius de carcere exeant, quam in fiscum ducis unusquisque tercentos nummos componat. Fora vero Dominicæ diebus sere interdicimus, quæ omnia maxime in his celebrant regionibus, ut cateris diebus sua vacent operibus. Si quis autem Dominicæ diebus vel festis publice ad ecclesiam ferrum indictis, in servitio opere inventus fuerit, ipsum opus, & quod in opere inventum fuerit, archipresbyter tollat, & tercentos nummos in fiscum ducis componat. Et qui in agro, vel ubicunque fuerint mortuus, ab hujusmodi archipresbyter bovem tollat, & tercentos nummos in fiscum ducis solvant; mortuum tamen in Polandro fidelium condimus domum. Hæc sunt quæ Synod. odii, hæc sunt, quæ S. Adalbertus pertulit, non suas deferuit vices, & ad exteras malusi tre dolorat gentes. Scriptur episcopus dixit: Illa ducis deliberatio justa sit anathematis arma.

ANNO CHRISTI 1041.

GERMANICUM INCERTI LOCI CONCILIUM

Quo Treverensis Dei pia & sancta institutio stabilita est, anno circiter 1041. celebratum.

An. circ. 1041.

Circa hos annos pia & sancta Treverensis institutio caput auctore, vel fusore S. Odilone Abbate Clunacensi, refert Hugone Flaviacensi ad annum 1041. Hæc igitur meditamenta sua a S. Abbate Ragimbaldo Arelatensi archiepiscopo, & suffraganeis in concilio, ut credere par est, collecta proposita, a quibus hæc prodiit epistola, vel synodica ad episcopos, cæterosque clericos per Italiam directa, quam PP. Martene, & Durand Anecdot. tom. I. col. 161. refertur.

SERMO ET CONFIRMATIO SANCTORUM PATRUM

Sanctæ Trevirensis Dei.

An. 1041. ex MS. Talueræ.

IN nomine Dei Patris omnipotentis, & Filii, & Spiritus Sancti. Ragimbaldus Arelatensis archiepiscopus, cum BENEDICTO Avenionensi, & Nitardo Nicensi episcopis, necnon & venerabili abbate nomine (a) ODILONE una cum omnibus episcopis, & abbatibus, & cuncto clero per universam Galliam habitantibus, omnibus archiepiscopis, episcopis, presbyteris, & cuncto clero per totam Italiam commorantibus, gratia vobis & pax a Deo Patre omnipotente, qui est, & qui erat, & qui venturus est.

Rogamus vos, & obsecramus omnes, qui timetis Deum, & creditis in eum, & ipsius sanguine redempti estis, ut caveatis, & providentia vos ad talutem animarum, & corporum, & sequamini vestigia Dei, pacem habentes ad invicem, ut cum ipso meteamini pacem, & tranquillitatem perpetuam possidere. Recipite ergo, & tenete pacem, & illam trevam Dei, quam & nos, divina inspirante misericordia de cœlo nobis transmissam jam accepimus & firmiter tenemus, ita constituta, & dispositam, videlicet ut ab hora vespertina diei Mercurii inter omnes christianos amicos, & inimicos, vicinos, & extraneos, sit firma pax & stabilis treuva usque in secundam feriam, id est, die lunæ ad ortum solis, ut istis quatuor diebus ac noctibus omni hora securi sint, & faciant quidquid erit opportunum ab omni timore inimicorum absoluti, & in tranquillitate pacis, & illius treuvæ confirmati. Quicunque hanc pacem, & treuvam Dei observaverint, ac firmiter tenuerint, sint absoluti a Deo Patre omnipotente, & Filio ejus Jesu Christo, & Spiritu Sancto, & Sancta Maria cum choris virginum, & de S. Michaele cum choris angelorum, & de S. Petro principe apostolorum cum omnibus sanctis, & fidelibus sanctis nunc & semper, & per omnia sæcula sæculorum. Qui vero treuvam promissam habuerint, & scienter infringere voluerint, sint excommunicati a Deo Patre omnipotente, & Filio ejus Jesu Christo, & Spiritu Sancto, & omnibus sanctis Dei, sint excommunicati, maledicti, & detestati hic & in perpetuum, & sint damnati sicut Dathan, & Abiron, & sicut Judas, qui tradidit Dominum, & sint dimersi in profundum inferni, sicut Pharao in medio maris, si ad emendationem non venerint, sicut constituta est. Videlicet si quis in ipsis diebus treuvæ Dei, homicidium fecerit, exul factus, atque a propria patria ejectus, Jerusalem tendens, longinquum illic

(a) Hugo Flaviniacensis abbas Trevam authore S. Odilone in primis firmatam fuisse anno 1041. dicentis verbis asserit in chronico, eamque non solum humana authoritate, sed etiam divinis miraculis confirmatam. MARTENE.

ANNO CHRISTI 1041.

illic patiatur exilium. Si vero in aliis quibusdam bullibet rebus supradictam treuvam Dei & pacem fregerit, examinatus per decreta legum secularium, juxta modum culparum cogatur persolvere, & per sanctorum canonum regulas duplicitæ pœnitentiæ judicabitur. Quod ideo dignum ducimus, ut si promissionem illis factam in aliquo corrumpere præsumpserimus, mundano, & spirituali judicio dupliciter condemnemur. Credimus namque illam causam a Deo nobis cælitus inspiratam divina opitulatione, quia apud nos, ut credimus, nihil boni agebatur, quando a Deo nobis fuit transfimilla est. Dominica certa dies non celebrabatur, sed cuncta fervilla opera in ea siebant. Promissimus itaque Deo ac devovimus quatridium, ut supra diximus, ut VI. feriæ propter ascensionem, VI. feria propter Christi passionem, sabbatum pro veneratione sepulturæ, & ut Dominica resurrectio inviolabiliter celebraretur, ab omnibus rurale opus in exomnino non fieret, inimicus inimicum non formidaret, secundum auctoritatem a Deo collatam, & ab apostolis traditam. Omnes, qui hanc pacem, & Dei treuvam amaverint, benedicimus, & absolvimus, sicut superius dictum est. Illos autem, qui contradicunt, excommunicamus, maledicimus, & abathemarizamus, & a limitibus sanctæ matris ecclesiæ eliminamus. Cum autem evenerit cuquam vindicare in eos, qui hanc cartam, & Dei treuvam irrumpere præsumpserint, vindicantes nulli culpæ habeantur obnoxii, sed ficut cultores cauſæ Dei ab omnibus christianis exeant, & redeant benedicti. Si vero resoluis diebus aliquid fublatum fuerit, & in diebus treuvæ inventum fuerit, omnino non teneatur, ne occasio inimico detur vindictæ. Præterea rogamus vos, fratres, ut in quacunque die apud vos prædicta pax & treuva confirmata fuerit, ipsum diem a quoque recolatis in nomine Sanctæ Trinitatis. Latrones quoscunque de vestra regione ejiciatis, & abominemini, maledicatis, & excommunicetis ex parte omnium Sanctorum, qui supra scripti sunt. Decimas vero vestras & primitias de laboribus vestris Deo offeratis. De bonis vestris ad ecclesias deportetis pro salute vivorum, & defunctorum, ut Deus vos liberet ab omnibus malis in hac vita, & post hanc vitam perducat vos ad regna cælorum, qui cum Deo Patre, & Spiritu Sancto vivit & regnat Deus in sæcula sæculorum, Amen.

ANNO CHRISTI 1041.

BISUNTINA SYNODUS DIOECESANA

Occasione dedicationis templi Murbacensium Monachorum,

In quo libera jura illorum Monachorum confirmantur,

Ab Hugone Archiepiscopo anno 1041. celebrata.

HUGONIS ARCHIEPISCOPI BISUNTINI DIPLOMA

Pro jure libero ecclesiæ S. Desiderii in Murbach datum in plena Synodo.

An. 1047. Extat apud Lunig. Spic. Eccl. Continuat. I. pag. 596.

SI res ecclesiasticæ augentur, Deum inde propitium nobis fore credimus. Hanc enim sibi sponsam elegit, hanc sanguine proprio acquisivit. Quidquid hujus sponsæ confertur, sponsi ad usus conceditur: nec habent inter se quid divisum, quia spiritualiter sunt unum. Credo si rex cælorum arbiter fæculorum hanc vellet esse ancillam, non sibi eligeret sponsam: quia indecens valde esset, ut, qui ad hoc venit, ut mundo libertatem ferret, causa sponsæ suæ servus fieret. Lex enim sic continet humana: sed abfit, ut nostræ legi subdantur divina. Quapropter ego Hugo sanctæ Chrifiopolitanæ ecclesiæ archiepiscopus, notum fieri cupio omnibus præsentibus cella subdentibus, qualiter domnus abbas Eberhardus nobis prænominatus caristimus, cunctaque congregatio sancti cœnobii Murbacensis petierunt a nobis, ut dedicaremus illis quamdam ecclesiam intra nostrum episcopatum sitam, noviter restauratam, sed ab antiqua fundatam, quod libenter fecimus, rectumque fieri judicavimus. Suprascripta namque ecclesia olim fuit regalis abbatia, sed ab antiquis regibus S. Leodegario Murbacensi per præceptum tradita, sicque deinceps manfit illi subdita, habuitque sua prius privilegia, manque ab omni servitutis jugo libera, ficut cæteræ abbatiæ nostra in parochia. Postquam autem sanctorum martyrum Desiderii, & Regenfridi corpora a supradicto loco ad Murbacensem sunt ecclesiam delata, stimulante invidia, inardescente avaritia, ecclesiæ nostræ minisiri, qui penes nos vocantur archipresbyteri, plus æquo diligentes formam, nummi, hanc voluere esse sub tributo: sed non accidit res ex voto, sicuti propoſuerant animo. Retulerunt ad archiepiscopum, ejus nos nunc occupamus locum; quod ut pater circatæ ibi largum posset servitium accipere, & sic deinceps facerent illam tributariam, quam prius invenerant liberam; quod minime est peradum; quia faciendi non erat licitum; tamen parvum sibi ufurparunt servitium, sex scutellas cum flasca dum fieret ab episcopo cibus, ob hoc archipresbyteri voluere placitum Decaniæ per (e habere inibi: sed cauſa congregationis, & abbatum, qui semper familiarem, apud nostrates obtinuere locum, non est permissum usque in diem hodiernum: sed dum aliquid contra jus divinum ab aliquo esset ibi patratum, mittebat præpositus monasterii poli decanum, & simul perficiebant opus divinum. Non inde referebat decanus num-*

ANNO CHRISTI 1043.

num, sed præpositus accipiebat bannum.

Taliter ufque ad noſtra tempora res eſt acta. Poſtquam enim effectus ſum archiepiſcopus, domnus abbas ſuprafcriptus cœpit mihi ita eſſe familiariſſimus cum ſuis omnibus, quod non magis ſuum, quam meum diligebat commodum: & ita, ubicumque poterat, noſtram ut ſuam exaltabat eccleſiam. Viſum fuit noſtris fratribus dignum, ut quod antea cupiditatis fuerat ardium, caritative eſſet emendatum; Rogatu Willenei noſtri præpoſiti, & Theodorici ſancti Johannis Evangeliſtæ decani, & Lamberti ſancti Stephani primicerii, cæterorſque utriuſque congregationis canonicis non ſolum conſentientibus, ſed etiam devote rogantibus, ut priſtinam libertatem ſuprafcripſæ eccleſiæ concederemus: quod & factum, poſteritique noſtris ſervare mandamus. Hanc præſentem libertatem, quam peragimus, in plenam ſynodo facimus. Interdico denique ex auctoritate divinæ clementiæ, ne quis meorum, ſucceſſorum hoc libertatis donum audeat violare in poſterum, ipſiuſque eccleſiæ alteria, propter ſi fuerint paſtore vidiata, Morbacenſis eccleſiæ rectores perſonam eligant habilem, & in præſens ufque, ut convenit, deducant: cui noſtri ſucceſſores abſque pecunia animarum tribuant curam.

Et ut hoc velut cæleſte munus inconvulſum, ſtabileque permaneat, proprii ſigilli impreſſione notam ponimus: & a canonicis noſtris a majore ufque ad minorem præſente Sancta ſynodus extenſis manibus firmare jubemus. Si quis vero, quod minime ſpero, A bellator adverſus deifica caſtra hoc ingenuitatis privilegium infringere conatus fuerit, ex parte Paitoris paſtorum, & ex parte B. Petri principis Apoſtolorum, atque ex parte S. Stephani protomartyris Chriſti, & omnium Chriſtopoſitanæ urbis fundatorum, catena ſit ligatus, anathematizatus, & in terra viventium bona Domini non videat cum juſtis. Ego Hugo archiepiſcopus hanc cartam propria manu firmo, cæteriſque firmare præcipio. S. Willenei præpoſiti ſancti Johannis Evangeliſtæ. S. Theodorici decani. S. Gibuini cantoris & archidiaconi cardinalis, S. Rotberti archidiaconi, & archiclavi, S. Lamberti decani, S. Stephani, S. Girardi archidiaconi, S. Winibaldi archidiaconi, S. Theodelici archidiaconi, S. Frederici Geneveniis epiſcopi, noſtræ eccleſiæ archidiaconi, S. Alberici ſubcantoris, S. Manegaldi, S. Stephani cantoris. S. Rodulphi. S. Bundini Celleraii. S. Dundini capellani, S. Ottonis capellani, S. Teodati capellani leviræ, S. Conſtantini leviræ, S. Rotgeri leviræ capellani, S. Alberici ſubdiaconi capellani, S. Frodonis abbatis, S. Mainardi, S. Petri. S. Dadini facerdotis, S. Arduſii diaconi, S. Rainaldi facerdotis, S. Ottonis archipresbyteri, S. Rudolphi archipresbyteri. Ego Raherius levita recognovi ad vicem Emanfridi cancellarii anno Dominicæ Incarnationis milleſimo quadrageſimo primo, indictione nona.

C Acta fuiſſe publice in ſancta ſynodo VI. Feria VIIII. die Novembris, regnante Heinrico Rege II. anno IV. præſulatus vero domni Hugonis decimo.

AD CONCILIUM NARBONENSE

Anno 1043. celebratum

ADDITIO.

NArbonenſis hujus concilii indicendi cauſa per Labbeum & collectores huc uſque latuit. Quæ enim ejus acta a Labbeo, D & P. Martene referuntur, hæc ad privatas tantum querelas, occaſione ſynodi hujus fopitas, pertinent; nihil vero publicum, nihil ex decretis ad morum vel eccleſiaſticæ diſciplinæ reformationem habent. Nunc tandem concilii hujus peculiarem ſcopum deteximus miſi viſus ſum in querimonia Berengarii vicecomitis Narbonenſis de Guifredo Narbonenſi archiepiſcopo coram Patribus Toloſani (ut Baluzius arbitratur) concilii, legenda apud Labbe tom. XII. columna 16. Venet. edit. Ita enim ibi de hoc (ut conjicit Baluzius) Narbonenſi concilio: *Aggregavit concilium non modicum juxta præfata urbe Narbona multorum ſua diœceſis epiſcoporum, inter quos fuit Raimbaldus Arelatenſis archiepiſcopus*, (cujus inter concilii Patres nomen re ipſa legitur) *& in eorum, atque noſtrorum omnium præſentium reliquit cunctas armas militarias, & omnem ſæculi militiam, atque excommunicando miſit ſub anathema tam ſe ipſum, quam omnes ſue diœceſis epiſcopos, qui ab illa die deinceps armas eorum ſumpturi*. Is ergo conciliii ſcopus & decreta.

ANNO CHRISTI 1043.

AD CONSTANTIENSE CONCILIUM

Pro reſtauranda pace, & contra ſimoniacos,

Agente Henrico II. imperatore,

Anno 1043. celebratum

ADDITIO.

An. 1043. COnſtantienſis hujus concilii acta nulla extant apud Labbeum, nec fane quidquam ſub expreſſo conciliii Conſtantienſis nomine apud Scriptores veteres legitur. Sed cum eo acciton epiſcopos poſt relatam fecundo de Ungris, vel Hungaris ab Henrico II. imperatore victoriam, ex eorum teſtimonio noveritmus, non dubito, quin ad ejus conciliii acta referenda ſint ea, quæ Hugo Flaviacenſis narrat his verbis: *Eo tempeſtate Ungros ſecundo ſibi rebellet cum acciſſet imperator, ex omni imperio ſuo epiſcopos congregari fecit, & contra Sarracenos agens, ſic orſus eſt*: Lugens vobis incipio loqui, qui vice Chriſti in ejus eccleſia conſtituti eſtis, quam ſibi deſponſavit, & ſuo ſanguine redemit. Sicut enim gratuita bonitate, de ſinu patris per Virginem ad nos redimendos venire dignatus eſt; ita ſuis præceptit, & dixit mittens nos: Gratis accepiſtis, gratis date. Vos autem avaritia, & cupiditate corrupti, qui benedictionem conferre debetis, in hac tranſgreſſione dando, & accipiendo maledicti eſtis. Nam & pater meus, de cujus anima periculo valde pertimeſco, eandem damnabilem avaritiam in vita ſua nimis exercuit. Itaque quicunque vexatum hac & macula pollutum agroverit, oporteat, ut a ſacro miniſterio arceatur. Propter hanc enim offenſam venit ſuper filios hominum fames, mortualitas, gladius. Omnes enim gradus eccleſiaſtici a maximo pontifice uſque ad oſtiarium opprimuntur per veltræ damnationis præmium; & in cunctos ſpirituale graſſatur latrocinium. *Ad hanc vocem imperatoris ſtupefacti pontifices, miſericordia operam* (opem) *implorabant. At princeps miſericordia motus pro anima patris ſui orare eos montus, propoſuit edictum*: ut nullus gradus vel miniſterium eccleſiaſticum pretio adquireretur; & ſi quis attentaret, omni honore mulcaretur. Sicut, *inquiens*, Deus coronam imperii gratis mihi dedit, ita ego quod ad religionem pertinet gratis impendo.

GREGORIUS PAPA VI.

Sedit ab anno 1044. uſque ad 1046.

GREGORII VI. EPISTOLA.

Miſſas per eum ad Philippum regem ſpondet pro ſe, qui ſe collaturos ſtatuerat, donum peculiare pro ſortis teſſis templorum Romanæ urbis.

An. 1044. Exſtat in Spicil. Dacher. tom. III. pag. 398.

GRegorius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, D omnibus, qui chriſtiana fide cenſentur, & B. Apoſtolorum Principis fedem Ecclefiarum omnium matrem recognoſcunt, ſalutem, & abſolutionem omnium peccatorum per benedictionem, & meritis BB. Petri, & Pauli Principum Apoſtolorum.

Notum vobis fieri volumus, fratres cariſſimi, quod a Sancta Romana Eccleſia communi matre, omnium magiſtra & domina, non ſolum ſplendor fanctæ religionis univerſum mundum illuminavit, ſed etiam multis indigentibus per diverſas partes terræ neceſſaria pietate diſtributa: modo vero peccatis non tantum noſtris, ſed etiam multarum gentium exigentibus & in religione friguit, & terrenas opes majori ex parte amiſit. Nonnulli etiam imperatores, reges, & principes, aliorum ordinum perſonæ, miſera cupiditate capti maternam maledictionem incurrere non timentes, eius poſſeſſiones invaſerunt, diſtraxerunt, & in proprios uſus redegerunt: qui etiam gladio anathematis percuſſi, & more infelicis Judæ facrilegii vinculo ſtrangulati, ne ad pœnitentiam redirent deſiperunt. Hinc igitur inopia, devaſtationes, latrocinia, rapinæ, contra ipſam eccleſiæ caput, Beatum videlicet Petrum, & & in ejus quaſi viſceribus exortæ funt. Proinde propria ipſius eccleſia, & B. Pauli, quæ illorum corporibus per totum orbem refulgent, & ſuo odore, ſuaque pietate omnes ad ſe gentes provocant, jam jam heu proh dolor! ruinam minantur. Unde nos utcunque meritis pauperes, nec rebus quidem divites cœpimus, ut tanto periculo Deo adjuvante ſuccurrere, manumque adjutorii ad inſtaurandum præbere poſſemus. Hoc autem religioſi clerici videntes, & læti quamplurimi, quos Guillelmus glorioſus Aquitaniæ E dux ad noſtrum auxilium inciitare cœpit, unoquoque anno de ſuis rebus oblationes largiri diſpoſuerunt ad hoc ſpecialiter, ut ea, quæ in ejus propria eccleſia ſunt neceſſaria, reſtaurentur, & ædificentur, quatenus Omnipotens Dominus & eorum meritis, & ſpeciali Sanctæ Romanæ eccleſiæ oratione per veram pœnitentiam eos ad eam fidem in-

ANNO CHRISTI 1045.

insaurare, quam in baptismo Domino promisimus, ⁊ & cœlestis patriæ ruinam restituens, in æterna beatitudine eos collocet. Quorum nos videntes devotionem, & laudabilem ejus communem matrem dilectionem, tam per nos, quam etiam per successores nostros, ter in anno cum omnibus Romanis Ecclesiis generaliter Missam celebrare, & septies illorum specialiter memoriam inter sacra missarum solemnia habere promittimus, ut Omnipotens Dominus meritis Dei genitricis, quæ singulari picrate Romanam semper tuetur Ecclesiam, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli authoritate, omnium Sanctorum maxime Romæ quiescentium oratione, a cunctis eos peccatis absolvat, & ad vitam æternam perducat.

ANNO CHRISTI 1045.

AD NARBONENSE CONCILIUM

Anno 1045. habitum

ADDITIO.

An. 1045. QUæ fuit causa Narbonensis concilii anni 1043. indicendi, hæc ipsa pariter & alterius anno 1045. cogendi prebuit occasionem. Juratas anno 1043. Narbonæ in concilio inducias abruperat Gaufredus Narbonensis archiepiscopus, refumpsit, quæ jam posuerat, in comitem Narbonensem armis.

Quare venerunt episcopi in meam terram. (Narbonam videlicet) *& una cum eodem archiepiscopo firmaverunt treguam Dei inviolabilem tenere in omnem terram meam, atque ex eadem corruptore teterrimas justitiam facere.* Verba sunt Vicecomitis Narbonensis, de quo in concilio anni 1043.

ROMANUM CONCILIUM

In quo Henrico Rege Francorum petente sub Apostolicæ tutela excipitur cella quædam pagi Veromandensis, atque dira in usurpatores divantur a Gregorio VI. die VIII. Kal. Martias indictione XIV. anno Christi 1046.

An. 1026. UT bullam hanc Gregorii VI. in concilio quodam Romano dictam *flatuerem,* [a] *fretenut qui in fine additi legantur, anathematifmi a Gregorio cum affenfu* comprovincialium pontificum *in eos late, qui apoftolicam fanctionem illam violare præfumpfere. Hinc cum fuffragatorum affenfum nunquam firmaut a Romanæ pontificibus poftulatum, nifi cum epifcopi collecti effent in concilium.*

BULLA GREGORII VI.

Pro Monaflerio S. Quintini de Monte in concilio Romano lata.

Ex chart. Monaft. vulgavit Mabillon. An. Ord. S. Bened. tom. IV. n. LVIII. append.

GRegorius epifcopus fervus fervorum Dei Guleranno abbati Sancti Quintini montis ruifque fucceffioribus perpetuum in Domino falutem. Si juftis petitionibus præftabiles voto piorum affenfum præbemus, voluntati Domini nos mifcare credimus. Ergo notum fit univerfis catholicæ matris Eccleſiæ filiis, quod mifit ad nos filius noſter, Henricus ſcilicet rex Francorum, paterolitatem noſtram humiliter obſecrans, ut quandam cellam in pago Veromandenſi ſitam in honore ſanctæ Trinitatis, ac ſancti Quintini martyris conſtructam apoſtolicæ auctoritatis præſidio muniremus, quam ſuggeſtionibus ſuis Robertus militis bonæ memoriæ filius, qui eandem abbatiolam jure beneficii poſſident, ad ſacræ religionis cultum venerabilem erigere conatus eſt, ac regiæ poteſtatis præceptis corroborari niſus eſt. Quorum petitioni congaudentes Eccleſiaſtici vigoris manum foreximus, & ex ea, qua fulcimur apoſtolica auctoritate præcipimus, ut præfatam abbatiam nemo unquam ſecularium poſſideat, neque ex rebus ejusdem eccleſiæ quidquam ſibi aliquis uſurpet, non rex, non comes, non epiſcopus, neque quilibet princeps quacumque poteſtate præditus, villam, aut manſum, vel campum, ſive conſuetudines, ſeu diſtrictiones terræ præfatarum abbatiæ appendentis, in dominium ſibi ſubripiat, niſi forte tuendi, ac defendendi cauſa, & hoc nonniſi ejuidem loci regularis abbatis fiet permiſſione. Si quis vero pro hac adipiſcenda pecuniam, vel quodlibet munus regi, aut cuilibet principi dederit, ſive promiſerit, ſubinſerendæ maledictioni ſubjacebit. Sit igitur eidem eccleſiæ abbas ſecundum regulam ſancti Benedicti conſtitutus, & monachi regulari diſtrictione ſubjecti, quos de rebus ejuſdem eccleſiæ aliquod diſpendium perpeti cum omni imperio prohibemus. Res vero ejuſdem eccleſiæ ſunt. In pago Viromandenſi villa una, quæ dicitur Aiſolcure (*a*), & in ipſo pago in villa Curticulas (*b*) nuncupata manſi ſeptem. In Hadonicurte manſus (*c*) unus. In Durlaco medietas eccleſiæ. Molendinus de Belliſaris (*c*) cum aqua, & ſuis adjacentiis; in ſubuibio Peronæ viginti ſeptem curtilli cum molendino, & ortuis; in Peronella eccleſia cum hoſpitibus. In Tegerihamo (*d*) manſi duo; in villa ſanctæ (*e*) Radegundis manſi tres. Villa, quæ Virsiacus (*e*) dicitur cum ſuis appendiciis. In (*e*) Alania (*f*) manſi duo. In Dodonico (*g*) Molendinus unus cum tertia parte prati. In pago Saſſonico, in villa, quæ Alamannovocatur, manſi duo cum alodio Witherti. In Wadonis-curte manſi duo. Deinde ea, quæ a prædicto Rotberto ad reſtaurationem ſupradictæ abbatiæ ſunt hæc, alodium de Baſſilios (*a*). Item alodium de Tiliaco. Similiter alodium de Offricurt (*b*) cum eccleſia, & alodium Bardeti. Scaincurt (*c*) quinque hoſpites cum terra & ſilva. Frigilcurt (*d*) cum appendiciis ſuis. Salicellus cum ſilva. Curcellis (*e*) deinde cum omnibus appenditiis ſuis. Eccleſia de Buriaco. (*f*) Item eccleſia de Sterpiniaco (*g*) cum aqua piſcatoria, & aqua de Sebodicſuſa (*h*). Eccleſia de Liciniaco (*i*). Pons-Huberti. In Friſia manſus unus cum aqua. In villa Atheis (*k*) molendinus unus cum tribus hoſpitibus. Apud Liniacum manſi duo. In Guitardi-curte manſus unus. Habellincurte (*l*) manſus unus. Hæc itaque & his ſimilia, & ſi qua alia eadem Domino opitulante adquirere ſibi potuerit, apoſtolica fulta auctoritate licentet, & ſine aliqua contradictione poſſidebit. Si quis vero contra hujus apoſtolici privilegii tutelam aliquid finiſtri molitus fuerit, & ex his, quæ dicta ſunt, aliqua pervertere voluerit, hunc cum auxilio Domini noſtri Jeſu Chriſti, & adjutorio Beatæ Mariæ ſemper Virginis genitricis ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti, faventibus omnium cœleſtium virtutum beatiſſimis ſpiritibus, & annuentibus Sanctorum Patriarcharum, & Prophetarum agminibus, & auctoritate beatiſſimi Petri Apoſtolorum principis cum omnibus apoſtolis, & diſcipulis Domini, martyrum etiam, ſive confeſſorum, ac virginum ad hoc ſuffragantibus meritis, cum aſſenſu comprovincialium pontificum, & hujus ſanctæ Sedis ſuffragaſ. Barlex (*b*) Ebricourt ic Eſquincourt (*d*) Frigilcourt (*e*) Courcelles (*f*) Buiret (*g*) Eberpigny (*h*) Sopotecluſe (*i*) Aiſigny (*k*) Athée (*l*) Ablincourt

ANNO CHRISTI 1047.

nis epiſcopis, excommunicamus, & anathematizamus, & a liminibus ſanctæ Dei eccleſiæ ſequeſtrantes ab omni chriſtianorum ſocietate ſeparamus, ut ſub hujus anathematis vinculo perenniter innodatus, ſit anathema maranatha conſtrictus vinculis hujus noſtræ præceptionis. Qui autem eidem monaſterio bene egerit, benedictione noſtra redundet, pro eo quod noſtrum præceptum confervavit illibatum. Scriptum per manus Johannis primiſcerinii noſtri Lateranenſis palatii Indict. XIV. Bene valete.

Datum IV. Kal. Martii per manum Petri Diaconi bibliothecarii, & cancellarii ſacri Lateranenſis palatii anno primo domni Gregorii univerſalis papæ. Indic. XIV.

CLEMENS PAPA II.

Sedit ab anno 1046. uſque ad 1047.

CONCILII ROMANI

Contra Simoniacos à Clemente II.

Anno 1047. habiti

CANON.

Lex concilii Clementis, quod detinuit Roma cum Henrico Imperatore.

An. 1047. E fchedis MSS. Biblioth. Capituli Cathedralis Eccleſiæ Luc.

ISium (*ſic*) eſt antiquitus, & nos ſub anathematice idipſum interdicimus, ne heredis ſimoniaca, quæ ..... ſancta Decretum Synodus [*ſic*] nullum aut eccleſiarum conſecrationem, aut clericatus ordinationem, aut archipresbiteratum, aut commendationes altarium, aut traditiones eccleſiarum, aut abbatias, aut præpoſituras vendere. Quiſquis contradixerit, aut vendiderit, anathema ſit.

DAMASUS PAPA II.

Sedit ab anno 1048. eodemque obiit.

SYNODUS AMALPHITANA

Circa annum 1048. habita.

An. 1048. SYnodi hujus noda, & ſola nominis mentio ſupereſt in epiſtola Nicolai papæ ad Amalphitanos, quam e M. S. codice inferius ad Romanam ſynodum dabo, his verbis: *Vos ergo hac & alia SS. Patrum ſtatuta fideliter, & chriſtiane reverentia obſervate, & nominatim illa, quæ vobis archiepiſcopus veſter præcepit in ſynodo, quam apud vos habuit primo anno ordinationis ſuæ; ſi vultis de ſanctæ Romanæ eccleſiæ, & apoſtolicæ ſedis pace, & communione, atque benedictione gaudere.*

(*a*) Ariſtipſo pago in villa Curticulas (*b*) nuncupata manſi ſeptem. In Hadonicurte manſus (*c*) unus. In Durlaco medietas eccleſiæ. Molendinus de Belliſaris (*c*) cum aqua, & ſuis adjacentiis; in ſubuibio Peronæ viginti ſeptem curtilli cum molendino, & ortuis; in Peronella eccleſia cum hoſpitibus. In Tegerihamo (*d*) manſi duo; in villa ſanctæ (*e*) Radegundis manſi tres. Villa, quæ Virsiacus (*e*) dicitur cum ſuis appendiciis. In (*e*) Alania (*f*) manſi duo. In Dodonico (*g*) Molendinus unus cum tertia parte prati. In pago Saſſonico, in villa, quæ Alamannovocatur, manſi duo cum alodio Witherti. In Wadonis-curte manſi duo. Deinde ea, quæ a prædicto Rotberto ad reſtaurationem ſupradictæ abbatiæ ſunt hæc, alodium de Baſſilios (*c*) Belles aiſes (*f*) Et in- (*g*) Alnise (*h*) Douin

ANNO CHRISTI 1048.

CONCILIUM SILVANECTENSE

Anno 1048. *celebratum*

Restituit, & confirmat monasterio S. Medardi castellum de Vico.

Ex autographo Suessionensis monasterii S. Medardi.

An. 1048. Extat apud Martene Vet. Monum. t. VII. col. 58.

ANno incarnati Verbi millesimo quadragesimo octavo, agente in sceptris regni Francorum rege Henrico sub anno octavo decimo, post multas tyrannicæ dominationis pressuras, & pericula, quas per septennium venerabilis locus abbatiæ Sanctorum Medardi, & Sebastiani, atque Gregorii papæ perpessus fuerat, divina præveniente gratia, eusdem regis indulgentia, ipsam abbatiam do potestate Stephani comitis in sua mundeburde recepit propria. Ea tempestate privatur præfatus sanctorum locus castello dicto nomine Vico, cum beneficiis ad ipsum castrum pertinentibus; quod malum & venerabilis loci detrimentum præfati Stephani comitis incuriæ, & nugacitati fugitur adscripsum. Denique domnus rex pro remedio animæ suæ, & pro anima genitoris sui, videlicet B. memoriæ Roberti regis, compatiens utilitatibus loci, & considerans, quod idem ipse locus jam satis pœnas luerit, ob reverentiam & meritum B. Gregorii papæ, cui antiquis temporibus supradictum castrum cum omnibus appendiciis suis donatum fuerat, per liberalitatem Bertæ sororis Chlodovici imperatoris, regia potestate clementer monasterio restituit per petitionem Willelmi Normannorum principis, & Indutria Rainaldi abbatis ipsius monasterii, episcopali auctoritate firmavit, ut nemo abbatum per successiones quemquam de sua stirpe vel progenie supradicto castro præficiat, nec fabricabere, vel minuere, vel immutare audeat, vel alicui quiddam in beneficium tribuere præsumat. Qui vero aliter facere præsumpserit, & hujus præcepti nobilem confirmationem violaverit, a Deo cujus extiterit contemptor, pœnis æternalibus cum Juda traditore Domini se damnandum cognoscat. Hoc autem nostrum decretum ut verum esse credatur, & a præsentibus ferveur, & futuris, subscriptionibus episcoporum cum maledictionis anathemate roboratæ studuimus, & sigillo nostro figillare decrevimus. Actum civitate Silvanectensium in sacro palatio gloriosi Regis Henrici, sub die sancto Pentecosten, indictione secunda.

S. Henrici regis.
S. Widonis Remorum archiepiscopi.
S. Geilduini Senonum archiepiscopi.
S. Geroldi Suessionum episcopi.
S. Dragonis Belvacorum episcopi.
S. Gibuini Laudunensis episcopi.
S. Frotlandi Silvanectensis episcopi
S. Baldoini Noviomensis episcopi
S. Mainardi
S. Heselini Parisiorum episcopi
S. Rotgeri Catalaunensium episcopi
S. Fulconis Ambianensium episcopi
S. Walteri Meldensium episcopi
S. Balduini Flandrensium comitis,
S. Teribaldi comitis, S. Walteri comitis,
S. Willelmi comitis, S. Rodulphi comitis,
S. Oddonis comitis, S. Ivonis comitis, S. Ingranni comitis, S. Walteri de Briennia comitis, S. Hilduini comitis, S. Manassæ comitis, S. Geilduini comitis, S. Hugonis Bardulphi, S. Rodulphi camerarii, S. Everardi, S. Walteri, S. Bernardi, S. Nivelonis.

DAMASUS PAPA II.

Cœpit anno 1048. *eodemque defist.*

CONSTITUTIONES ECCLESIASTICÆ ANDREÆ I.

Hungariæ regis, edita in comitiis circa annum 1048.

An. 1048. Extant in Pesteriq. Concil. Hungar. tom. I.

I. UT quicumque Ungarus, seu peregrinus in Ungaria deposito Scythico gentili & ethnico ritu, ad veram Jesu Christi fidem illico non rediret, ac sacram legem a divo rege Stephano traditam non reciperet, capite, & bonis multaretur. Civitates, oppida, villæ, templa demolita, diruteque reficerentur.

II. Pontifices, & collegia Sacerdotum priſtino more observarentur, & illis parerent.

III. Ritus omnes christiani revocarentur.

IV. Profanas & Scyticas cæremonias falsoque Deos abrogarent, & simulacra demolirentur.

V. Si quis Deo, Sanctisque ejus, & Sacerdotibus malediceret, aut in eos mali quid patraret, Dei primum, tum vindictam suam incursurum se sciret.

VI. Quicumque sacris addictum, aut etiam profanum hominem occidisset, peccatum morte veteri expiaret, omnes demum a cœdibus, latrociniis, ac cæteris injuriis, & vi abstinerent.

VII. Qui vero constitutionem hanc contemneret, & ei animo reluctaretur, capitis, & omnium rerum reus esset, edixit.

ANNO CHRISTI 1049.

LEO PAPA IX.

Sedit ab anno 1049. *usque ad* 1054.

AD EPISTOLAS LEONIS IX.

APPENDIX.

AD HENRICUM BAMBERGENSEM EPISCOPUM.

Ad preces Henrici II. pallium, & insignia alia episcopis Bambergensibus concedit.

An. 1049. Extat in Cod. Udalric. Bambenb. in Corp. Hist. Eccard. tom. I. pag. 91.

LEO episcopus servus servorum Dei H. Bambebergensi episcopo salutem & in fede ejusdem episcopatus successuris in perpetuum æternam in Domino salutem. Cum exigente cura pastorali totius sanctæ Dei ecclesiæ nobis Dei providentia commisse in partes Germaniæ venissemus, quæ orientali Franciæ adjacent, prece dilectissimi filii nostri H. Babebergensis venimus, & in die natali beati Lucæ Evangelistæ inter missarum solemnia, dum verbum Dei haberemus ad populum, præsente præmoninato carissimo filio nostro H. & Episcopis quamplurimis, astantibus etiam & laicis & diversis potestatibus sæculi, relecta sunt prædecessorum nostrorum privilegia, quibus idem locus fundatus, & corroboratus est auctoritate Romana S. sedis Apostolicæ. Relecta est ibi & conscripto & confirmatio H. Wirzeburgensis episcopi, qua prædictum ecclesiam Bambergensem banno episcopali, & episcopali termino accepta placita commutatione firmavit, quæ sic acta est. Dum enim primus H. in imperio, secundus in regno, divina ignis amore succensus, de prædiis, quæ Dei gratia hæreditario jure in suæ possessionis dominium provenerant, Dei servitium augere confruendo episcopatum, atque ordinando desiderans, quo id legitime, & rationabiliter potuisset, H. venerabilem Wirtheburgensis ecclesiæ provisorem, quatenus prædictum locum Babeberc nuncupatum, cum pago, qui Rarangowe dicitur, qui ad suæ diœceseos statum pertinere videbatur, de suo jure in suum jus id ad perficiendum transtuderet, fusiosque coepit flagitare. Qui quoniam justæ, & rationabiles videbantur causæ, ejusdem invidissimi regis petitionibus acquiescens, cum communi cleri sui, atque militum necnon totius populi consilio, & consensu præfatum locum cum prædicto pago, tribus parrochialis ecclesiis cum suis adjacentiis exceptis, quarum nomina sunt hæc, Wachenrode, Lonersat, Mullhusen, omni postmodum remota contradictione suæ potestati tradidit. Alterius autem pagi, qui Volchenfelt nominatur, in quo præfatus locus situs est, partem eidem regi concessit quantum est de Babeberc usque ad flumen Uraha, de Uraha in Rarenaam flumen, & sic juxta decursum ejusdem fluminis in Moin, & inde ad rivulum Wihritbach, deinde ad campum ejusdem rivuli, ſicque, qua citissime ac proxime pervenici potest, ad Uraha. Et ut hæc traditio firma, & inconvulsa permaneret, ipse præsul H. corroboravit, & conscripsit. Signum H. episcopi Wirzeburgensis ✠ Hildelmus ejusdem ecclesiæ præpositus. Fridinus decanus subscripsit. Azzo presbyter ss. Reglio presbyter ss. Diedo presbyter ss. Gerrich presbyter ss. Albuvinus presbyter ss. Engilbardus presbyter ss. Scripta autem hæc confirmatio eit anno incarnat. Dominicæ MVIII. Ind. VI. non. Mai. Actum in civitate Wirzeburch. Qua relicta cum juxta vota omnium, ut semper justis operibus favorem debemus, & nos prædictum venerabilem locum vellemus corroborasse, ipse præmoninatus ejusdem loci episcopus H. proclamationem suam fecit, quia locus suus ejusdem loci a clericis Alberonis episcopi temeraria præsumptione invasus esset. Quod nos quoniam utrique episcopi præfatos aderamt, inter quos causa fabat, ibidem volentes discutere, & episcopo, a quo injuria illata erat, deliberationem fecimus, ut objectionem hanc, si posset, refelleret, si non justitiæ satisfaceret. Tunc ille inito cum suis omnibus, qui aderant, clericis, & laicis consilio regredien ad sinbonem, de illata injuria se cum fatisfactione excusavit, & de omnibus, quæ ad bannum, & episcopalem justitiam & potestatem Babebergensis episcopi pertinerent, ex tunc & deinceps renunciavit, exceptis his causis, quas de bonis utriusque episcopii ipsi inter se possent episcopi legaliter definire. Verum nos, sicut semper de prosectu gaudemus fidelium, & justis operibus debemus augmentum, eundem locum Babeberc ab antecessoribus nostris corroboratum apostolica auctoritate, ibidem viva voce, corroboravimus, & eundem corroboramus nunc & literis signamus, ut eundem locum, & omnia, quæ ibidem Deo famulque Petro a fidelis memoriæ H. secundo rege, & primo imperatore tradita sunt, & quæ in posterum juste acquiri possunt, vel juste acquisita, prædia sunt, mancipia, autum, argentum, pallia, vela, ornamenta, vel aliqua utensilia, nemo audeat in perpetuum illud pervasare, auferre, aut commutare, nisi ad utilitatem ejusdem ecclesiæ; sed episcopus ejusdem loci, vel qui in perpetuum ejusdem canonice fuerint successores, secu-

ANNO CHRISTI 1049.

ras ea in tranquillitate possideant, ac liberam habeant potestatem, omnes res, & A propietates ejusdem loci ordinare, atque vel & augmentare; dissipare vero, atque confundere nullam habeant inde potestatem; aut de minatione. Insuper nostra auctoritate sancimus, ut in terminis, ac rebus ejusdem ecclesiæ nulla fit infestatio tyrannorum, vel aliorum quorumlibet hominum pravorum, sive sint in civitate ipsa Babebrec, sive in castellis, vel villis, servis, ancillis, tributariis, decimis, foresti, silvis, venationibus, piscationibus, molendinis, campis, pratis, pascuis, agris cultis & incultis, aut quicquid modo illuc pertinet, aut infuturum juste acquiri poterit, per nostræ auctoritatis privilegium corroboratum in secu- B ra permaneat quiete. Nullus ibi comes aut judex placitum, seu districtionem aliquam facere, vel tenere audeat, nisi quam per confessionem gloriosissimi imperatoris Lotharii H. vel successorum ejus episcopus ejusdem loci deliberavit, nulla aliqua dignitas, vel potestas, magna, parvave persona per violentiam irruat. Sit ille episcopatus liber, Romano tamen manebit mundiburdio subditus, quatenus episcopus Liberius, & delectabilis cum clericis suis servitio Dei possit insistere, & H. primi imperatoris ejusdem loci venerabilis nostrique fecilicet noni Leonis papæ, ac nostrorum successorum H. quoque carissimi filii nostri imperatoris secundi, atque omnium, quibus debiteres sunt, memoriam jugiter habere. Sit idem episcopus suo metropolitano episcopo Moguntino in canonicis cautis tantummodo subjectus, & obediens. Deliberatis igitur, sanctis, ac corroboratis omnibus supradictis rebus ejusdem, sancto placuit loco addendum insigne honoris ecclesiastici a nostra apostolica auctoritate, & amore, & reverentia Clementis piæ memoriæ nostri prædecessoris, quam Deus misericordiosissimus ordine a præfatione hujus loci ad sanctæ Romanæ catholicæ & apostolicæ ecclesiæ apicem dignatus est accersire, & mirabilius e Romanis finibus defunctum corpus ejus reducere voluit, hanc ecclesiam, D ut æstimamus, quasi novam, tanto decoratam esse patrono, Romanamque contentam, & sufficientem præteritis, & futuris patribus manere ornatam, quia & amore, & desiderio fratrum, qui nos in suis recepere ecclesiasticis stipendiis, & quotidiani, unum nostra vicissitudine regem fratrum mitra gestandi licentiam concedimus, ut ab episcopo præsidentur dignitates, & honestiores presbyteri, & diaconi, qui bonis moribus, vel maturis ætatibus, vel in prælationibus ipsius loci eminent, his videlicet diebus. In nativitate Domini, & Salvatoris nostri Jesu Christi, & in Cœna Domini, & in Sabbatho sancto, & in die gloriosæ resurrectionis ejusdem, & sancto pentecostes, & in die sancti Georgii, & in die sanctorum Petri, & Pauli, & Assumptionis beatissimæ Mariæ, & sancti Dionysii pro reverentia prælibati nostri prædecessoris domini Clementis Papæ, cujus anniversarius dies tunc ab eisdem fratribus agitur, & in anniversario die domini H. Imperatoris ejusdem loci venerabilis constructoris. His vero concedimus hanc dignitatem, qui tunc specialiter excubant, vel deservunt apud prædicti prædecessoris nostri sepulcrum. Contentis his, tantum cæcinius diebus fore nec ultra a quoquam temere usurpari, ne honor proprius apostolicæ sedis vilescat. Hæc vero omnia supradicta observari, ac custoditi in perpetuum nostra apostolica auctoritate decernimus, confirmamus, ac corroboramus. Qui vero, quod absit, hujus nostri C privilegii temerarius transgressor extiterit, Dei, & beatissimæ Mariæ, & beatorum Petri, & Pauli omniumque Sanctorum & nostra maledictione maledicatur, & perpetui anathematis vinculis innodetur, nisi digna-satisfactione resipuerit, & canonice satisfecerit. Qui autem pio corde hujus observatoris privilegii extiterit, Dei omnipotentis & almæ Mariæ, & beatorum Apostolorum Petri, & Pauli benedictione ditatus æterni regni particeps fieri mereatur. Data per manus F. Diaconi Bibliothecarii, & cancellarii sanctæ Romanæ catholicæ, & apostolicæ ecclesiæ vice Domini H. Colonien sis archiepiscopi, & Archicancellarii. Anno Dominicæ incar. MLII. Anno pontificatus Domini L. nostri Papæ IV. VIII. idus Novemb. Actum Tiburi, feliciter, Amen.

ANNO CHRISTI 1049.

AD LUCENSIS MAJORIS ECCLESIÆ CANONICOS

Bona illis ad communem convictum assignata confirmat, & quæ possident presbyteri uxorati illis concedit.

Extant apud Wading. in Coemet. ad Vitam S. Anselmi Lucens. episc. p. 66.

LEo episcopus servus servorum Dei Canonicis principalis, ac majoris Ecclesiæ in civitate Luca, Deo, ac sancto Martino E confessori regularem vitam inibi ducendo, & castitatem servando famulaturis.

Cum ad bona ecclesiarum firmiter obtinenda magna fit adhibenda sollicitudo, ut eorum, qui caste, ac regulariter sancto altari servire deliderant, animæ ferventur, & corpora, avidieri est procurandum desiderio, quia dum inibi laborant fideliter deservire, oportet eos inde canonicum usum vivendi, ac vestitus accipere, ne dum illa præ necessitate queritant, culpam vagationis incurrant. Huic siquidem vestro defectui benevolam compositionem, ac benignam provisionem volentes impendere, piæ Apostolicæ authoritatis pagina, omnia quæ ad communem usum regulariter vivendi modo habetis, vel imperpetuum habituri estis, aut episcopi vestri concessione, qui nunc est benevolus, & hilaris vester adjutor, frater, & coepiscopus noster Joannes, aut successorum suorum, vel aliquorum fidelium charitativa donatione; voluimus rata vobis, & confirmata, & nulla ratione violanda esse. Et si

ANNO CHRISTI 1049.

si D. Deus humiliratem ecclesiæ sue misericorditer respiciens, Eccles. vestram ab uxoratis A presbyteris, & omnino a dominica oblatione repellendis, liberaverit, pro incestis cæli, pro luxuriandis mundi restituantur, & bona, quæ habent ecclesiastica, quæ illi luxuriose vivendo dissipant, in communem usum canonicæ cohabitantium redigantur; sicque horum exoptabilis interitus, pastoralis fiat familiæ desideratissima salus, nec in præbendis dandis aliquam presti, aut venditionis molestiam ab episcopo suo fustineat hic fidelis conventus. Usque modo igitur tenebræ, nunc autem lux facta in Domino, ut filii lucis ambulare, ut unanimes uno ore honorificetis Deum, & patrem Domini nostri Jesu Christi, qui est benedictus in sæcula, qui & vos conferret, & confirmet in fraterna concordia: dissipatior vestræ congregationis dissipetur; contradictori contradicatur; quilibet episcopus vester vos in hoc ignorans, illi, de quo dictum est, quia omnis ignorans ignorabitur, assimiletur. Coadjutor vester per Martinum sanctum semper adjutus congaudeat, optamus, divinæ retributioni vere dicens, adjutorium nostrum in nomine Domini.

Datum IV. Id. Mart. per manus Federici Cancell. vice domini Herimanni S. Apostolicæ sedis Archicancelli, & Colonien. Archiep. anno D. Leonis Papæ tertio. Anno Christi 1052. ind. IV.

ANNO CHRISTI 1049.

ADNOTATIO AD EPISTOLAM LEONIS AD OMNES PER ITALIAM EPISCOPOS,

Quæ inter Labbeanas est VIII.

IN M. S. Burchardi codice Bibliothecæ Canonicorum sacri Martini Lucensis hanc ipsam sancti Leonis epistolam ab ipso operis scriptore additum offendi, ea quæ variantia, & additamenta quædam haud levioris momenti hic dare constitui. Inscribitur ea ibi in hunc modum: *Omnibus fidelibus per totam Italiæ Episcopis.* Codex: *quibus salvavit ejus videntur*; phrasis ea adiata ad examinandas sacramenta ex ecclesiæ aliqua recepta). Editus habet: *Ejusdem subjecti.* In eodem codice legitur hæc data, qua editi carent: *Data Roma mense Aprilis die XX. indictione V.*

AD CONCILIUM REMENSE

Contra simoniacos

A S. Leone IX. papa, anno 1049. celebratum

ADDITIO.

An. 1049. QUæ in vita S. Hugonis abbatis Cluniacensis authore Hildeberto Cenomannensi coævo ferme scriptore de hac Remensi synodo leguntur, hanc addere minime poenitebit. Ita enim ille: *Cum Leo IX. pontifex urbi B. Remigii corpus ibi usque pervenisset, & ibi synodum celebraret generalem, & reverentiæ, quæque præsentia præfati concilii plurimum conferens instituit. Ubi cum adversus simoniacos ageretur, & nonnulli pontifices, quibus vel consentiendo confundere, vel impetrita silentium adducerat, in præfatam hæresim remissius disseptarent, ipse solo fulcendo apicem negotiationem Simoniæ constanter abolere curavit. Ex adverso enim ascendente Christi, qui est benedictus in sæcula, qui & vos conferret, & confirmet in fraterna concordia: dissipatior vestræ congregationis dissipetur; contradictori contradicatur; quilibet episcopus vester vos in hoc ignorans, illi, de quo dictum est, quia omnis ignorans ignorabitur, assimiletur. Coadjutor vester per Martinum sanctum semper adjutus congaudeat, optamus, divinæ retributioni vere dicens, adjutorium nostrum in nomine Domini.*

Datum IV. Id. Mart. per manus Federici Cancell. vice domini Herimanni S. Apostolicæ sedis Archicancelli, & Colonien. Archiep. anno D. Leonis Papæ tertio. Anno Christi 1052. ind. IV.

ADNOTATIO AD EPISTOLAM LEONIS AD OMNES PER ITALIAM EPISCOPOS,

Quæ inter Labbeanas est VIII.

IN M. S. Burchardi codice Bibliothecæ Canonicorum sacri Martini Lucensis hanc ipsam sancti Leonis epistolam ab ipso operis scriptore additum offendi, ea quæ variantia, & additamenta quædam haud levioris momenti hic dare constitui. Inscribitur ea ibi in hunc modum: *Omnibus fidelibus per totam Italiæ Episcopos.* Codex: *quibus salvavit ejus videntur*; phrasis ea adiata ad examinandas sacramenta ex ecclesiæ aliqua recepta). Editus habet: *Ejusdem subjecti.* In eodem codice legitur hæc data, qua editi carent: *Data Roma mense Aprilis die XX. indictione V.*

AD CONCILIUM REMENSE

Contra simoniacos

A S. Leone IX. papa, anno 1049. celebratum

ADDITIO.

An. 1049. QUæ in vita S. Hugonis abbatis Cluniacensis authore Hildeberto Cenomannensi coævo ferme scriptore de hac Remensi synodo leguntur, hanc addere minime poenitebit. Ita enim ille: *Cum Leo IX. pontifex urbi B. Remigii corpus ibi usque pervenisset, & ibi synodum celebraret generalem, & reverentiæ, quæque præsentia præfati concilii plurimum conferens instituit. Ubi cum adversus simoniacos ageretur, & nonnulli pontifices, quibus vel consentiendo confundere, vel impetrita silentium adducerat, in præfatam hæresim remissius disseptarent, ipse solo fulcendo apicem negotiationem Simoniæ constanter abolere curavit. Ex adverso enim ascendente & opponent murum pro domus Israel, nec numero resistentium, nec acceptione munus eis perfunctorum. Quo in tumultu dum ille de sua interrogaretur promotione:* Caro, *inquit*, vobiscum spiritus repugnavit. Sane tam responso, quia *Justus imprimis accusator sui*, & tentatione carnis pulsatus, ut caderet, & ne caderet virtute spiritus resistitit monstratur. *Erat autem illi tanta in exhortatione gratia, ut ad expectationem sermonis illius illustrium sustenderentur animi personarum; unde & jussu Papæ sanctam, & plenam habuit gratiæ orationem, qua & simoniacos damnale comparatis expulit sunt de dignitatibus, & de sacrario Domini fornicatores inhibiti Sacerdotes.*

AD SYNODUM ROMANAM

A Leone IX.

Anno 1049. celebratam

ADDITIO.

An. 1049. SYnodum hanc in collectione sua recensuit Labbeus, *sed ex aliis nihil vel fere nihil exhibuit, quod omnia desperdere consuerit. Mihi vero obtigit plura reperire, quæ hic omnia ad reparanda ea, quæ perierant, per Concilior. Supplem.* Tom. I. E ordinem referre visum est. *Primo igitur ex Lunigii fpicilegio pag. 202. sese offert bulla Leonis IX. in eo concilio data, de primatu Treverensis ecclesiæ, in qua Patres concilii hujus Romani, longo ordine deducti, legun-*

ANNO CHRISTI 1049.

tur. Secundo offert sese approbatio facta in eodem concilio urbis, verumque gestarum S. Deodati ex Nivernensi episcopo abbatis vallis Galilææ in Pelagio, quam habes supra apud Bollandistas ad diem 19. Junii pag. 883.

BULLA LEONIS IX.

De primatu ecclesiæ Trevirensis.

LEo episcopus servus servorum Dei, dilectissimo Eberhardo Trevirensium archiepiscopo, vestrisque successoribus salutem in Domino. Æternum Divinæ dispensationis consilium, quo decrevit per tempora distribuere omnia, nulla rerum mutabilitate mutatur, nullaque temporum diversitate variatur. Unde fadum est, ut hujus æternæ dispositionis immutabilis ordo nostram de Tullensi episcopatus humilitate mediocritatem ad Apostolicam promoveret sublimitatem; gratiarum quidem dono, non aliquo exigente nostro merito. Quocirca vestra fraternitas, dulcissime frater, nos nostra caritate vicia comitata est, & Romæ nobiscum aliquantulum remorata. Interea loci, cum unicuique suum jus suumque rectum, quod vel ablatum penitus, vel aliquantulum immutatum esset, omnimodis restituere cuperemus, dilectionis vestræ privilegia nobis attulistis, quæ primus inclitus Gallia Belgicæ, subscripto modo, vestris antecessoribus datum a nostra Apostolica sede affecerant, pro eo, quod in exordio religionis vestra Trevirensis ecclesia, prima illis in partibus fidei rudimenta percepisset, per egregios dogmatistas, Eucharium, Valerium, Maternum, quos beatissimus Petrus Apostolorum princeps infra in instructos ordinavit, & illuc ad prædicandum direxit, In quibus privilegiis etiam antiquiora privilegia incendio memoratur consumpta, quæ primo nominatis Sanctis, eorumque successoribus, id est Agricio, Maximino, Paulino, Severo, almificis utique viris, a primordio autenticæ concessa erant de eodem. Quæ etiam privilegia Theodorici Trevirensis archiepiscopo, Joannes XIII. papa, Benedictus VI. necnon alius Benedictus VII. Egberto similiter Trevirensi archiepiscopo temporibus Ottonis primi, & secundi pia dispositione contulerunt. Nos autem ea intentes & diligenter perpendentes, dignum duximus cum consilio, & consensu nostrorum clerj & populi Romani, id ipsum de Primatu, sicut constitutum erat, confirmare, atque nostris Apostolicis apicibus corroborare. Quod ubi in ecclesia S. Dionisiæ Parisiensi, cuncto clero, cunctoque populo nos ipsi, sursum in ambone consistentes, præsentia vestra revelavimus, & eodem privilegia legi fecimus, pro amore & reverentia Sancti & Petri, quos præcultimus Eucharii, Valerii, & Materni, ab omnibus acclamatum est, jure primatum ipsum vobis, vestrisque successoribus deberi; qui in Cathedra sedetis discipulorum sancti Petri. Quapropter, omnibus ipsis laudantibus & respicientibus pro investitura ipsius primatus, Romana mitra capiti vestrum infigavimus; qua & vos & successores vestri in ecclesiasticis officiis, Romano more, semper utamini, semperque, vos esse Romanæ sedis discipulos, reminiscamini. Quod tamen in synodo nostra, quam circa XII. post ipsum Paschalem diem, Deo præsidente, celebravimus, Episcopis & Archiepiscopis, necnon & aliis ordinibus confentientibus, melius & firmius stabilivimus, ea tamen, ut singulis annis vos, vestrique successiones semel legatos vestros ad nos nostrosque successiones mittatis, per quos vobis de nostris utilitatibus illis in partibus agendis remitemus; & semper vos ipsi tertio anno Romam visitationis gratia, ut dulcissimi fratres ad primogenitum fratrem, venietis, nisi forte inevitabilis necessitas inguerit. Quapropter desiderio vestris annuentes secundum præfatorum privilegiorum tenorem per hoc nostræ Apostolicæ auctoritatis privilegium decernimus, & confirmamus ipsum vobis, vestrisque successoribus primatum hoc modo, ut habeatis primum locum post Legatum apostolicum in Gallium, Germaniamve constitutum, &c. & si nullus Romanæ ecclesiæ defuerit, post imperatorem, vel regem sedendi, quæque alia in privilegiis Theodorico concessis chartrata fuis locis. Ego Almaricus Lugdunensis ecclesiæ indignus archiepiscopus in prædicta synodo residens salva priscarum constitutionum simplitate, & Lugdunensis ecclesiæ authoritate, hoc decretum laudavi, manuque propria corborans subscripsi. Ego Joannes Portuensis episcopus in prædicta synodo cedibus confirmavi, & subscripsi. Ego Gaudalous episcopus subscripsi. Ego Benedictus sanctæ Tuscanæ ecclesiæ episcopus subscripsi. Ego Gerardus Florentinus episcopus subscripsi. Ego Crescentius sanctæ Silvæ Candidæ gratia non meritis episcopus subnotavi. Ego Hugo Ostiensis episcopus subscripsi. Ego Widdo Albanus episcopus subscripsi. Ego Widdo Vulturnensis episcopus subscripsi. Ego Cunibertus Taurinensium episcopus subscripsi. Ego Henricus Spoletanus episcopus subscripsi. Data Idibus Aprilis per manus Petri Diaconi, & Bibliothecarii, & Cancellarii sanctæ Apostolicæ sedis. Anno Domini Leonis IX. papæ I. indict. II.

APPROBATIO VITÆ S. DEODATI,

De qua in præfatione.

ANno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo quadragesimo nono indict. 2. concurrente sexto, epacta quartadecima, regnante Henrico filio Conradi Imperatoris anno decimo, ac imperante tertio, hæc gesta, quæ de pia memoriæ pontifice Deodato scripta sunt ad summum Apostolicæ sedis apicem delata sunt, atque in provinciali synodo quidem sanctæ Romanæ ecclesiæ est constituta, ut in præsentia episcoporum, abbatum, clericorum, & laicorum, recitarentur, & cum recitata fuissent data authoritate ab ipso summo Papa Leone IX. primo anno sui Apostolatus decretum est, quatenus in Ecclesia Dei legerentur, & firmissime servarentur ad laudem, & gloriam Domini nostri Jesu Christi, & honorem ipsius beatissimi patroni nostri Deodati; & ad ædificationem multorum per cuncta fæcula fæculorum.

ANNO CHRISTI 1049.

ANNO CHRISTI 1049.

Ad hoc idem concilium pertinet sequens Leonis bullæ genuinæ tenor exhibet Henricus in antiquitatibus Goslariensibus lib. 1. pag. 49.

Leo episcopus Servus servorum Dei omnibus Christi fidelibus. Sancti propositi votum non solum Divino effectu impletur, sed etiam humano suffragio adjuvatur. Sit autem notum omnibus sanctæ ecclesiæ filiis tam præsentibus, quam futuris, quia filius noster carissimus fecundus Henricus imperator augustus quamdam ecclesiam a se fundatus constructam in honorem sanctæ Dei genitricis domine nostræ virginis Mariæ, & BB. Apostolorum Petri, & Judæ postam locum Goslaria, ubi fratres sunt sub canonica degentes regula, quibus præpolsit quemdam presbyterum nomine Rumaldum tam pro animæ fuæ, fuæque conjugis Augustæ filiæ nostræ Agnetis remedio, quam pro salute, etiam patentum fuorum Conradi, & Gilæ divæ memoriæ pio affectu, piaque intentione fancto Petro, ejusque Apostolicæ sedi per scripturam propria manu signatam petitus concessit per manus nostras, scilicet indigni Vicarii ejusdem Apostolorum principis, cum effemus cum eo Moguntiæ, ibique fynodum haberemus, ut ipsa ecclesia potita sub apostolico jure in perpetuum libera, & quieta permaneat ab omni, & de dominio, ab omni læsione, & molestia fuam integritatem habens in omnibus rebus, & facultatibus, quas modo habet in prædicto loco Goslaria in Egeln & hereteslo, & in Scemenstete, & in Gerstete, & in Valentro juxta Rhenum sito, alisque locis, & villis, & quæcumque in perpetuum habitura est, sive fint mobilia, sive immobilia. Quod donum de manibus prædicti filii nostri Augusti fuscipientes decrevimus per hoc nostræ apostolicæ authoritatis privilegium omne robur apostolicum eidem ecclesiæ sanctæ Mariæ, & Sanctorum Apostolorum Simonis, & Judæ contribuere & confirmare, ejusdemque rebus, fuisque possessionibus in fecula confians nullum meruat, vel ab imperatore, vel a rege, vel aliqua persona publica, vel privata diripendium, ac detrimentum. Dignum tamen duximus eidem canifimo filio nostro Augusto, ejusque successoribus ad vocationem ipsius facri loci ea ratione relinquere, ut semper in potestate habeant præpositos fecundum Deum ordinare, non autem ex bonis ipsis aliquid alicui in proprium dare, five in beneficium tribuere. At si contra probibitionem nostram quispiam eorum tentaverit agere, liberum jubemus esse præpolito, & canonicis, qui ibi pro tempore fuerint fic omnimodo ad Romanam ecclesiam deinceps respicere, ut nihil metuant de imperiali, vel regia conditione. Episcopus autem, in cujus diœcesi illius ecclesiæ constructum est monasterium, nihil in eo habeat juris aut potestatis præter ecclesiasticum regimen, & fecundum canonica inftituta episcopalem potestatem. Statuimus igitur Apostolica cenfura fub divini judicii obtestatione, ut nulla potestas imperialis, vel regia, ecclesiastica, vel fæcularis, vel quevis hominum perfona magna, vel parva, cujuscumque tit fexus vel ætatis contra hoc noftræ Apostolicæ corroborationis privilegium venire perrempet. Quisquis vero, quæve, quodvifve fuerit ufque ad dignam fatisfactionem noftri Apostolici anathematis vulnere lacuatus exiitat. Qui vero ab his probibitis fe cuftodierit, & quidquid hic legitur illibate obfervaverit, plenam habeat a nobis benedictionem, & a Deo fempiternam falutem.

Datum IV. Kal. Novemb. per manus Petri Diaconi Bibliothecarii, & Cancellarii S. Apostolicæ fedis anno Domini Leonis PP. I. indic. III.

Denique in hoc ipfo concilio inftitutum afferit Engelhalius chronic. pag. 201. jejunium banni quod fit illud decembertantum Mogunt. lib. 1. cap. 32. his verbis: *Jejunium bannitum fuit magnum, & intenfum jejunium, quod ad Dei bannum, feu panum, tranquæ avertendum ab iis Deum exorbetur, qua damna divorso dignore agnofcebant; hujufque ad noftra, fere tempora fuit in Moguntina eccleſia ufus, & eo modo fere per trium fervabatur, ufiteaque fertur quemadmodum quatuor temporum jejunia, fed aliter hebdomadibus, quas ad memoriam verficula ifta fignificabat,*

Poſt falus & miferi tibi erunt jejunia banni id eſt poſt dominicas, quibus cantor falus, & mifericordia, quarum illa eſt dominica XIX. poſt Trinitatem. Hæc Dominica poſt quæſtionis genuit.

Antequam vero manum ab hac fynodo retraham juvat addere, quod ftatim fubdo ad unum aliquod pertinens, ex concilius Romanis, quale: *Romæ habitis* Ego Gaudalous Turonenſi relata a Sammarthanis Gall. Chriſt. tom. I. pag. 703. hæc narrantur ipſis fanctis Gregorii papæ VII. verbis: *Beatæ memoriæ virum dominum Leonem papam IX. præſidente forem noſtrum eundem canonico præpoſito Carnotenſi in Synodo Romana ſuper Clerum B. Martini* (Turonenſis) *proclamati, quia cum, effarent vicine eccleſiæ* (a factorum celebratione) *pro Gervaſio Cenomannenſi epiſcopo & Gaufrido Martello capto, ipſe Clerus S. Martini ſecuta fine eccleſiæ conſuetudine eſſare noluerit*; (ſ. noluerit) *& idcirco ex omni caret obnixe poſtulanti,* (ſic) *ſe qui ſibi conſilium daret ſuſtinuit uſque in tertiam diem promiſſæ. Dat igitur tertia coadunato conſilio, ſe ab ipſo B. Martino, quia petitioni huic conſentire animum enduxerat, in ſomni graviter increpatum ſuiſſe palam omnibus retulit. Ipſique Carnotenſi Clerico in hæc verbis reſpondit. Frater volo inquietare B. Martinum. Huic reſponſioni Synodus tota aſſenſum præbuit.*

AD

ANNO CHRISTI 1050.

AD CONCILIUM ROMANUM

A S. Leone IX. hebdomada post albar, id est circa diem 29. Aprilis anno 1050. celebratum

ADDITIO.

Concilii hujus acta apud Labbeum nihil ferunt aliud præter causam Berengarii A discussam, ac definitam. Patres nulli ibidem occurrunt. Nos ex actis Tullensium episcoporum legendis in anecdotis Martenæ tom. 3. pag. 1080. portionem non mediocrem actorum ejusdem Concilii supplemus; Bullam scilicet Leonis IX. qua cultum decernit sancto Gerardo Tullensi episcopo ex decreto ejusdem synodi, cujus Bullæ pretium augent longo deductæ ordine subscriptiones episcoporum, qui concilio illi adfuerunt. Hæc ergo *Bulla Leonis*.

Leo Episcopus servus servorum Dei, cunctis ecclesiæ catholicæ filiis in Christo salutem, & apostolicam benedictionem.

Virtus divinæ operationis in omnibus mirabilis, maxime tamen in sanctis suis, quos præscivit, & prædestinavit conformes fieri imaginis filii sui, quos etiam vocavit, & justificavit, antequam fœcula fierent, antequam ipsi existerent. Et quia ipse Dominus in evangelio dicit: *Pater meus usque modo operatur, & ego operor*. Verum procul dubio esse quotidie ostenditur, quod dicit, fecit enim sanctificandos, quos vocavit, eos vocando, quos prædestinavit sola gratuitæ miserationis bonitate, non humani generis merito, qua naturaliter omnes fumus filii iræ, & filii gehennæ. Cum autem hæc diligere cœperimus, continuo patefacimus, quia ficut nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio, sed super candelabrum statuit, ut luceat omnibus, qui in domo funt; fic & Dominus noster Jesus Christus illos clarificando miraculis in mundo, quos secum vivere, & gloriari facit in cœlo, ut qui per adoptionem facti funt filii Dei, prævenientæ gratia pateat illos hæredes esse regni, quod promisit Deus diligentibus se. Paulo igitur ante nos in episcopatu Tullensi, unde nutu Omnipotentis, & omnia suo arbitrio disponentis, non ullis meritorum nostrorum profectibus ad sanctitatem sedem, strandari fumus, fuit episcopus nomine Gerardus, qui duo talenta, intellectum, & operationem a cœlesti patrefamilias accipiens, B divinam legem, quæ medellina intelligitur, hi se opere adimplere studuit, ut fieret dignus accipere illam desideratam a Deo salutationem: *Euge serve bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra gaudium Domini tui*. Sic enim Domini sui talenta erogavit, sic animas lucratus est, verba falutis prædicando, & operando, quod prædicabat, exercendo, ut geminatam Domino suo pecuniam præfentaret, & fibi æterna beneficia cumularet. Lumbos fibi præcinxit, calfiatarem fervando, lucernas in manibus portavit exempla bonæ operationis aliis præbendo. Expectavit Dominum fuum a nuptiis fanctæ ecclefiæ non. dormiendo, fed vigilando prima, fecunda, tertia vigilia, annius ad ejus afpectum, fecundum illud, quod quotidie pfallebat: *Sicut cervus defiderat ad fontes aquarum, ita defiderat anima ad te Deus. Sitivit in te anima mea, quam multiplicitter, & caro mea*. At quia fic femper animo fuíprizabat ad Deum, ejus virtute comitatus angelicamducens vitam, quotidie Chriftum in pauperibus ad menfam fuam fufcipiens, quotidie, pifis actibus infiftens, nec docendo, nec agendo, nifi quod fanctum & Deo gratum effet, multis effulfit miraculorum prodigiis fanctitati ejus teftimonium perhibentibus; unde adhuc plures teftes exiftunt: quod & idem poft mortem carnis cum Chriflo Domino noftro fpiritu vivens, & glorians, fæpe operatus eft, & fæpe adhuc curatus diverfos languores, diverfafque infirmitates. Quamvis autem venerabile corpus ejus multis, ut divinum, hæbenus coruícaret miraculis, & ipfe in numero fanctorum divino fit deputatus judicio, nondum tamen in catalogo fanctorum fortitus eft humana corroboratione numerum, quod Dei miferatrix clementia probet fervis fuis reliquis gaudium, ubi ad culmen afcendimus apoftolicum. Refidentibus ergo nobis Romæ in fynodo in ecclefia Salvatoris cum multis coepifcopis noftris circa fexto nonas Majas, celatum eft auribus noftris ab Udone Tullenfi epifcopo, quod eadem noftæ ipfum Gerardum in vifione apparuiffe cuidam venerabili monacho, nomine Albizoni, qui fynodo intererat, quem ipfe Udo nimiis precibus confrinxerat exorare Dominum oftendere fibi cujus meriti eíTet apud Deum ipfe dominus Gerardus, qui tot miraculorum radiis emicabat. Videbatur ergo illi ipfum adiftere fibi, quem numquam corporaliter viderat, etiam nomen ejus audierat, & dicere fe ipfum Gerardum effe, pro quo Deum decreverat exorare. Ad quod ille gavifus, fedulo fcifcitari cœpit, an effet apud Deum in numero fanctorum, cui læto vultu refpondit, proculdubio fe effe cum Deo, dignumque ac juftum effe eos honorari in terris ab omnibus, qui honorantur in Cœlis ante Deum ab Angelorum agminibus: quam vifionem ipfe ore proprio divulgavimus in fynodo, exponendo, ipfius domni Gerardi vitam venerabilem, converfationem mirabilem, miraculorum multitudinem, efficaciam divinæ virtutis ad corpus ejus exuberantem. Et fequenter fanctam fynodum interrogavimus, fi deberet ut fanctus venerari, & fanctus deinceps nominari. Ad quod cuncti tam archiepifcopi, quam epifcopi, tam abbates, quam clerici, ac laici, quorum utrorumque magna erat multitudo, quafi uno ore clamaverunt ipfum dominum Gerardum virum effe fanctum, adeo inter fanctos numerandum, nominandum, & ve-

ANNO CHRISTI 1050.

ANNO CHRISTI 1050.

neerandum pro eo quod vivens in carne teA ftantibus miraculis vir fanctus extitit, & carne exutus qualis in mundo fuerit, in cœleíti beatitudine poítus mundo quoridie eifdem miraculis innoteícit. Decrevimus igitur fic annuente, & laudante fynodo, ut ex hoc fanctus habeatur, & fanctus colatur VIII. Kal. Majas tam Leuchæ ficut S. Manfuetus, & S. Aper, quam ubique terrarum ficut cæteri fanti, cujus fanéti venerabile corpus per nos ipíos cupimus transferre, & digno loco in altari proprio collocare ad laudem, & gloriam D. noftri Jefu Chriíti, qui ideo factus eft pro nobis homo, ut non folum falvaret eos a peccatis, fed etiam conferat eis præmium beatitudinis, & manfionem in Cœlis, ubi ipfe cum Patre & Spiritu fancto vivit, & B regnat per fœcula fœculorum Amen.

NOMINA SANCTORUM PATRUM,

Qui præfcripiæ fynodo interfuerunt.

Dominicus patriarcha Gradenfis
Alinardus archiepifcopus Lugdunenfis
Leodegarius Viennenfis archiepifc.
Hugo Biturnitnus archiepifcopus
Hunchertus Siciliníis archiepifc.
Hildebrandus Capuenfis archiep.
Petrus Conftanus archiepifc.
J Sozenfis epifcopus
Johannes Portuenfis archiep.
Wido Volaterranfis epifc.
Crefcentius Silvæ candidæ epifcopus
Johannes Veliterranfis epifcopus
Johannes Hoftienfis epifcopus
Johannes Savinenfis epifcopus
Johannes Tiburtinus epifcopus
Benedictus Sabinenfis epifcopus
Leo Gagetanus epifcopus
Azo Camerinenfis epifcopus
Stephanus Sicilienfis epifcopus
Adalbero Metenfis epifcopus
Obizo Pifenfis epifcopus
Heinricus Papulenfis epifcopus
Atenulfus Feíulanus epifcopus
Crefcentius Cerenfis epifcopus
Azo Centum-Cellenfis epifcopus
Gerardus Reatinenfis epifcopus
Bonizo Tufculanenfis epifcopus
Johannes Suanenfis epifcopus
Gerardus Roíellanus epifcopus
Theodericus Orbietenfis epifcopus
Harduinus Fanenfis epifcopus
Herimannus Caftellanus epifcopus
Herimannus Corbinenfis epifcopus
Aldredus Wigradenfis epifcopus
Leo Murenfis epifcopus
Mafio Montis-viridis epifcopus
Bonus Petroinenfis epifcopus
Bernardus Paravienfis epifcopus
Walterus Veronenfis epifcopus
Heinricus Spoletanus epifcopus
Iíembardus Theanenfis epifcopus
Petrus Butuntinenfis epifcopus
Atto Marficanus epifcopus
Leo Soranus epifcopus
Benedictus Bracinenfis epifcopus
Azo Folinenfis epifcopus
Altigrimus Immolenfis epifcopus
Gerardus Florentinus epifcopus
Fridericus Genuenfis epifcopus
C Gosfredus Conftantienfis epifcopus
Mainus Reatenfis epifcopus
Hugo Nivernenfis epifcopus
Ifembaldus Pifhavenfis epifcopus
Arbolfus Sanctonenfis epifcopus
Arduinus Tudertinus epifcopus
Hugo archidiaconus eccleíiæ Romanæ
Petrus epifcopum eccleíiæ diaconus, & etiam cancellarius, & bibliothecarius.
Sicco primicerius ipíius eccleíiæ
Richardus abbas S. Benedicti
Hugo abbas Cluniacenfis
Airardus abbas S. Paulí
Johannes abbas S. Sabæ
Reinerius abbas S. Laurentii
D Johannes abbas S. Laurentii
Bonaíius abbas S. Johannis
Richardus abbas S. Juliæ
Liudfridus abbas S. Vincentii
Gosfredus abbas de Vergeliaco
Walerandus abbas S. Vitoni
Gervinus abbas S. Richeri
Viventius abbas S. Januarii
Leo abbas S. Cornelii
Martinus abbas S. Blaíii
Felix abbas S. Irinæ
Richardus abbas S. Ragneberti
Dudo abbas S. Mariæ
Petronellus abbas S. Salvatoris
Agino abbas S. Silveítri
C Adam abbas S. Iíaac
Teuzo abbas S. Petri
Viventius abbas S. Januarii
Willelmus abbas S. Apollinaris
Wido abbas S. Severi
Liuzo abbas S. Mariæ
Alboricus abbas S. Zenonis
Johannes abbas S. Salvatoris
Bonaíius abbas S. Salvatoris
Latus abbas S. Angeli
Stephanus abbas S. Thomæ.
Rodulfus abbas S. Petri.

In hac pariter fynodo ab objectis accufationibus fefe purgavit Guido Mediolanenfis archiepifcopus, & iterum commota lis eft D de ordine fedendi in concilio Romano. Pontificis enim dexteram ambiebant Mediolanenfes, quibus nihilo fe cedere opponebant Ravennatenles. Deciíum pro Mediolanenfibus affert Landulphus fenior Hiíl. Mediol. l. 3. cap. 3. his verbis: *Eo tempeftate D. Gerda Rome apud Romanum Pontificem Leonem, ipfoque Leone conftlium* (concilium) *multis cum epifcopis regente, qui antea Papie fynodum celebraverat* (anno fcilicet præcedenti 1049) *accufatus eft. Qui, cum magnifice multis fapientibus Clericis, ac ftrenuiffimis militibus honoratus accufationes quæfi plumbo ipfo incaffitas* (conítito) *multis, & quorum rationibus oppugnaíTet, & cunctas canonibus,*

E *aliifque argumentis inimicorum calliditas fuperaíTet infiniíx, tece fubito fuæ altercationisitat domiíticis, & archiepifcopi Ravennatis affirventes, quod Ravennas archiepifcopus a dextero latere apoftolici fuper Mediolanenfem federe femper deberet, bellum grauiíTimum ortum eft, quo peracto Deo annuente eccleíiæ Ambroíiana per Guidonem fedem ipíam virilitter devicit, & religiofe hodie, & femper tenebit.*

Cruciatus Leo

ANNO CHRISTI 1050.

Cur vero fynodum hanc, in qua S. Gerardus Tullenſis epiſcopus in Sanctorum album relatus eſt, ad annum 1050. retulerim, facile auctoritas Wiperti, qui in vita S. Leonis IX. aſſerit in poſteriori fynodo, poſt Albas celebrata, S. Gerardo honores facros decretos fuiſſe. Synodus poſt Albas prior anno 1049. altera vero 1050. convenit. Iniecrationem ad concilium anni 1049. cum Mabillonio referunt, tum pariter in illos, qui ad annum 1053. cum Labbeo rejiciunt.

ANNO CHRISTI 1050.

AD CONCILIUM VERCELLENSE

Anno 1050. *Kalendis Septembris celebratum*

ADDITIO.

An. 1050. Concilii *Vercellenſis actis injuria temporum intercidentibus, ſupplerunt Labbeus, ea congerens, quæ de illo apud auctores ſcripta reperit. Eo conſilio not additum Bullam Leonis IX. Papæ ad Petrum abbatem Maſſilienſem S. Victoris, quatenus ea ipſa ſynodo abbatum Pontifex idem teſtatur. Vulgavit illam P. Martene Anecdot. tom. 1. pag. 171. ex quo huc tranſferitur.*

BULLÆ LEONIS PAPÆ IX.

Ad Petrum abbatem Maſſilienſem S. Victoris.

Sedit apoſtolicæ protectionem, & abbatiam Valentinenſem S. Victoris ei concedit.

LEo epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Petro abbati monaſterii S. Victoris Maſſilienſis martyris, & omnium apoſtolorum, tuiſque ſucceſſoribus abbatibus, perpetuam in Domino ſalutem.

Convenit apoſtolica moderamini pia religione pollentibus benivola compaſſione ſuccurrere, & petentium deſideriis, congruum impertiri ſuffragium. Et hoc enim lucri poſtiſſimum præmium a conditore omnium Deo in fydereis cœlibus promeretur, ſi venerabilia loca noſtris temporibus ad meliorem ſurgere, Deo juvante, cultum perducta, & a læſione pravorum hominum protecta. Quia vero tu, dileciſſime fili, cum ad ſynodum noſtram Vercellenſem veniſti, turamen noſtræ apoſtolicæ defenſionis, privilegium monaſterio tuo, quod proprie eſt S. Petri, ſupplici devotione a nobis poſtulaſti: inclinati precibus tuis, per hujus noſtræ apoſtolicæ præceptionis ſeriem præditum monaſterium S. Victoris Martyris, omniumque apoſtolorum, cui tu præeſſe meruiſti, ut liberum, ab omni humana conditione, & jugo confiatur, pro eo quod ſub jure ſancti Petri poſitum, liberiatem meruit adipiſci, noſtra apoſtolica authoritate ſemper eſſe decernimus quin etiam interdicimus, ne quicquam moleſtationis, quicquam violentiæ, aut rapinæ in rebus quidem monaſterii, & etiam cellis nominatim, facrilega manu committere audeat. Concedimus etiam ipſi veſtro monaſterio abbatiolam quamdam, ſancti Victoris nomine, apud Valentinam civitatem ſitam, quam nobis in ipſa ſynodo ipſius civitatis epiſcopus *Pontius* manibus noſtris reddidit, & per omnia refutavit, tunc uſque injuſte detentam ab abbate S. Theodofredi ex tempore deſolationis monaſterii ſancti Victoris. Statuentes apoſtolica cenſura, ne ulla unquam hominum perſona, cujuſcumque poteſtatis vel conditionis, cujuſcumque ſexus, & ætatis, contra hanc noſtræ apoſtolicæ auctoritatis defenſionem, venire præſumat. Quod ſi auſus fuerit, noſtri cuſpide anathematis tranſverberatus erit uſque ad dignam ſatisfactionem. Qui vero ſe ab hac præſumptione cuſtodierit, benedictionem a Domino Deo conſequatur, & æternæ vitæ particeps efficiatur.

Data VII. Idus Septembris per manus Petri diaconi bibliothecarii, & cancellarii ſanctæ apoſtolicæ ſedis anno Domini MI. Leonis noni papæ II. indictione IV.

ANNO CHRISTI 1050.

COVACENSE CONCILIUM

E fcbedis Luſitaniæ reſtitutum, anno 1050. *celebratum.*

PRÆFATIO LUSITANI EXSCRIPTORIS.

An. 1050. Ex appendice in adnotationes ad Pagium anno 1050. Tom. VII. pag. 684. edit. Lucenſ.

POſtquam Eminentiſſimus Baronius Tom. XI. *Annalium anno* 1050. *ex MS. codice Ouetenſis Eccleſiæ Cuyacenſe concilium publicavit, annuæ conciliorum collectores, qui dictum concilium in ſuis collectionibus inſeruerunt, exemplar Baronii ſunt ſecuti. Cardinalis de Aguirre, qui idem codicem in Toletana eccleſia invenit, ubi dictum concilium extabat, collatum cum exemplari a Baronio publicato quilgavit tom. 3. concilior. Hiſpan. pag. 209. & ſeq. additis variantibus lectionibus ex MS. codice Toletano. Et in eodem tom. 3. pag. 212. ex MS. codice monaſterii S. Facundi publicavit quinque priora capita ejuſdem concilii tertiovecilo ſermone Hiſpano antiquo, prout expreſſa, & concepta fuerunt in eodem concilio. Nunc autem idem concilium multis ab aliis exemplaribus diverſum, & ſene apparet, plus quam ſatis integritatis reſtitutum, exhibemus ex MS. codice eccleſiæ Conimbricenſis, quatuorcentos annos antiquiore, ut ex charactere, & ætate apparet, qui fol. 218. ſic habet.*

In æra milleſima nonageſima tertia. In nomine Domini, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Temporibus ſereniſſimi, atque regis principis domini Ferdinandi, & conjugis ſuæ Donæ Sanciæ Reginæ, editum eſt hoc decretum in concilio.

(a) Deeſt in aliis exemplaribus.

In unum cum omnes epiſcopi conveniſſent: Petrus videlicet Lucenſis Metropol. (1) ſimiliter & Treylani Obetenſis; Creſconius Urienſis, & Apoſtolicæ ſedis; Cyprianus, Legionenſis; Didacus, Albanenſis; Miro (2) Palentinæ; Gomice, Calagorritanus; Joannes, Pampilonenſis; Item Gomice, Oxomenſis; (3) Gratia Nemetanenſis (4) ſtatutum, atque ordinatum fuit, qui obedientes apoſtolicis, & canonicis documentis ſic præceperunt: Ut omnis homo ex toto corde & mente in cathedra ſuæ ſedis in Deo ſerviret, quam voluntatibus vanis. Nunc vero in prædens amplius proficiſcentes, peccato, quo erant obdurate mentes, ne audiemus legem, & ne audiremus Apoſtoli doctrinam, neque quod hi ſacri canones docent, ſed involvebamur in peccatis noſtris quotidie, propter quod mala nimia venerunt in terras. Ob hanc rem juſſimus (5.) ut omnes in unum coadunati audiatis quid concilium hoc præmoncat, forſitan aliquibus rebus bonis innovatis, faciamus aliquid boni, propter quod a Domino mereamur a peccatis ab-ſolvi; ait enim Apoſtolus, poteſt enim, ut

(1) Ita in aliis exemplaribus.

(2) In aliis exemplaribus Vifenſis.

(3) Deeſt in aliis exemplaribus.

(4) Deeſt in aliis exemplaribus.

(5) A quo authoritate ſit hoc concilium convocatum, colligi nequit ex hac præfatione, neque etiam cui referendum ſit verbum *juſſimus* ſequens. Nam licet infra ex verbis

Concilior. Supplem. Tom. I.

ſi quis timens Deum fuerit, ſenioris verbo Hic epiſcopi ſtatim obedit, ſi, & ad principum juſſa, aut ſeniorum pro rebus temporalibus ſeculi hujus accommodatarum audiatum, & facimus quod jubent; quare pro ſalure animarum noſtrarum rebelles ſimus, & pertinaces, ut non audiamus, de quo nos præmonet Scriptura ſacra? Hic quidem præcipimus, ut hoc concilium, quod per omnem orbem terrarum regni noſtri ſtatutum eſt obſervemus; alipeximus etenim & videmus nefanda miſcreula, quantam ſturiem, inidem, peſtilentiam, cladem, & magnam inediem propter peccata noſtra retro ætis annis in terra noſtra paſſi ſumus.

Et ideo timentes atque rabeſcentes illam vocem, quam Dominus per Moyſem filiis liſrael locutus eſt dicens: Si nolueritis, & non audieritis me, addam correctiones veſtras centuplum, & conteram ſuperbiam, & duritiem veſtram; fruſtra feminabitis (ſementem), & non reddam fructus (ſuos, conſumentur incaſſum robur veſtre, nec proferet terra ſementem, nec arbores poma præbebunt, comedetis, & non ſaturabimini. Nam ideo in eodem loco ſic ait: Si in præceptis meis ambulaveritis, & mandata mea cuſtodieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluviam temporibus ſuis, & terra gignet germen ſuum, & poma arborum replebuntur, apprehendet meſſium tritura vindemiam, & vindemia occupabit ſementem, & edutis panem veſtrum in ſatietate.

Nos autem epiſcopi ſuperius nominati (6), conſentiente Fredinando rege, & Sanctia regina ſtatuimus, ut in noſtris ſedibus teneamus canonicam vitam, & miniſterium ex eccleſiæ ſanctæ pro poſſibilitate noſtra impleamus.

Deinde ſtatuimus, ut omnia monaſteria noſtra ſecundum poſſibilitatem ſuas adimpleta ant ordinem ſancti Iſidori, vel S. Benedicti, ſi nobis habeant proprium niſi per licentiam ſui epiſcopi, aut ſui abbatis; & ipſi abbates ſuis epiſcopis ſint obedientes. Sic quod ſancti canones docent, & nullus eorum recipiat monachum aut fratrem alienum, niſi per proprium abbatis mandatum. Si quis autem hoc decretum violare præſumpſerit, anathema ſit.

Item tertiam monitionem ſtatuimus, ut omnes eccleſiæ, quæ in unaquaque Parochia noſtra habentur, in ſuorum epiſcoporum jure permaneant, & clerici nullum inde ſervitium laicis faciant, niſi ſua voluntate, & ſuorum epiſcoporum juſſione, & ipſæ eccleſiæ ſint integræ, & non diviſæ inter presbyteros, & habeant miniſtros presbyteros, diaconos, libroſque de toto anni circulo, & cum ornamento eccleſiaſtico, ita ut non ſacrificent cum calice ligneo, vel fictili. Vel. Eſtes presbyterorum ſint ſuperpellitum, amictus, alba, finctorium, balteum, ſtola; manipu-

(6) Ita in aliis exemplaribus videtur principium ſubjunctæ ſententiæ, quæ ſubjungitur ſine ullo verbo principali.

Hic epiſcopi ſtatuunt, ut ſingulis annis ſynodus conciliorum a rege convocatum, & vocatum, ex aliis verbis ejusdem præfationis apparet, Regem ſubjungitur ſe, & epiſcopi, ſeu Metropolitanus Lucenſis præſes hi loquitur de actione mere eccleſiaſtica, & a rege non videtur independente. Sic quod non habeant præfatio ſit hujus eccleſiæ regis, quod eccleſiaſtici regulis magis canonicis obſtricti eſſent. Nota hic Indepen-dentiam epiſcopi de ſuis exemplaribus. Dect. II. Hoc decretum differt ab aliis vulgatis. Dect. III. In hac decreto plurimum differunt ab aliis exemplaribus.

ANNO CHRISTI 1050.

nipulum, & casula. Vestes diaconorum sint amictus, alba, & stola. Subtus calcee sit patena, & desuper linteum corporale. Omnia altaris ara sit lapidea, & ab episcopis consecrata, ostia vero ex frumento electo sine alia mixtura, & sine fale, & rota sit fana & integra. Vinum etiam sit purum & mundum; ita ut inter vinum, & oblam, & aquam sit trinitas significata. Illi vero presbyteri, qui ministerium ecclesiæ fungunter, habeant vestimentum usque ad talios. Armis bellicis non utantur, semper coronas apertas habeant, & barbas radant. Mulieres fecum extraneas in domo non habeant, nisi tantum matrem, aut amitam, fororem, aut matertteram; aut mulierem probatam, & omnes indutas nigra vestes, tam in corpore, quam in capite. & dent fidejussiones, ut nec de eis, nec per eas ullum adulterium fiat. Et infra decretos ipsius ecclesiæ laici cum fœminis non habitent, nec jus aliquod possidcant. Docenat autem filios ecclesiæ, & infantes, ut simbolum, & orationem dominicam memoriter teneant. Si quis tamen presbyter aut diaconus hujus nostri decreti violator extiterit solidos sesfaginta suo episcopo persolvat, & gradu ecclesiastico careat.

Decr. IV. Differt hoc decretum ab aliis editis.

Quarto vero titulo statuimus, ut omnes abbates, presbyteri, sicut sacri canones percipiunt, adulteros, incestuosos, sanguinolentos, mixtos, fures, omicidas, malficos, & qui cum animalibus se coinquinaverunt, ab ecclesia ejiciant, sed primitus ammoneant eos, ut sint filii ecclesiæ, & conveniantur, & tunc si pœnitentiam agere digoam noluerint, separentur ab ecclesia, & a communione.

Decr. V. Hoc decretum differt, plus quam in editis.

Quinto autem capitulo statuimus, sabbatho pasche, & pentecostes ut baptismus generaliter adimpleatur, & sic nullus infans ante hos terminos bapteizetur nisi infirmitas cogerit. Ipsique infantes bapteizati ante episcopum adducantur, & chrismate perungantur. Abbates vero tales monachos adducat ad ordinandum, qui perfecte, & memoriter teneant totum salterium cum hymnis, & canticis, & bene instructi adducantur ad ordinandum mediata quadragesima, & mediato augusto. Monachi ad nuptias non eant, nisi tantum ad benedicendum. Laici quoque ad exequias mortuorum non veniant; sed qui eas fecerint, vocent presbyteros, diaconos, pauperes, & debiles, qui non habeant unde retribuant.

Decr. VI.

Sexto autem capitulo admonemus, ut omnes christiani die sabbato advesperascente ad ecclesiam concurrant. Die autem dominica matutinas, & missam, & omnes horas audiant. Opus servile non exerceant. Et non faciant iter nisi orationis causa, vel spepelendi mortuos, aut visitandi infirmos, & aut regis exercitum, aut propter Sarracenorum impetum, & Normannorum incursum. Et nullus christianus, aut christiana cum judeis aufus sit in domum manere, aut cum eis cibum sumere. Si quis hanc institutionem fregerit, per septem dies pœnitentiam agat. Quod si pœnitere noluerit, si major persona fuerit, per annum integrum communione careat. Si inferior persona fuerit, centum flagella accipiat.

Septimo quo que ammonitionis titulo hæc forma fervetur; ut omnes comites, & infantiones imperantes terræ, & regales villici per judiciam subditos regant, & pauperes non opprimant, & in judicio testimonium non accipiant, nisi testimonium illorum, in quorum præsentia facta esset causa, vel culpa noscitur, vel quam qui proprtis oculis eam viderint, & auribus audierint, quod fidalii testes convicti fuerint, illud fupplitium fabeant, quod in scribo Judicum de falsis testibus est constitutum.

Octavo autem capitulo mandamus, ut in Legione, & in fuis terminis, & in Gallæcia, & in Asturias, & in Portugale sicut in decretis Adefonsi principis est constitutum pro omicidio fcilicet, raufo, fagiona, vel pen omnes suas exactiones, sicut in diebus fuis, ita in diebus nostris permaneat firmum; & in castella sicut in diebus Avi nostri Sanctiones ducis.

Item nono capitulo mandamus, ut ecclesiasticas hæreditates triennium non includat, sed unaquæque ecclesia, sicut canones percipiunt, & sicut lex Gotica mandat, omni tempore fuas hæreditates recuperet, & possideat.

Decimo vero titulo præcipimus, ut de terris, & vineis in conemptionem positis, ille, qui eas laboraverit, colligat fruges, vel fructus, & postea habeant veritatem super radicem.

Undecimo titulo statuimus, ut omnes fex. tas ferias christiani homines jejunent, & more quadragesimæ hora congrua cibo se reficiant, & laborent suos labores.

Duodecimo autem titulo præcipimus, ut quilibet homo, qui ad ecclesiam confugerit tam cum homicidio, aut cum qualibet causa, aut cum qualibet damno, non si aufus qui eum perfecutus fuerit, illum exinde vio lenter abstrahere, fed ficut lex gotica docet extra mortis periculum faciat ipse debitor quantum ei justum fuerit, & nullus homo sit aufus amodo, ut infra dextros ecclesiæ qui sunt XXX. & unum paffus violenter ingrediatur, aut raptor, aut contumeliosus exifat, quod qui fecerit anathema sit, & centum solidos cogatur exolvere.

Tertio decimo titulo, ut omnes tam majores, quam inferiores veritatem & justiiam regis non contemnant. Sed ficut in diebus Adefonsi principis fideles & veraces ei perfitant, & talem veritatem faciant ei, qualem in ipfis diebus prædicto regi Affonso fecerunt, & in castella talem veritatem faciant castellano regi domino Fredinando, & fuis filiis, ac nepotibus, qualem fecerunt illi duci domino Sanctio, & ille talem veritatem faciat eis, qualem illis fecit pater fuus comes dominus Sanctius.

AD

ANNO CHRISTI 1050.

Decr. VII.

Decr. VIII.

Decr. IX. In editis legitur veritatis

Decr. X.

Decr. XI.

Decr. XII. Differt in editis aliquibus, & quo ad modum.

Decr. XIII. In hoc fecentali aliquando fefiat pro denis interstantur.

Decr. in editis.

ANNO CHRISTI 1050. 1051.

AD SYNODUM PARISIENSEM

Anni, ut adscribitur a Labbeo 1050.

ADNOTATIO CHRONOLOGICA.

An. 1050.

DE anno, quo habita eft fynodus ifta Parifiienfis ita differui in nota ad Pagium ad annum 1050. 15. Non Durandus tantummodo, fed & author brevis chronici Elonenfis, vulgati Anecdot. Marteniì tom. III. col. 1396. fynodi hujus Parifiienfis meminit, fed illam cum anno 1051. componit; fcribit enim ad annum illum: *Quidam Berengarius Andegavenfium archidiaconus de Corpore, & Sanguine Domini abfurdam, & reprobam quæftionem concitavit; unde Parifius invitatur, congregatæ. Synodo non venit; fed detectis ejus fallaciis, erat condemnatus eft.* Ex his certum annum hujus concilii, quem Durandus a Pagio laudatus filet, intelligimus (quantum tamen Author ineuntis fæculi decimi tertii fidem meretur); & Pagius in eo affignando nonnihil exorbitaffe deprehenditur.

AD SYNODUM ROMANAM

Anni 1051.

ADDITIO.

Querimonia Joannis Sabinenfis epifcopi contra Farfenfes monachos in fynodo Romana

Anno 1051.

An. 1051. Ex Chron. Farfenf. Rer. Ital. Script. II. P. II. p. 581.

AUdiat Dominus & totius regni . . . . . moderator æquiffimus, vel primæ fedis epifcopus, audiatque cunctæ hæc fanctæ fynodus, percipiatque juftum proclamationem, quam facio fuper abbatem Pharphenfem, à quo multas & paffus fum, & patior injurias. Eft quidam ecclefia in honore S. Michaelis Archangeli ita in monte, qui dicitur Tancia, videlicet in epifcopatu meo, quæ juris mei epifcopatus eft, cujus altaris author, & dedicator exiftebat fanctæ Silveftri beatiffimus hujus almæ fedis epifcopus; fuper quod altare non eft veritus abbas ille aufu temerario maceriam addere, & fupranominatæ conficratoris violatam conficrationem miffus per monachos fuos cantare, nullo vel faciente, vel jubente epifcopo. De ecclefia autem illa, nefcio per quem datorem, meditetarem obtinet ecclefia facta Mariæ cujus ipfe abbas eft; medietatem vero alteram epifcopatus poffidet meus. Sed ex his medietatibus inter me, & abbatem Hugonem, talis obligatio facta eft, ut femper in tempore quadragefimali, & in menfe Majo meus ibi cum fuo miniftet fedet; cæteris vero temporibus folus fuus ibi fedet miniftret, & quo ifta xenia in anno habeem. Et fi unquam abbas ille, aut aliquis fucceffor ejus aut venderet aliqui, aut donaret, aut propter beneficium, aut quoquo modo, ipfius ecclefiæ medietatem fuam: tunc ad meam, meorumque fucceffrum devenieret proprietatem. Et ii ego, vel aliquis fucceffor meus de medietate ipfius ecclefiæ, quæ eft mei epifcopatus, aliquid tale feciffem: tunc ipfa medietas ad abbatis deveniret proprietatem. Et ecce dominus ipfe abbas in-

Concilior. Supplem. Tom. I.

his omnibus cecidit, quia neque miniftcrium mea ita tradavit, ut decuit, neque promiffa xenia miffit; fed medietatem fuam, duabus Decianciliis dedit. Arfit præditta ecclefia una dierum, & poft combuftionem, duxit ille epifcopum Siphonienfem, & me nolente, & nefciente, conficravit eam. Cum vero una dierum fcirem, me invium fore ad quemdam locum, mei feniores fuffione implenda, paravit adverfus me inifidias, & de vales, ut fi me poffet, occideret, aut fi non poffet, domum, in qua ipfe noctu jacerem, incendio concremaret. Cujus neefarie adinventionis extitit author Petrus monachus, qui dicitur de Laurentio, & cum eo Datus de Uoerro, Teuzo de Beritzo, Albertinus Adulterinus, Barocco, Petrus Caballanus, Raino de Crefcentio, Follia Joannes Ferrarius, Rainaldus de Guidone presbytero, & Azolinus. Unius denique mei archipresbyteri filvam incidit ob hoc, quod meum fidelem illum cognovit, qui non minus valuit, quam centum libras. Cæpit quemdam fervientem meum, & quia dixit, fe meum effe, abftulit ei equum, & omnia veftimenta ejus. Præterea decimas omnes, quæ mihi pertinent, necnon & parentum meam de bonis mortuorum, ubicumque valet, contendit, maxime tamen in Buciniano, & Vulpiano. His & aliis ab eo abbate preffus adverfitatibus, proclamo me fuper illum, quærens mifericordiam veftram, ut non finatis ecclefiam meam, immo tam veftram, quam meam, tantis adverfitatibus gravari, tantifque molefiis molefiari, fed potius liberata a perturbationibus tanti perturbatoris, grates in de maximas Deo reddamus, & vobis.

ANNO CHRISTI 1053.

His ita recitatis, quæstum est ab advocato domini abbatis, ut domnus Papa, *sancta synodo concedente inducias* permitteret ad singula quæ Sabinensis episcopus concamaverat, verius & subtilius investigandum, & respondendum. Tunc benigna largitione permissum est. Aderant autem ibidem utriusque partis amici veraciores, & pacifici scrutatores, qui ipsas res canonice indagantes, retulerunt domno Papæ, quod per legem, vel sacros canones judicare vellet, ne ambæ partes in detrimentum gravissimum devenirent, videlicet propter violationem & destructionem altaris, & reliquiarum ejus, quas asserte idem Sabinensis episcopus præsumpsit, & propter deprædationes; sive incendia, quæ postmodum domni abbatis milium exercitus fecit. Nam proprietas ecclesiæ pro acquisitione, & authentica professione antiquior, & anterior per omnia inventa est hujus nostri monasterii fuisse. Hoc summus præsul certius discernens, litem ipsam, prout eum que potuit, sedare fecit, & edidit monasterio huic mirabile privilegium sue pie confirmationis de omnium hujus monasterii bonorum acquisitionibus liberrime possidendis. Denique post longum tempus nostris scilicet diebus ita vidimus, & audivimus referentem, & certissime testantem quemdam Rom. episc. nomine Petrum jam nimis vetulum, qui Romæ morabatur apud sanctum Vincentium, juxta ecclesiam sanctæ beati Petri apostoli, omnia, ut supra diximus, coram se examinata, & difficilia fuisse, & privilegium fic editum.

ANNO CHRISTI 1053.

AFRICANUM CONCILIUM forte CARTHAGINENSE

Pro vindicando Carthaginensi Ecclesiæ primatu

Anno circiter 1053. celebratum.

An. 1053. S. LEO IX. in epistola ad Petrum, & Joannem Africanos episcopos commemorat, laudatque *concilium, quod, ait, justu nobis de rebus ecclesiasticis habuistis*. In eo forte asserta est authoritas Carthaginensis episcopi, quem *totius Africæ metropolitanum* & pontifex ipse agnoscit, & ambo illi episcopi cum universo forte Africano concilio vindicaverunt adversus temerarios ausus Gumermirani episcopi, qui concilia sibi indicenda, & episcopos per Africam confecrandos contendebat. Cum tamen concilium Africæ universæ audis, ne repræsentes tibi in mente ea frequentissima concilia Africana vetera ex ducentis & eo amplius episcopis collecta; afferit enim idem S. Leo in epistola ad Thomam Africanum episcopum *in tota Africa vix quinque episcopos* tunc *superesse*. Eo tedactus erat olim gloriosus, tunc *miser* Africanæ ecclesiæ statu. Cum vero epistola hæc ad Thomam indicet aliam epistolam ad Petrum & Joannem Episcopos, in qua de synodo fit mentio, eademque ad Thomam epistola confingerur die *XVI. Kal. Januarii Indictione VII.* id est anno 1053. ejusdem temporis, & priorem illam ad Petrum, & aliam ad Joannem esse constat; unde & de concilii tempore conjectura deducitur.

AD SYNODUM ROMANAM IV.

Sub S. Leone IX. anno 1053. celebratam

ADNOTATIO CRITICA.

An. 1053. ROmanæ hujc synodo duo affignat Labbeus tom. XI. pag. 1451. Venet. edit. adscriptionem scilicet S. Gerardi Tullensis episcopi in album sanctorum, & definitionem controversiæ de limitibus diœcesis inter Gradensem, & Aquilejensem Patriarchas, de qua ait Labbeus in epistola secunda Zenonis noni ad Thomam Africanum episcopum. Verum quæ de S. Gerardo narrat, ad synodum anni 1050. pertinere in additione, ad synodum ejusdem anni demonstravi. Sententia vero in lite duorum patriarcharum ad synodum hujus anni 1053. spectat, sed hujus mentio non quidem in epistola ad Thomam, at potius in epistola ad episcopos Venetiæ, & Istriæ occurrit.

AD

ANNO CHRISTI 1054.

AD PSEUDO - SYNODUM CONSTANTINOPOLITANAM

Sub Michaele Cerulario anno 1054. celebratam

ADDITIO.

Pseudo-synodi hujus acta ex Allatii dissertatione de libris ecclesiast. Græcor. accepta Labbeus in collectione sua recitat. Omissi synodicæ literæ, quas Michael Cerularius de rebus a se in eo concilio gestis ad Orientales patriarchas dedit. Quam scripsit ad Petrum Antiochenum patriarcham Græce & Latine exhibet Cotelerius Monumentor. Eccles. Græcæ Tom. II. pag. 102. & hic repræsentatur.

ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ ΜΙΧΑΗΛ

ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως νέας Ρώμης ἡ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου τοῦ Κηρουλλαρίου πρὸς τὸν Ἀντιοχείας πατριάρχην Πέτρον.

SANCTISSIMI MICHAELIS

Archiepiscopi Constantinopolitani novæ Romæ ac Oecumenici Patriarchæ, Cerularii, ad Petrum Patriarcham Antiochenum.

Ὁ παύλινός τε καὶ ἀμὸν ἰώδων ἐνιβουλὸν ἡ ἡ κατὰ του ἀνθρωπείου γένους ἡ νοεροῦς μιαιφονίαν, μακαριώτατε ἄλλοτε ἄλλως ἐπιχειρῶν τῇ βίῳ τὰς συμφοράς ἡ μυρία καθάπαξ τὰ κατὰ τὸν ἀνθρώπων ἀσκανῶν ὀφλήματα, κατατείνει τούτου πάντοτε ἡμᾶς ἡ καταβάλλειν ἰσχυρχώμῳ. ἡ ἄλλοτε μὲν ἄλλας, μυρίας ἡ πάντας, ἡ κατὰ διαῤῥήσεις καρὰς, τὰς τρικυμίας τῆ βιωτικῇ, νῦν ἡ ὅτε ἡ τὰ τῆ αἱρέσεων ἐκτοῦον γεγόνασι ἐκδιπλᾶσαι, ἡ μὴ ἡ ὑβριδεῖας τινὰς αὐξόνας ἡ βυβλιδὰς εἰς τὰ ἡ αἰσχύνης διαῤῥήσεις πήματα, ἄνδρας τινὰς ἀποστατικοὺς καὶ διαστρεπτὰς, καὶ τί γάρτοι δι τις δ' ταῦτ' ἀν τούτων ἰσομοιάσειεν; ἀπὸ ἡ ἱστρίου μοίρας, εἰς τὴν μεγαλόπολιν ταύτην συνήλασεν, αὐτέον μὲ ἡ αὐτὸν αὐθίς ἐκπεμψαμεν, τὸ καρὰ τοῦ Πάπα ἀποκαλλιώτου, ἀλλὰ τὰς τοῦ Δεσποτικοῦ θιλαρατὶ ὑποθήκαι καὶ συμβουλαῖς, ἵνα τὴν βασιλέα πᾶσιν ὁμόνοιαν, καὶ ἀγάπην ἐκκλησιῶν ἀφορμὴν, καὶ τὸ ἐλεεῖν ἡ ἡ κατ' ἡ ἐὐσέβειαν ἀνῆκε δόσιν ἀποῤῥέπουσι.

Τοὺς μὲν ἄλλους θόλους, ἡ τὰς ὑποῤῥοὴς περίεργους αὐτῶν μεχανὰς, ἡ ὡς ἡ ἐπιθήκαντο πρὸ τε ἡμῶν, ἡ πρὸ τῶν κρατοῦ καὶ ἀγίων ἡμῶν διαπαντὸς γράμματα, πενταετιμένα ἐντύχανον, ἡ τῶν σφραγίδων ἐνιβουλὰς καὶ παπαπαῖσμους διαῤῥήξεις ἐπελπίδαμεν τῶν πλάνων, νῦ δὲ καὶ ἀνωτέρω, ἡ ἡ τῇ μὲν τάξει τὰ λελεγμένων, τῇ ἡ μεγέθει ἡ κακίας καὶ τοσῆσδε ὑπερτοῦν ἐστι, τοῦτο διὰ γραφῆς παραστῆναι τῇ σῇ τελειότητι.

Οἱ γὰρ καὶ νῦν ἰθρίξη δολερῶν ἐνορχάμενοι, καὶ τὰ γράμματα πλασσόμενοι ὑφαίνουσι, καὶ ἄλλους ἡ λόγους ὑπερῳῆναι καὶ ὁρίσαι μεθ' ὅτε κατὰ ἡ ὀρθοδόξου πίστεως ὑπογράφειν τοῦ παῤ ἡμῖν μὲν ἀνορθῶσαι τὰ ἐξεδέξεσι, καὶ τὰς ἄλλα, καὶ ὅτι ἐκ τοῦ πατρὸς μόνου, ἀλλὰ μὴ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι λέγομεν καὶ ταυτὶ ἡ, ὑγιὲς εἶναι διατίθεσθαι ταῦτα καὶ ἀποδέχεσθαι. ἐκείνοις ἡ, καὶ ὡς ἐκεῖ διαῤῥήσεις ἡ ἡμεῖς μὲν ἐκ' ἀυτῶν συντυχίαι παρηγεγάμεθα καὶ ἐκ' ἐκείνων διὰ τε τὸ ἀμεταθέτως ἔχειν αὐτοῦς ἡ δυσεβείας, πεπίδαμ· καὶ ὅτι ἄχνι ἡ σὰς ἱκεσιμότητος, καὶ τῶν ἄλλων ἁγιωτάτων πατριαρχῶν, περὶ τε-

ANNO CHRISTI 1054.

terisque sanctissimis Patriarchis, hujusmodi de rebus verba cum legatis Romanis commovere, putavimus & omnino indignum esse, & confuetudini, quæ superioribus temporibus in hujusmodi obtinuit, contrarium, ac minime conveniens.

IV. At illi, qui majus quid prioribus vel lente temerario conflio audere, & posteriobus prima fuperare, fcripturam contra nos depoſuerunt in myſtica magnæ Dei eccleſiæ menſa, alia quædam eorum impietatis exponentem deſtramenta, quæque tandem fubtile anathemati commiſcentes ſuis orthodoxorum, quæ qui in ea ſunt noſtræ barbas inſtar Latinorum radere; nec dubitent oblationem ſumere a presbyteris conjugatis, ad hæc panem fermentatum offerant; item in ſymbolo noſtræ fidei non dicant, Spiritum ſanctum a patre, Filioque procedere, fed a ſolo Patre.

V. Cæterum præfatiſſimi, impiam hanc ſcripturam igni fuiſſe traditam, nec ad noſtrum omnino veniſſe conſpectum. Id autem tunc non contigit, propterea quod palam (coramque omnibus hebdomadariis fubdiaconis, & quibuſdam alii depoſita fuerat. Sed & de iis, qui ſic adverſum nos, ſeu potius adverſum Orthodoxos omnes, in magna Dei eccleſia blaſphemarant, ultionem ſumere, indecens duximus, ne Romanis ſcandalorum daremus occaſionem. Inter alios enim, qui legationis primum locum tenere videbatur, cancellarium Romanæ eccleſiæ, & conſobrinum Regis, ac Papæ ſeipſum appellabat. Interim tamen eodem jure ipſamque contra nos blaſphemiam, & errores, quæ impiam adverſus Orthodoxos ſcripturam expoſuerant, in magno ſecreto juſſu imperatoris, ſubditmus anathemati: plurimum quidem poſt ſcripturæ illius ſuppoſitionem adverſarii eos, ut in conſpectum noſtrum venirent, atque tam aliis ea contenta, quam ſanctæ ſymboli depravationi renunciarent. Poſtquam autem recuſarunt, ipſique ſibi manus violentas illaturos ſe comminati ſunt, ſi ultra hæc in re moleſtia afficerentur, ad anathema in eorum blaſphemiam cenſuimus eſſe progrediendum. D

VI. Atque hæc ſunt, quæ in nos nulla machinatus fuit. Quæ ſermone communicamus cum tua perfectione. Primo quidem, quod ejuſdem contumeliæ nobiſcum particeps fis. Perſuaſum quippe habemus te noſtram loco tuæ ducere. Secundo vero, quoniam, reſta doctrina, cujus firmum præſidium es, ac propugnator inexpugnabilis, non mediocriter probro affecta eſt, atque blaſphemiis impetita per impios homines. Ad hæc, ut eorum, quæ acciderunt novitiam, ſcientiamque plenam adeptus, ſi forte a Roma ad te literæ hiſce de rebus advenerint, reſponſionem conſideratæ des, dignam magnanima, experientiſſima, ac divinitima mente tua. E

VII. Porro epiſtolas illas ad beatiſſimos patriarchas, omnino conſimiles huic ad fanctitatem tuam miſimus, quia neminem religioſiorum, dilectumque inventimus, qui deferret iis, ad quos ſcriptæ ſunt, tam miſimus perfectioni; quo ad illos tranſmittas per alliquem pium, qui ad id idoneus fit, præceptor. Poſterera propritis literis, adhonebis, atque excitabis eos, ut zelum divinum pro

ANNO CHRISTI 1054.

τούτων λόγους πρὸς οὗτὸ τοποτηρητὰς ᾗ Ρώμης A
ἀποκεκινῆσθαι, καὶ ἀπὸ μὲν ὕλης, καὶ τῆ κατὰ τὸν
ἄνω χρόνους ἐν τοῖς τοιούτοις κρατηθέντος συνοδικῆ
ἐναντίον καὶ ἀκατάλληλον ἐνφλέγουσι.

Ἐκεῖνοι ᾗ καὶ μείζῶ τι τῶν τροπέων βουλη-
θέντες νεανιάσασθαι, καὶ τοῖς ὑπέρμοις ὑπερβλη-
θεῖναι τὰ πρῶτα θελήσαντες, γράμμω καθ' ἡ-
μῶν ἐν τῆ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ ἀπε-
θεντο τοιοῦτο ἀσεβήματα· ἄλλως τε καὶ τινα τῆς αὐ-
τῶν δυσεβείας διεξοδικὰ λαμβάνετε, ἐν ἐκκλησία-
ᾗ καὶ πάσαν τὴν ἀρχιερατικὴν τάξιν ἐκβαλόντες
ὡς μήτε τὴν τοῦ ἁγίου τιμωρίαν ὑποστῆναι τῶν ἐν αὐτῇ
τοὺς λατίνους βλυθμίσαν ἔγνθη, μήτε μὴν δι-
κρινοῦσιν μεταμφιέσιν τοῖς ἱερατικοῖς ἀπὸ τρισ-
θυτέρων γεγραμμένην, ἀλλὰ ᾗ ἐνόμων ἄγραφ
προσφέρεσθαι, ᾗ ὡς ἐν τῷ συμβόλῳ τ' πίστεως B
μὴ πίστευε τὸν πατρὸς καὶ τοῦτο, ἀλλ'
ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς· καυχᾶσθαι ἀρτίνων τὸ
πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὑποβλέπουσιν ἀναβήναι.

Τὸ μὲν οὖν ὄμεσον ὦ, κατακαυθῆναι τῶν
ἀσεβῆ τούτων γραμμῶν· καὶ μὴ ἐ' εἰς ὄψιν ἡ-
μῶν ἔλθει ἐλθεῖν· ὡς ᾗ τότε ἐν γήρᾳ, ἐν ᾗ
καὶ φανερῶς καὶ ἐπ' ὄψει ἄλλων τινῶν καὶ τῶν
ἱβδομαίων πάντων ὑποδικάσθαι, ἀπωτεθῆναι
αὐτῶν· ἀλλὰ μὴν τὸν οὖν καθ' ἡμῶν, μᾶλ-
λον ᾗ κατὰ τῶν ὀρθοδόξων πάντων, τὸ μὲ
γάλη τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ βλασφημήσαντες, ἀ-
μύνεσθαι, ἀπειλὴς ἐκφέπομεν· οὐ ὦ μὴ σκαν-
δάλων τοῖς ἐν Ρώμῃ ἡδεμόσι ἀφορμὴν· πρὸς γὰρ C
τοῖς ἄλλοις, καὶ ὁ πρωτεῖων ἐν τῇ τοιαυτορεσίᾳ
δοκῶν, καὶ ἐκκλήσιος ἐν ὑμῖν ἐκκλησίας καὶ
ἀνεψιὸν τοῦ ῥήγος καὶ τοῦ Πάπα ἑαυτὸν ἀπεκά-
λει. τίνα ᾗ τῷ αὐτῷ δικαίῳ αὐτὸν ἐν τῷ
καθ' ἡμῶν βλασφημίαν, καὶ τὰς τῶν ἀσεβῶν αὐ-
τὸ τῶν ὀρθοδόξων ἐκβεβλημένων γραφῶν, τροφέ-
ξαι βασιλικῇ ἐν τῷ μεγάλῳ σκηφέτῳ, ὑποβλη-
θῆναι δυνάμενον· τολλὰ μὲν μετὰ τὴν ᾗ γρα-
φὴν τοῦτης ὑπόθεσιν, πεῖρᾳ τοῦ εἰδέναι ἐμᾶς βι-
βλίοις, καὶ τοῖς τε ἄλλοις ζῶν ἐν αὐτῷ, καὶ τῇ
διαγωγῇ τοῦ ἀγίου συμβόλου ἀποτελέσθαι πα-
ρεκτείνων· ὡς ᾗ οὐκ ἐκ γνώμης, ἀλλὰ καὶ βιαι-
χειρίσασθαι ἑαυτὸν εἰ μὴ παύσονται περὶ τούτου
ἐγχολοῦμεν διηγλοον, εἰς τὸ κατὰ τ' αὐτῶν βλα-
σφημίας συνοδικῶν χαμένειν ἀνάθεμα.

Καὶ ταῦτα μὲν ὅπερ καθ' ἡμῶν ὁ τοιαῦτα ἐ-
σκευώρησεν· ἀκακοποιοῦμεν οὖν τὰς περὶ τούτου
καὶ τῇ σῇ τελειότητι γράμμασι, ὡς ἂ αὐτὸς
ὕβρισε ἡμῖν κοινωνὸν. ᾗ τὸν γὰρ τὴν ἡμετέ-
ραν τιβωθῆναι σε πεπίθημεθα. βούτερον ᾗ, ὡς τοῦ
ἐμοῦ λόγου, οὐ τηβόλῳ· εἰρῆς καὶ τῇμαγμα
ἀκατακρίτως· ἐπ' εὐ, τεμαυτὸν ᾗ· πᾶρα τῶν
δυσεβῶν καὶ βλασφ μεῖσθαι· οὐχ ἥκιστα
ἔνστα ᾗ, ὡς ἂν τῶν τροβλέτων ἐγχωλὸς εἶδη-
σεν καὶ κατελήφθη ἀκεφὴ, ἐ σταῦ σε περὶ τού-
των ἀπὸ Ρώμης ἀφίκεσθαι γράμματα, ἐκκυ-
μένως καὶ σ' σὲς μεγαλεπρεπῶς καὶ θεοστόργε
διανοίας ἀξίαν τῶν· ἀντιφέρειν ὄψε.

Τὰ ᾗ πρὸς τὲς μακαριωτάτους πατριάρχας
ταυτὶ γράμματα, ἰσοδυναμοῦντα κατὰ πάντα
τῷ πρὸς τῶν σὴν ἁγιωσύνην ἀποσταλέντι, μὴ
εὑρόντες τινὰ τῶν ὑμαζόν καὶ σκεῦν δι' οὗ
ταῦτα τὸς πρὸς οὓς ἐτράφησαν στέλλαι, τῇ σῇ
μετὰ ῥᾳδμιας τελειότητι· ὡς διατηρήσοντες αὐτὲ
ταῦτα ἀπὸ νοὸς ἐς ἀναβοὸς ἔ πρὸς τὲς τέ-
τους ἰσίους ἀφικνουμένου, πρὸς οὓς ἀστε ἀ ἀπο-
στεν. πρὸς ᾗ, καὶ ἡ εἰκαία γραφὴς, παιμενέτω
καὶ παραθῆκης αὐτὲς ζῆλον ὑδεὶς ἀναλαβὼν περὶ

ANNO CHRISTI 1054.

ANNO CHRISTI 1055. 1056.

περὶ τοῦ ἁβδὸ βδόματος ἀ ἀμμαίνου καὶ A
πλανοῦσθε ἡμῶν πίστεως. καὶ τοῦτ' ἀγε περὶ ᾗ
ἐν Ρώμῃ πεπραμμένων ἐρωτήσεις, ἀμεδύσαν
πρὸς αὐτὲς καὶ ἀκριβολόγων ὡς θεδήλωται, πεισ-
εσθε καὶ τῶν αὐτῶν.

Περὶ ᾗ τοῦ πρὸς τ' ἀγιώτατον πατριάρχην Α-
λεξανδρείας ημετέρων γράμματος, καὶ τῶν ἀγιω-
τάτῳ πατριάρχῃ Ἱεροσολύμων ἠβαδόμων· ὡς δὲ
ἀ'τὴν αὐτὲς διαχείσε τυχεῖν χρείαν πρὸς αὐτὸν
ἀποστέλλει τὸν γράφων, αὐτὸς ταῦτα πρὸς τὸν·
ἐκείνου διαβίβασει μακαριότητα· καὶ γὰρ μὴν
κατεσκευάσθαι τὸν γραμβεῖο ἀ ἀγιωτάτου σου
πρὸς τὸν ἱβδόμαν ἐν ἐσυτῷ καὶ κατὰ τὸ-
ρόδον τὰ περιπατῆσα διεξόδομεν· μετὰ ᾗ τοῦ-
το πλειότερον καὶ σωβρέφει, σ' γε δύρει, ἐ-
πιτρέλωμεν πρὸς σὲ περὶ τούτου· ἀποτελέσαντες
καὶ αὐτὸ τὸ καθ' ἡμῶν ἀποτελὸν ἐμφύτευμα, B
ἐν τῇ μυκινῇ καὶ ζέσῃ τραπέζῃ· καὶ μαθέτῃ ἐκ
τούτου, τὸ διεφεῦρον τούτων περὶ τὴν τάξιν·
ἀπὸ ὧν ἀμαθίας τάσης καὶ ἀβρολίας, τυλλοῖ, ᾗ
κ' ἀπὸ, ἀναισθησίας καὶ ἀφροσύνης τετλήρωται.

Ὁ κύριὸς ἐν ὑγιείᾳ διαβρωλάξαι τὴν σὴν τελει-
ότητα, εὐχομένων ὑπὲρ ἡμῶν.

ANNO CHRISTI 1055. 1056.

reſſio dogmata, & inculpata ſinceraque noſtra fide aſſumant, utque ſi forte de iis, quæ Romæ geſta ſunt, interrogati fuerint, conveniens ad eos, diſſumque, ſicut declaravimus, detur reſponſum.

VIII. De noſtris autem ad fanctiſſimum Alexandriæ patriarcham literis, etiam ad fanctiſſimum Jeroſolymor. patriarcham ſcripſimus, quo ſi ipſe nanciſci non potuerit facilitatem illas mittendi, ipſo ad ejus beatitudinem dirigat. Et nunc quidem urgente profectionem fuam fanctitatis tuæ genero, pauculis vtebis, ac obiter quæ evenerunt enarravimus. Poſtea vero, ſi neceſſe fuerit, fuſius, apertiusque ſcribemus iis de rebus, necnon mittemus ſcripturam, quod adverſus nos depoſitum fuit in myſtica, divinaque menſa. Ex quo dices iſtorum in fide perverſitatem; quodque omni imperitia & rufticitate, imo, ut verius dicatur, ſtupore, ac demen-tia conferti ſint.

Dominus in proſpera valetudine conſervet perfectionem tuam, orantem pro nobis.

VICTOR PAPA II.

Sedit ab anno 1055. uſque ad annum 1057.

ARELATENSE CONCILIUM

Anno circiter 1055.

Celebratum.

An. circ. 1055.

Berengarius Narbonenſis vicecomes in-D querimonia fua de Guifredo archiepiſcopo Petrilibus concilii Tolofani anni 1056. exhibita, quam legas apud Labbeum Tom. XII. pag. 16. Venet. edit. narrat ſe anathemati devotum a Guifredo Narbonenſi archiepiſcopo, ad patres fynodi Arelatenſis adverſarium illum fuum [illegible] recuſante ſiſtere ſe judicio fynodi, nec ejusdem ſe afferit, ut ad Romanum pontificem appellaret. En verba Berengarii, ex quibus Arelatenſe concilium exculpitur: *Ego Berengarius queror ad Legatos ſummi pontificis* (in concilio Tolofano reſidentes) *nempe, ut Ba-*luzius in notis ad hanc querelam interpretatur, ad Raimbaldum Arelatenſem, & Pontium Aquenſem) *& ad cunctos epiſcopos , & abbates , quatenus ad ſynodum Arelat. convenire veniam. Ego quoque nihil refuſi, ad dominum apoſtolicum, hoc illud mittere paratus.* Ex his, de tempore concilii hujus Arelatenſis conjectura ducitur. Cum enim hæc reclamaret Berengarius apud ſynodum Tolofanam anni, ut Baluzius in notis *ibid.* cenſet 1056. ab anno 1055. Arelatenſis hæc ſynodus, proxime ante appellationem ad ſedem apoſtolicam celebrata, haud multum diſtat.

AD CONCILIUM APUD S. ÆGIDIUM

Anno ut fertur 1056.

habitum

ADNOTATIO CHRONOLOGICA

An. 1056. circ.

Epocham concilii apud S. Ægidium cum anno 1056. a Labbeo compotitam, meE doſam arguit novus editor Gallicæ Chriſtianæ tom. I. pag. 534. hoc planiſſimo argumento. Synodus iſta die *prideie nonas Septembris*, ut ex actis liquet, habebatur, eidemque inter cæteros, adfuit Bernardus Lutevenſis Epiſcopus. Sed anno 1056 idibus Septembris, ideſt poſt dies novem concilio Toſolano adfuiſſe legimus Roſtagnum Lutevenſem . Quonodo intra ſpatium adeo breve Lutevenſis epiſcopus obiiſſe, & poſt requiſitum metropolitani aſſenſum cæteriique præſitis, ſucceſſor dari Lutevenſibus potuit? Melius igitur alii concilium hoc in annum 1050. referunt .

AD ROMANUM CONCILIUM

A Victore papa II. anno 1057. habitum,

ADDITIO.

An. 1057. SUb Victore papa II. Romanum quoddam concilium ex litteris Stephani papæ IX. erutum Labbeus commemorat; sed tale quidquam aliud tangit præter nomen & indictum conjunctî episcopatus Marsorum, quem prædecessores sui olim fiderant in duo. Nescio an mihi fausteriorius avibus occurrerit bulla Victoris II. qua Wimmanno archiepiscopo Ebredunensi, quem in sua provincia electum Victor pontifex confecravit, jura omnia episcopatus sui expedita bulla confirmavit. Porro bullam hanc datam judico in Romano hoc concilio anni 1057. cujus rei indicio mihi sunt nomina plurium Italorum episcoporum, quæ pontifex illius literis subjunctis ex chartario Ebredunensi profertur Gallos Christianos auctore nostrissimo tom. III. pag. 178. append. Annus documento huic subjectus cum adscripta indictione concilio congruunt. Mensis diespat; nam hic ejt Julius mensis, i concilium vero Aprili mense convenit. Facile tamen oppositio concilistur; nam documentum illud Gallia Christianæ pontificiæ bullæ eadem scripturæ forte jungit diuturnum clerî Ebredunensis, quo episcopum suum jam confecratum a Victore papa, & impetratam ab eo pontificium bullam agnoscit & excipit. Hinc decreto, nonnullis bullæ contenti data illa temporis nonas Julii anno tertio pontificatus domini papæ Victoris II. indictione X. Tum succedunt nomina Italorum episcoporum subscriptionibus & corroborationem hæc scripsit; nempe hactenus; neque enim verosimile est, Italos hosce episcopos decretum illud Ebredunensium, quo Wimmannum confecratum jam & pontificæ excipiunt, auctoritate sua confirmasse. Ita ergo totam concipio. Electus a clero Ebredunensi Wimmannus Romam petit, ibique a pontifice confecratur concilio interfuit, atque ea ex bullam impetravit a pontifice, quam concilii patres subscriptione sua roborarunt; flatimque ad suos reflituitur literas illas cum cæteris confecrationis suæ documentis clero exhibuit, a quo novo decreto hæc omnia admissa sunt.

PRIVILEGIUM VICTORIS PAPÆ II. D

Wimmanno archiepiscopo Ebredunensi concessum.

Victor episcopus, servus servorum Dei, dilecto confratri & coepiscopo Wimmanno, & per eum sanctæ Ebredunensi ecclesiæ & successoribus ejus canonice promovendis in perpetuum.

SAnctæ Romanæ & apostolicæ sedis apicem ideo super gentes & super regna in principe apostolorum suorum Petro constituit universitatis Dominus, ut evellat & destruat, & plantet, & ædificet in nomine ejus. Siquidem donec sancta ejus ecclesia in toto terrarum orbe diffusa temporalitatis mutabilitati subjacebit, variis & continuis defectibus & profectibus suorum vicissitudinibus, velut luna suis mensibus, alternabitur, ut sine intermissione deprehendatur in ea, quod industrius hortulanus debeat evellere, vel plantare, & quod fagenæ archiectibus destruere, vel ædificare. Undenos, nullo notito merito, fed foto divinitatis nutu in sanctæ, & universalis ecclesiæ specula præcellentes, & varios ejus successus prospexantes, inter alia ipsius discrimina animadvertimus, Ebredunensem ecclesiam, primo quidem discursione & pervasione Saracenorum, secundo autem receptione & possessione transfugarum & indisciplinatorum, deinde longa oppressione pastorum suorum immo mercenariorum, & quod jejus est Simoniaca hæresi, & mutua occisione debacchantium prostratam miserabiliter & corruptam; quondam religione & opibus mirabiliter evectam, & integram, quæ omnimodæ desolationi & defectioni præcordialiter compatientes, te carissime confratter & coepiscope Wimmanne præfatæ ecclesiæ archiepiscopum & rectorem pro vitæ merito, & fapientiæ doctrina ordinavimus & confecravimus secundum electionem cleri & populi, ad petitionem quoque religiosorum principum & ad suggestionem venerabilium primatuum circumcientium provinciarum. Quorum unanimis sententia extitit, ut fi Ebredunensi ecclesiæ recuperatio aliqua quæreretur, ab illa matre, fcilicet ecclesia Romana, quæ prius illo B. Marcellinum præclicatorem, & pontificem direxerat, præsidium & pontifex repofceretur. Itaque secundum quod tua devotio postulavit, sibi privilegium noftræ apoftolicæ auctoritatis ad corroborationem sui archiepiscopatus, in rudi & indisciplinata ecclesia vix nomen ipfum nudum pene retinente, & parietinas fuas jam demonftrante, inclinati precibus tuis, præsentis anni decima Idibus hac noftra decretali pagina concedimus & confirmamus tibi Ebredunenfium ecclesiam in integro, & ad archiepiscopalem fedem basilicam dominæ noftræ Dei genitricis semperque virginis Mariæ principalem, cum omni jua antiqua & juita pertinentia, in baptifmalibus ecclesiis, capellis, monafteriis, cimiteriis, poffeffionibus, villis, castellis, pafcuis, agris, vineis, fylvis, aquis aquarumve decurfibus, piscariis, domibus, mancipiis, colonis, peculiis, & cum omnibus omnino rebus, mobilibus, & immobilibus, vel fe moventibus, ibi jufte pertinentibus, tam eas, quas modo quiete & legaliter poffidet, quam illas, quas deinceps collatione fidelium, feu redditione vel emptione, aut qualibet ratione acquirere poterit. Confirmabius quoque tibi omnium ecclesiarum totius nuæ diœcesis decimas, primicias, oblationes tam vivorum quam defunctorum, judicia clericorum, & cuncta ecclesiastica officia, ut ex dispositione tua secundum canonicam fanctionem pendeant. Pariter quoque fuffraganeorum tuorum confecrationem, debitam fubiectionem, & reverentiam feu obedientiam, necnon ad concilium agendum convocationem & auctoritatem, fecundum omne jus quod metropolitanis fuis fuffraganei canonice dare debent, falva in omnibus fanctæ Romanæ, & apoftolicæ fedis, ut dignum eft, auctoritate. Præterea hujus modi noftri privilegii tenore concedimus & confirmamus tibi ufum facri pallii fecundum antiquam confuetudinem prædecefforum tuorum, qua confueverunt eo uti in fubscriptis folemnitatibus juxta privilegia noftrorum antecefforum illis indulta antiquitus, fcilicet in die fancto Paschæ, in die ascensionis Domini, in die fancto Pentecostes, in natalitate Domini noftri Jefu Chriſti, in epiphania Domini, in cœna Domini, in assumptione Beatæ Mariæ femper virginis, in natalitiis omnium apoftolorum, in feftis omnium confessorum, in feftivitate S. Marcellini præfatæ civitatis Ebredunensis archiepiscopi, in dedicatione principalis basilicæ B. Mariæ semper virginis, in consecratione epiſcoporum, in ordinatione presbyterorum & diaconorum, fabbatis jejuiorum, & quatuor temporum, & in contentionibus novarum & principalium basilicarum. Quin etiam ad fupplementum beneficentiæ apoftolicæ atque archiepiscop. inſigne, crucis dominicæ vexillum ubicumque, ipia in parochiis tuis, & in parochiis fuffraganeorum tuorum concedimus & fancimus, apoftolicæ authoritatis privilegio bajulari ante te. Porro pallio facro ita te uti volumus, ut diligenter ea, quæ ad ipsum pertinent, expendas quod tuæ fraternitati immineat agendum; ufus illius fcilicet inter alia, ut carnem tuam crucifigendo cum vitiis & concupiſcentiis, ſtigmata J. C. cum Paulo apoſt. in corpore tuo portes, & femper mortificationem illius in pectore & scapulis circumferas; non ad aliquod oftentationis vanæ & fingularis excellentiæ indicium, fed ad demonftrandum cauſa commemorationis & imitationis operibus tibi commiſſis Salvatoris noſtri venerabilis ſignum, qui ineffabili pietate overn centesimam in humeris ſuis reportavit. Demum igitur omnibus ſupraſcriptis, apoſtolicæ ſedis auctoritate, per hoc noſtrum privilegium tuæ dilectioni conceſſis, & confirmatis, eadem apoſtolica auctoritate interdicimus ne temere obviet, aut contradicat aliquis. Si quis autem, quod non optamus nefario auſu præſumpſerit huic noſtro decreto in aliquo contraire vel refragari, ſive ſit eccleſiaſticus, clericus aut laicus, ſervus, aut liber, magna vel parva perſona, ſciat ſe anathematis vinculo innodatum, & cum diabolo, ejuſque atrociſſimis miniſtris, atque cum Judæ traditore, niſi forte prius reſipuerit, æternæ gehennæ ſuppliciis deputandum. At verò quiſquis pio intuitu obſervator in omnibus exiſterit hujus noſtri apoſtolici ſcripti, benedictionis gratiam a miſericordiſſimo domino noſtro multiplicitèr conſequatur & vitæ æternæ poſſeſſor efficiatur. Amen.

A Civitas Ebredunenſium metropolis
Civitas Dignenſium
Civitas Solingenſium *al.* Solinenſium
Civitas Rigomagenſium
Civitas Samaſienſium *vel* Sanicienſium
Civitas Glannatina
Civitas Semelenenſium, ideſt Nicentium
Civitas Vecienſium *al.* Venſonenſium
Civitas Antipolis ideſt Graſſenſis.

B Antiqua auctoritate ſanctorum prædeceſſorum noſtrorum clerus & populus Ebredunenſis eligimus, laudamus, & conſecramus Wimmannum archiepiſcopum in ſede archiepiſcopali Ebredunenſi, præcipiente ſummo pontifice, & univerſali papa Victore, confirmante Willelmo, Berrando, & Gaufredo, ſeu Pontio Dienſi comite, ita ut præſideat & regat omnes eccleſias ſupradictæ civitatis, ſicut ſcriptum eſt in privilegio, quod Dominus papa Victor illius conſecrator auctoritate noſtra ibi conſulit, cum decimis, & primitiis, ſicut ex pedit archiepiſcopo tenere & diſponere. Si quis autem hoc decretum infregerit, nifi ad ſatisfactionem venerit, ſciat ſe damnatum & anathematizatum eſſe, fiat, amen. Datum ..... nonas julii per manus Araboli diaconi anno tertio pontificatus Domini papæ Victoris ſecundi indictione decima. Humbertus dei gratia cardinalis epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Silvacandidæ, Fidericus cardinalis S. Chriſogoni, Arnoldus Arretinus epiſcopus. Giraldus Florentinus epiſcopus. Ludovicus Nuceriuus epiſcopus. Romanus Caſtellenſis epiſcopus, Litgrinus Popilienſis epiſcopus, Johannes Senenſis epiſcopus, Gregorius Vercellenſis epiſcopus, Cimibertus Taurinenſis epiſcopus, Guido Egobinenſis epiſcopus, cum quibus Veſtrenſis epiſcopus, Feſulanus epiſcopus, Piſanus epiſcopus, Piſtorienſis epiſcopus, omnes hi interfuerunt, & corroboraverunt hæc ſupra ſcripta. Deo gratias, amen.

ANNO CHRISTI 1057.

STEPHANUS PAPA IX.

Sedit ab anno 1057. usque ad 1058.

STEPHANI PAPÆ IX.

DECRETA.

Apud S. Petrum Damiani in epistola ad Cunibertum episcopum lib. IV. epist. III. pag. 171.

CUm papæ Stephanus, qui zeli Phinees æmulabatur ardorem, omnes clericos Romæ, qui post interdictum papæ Leonis incontinentes exiterant, de conventu clericorum, & choro ecclesiæ præcepisset exire; ut quamquam relictis fœminis per pœnitentiæ tempora lamenta corrigerent, tamen quia sanctio viro inobedientes fuerant, & de sacrario ad tempus exirent, & celebrandæ missæ licentiam de cætero non sperarent.

AD FONTANETUM SYNODUS

Anno 1057. habita.

VEnetus Labbei editor Synodi cujusdam Novariensis, Pagio indicante, ex Landulphi junioris historia cap. VIII. acceptæ, memorit. Creadam illam a Guidone Novariensi episcopo scripserat Pagius, & ex illo Venetus collector, qui tamen rectius in titulo Guidonem illum Mediolanensem antistitem adpellat, reipsa enim Mediolanentium sacris præerat. Accuratius aliquid de hac ipsa provinciali (synodo tradidit antiquior Landulpho juniore Arnulphus alter Mediolanensis historicus lib. III. cap. XI. Rer. Italic. Tom. IV. pag. 24. quem tamen caute legendum monebo, quæ ea scriberet quo tempore incontinentibus & simoniacis [illegible] adversus S. Arialdum, & foclum ejus Landulphum favebat: *Factus est synodalis præsulum multorum conventus in loco, qui dicitur Fontanetum*, (in Diœcesi Novariensi, qui hodie pariter veterem appellationem retinet) *ubi cum triduo spiritualiter vacarent negotiis, illorum* (Arialdi, & Landulphi) *præsentiam adventum, visumque omnibus terminatum tantum* (utriusque) *anathemate ejusdem fore multandam. Factumque est ita. Quæ omnia subscripsendum Landulphus, cum veteri debuerat, magis extollitur. Ex hoc conventu tot episcopi, præsertim Metropolitanus, furent solos fautores Clericos, arguens illos sine fuorumque perditionis, laicos vero favebat ut fratres &c.*

SYNODUS ROMANA

Sub Stephano papa IX.

Anno 1058. celebrata.

An. 1058. NEminem mihi refragaturum arbitror, si concilium quoddam agnoverim inD sequenti Stephani IX. bulla, quam pro immunitate Cleri Lucani concedam Muratorius ex pluteis Lucani archivii vulgavit Antiquit. Ital. Tom. V. pag. 974. Quorsum enim id decreviſſe pontifex adſtruerit una cum episcopis ibidem recenſitis, niſi tacita innuens, id ſe in concilio ſtatuiſſe, & e concilii ſententia literas illas ſuas dediſſe.

Si cui vero ardeam ſit concilium excuſpere ex monumento, in quo de concilio ne vocula quidem, illum profecto Concilium quoddam a Stephano IX. coactum admittere coget authoritas Chronici Vulturnenſis Rer. Italic. Tom. IV. pag. 514. ubi ſermone inſtituto de Landone clerico, qui a Capuanis per pecuniam acceperat eccleſiam *Sanctis Vincentio & Capuæ*, Monachis per ſummam injuriam ereptam, quare addit ſcriptor Chronici illius *Vocatur* Lando *ad Synodum a domno papa Stephano tre contempſit. Unde eidem ipſi cives Capuani cum illo excommunicati ſunt.*

BULLA STEPHANI PAPÆ,

Qua Cleri Lucani immunitatem aſſerit.

STephanus epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectiſſimis in Chriſto filiis omnibus Sacerdotibus, Levitis, univerſisque clericorum ordinibus, Lucæ commorantibus, ſeu de omnibus plebibus, clericis, acolithis, ſubdiaconibus, diaconibus, presbyteris, ſuburbanis Lucenſis epiſcopatus, & omnibus ſucceſſoribus eorum in perpetuum.

Si erga fidelium laicorum ordinem, legalem conſuetudinem, & decreta pietatis terrare nobis convenit, multo amplius eccleſiaſticorum gradus, qui eccleſiæ Dei fideliter miniſtrant, & ſervitute vita æquitatis obſervare, & obſervanda confirmare debemus. Quapropter ob interventum dilectiſſimi coepiſcopi noſtri Anſelmi Lucenſis epiſcopi, ſimulque Benedicti Bellerinenſis epiſcopi, & Bonifacii Albanenſis epiſcopi, & domni Hunc-

ANNO CHRISTI 1058.

beri ſanctæ Rufinæ ſedis epiſcopi, necnon Petri Lavicanenſis epiſcopi, ſimulque Johannis Portuenſis epiſcopi, necnon & domni Hildebrandi ſanctæ Romanæ eccleſiæ ſubdiaconi, aliorumque noſtrorum fidelium, per hujus noſtræ præceptionis paginam conſtituimus, & confirmamus, ſicut ſacrorum canonum demonſtrat auctoritas, & humanæ præcipiunt leges, ſicut etiam illis ab Ottone imperatore augulo, & reliquis imperatoribus per præcepti paginam conceſſum & confirmatum eſſe videtur, ut deinceps a nulla magna parvaque perſona hominum ad baccalaria judicia pro quæſtumque controverſia pertrahantur, vel ante ſeculares judices examinentur, vel diſtringantur, niſi tantum ab eorum præſule. Et ut nullus in domibus eorum aliquam invaſionem facere audeat, vel moleſtiam præſumat inferre, vel tributum, ſive redditum, ſeu eſſum ſuperimpoſitum eiſdem ſacerdotibus, & cunctis ſacris ordinibus, a quacumque perſona imponatur, vel requiratur. Et ne aliquis audeat ſe intromittere hine legali judicio de aliquibus ſuppellectilibus eorum, ſive ſervis urſuſque ſexus, vel familiis, ſeu etiam de univerſis eorum colonis, necnon mobilibus, & immobilibus, arvis, cultilibus, vineis, olibetis, filvis, pratis paſcualibus, ſeu univerſis hereditatibus eorum, ſive acquiſitis, necnon eorum bonis, vel quicquid illis juſte & legaliter pertinere perſpicitur. Infuper concedimus per hoc noſtrum apoſtolicum privilegium omnibus ſacerdotibus, levitis, cunctiſque ſacris ordinibus jam dicti epiſcopatus, ut eorum advocatus non aliter niſi ſolus, juret ſine ulla contradictione, ſicut in ſancta Romana eccleſia agitur. Et liceat eis ſecundum eccleſiaſticos gradus quiete & pacifice vivere, & Deo ſervire, & ſub hujus noſtri privilegii defenſione conſiſtere. Ita ſane juvemus, ut nullus Dux, ſive Marchio, Comes, Vicecomes, Caſtellus, Curialis, Erathus, Decanus, Vocemiſſarius, vel etiam ulla perſona hominum audeat interdicere, vel conſringere hoc, quod a nobis conſtitutum, & confirmatum eſt. Si quis autem (quod non credimus) temerario auſu hoc noſtro apoſtolico privilegio contrarius exiterit, ſciat ſe, niſi reſipuerit, & dampnum, quod fecerit, emendaverit, auctoritate Dei omnipotentis, & B. Petri Apoſtolorum principis, ac noſtra, anathematis vinculo innodatum, & a Regno Dei alienum, atque cum Juda traditore ſociarum. Infuper compoſiturus exiſtat adri optimi libras decem, mediatetam ſacro noſtro palatio, mediatetam illis, quibus injuria illata fuerit. Qui vero pro tmtuitu cuſtos, & obſervator hujus noſtri apoſtolici præcepti exiterit, benedictionis apoſtolicæ gratiam, vitamque æternam a Domino Deo noſtro conſequi mereatur in ſecula ſeculorum. Amen.

Signum per manus Gregorii notarii, & ſcrinarii ſanctæ Romanæ eccleſiæ in menſe, Octubrio, & indictione undecima.

Datum Romæ per manus Humberti cancellæ eccleſiæ olim canſtele Epi. vpi, & bibliothecarii ſanctæ Romanæ, & apoſtolicæ ſedis, anno pontificatus domini Stephani noni papæ primo XV. Kalendas Novembris indictione undecima.

NICOLAUS PAPA II.

Sedit ab anno 1058. ad 1061.

AD EPISTOLAS NICOLAI PAPÆ II.

APPENDIX.

Nicolaus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Willelmo venerabili epiſcopo Dorcaſtrenſi, ſuiſque ſucceſſoribus ibidem canonice promovendis imperpetuum.

An. 1058. Extat apud Wilkins Conc. Britan. Tom. I. pag. 325.

CUm magna nobis ſollicitudine inſiſtit cura pro univerſis Dei eccleſiis ac plis locis vigilandum, ne aliquam neceſſitatis jacturam ſuſtineant, ſed proprie utilitatis ſtipendia conſequantur, ideo convenit non tota mentis integritate eiſdem venerabilibus locis ut ea, quæ ſua ſunt ſtabilita permaneant providere. Igitur quia petiſti a nobis, kariſſime fili, cum Edwardi regis legatis, atque literis noſtri videlicet amici, ut per noſtri privilegii paginam tuæ eccleſiæ, tibique, necnon ſucceſſoribus tuis omnia perpetualiter confirmaremus, quæ prætuæ eccleſiæ juſte, legaliter competunt; ſuggeſtioni tuæ gratanter annuentes, per hujus noſtræ conſtitutionis decretum & apoſtolicæ ſedis liberale eidſum concedimus; & confirmamus tibi, ſicut ſupra legitur, tuiſque ſucceſſoribus ibidem canonice promovendis imperpetuum, quæque præſatæ eccleſiæ pertinent, tam quæ in præſentiarum poſſidet, vel poſſedit, & maxime parochiam Lindiſi, eccleſiamque Stow. cum Newerca, & appendiciis, quas inſuper Alvricus archiepiſcopus Eboracenſis invaſit, uti per legatorum noſtrorum dicta, & per anteceſſorum teſtimonia & ſcripea agnovimus, quamque in futuro quocumque modo divini, & humanis legibus adquiitere poterit, ſciſicet præmoninata eccleſia cum omnibus rebus, & poſſeſſionibus ſuis, ac pertinentiis mobilibus, & immobilibus, ſeſeque moventibus, Eaſtris ſciſicet, caſis, villis, territoriis, eccleſiis, cum primitiis, & decimationibus, cum omnibus quoque, quæ pia devotio fidelium facris contulit ſibi, vel contulerit oblationibus, pro ſalute vivorum, atque etiam mortuorum. Statuentes per hujus no-

ANNO CHRISTI 1058.

stræ apostolicæ sedis, cui, Deo auctore, præsidemus, auctoritatem, & nostri edicti inviolabilem constitutionem, ut neque rex, neque archiepiscopus, sive dux, sive quicumque comes, aut vicecomes, nec alia sive magna sive persona cujuscumque dignitatis vel ordinis contra hoc nostrum privilegium præsumat præfatam ecclesiam, aut ea pertinentia confringere, tuoque in perturbum successores de bonis suis deinvestire, aut inquietare, aut aliquid ibi contra sanctos canones constituere, vel ordinare; sed ita sicut prædicta ecclesia, quæ omnibus prælibavimus, melius firmiusve a fuæ constitutionis initio tenuit, teneas, possideaque, tam tu, quam successores tui sub constitutionis hujus pagine & apostolica sanctione. Si quis igitur, quod non optamus, contra hoc nostrum privilegium venire temptaverit, & sicuti ab apostolica auctoritate præceptum, ac corroboratum est permanere non dimiserit, sciat se anathematis vinculo innodatum; & cum Juda traditore, & Dathan, & Abyron parcem habere, nisi forte resipuerit, & digne satisfecerit. Qui vero pio intuitu in omnibus observato exiterit, custodiens hujus privilegii nostri constituta, ad cultum Dei respicientis, benedictionis gratiam a misericordissimo Domino Deo nostro consequatur, & vitæ æternæ præmiis perfruens mereatur. Dat. V. Non. Maii per manus Bernardi, episcopi S. ecclesiæ Penestrinæ, anno ab incarnatione Domini MLI. anno tertio pontificatus Nicolai Papæ II. indict. XIV.

ANNO CHRISTI 1058.

TOLOSANUM CONCILIUM

Sub Nicolao II. Papa anno incerto habitum.

Inter an. 1058. & 1061.

QUod hic exhibeo *Tolosanum concilium, quamquam ex allato a Martene Vet. Mon. Tom. 1. pag. 438. documento erui-tur; non est tamen idem cum Tolosano anni 1056. quo dedissimi ejus scriptoris sententia fuit. Diversum ipsum per se testatur; tum prius illud sub Victore II. celebratum, Papæ successor egressusque Romanis de Apostolatus, & Pontio Aquensi. Hoc vero indictum Ugo decani Nicolai, (nempe II.) apostolici legatus; quem ipsum ejus Hugonem Acen episcopum Dionysius, ac tandem Lugdunensium archiepiscopum diuturna plurium annorum pontificia in Galliar legatione celebrem, Martenius opinatur. Sed refragatorie habet scriptoret omnes cum Pagio ad A. 1075. qui sub Gregorio VII. primum eo nomine audiere; quamquam ego videm in Notis vel sub Alexandro II. quosdi conjici. Ut ut sit, plane constat decretum illud, quod hic agit, Tolosanum concilium aliquod intra trecennium illud, quod Nicolaus II. in pontificatu regit, publicare.*

DONATIO ECCLESIÆ S. SEGOLENÆ

Facta Monasterio S. Victoris a Geraldo Amelii, & Vidiano Ermengaudi.

NOtum sit omnibus hominibus in Christo credentibus, quoniam percurrente

CON-

(a) S. Segolenæ abbatiæ Truclarensis monasterii in pago Albiensi vitam habes in appendice ad bibliothecam novam Philippi Labbei. MARTENE.

ANNO CHRISTI 1059.

In quo clerici uxorati, & febrifugatisi in ecclesiæ Romanæ pacem admissi sunt curam legatis apostolicis

Anno 1059. habitus.

PRÆMONITIO COLLECTORIS.

DAnnati in Synodo Novariensi, seu ad Fontantium S. Arialdus, & Landulphus, qui clericos de incontinentia, & simonia reos agebant, causam suam ad Stephanum Romanum Pontificem detulerunt; neque enterim satis fausta, res transiit ad Nicolaum II. qui legator fuos Anselmum de Badagio Mediolanensem civem ac Lucensem episcopum, cum Petro Damiano episcopo Ostiensi, & S. R. E. Cardinale eo direxit, ut turbas sopirent, ordinatisque in eam redigerent. Eo pruinter legati celebrem cleri conventum indixerunt, in quo rem a se gestam narrat idem Petrus Damiani in epistola ad Hildebrandum archidiaconum, quam hic referendam eo libentius subjicio, quod veluti in Synodo a se cuncta ed totum referenda censerat; & cum res tota sit ecclesiastica, atque maxime astate illa celebris, nemini non fore arbitror, qui me jure accuset, si inter synodos factis buius respondeam conjungam. Insuper & hunc ipsum conventum Synodum Ambrosianam vocat: Arialdus lib. III. cap. XII. hist. Mediolan.

Tempus vero res gestæ ex eodem Arialdo, Baronioque elicitur; narrat enim pronunciationem ad Stephanum IX. papam interpellatam... fuisse, legationem vero a Nicolao II. missam; ea quo intelligitur ipsi Nicolai expugnata ed altum. Insuper Romanum synodum anno 1059. Mediolanensi huic conventui præponit; quinimo omnibus indicit, seu indictam esse huiusmodi conventuum præsidibus pronunciat. Nicolai, designatur. Nunc vero ipsa S. Petri Damiani epistola promenda est.

Domino Hildebrando archidiacono, Petrus peccator monachus sinceritatem devotionis affectum.

Privilegium Romanæ ecclesiæ quantas habeat vires ad servandum canonicæ æquitatis & justitiæ regulam, quantumque vigorem, ad disponendam ecclesiasticæ fidei contineat disciplinam, solus ille dilucide comprehendit, qui ecclesiasticis constitutis indistate negotiis. Quod utique privilegium, qui inexpertus est parvipendit, exercitatus amplectitur. Quia sicut arma non curat, qui certamen ignorat; sic e diverso tells imbuitur accingitur, qui ad reportandos ex more victoriarum titulos animatur. Armis autem privilegium Romanæ ecclesiæ non incongrue comparaverim, quia dum hæc una per cathedram beati Petri totius Christianæ religionis caput effulta, cunctis in orbe terrarum principetur ecclesiis, velut dux ante aciem fidelium canesis fulta, ac specialis prærogativæ auctoritate munita, & evangelico mucrone veritati resistentium cervices obtruncat, & ad invidiosime dimicandum totam Christi militiam in unius charitatis, ac fidei unanimitate conspirat. Hoc tu fubtiliter, ut & alia multa perpendens, frequenter a me inhabitate, quæ fupperne omnia postulasti, ut Romanorum pontificum decreta, vel gesta percurrens, quidquid apostolicæ fedis authoritati speciali tes competere videretur, hinc inde curiolus excerperem, atque in parvi voluminis unionem novæ compilationis arte conflarem. Hanc itaque tuæ petitionis infantiam cum ego negligens Roeci perdolerem, magisque saperditionem, quam necessitati obnoxiam judicarem, divinitus, ut reor, actum est, ut Mediolanensium urbem, beatissimi Nicolai papæ legatione fundtus, adirem.

Erat enim inter clerum, & populum propter duas hæreses, Simoniacam videlicet, & Nicolaitarum, fatis turbulenta fedtio. Nicolaitæ autem dicuntur clerici, qui contra castitatis ecclesiasticæ regulam formitis admiscentur. Qui plane tunc fortificatores fiunt, cum sedi commercia copulas ineunt; tunc Nicolaitæ jure vocantur, cum hanc lethiferam peltem velut ex authoritate defendunt. Virium quippe in hac lethi vertitur, cum perverfi dogmatis affertionis firmatur. Quid plura? nobis digna fedis apostolicæ veneratione receptis, ac negotiis, quæ nos ibidem agere mandabat, diligenter discussis, cum ad conventum generale in populo murmur exoritur, non decere Ambrosianæ ecclesiæ Romanis legibus subjacere, nullumque judicandi, vel disponendi jus Romano pontifici in illa fede competere. Nimis indignum, inquiunt, est, quæ suis progenitoribus nostris semper extitit libera, ad nostræ confusionis opprobrium nunc alteri, quod absit, ecclesiæ fit subjecta. Poltremo tumultuantium clamor attollitur, ex diversis partibus ad episcopale palarium venitur: dein tintinnabula pertrepunt prægrandis ærea tuba, quæ illic est, tota civitas clangoribus intonatur. Intenrabant mihi, ut ita loquar, omnia mortem, & ut ab amicis meis mihi sæpe fuggestum est, nonnulli meum sanguinem sitiebant. Augebat autem hujus ignis incendium hoc permaxime, quia congregatis quasi ad synodum totius Ambrosianæ parochiæ clericis, ego in medio residens, sive potius præsidens, reverentissimum Mediolanensium archiepiscopum ad finistram, prudentia quoque, ac sanctitate conspicuum Anselmum Lucensem episcopum posuisse mihi recusabar ad dexteram. Hinc porro quanta a frementi populo dici potuerint, non necesse est apicibus tradi, quod nimirum per se valet intelligi. Et revera ipse domnus archiepiscopus, mox ut nostræ est præfinitionis admonitus, impigre obtulit, ultro etiam, ut si ego præciperem, in fcabello, quod no-

ANNO CHRISTI 1059.

nostris fuberat pedibus, sine controversia refideret. Dicante id non simplici fatuum intentione qui volunt. Nos autem non fatisfritationi populi telantis, ut fertur; adscribimus, sed apostolicæ sedis reverentiæ deputamus. Ut autem ad compendium veniam, ascendi palpitum, ac dextro vix pulso hujusmodi tum verbis exorsus.

Noverit charitas vestra dilectissimi, non me pro Romanæ ecclesiæ huc honore venisse, sed veritam gloriam quærere, vobis fatisfacere, & gratiam, quæ in Christo est, cum eis auxilio si permittitis, providere. Quo enim pacto honore indigeret parvuli hominis, qui laudes, atque præconia ex ipsius ore fortita est Salvatoris? Quæ autem provincia per omnia regna terrarum ab ejus dictio-B nis extranea reperitur, cujus arbitrio ipsum quoque cælum & ligatur, & solvitur? Omnes autem sive patriarchivi cujuslibet apicem, sive metropoleon primatus, aut episcopatuum cathedras, vel ecclesiarum cujuscunque ordinis dignitates, sive rex, sive imperator, sive cujuslibet conditionis homo purus instituit, & prout voluntas, aut facultas erat, specialium sibi prærogativarum jura præstitit. Romanum autem ecclesiam solus ipse fundavit, & super petram fidei mox nascentis exerxit, qui beato vitæ æternæ clavigero terreni simul & cœlestis imperii jura concessit. Non ergo qualibet terrena sententia, sed illud verbum, quo C constructum est cœlum, & terra, per quod denique condita sunt elementa, Romanam fundavit ecclesiam. Cetera privilegio fungitur, illius auctoritate fulciatur. Unde non dubium quia quisquis cuilibet ecclesiæ jus sum detrahit, injustitiæ reus fit. Qui autem Romanæ ecclesiæ privilegium ab ipsis fummo omnium ecclesiarum capite traditum auferre conatur; hic procul dubio in hæresim labitur: & cum ille noteretur injustus, hic eti dicendus hæreticus. Quem quippe violat, qui adversus illam agit, quæ matet est fidei; & illi contumax invenitur, qui eam cunctis ecclesiis præstitit cognoscitur.

Ut autem omissis aliis, ad id, quod nunc D agitur, veniamus: non debet ignorare fanctia vestra devotio, quia beati Apostolorum principes Petrus, & Paulus, ficut per fuum fanguinem Romanam ecclesiam consecraverunt: ita mox inter ipsa nascentis fidei rudimenta hanc Mediolanensem ecclesiam per fuos discipulos lucrati funt Christo. Nazarius quippe martyr insignis, sicut scriptura testantur, Petri authoritate, baptisma a Lino ejus successore suscepit: qui postmodum cum B. Celso in hac urbe martyrio coronatus est. Sancti vero martyres Protasius, atque Gervasius beatum Paulum apostolum magistrum, ac præceptorem habuisse noscuntur; sicut B. Ambrosius & ipse testatur. *Ifti fant*, inquit, *qui nomina mea fequuntur, refpuentes præmia, & divitias, fecuti funt Domini noftri veftigia.* Sicut ergo Salvator noster binos ante faciem suam discipulos misit; ita quodammodo uterque sanctus apostolus ex magisterio suo in hanc urbem prædicatores sanctæ fidei geminos destinavit. Cum ergo vestræ salutis authores ex A ecclesiæ prodierint disciplina, consequens est, juxta æquitatis ordinem, ut ecclesia Romana mater, Ambrosiana filia sit. Ut autem hic ordo inter utramque Ambrosianam videatur, & apostolicam sedem, non noviter orti, sed antiquitus renuisse non dubitetur; B. Ambrosius cum hanc Nicolaitarum perfidiam ad multorum fœtere perniciem in hac urbe doleret, cumque per se solus coercere non posset, sedis Apostolicæ mox quæsivit auxilium: cui videlicet is, qui tunc præerat papa Siricius, tres personas, presbyteram, diaconum, & subdiaconum ad correctionem ulciscendi hujus scelcris destinavit. Cum his itaque beatissimus pontifex, quos corrigere non potuit, velut fcatentem vermibus anthrax ex ulB bis hujus fagena projecit; unde & ipse sanctus Ambrosius in omnibus sequi se magistrum sanctum Romanum pontificem ecclesiam. Scrutamini itaque scripturas vestras, & per quod vultis diligentiet inquirite, & si non potestis apud vosmetipsos invenire, quod inquimus, mendacii arguite: si autem potestis, nolite veritati reluctare, nolite matrem vestram crudeliter impugnare; sed ex cujus uberibus hac fuscitis apostolicæ doctrinæ sitis dapibus recreari.

Quantum profuerit vitæ reddita.

His itaque rationibus de prærogativa, & principatu sedis apostolicæ redditis, populus omnino benevolus redditur, & executum fe, quidquid injungerem, unanimiter pollicetur. Tunc nimirum liquido patuit, ut ecclesiasticis caufis quantum Romanæ ecclesiæ posse privilegium valeat. Quamque hoc fanctæ matris ecclesiæ non otiolo deposcat: Quod utique Deo annuente implere studebimus, si tamen hujus rei gestæ prius ordinem digeramus. Quid multis morior? Adeft clerus, convocatus populus ille conventus communiter, & ungillatim quisque percipitur, vix e tanto numero quispiam promotus ad ordinem sine pretio reperitur. Erat enim genitus, immo inordinatus ordo, & inevaibilis regula illius ecclesiæ, ut quicumque ad quemlibet ordinem, vel etiam ad episcopatum conscrandus accederet, prætium prius absque ulla controversia exnonem darec. Hic plane quæ curis afflictus, quot fim cogitationum ftimulis torquear, quot denique fuspiria ex imis visceribus trahens, facunda etiam lingua non explicat. Tam latæ fquidem dirccxis, tam nobilis urbis, omnes ecclefias facris myfteriis profanare, quodam modo chriftianæ religionis videbatur eversio. Sed & litigiofum erat indulgere paucis, cum fere omnium effet culpa communis; nec legitimum videbatur diversa in eos prodire fententia, cum effet una omnibus caufa. Hoc etiam noftras augmentabat anguftias, quia nifi quælemcumque deciſionis calculum caufa illa fufcipcret, nifi cum magna hominum ſtrage furenſis populi ſe jurgia non ſedarent.

ANNO CHRISTI 1059.

De reconciliandis hæreticis.

Tunc inter multas difceptationes proceſſit in medium illa Innocentii papæ ſententia ab antiquioribus inventa: *Quod a multis peccatur, multum eſt*. Illa quoque diſcretio ad memoriam redit, quam S. Pontifices, & authentici canonum conditores de Donatiſtis, & Novatianis, ac reliquis, qui apud diverſas hæreſes ordinati ſunt, invenerunt. Id etiam nos non præterit, quod noſtræ memoriæ nonus Leo papa pleroſque ſimoniacos, & male promotos, tamquam novitер ordinavit. Hæc & alia plura meditantibus, & inter ſe ſenon.) (Alii quippe præmiſſis hoc intulit) „ Properea, inquit, „ depoſitum non reordinabitis, ſed reddetis „ ei (ſuos gradus per inſtrumenta, & per „ veſtimenta, quæ ad ipſos gradus pertinent, ita dicendo: *Reddo tibi gradum Oſtiarii, & te in illum gradum reſtituo &c.* „ in nomine Dei Patris, & Filii, & Spiri„ tus Sancti. Noviſſime autem benedictio„ ne lætificabitis eum, ſic concludendo: „ *Benedictio Dei Patris, & Filii, & Spiri„ tus Sancti ſuper te deſcendat, & te reſtituatur in ordine ſacerdotali, & offeras placabiles hoſtias Deo laudis pro peccatis, atque oſtenſionibus populi omnipotenti Deo, cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum*. Hoc etiam noſtram memoriam non pertanſiit, quod beatus papa Gregorius Neophytis Anglis diſpenſative ad tempus conjugia canonibus interdicta permiſit. (Epiſt. 31. lib. ult.) Apoſtolica etiam illa diſcretio nobis ad memoriam eſt reducta, quæ Gentilibus nuper converſis ad fidem nihil aliud oneris impoſuerunt, niſi ut ab immolatis ſimulacrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione abſtinerent. Quæ cuſtodiſcent. In arcto itaque poſiti, quia non poteramus mala illius eccleſiæ mera canonum authoritate corrigere, ſtudiumus ſaltem perverſis ejus cubilibus finem imponere, ac gratuitæ promotionis ordinem futuris temporibus providere. Exegimus igitur ex tunc, & deinceps gratuitæ promotionis inviolabilem ſponſionem prius per monumenta literarum, deinde per manum, poſtremo per evangelicum ſacramentum. Et quidem ſponſio ſyro digeſta, ut apud nos habetur, hic ſimiliter interſtruitur.

Sponſio Archiepiſcopi Mediolanenſis.

Vtido divina gratia Mediolanenſis eccleſiæ archiepiſcopus, omnibus chriſti fidelibus, ejuſdem eccleſiæ clero, & populo æternam ſalutem in Domino.

Non ignorat ſancta devotio veſtra, dilectiſſimi fratres, & filii, quam reproba, quam deteſtabilis, deo odibilis, ignominioſa, atque perverſa, omnimque ſanctorum canonum auctoritate damnata conſuetudo in hac ſancta eccleſia, cui, Deo auſtore deſervio, antiquitus inoleverit, quamque lethalis, atque peſtiferæ ingeræ animas innocentum contaminatione perfuderit, ſimoniacæ videlicet hæreſis damnata, femperque damnanda venialitas, & perniciſiſa negotiatio hujuſmodi

ANNO CHRISTI 1059.

di, quæ in hac sancta ecclesia constuduliter obtinebat, ut quisquis ad clericales ordines provehendus accederet, de subdiaconatu quidem duodecim nummos, de diaconatu vero decem & octo, postremo de presbyteratu suscipiendo viginti quatuor, quasi per præfixam conditionis regulam daret. Hoc itaque modo Simon magus, heu proh dolor! hanc sanctam Ambrosianam ecclesiam perversitatis sue velut officinam fecerat. Follem, malleos, & incudem, trapezita ac monetarius iniquitatis habebat; nihilque aliud, nisi animarum omnium commune periculum fabricabat. Nostris vero temporibus, quia Salvator noster pius, ac misericors plebem suam, quam pio cruore, redemerat, sub hac mortiferi languoris atrocia perire condoluit, velut ad obviandum, ac viriliter obsistendum voraci, ac virulento draconi vestros animos, vibrante Spiritus Sancti gratia, concorditer incitavit, ita ut quibuldam ex nostris fedem apostolicam adeuntibus, tanum hujus terræ peculiarem sanctus, ac Deo dignus Nicolaus papa cognosceret, atque ad compescendum, & funditus extirpandum hoc facinus dominum Offidiensem Petrum episcopum destinaret. Quapropter, dilectissimi fratres, in conspectu Dei omnipotentis, & filii ejus Christi Jesu, qui judicaturus est vivos & mortuos, & spiritus Sancti, qui hanc pestem specialiter damnat, ac destruit, sub testimonio omnium Angelorum, cunctorumque Sanctorum Dei, præsente jam dicto domno Petro episcopo, & etiam venerando domno Anselmo Lucensi episcopo, & omnibus vobis, damno, detestor, ac reprobam judico hanc perversam, quæ hactenus vigulit in hac ecclesia, negotiandi consuetudinem, & nefandumque simoniacam heresim. Insuper obligo non solum me, sed & omnes clericos meos, qui nunc sunt, omnesque successores nostros, & inviolabili modo firmissime promittendo astringo, ut nec ego, nec quisquam successor meus, nec Inquisitor, neque Redolarius, nec aliquis hujusmodi de promovendis ad ecclesiasticos ordines aliquid tollat. Quod si fuerit, diabolo, five aliquis nostrum, qui nunc sumus, five successorum nostrorum, qui post nos futuri sunt, hujus diabolicæ promissionis violator extiterit, & aliquid in conferendis ordinibus tollere pestifera negotiatione præsumpserit: datur simul & acceptor eum ipso hæresis hujus auctore Simone perpetuo anathematis vinculo constringatur, & a Dei omnipotentis, omniumque sanctorum consortio separatus cum Juda, & Caipha, cum Datham, & Abiron sub æterne damnationis atrocitate damnetur. Nicolaitarum quoque hæresim nihilominus condemnamus, & non modo presbyteros, sed & diaconos, & subdiaconos, ab uxorum, & concubinarum fœdo consortio nostris fludiis, in quantum nobis possibilitas fuerit, sub eodem, quo supra, testimonio arcendos esse pronuntiamus. Quod ut verius credatur, nos cum nostris clericis propria manu subscribendo firmamus, figilli quoque nostri formam imprimi jubemus. Insuper hoc addentes, ne sub quibdam sponsionis vinculo invisibabiliter promittentes, ut neque de abbatiis ordinandis, neque de capellis, vel quibuslibet Ecclesiis invitiendis, vel ordinandis, five tradendis, neque de Episcopis promovendis, neque sacrosancto chrismate, neque de consecratione ecclesiarum, vel nos, vel nostri familiares aliquid omnino tollamus. Spiritus sanctus, qui sanctorum chrismatum auctor est, nos, nostrosque successores ab omni vinculo præsatæ maledictionis eripiat: ita tamen, ut hanc saluberrimam constitutionem perseveranter implere concedat, qui cum Patre, & Filio vivit in sæcula sæculorum. Amen.

Ego Dei gratia Wido Mediolanensis ecclesiæ archiepiscopus hanc sponsionem a me factam firmavi, roboravi, atque subscripsi.
Odaldericus Vicedominus, & Presbyter subscripsi.
Gerberius Presbyter subscripsi.
Arderatus Presbyter subscripsi.
Atto Presbyter subscripsi.
Ariprandus indigne Diaconus subscripsi.
Ardericus Diaconus subscripsi.
Ambrosius Diaconus subscripsi.
Ado Diaconus subscripsi.
Liprandus subdiaconus subscripsi.
Landulphus subdiaconus subscripsi.
Ado subdiaconus subscripsi.
& alii subscripsere.

Juxjurandum Archiepiscopi

Postmodum accedens idem archiepiscopus ante sanctum Altare, præsente Domno Lucense, juravit in manum meam, dicens: „ Si hæc, inquit, de simoniaca, & Nicolaitarum hæresi delenda, & funditus destruenda fideliter non observavero, ab omnipotente Deo, & omnibus sanctis tim excommunicatus, & anathematizatus, & ab omni christianorum consortio invenitar a nemo. „ Similiter & Vicedominus, & Cancellarius ejus, & omnes alii, qui aderant, clerici, manus suas in manum meam dederunt, & hæc eadem excommunicationis, & anathematis verba diverunt. Deinde accessit Arnulphus nepos archiepiscopi, hominis videlicet & prudens Clericus, cujus unam manum archiepiscopus tenuit, alteram ipse super sanctum Evangelium posuit, & juravit, dicens: Dominus meus Wido Archiepiscopus, qui hic est, ab hodie in antea, & quod promisit de facilitate cleiricorum fidelitter observabit: & insuper nunquam consecrabit alicujus Ordinis Clericum suæ diœcesis, præter Monachos, quam ante promotionem non faciet jurare, quod in hoc Breviatum continetur. Sic me Deus adjuvet, & ista sancta Evangelia.

Indiculus Sacramenti eorum, qui pronuntiatur.

Pro suscipiendis Ecclesiasticis, five per me, five per submissum personam, seu per quodlibet ingenium, neque dedi, neque promisi, neque per promissiones daturus sum aliquid. Sic me Deus adjuvet, & ista sancta Evangelia.

ANNO CHRISTI 1059.

Pœnitentia Archiepiscopi.

Hoc facto Domnus Archiepiscopus illico in pavimentum cum omni humilitate prosternitur, & injungi fibi pœnitentiam pro venialitatis hujus nefando commercio deprecatur; cujus videlicet sceleris, licet in illa ecclesia non ipse primus extiterit auctor, non tamen, ut debuit, fuerat extirpator. Centum itaque annorum fibi pœnitentiam indixit, redemptionemque ejus taxatam per unumquemque annum pecuniæ quantitate præfixit.

Juxjurandum Archiepiscopi, & populi non diverſum.

Mox majorem Ecclesiam simul ingressi, pulpitum ascendimus. Tunc coram copioso populo civitatis, & clero, clericum fuum tadis sacrofanctis Evangeliis, jurare fecit, quod ipse Archiepiscopus, donec adviveret, in quantum posset (excepta fuorum bonorum datione, si nollet) illas duas, Nicolaitarum videlicet, ac simoniacam hæreses, omni fludio, omnique sincere, ac fideliter extirpare contenderet: ita ut neque Presbytero, neque Diacono, neque Subdiacono fœminam cum gradu simul habere permitteret: a confentiendo etiam ecclesiasticis facramentis venalitatis omne commercium funditus prohiberet. Id ipsum juxjurandum coptra fimoniacos, & Nicolaitas permaxima pars populi, non modo civilis, sed & fuburbani jam dederat, quorum videlicet multitudo millenarium, ut fertur, numerum excedebat.

His ita gestis, confideratisque sanctorum Patrum fententiis, quos superius memoravimus, aliorumque, quos fludio brevitatis omisimus, visum est nobis, ut omnes illi clerici, accepta pœnitentia, inter Missarum solemnia reconciliarentur a [illegible] episcopi [illegible] sanctum [illegible] copum, supra memoratum, deinde confilium: hoc tamen prius, quod infra scriptum est, ante sanctum altare legentes.

Juxjurandum Clericorum.

Ego Arialdus dictus Diaconus de Capella Mediolanensis Archiepiscopi, hac scriptura, quam manu mea scripsi profiteor, me eam fidem tenere, quam sacrosancta septem concilia Evangelica, & Apostolica authoritate firmarunt, & quam beatissimi Pontifices Romani ad diversos data præcidentione lucidissime veritatis expofuerunt. Anathematizo quoque generaliter omnes hæreses, exoslentes se adversus sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam, specialiter vero, atque nominatim simoniacam hæresim, quæ in ipsam ecclesiam conatur introducere facrorum Ordinum, five officiorum maledictam venalitatem: deinde Nicolaitarum quoque abominabilem hæresim, quæ impudenter latrat facri altaris ministros deberi, vel posse licenter uri conjugibus, quomodo & laicos: unde quia his diebus hæc duæ hæreses, scilicet simoniacorum, & Nicolaitarum gravius ecclesiam Dei vexant, & impugnant, Simoniacos omnes & Nicolaitas cum dogmatibus, auctoribus, fedatoribusque fuis xterno anathemate dignos esse pronuntio, juxta per sanctam Omousion Trinitatem.

Pœnitentia Clericorum.

Pœnitentia autem Clericorum talis est. Si nimirum, qui solum confiterære a diabolo regulæ canonum dederunt, irasit nonnulli eorum vix pertantum hoc ipsum confiteri, quinque annorum pœnitentiam acceperunt, hoc modo, ut omni tempore, æstate simul, & hyeme duos dies, duabus autem anni quadragesimis. Natalem videlicet, & Jejunium Pascha præcedentibus, tres dies per hebdomadam jejunarent in pane, & aqua. Eorum autem, qui plus delecrunt, septem annorum est pœnitentia, sub eadem scilicet jejunii quantitate distincta: post quod pœtentium, quamdiu vixerint sextam feriam jejunabunt: qui autem jejunare facile non potest, unum ex his diebus per omnem hebdomadam redimere licentiam habet, itaut unum Psalterium meditetur, aut medium cum quinquaginta Metanæis, aut unum psalterem psalcat, & loris pedibus nummum porrigat. Hoc insuper Domno Archiepiscopo promittere, quod omnes orationis causa procul ipse dirigeret, five videlicet Romam, five Turonum: ipse autem Archiepiscopus profectorum te ad B. Jacobi veneratibilem tumulum, qui est in Hispania dilponebat. His itaque tali modo reconciliatis, decretum est, ut non mox passim omnibus redderetur officium, sed his duntaxat, qui & literis eruditi, & de cafti, & mentem gravitate viderentur honesti, exteris autem sufficeret, quod sanctæ ecclesiæ per divinam gratiam filiter accedimus, & quia easdem [illegible] ab [illegible] reditur, non ex male mercata veteri ordinatione admittimur, reparatus officium; sed ex illa potius Beati Apostolorum Principis efficaciffima auctoritate, qua in Beatum Apollinarem pepenere usus est, dicens: Surge, inquit, accipe Spiritum Sanctum, simulque Pontificatum.

Ecce omnem diligentiosis illius ordinem apud Mediolanenlem urbem habitum, breviter expolimus: adhuc tamen utrum fedis apostolicæ judicio placeat ignoramus. Nos enim fi quid erravimus ad Petri magisterium corrigendi libenter accedimus, & retractationis opprobrium non veremur. Hæc est enim illa, ut ita loquar, officina fabrilis, cui nimirum is, qui libri dicebatur filius præsidet: ad cujus regulam omnis merito monera reducitur: ad cujus rectitudinis E Eneam quidquid ufpiam depravatum fuerit, reformatur. Utrum autem ego in reconciliatione illorum erraverim, nescio, unum autem per omnipotentis Dei clementiam spero, quia post eos juratiorum genera, quibus archiepiscopus hæc promisla firmavit, post sacramenta tam multiplicis populi per Evangelium data, post juramenta certe omnium clericorum ante sanctum altare literis, & proprio ore prolata, utreque illa

ANNO CHRISTI 1059.

hæreses sic in illa ecclesia funt per argumenta provideæ coercionis attritæ, ut auctore Deo nostris temporibus non sint ad redivivæ certamina reparandæ. Apostolica tamen sedes hæc apud se retractanda discutiat: & utrum punctio, an lima digna sint, ex authoritatis fuæ censura decernat.

ANNO CHRISTI 1059.

AD CONCILIUM ROMANUM

In causa Simoniacorum, & incontinentium clericorum a Nicolao papa II. & CXIII. episcopis

Anno 1059. *habitum*

ADDITIO.

COLLECTORIS PRÆFATIO.

An. 1059. AD celebre hoc Romanum concilium additamenta daturus, in ipso statim limine disputanda nonnulla censeo, quæ ab eruditis ætatis nostræ scriptoribus in dubium revocantur. De numero Episcoporum concilio assidentium ambigit collector Ventanæ, quod episcoporum subscriptionet ex Vaticano codice a Labbeo productæ nonnisi nomina trium & sexaginta exhibeant; quare librariorum incuria CXIII. pro LXIII. scriptum in aliis hujus concilii fusceptor. Sed variorum codicum summus in numero CXIII. episcoporum assignando consensus sanam in editis lectionem demonstrat. Quin & mutilum esse hunc Vaticanum catalogum constat ex subscriptionibus, quas ex M. S. codice Martenius accepit, & ego ex illo infertas dabo; in his enim nomina quædam episcoporum leguntur, frustra in Vaticano quærenda. Muratorius pariter ambigere se profitetur, num vera sint quæ de hac synodo narrat Arnulphus, qui rer Mediolanenses hujus ætatis, parum a se remotas, scribebat. Tradit enim, Guidonem Mediolanensem archiepiscopum a S. Arialdo de simonia in synodo accusatum, & ab episcopis Novariensi, Astensi, & Taurinensi defensum in gratiam Pontificis adhuc primum in fassone locum obtinuisse. Nullam enim, ait Muratorius, inter concilia pariter Guido apparet: frustra etiam in catalogo Vaticano quæras Astensem, & Taurinensem episcopos. Sed & hæc ambiguitatem tollit catalogus a Martenio productus, in quo post cardinales statim se offert Guido archiepiscopus utique Mediolanensis, quamvis sedis nomen eadem non legitur. Est etiam ibi inter patres Rotzedus Altenlis episcopus; est Gunibertus Paulinonensis, qua nomine Varese, regione Campaniæ Taurinensis, facile detegendas ex collatione codicis Vaticani in Cumbertus Maurinensis. Stet ergo veritas eorum, quæ Arnulphus scripsit; quamquam non negro historicum illum fastitasse, aliquem addictum quodam forte ad fastum scripsisse, & narrationem suam ita instituisse, ut plus favori, quam veritate daret. Verba vide infra dabuntur.

Acta hujus concilii apud Labbeum nulla saltem integra superfunt, quorum defectum maxima parte supplent litteræ Nicolai pontificis encyclicæ ad omnes catholicos episcopos, in quibus canones singulos in epitomen contractos attingit. Has ipse litteras nactus ego sum in vetusto Pistoriensi codice membranaceo sæculi, ut arbitror, XII. in quo Pistoriensis apud ut creditur leonis exhibetur; ad extremas vero pagellarum oras binc inde adscripsit sint manu canonicæ quædam sanctiones pontificum, & conciliorum ad rem, de qua leo tractat, congruentes. Hæc igitur Nicolai II. epistola iisdem se offert, non quidem ad omnes episcopos, sed ad suffraganeos Amalphitanæ ecclesiæ directa, in qua licet eadem narrat, & eisdem verbis ac in encyclica ad omnes episcopos, quædam tamen habet additamenta, sive ut, ad quæ dirigitur congruentia, sive etiam canonibus magis explicandis opportuna.

Postremo tandem inter hæc additamenta claudunt subscriptiones, prout ex codice MS. Florentinis dedit Martene Vet. Monum. Tom. VII. pag. 60. quibus parallelas exhibeo easdem subscriptiones ex Vaticano codice a P. Fossino deprompras, & a Labbeo vulgatas.

ANNO CHRISTI 1059.

CONCILII ROMANI

CANONES.

Nicolaus episcopus servus servorum Dei omnibus episcopis Amalphitana ecclesiæ suffraganeis, cunctoque clero, & populo salutem carissimam, & benedictionem apostolitam.

(a) Desunt hæc in edit. VIgilantia universalis regiminis assiduam solicitudinem omnibus bentes, salutis quoque vestræ (a) causa prærogativa dilectionis carissimi confratris nostri archiepiscopi vestri specialiter provocantes, quæ in Romana synodo nuper celebrata coram 113. episcopis, nobis licet immeritis præsidentibus, sunt canonice institura, vobis notificare curamus, quia ad salutem vestram executores eorum vos esse optamus, & apostolica authoritate jubendo mandamus.

Primo namque inspectore Deo est statutum (b) ut si quis apostolicus sedi fine concordia, & canonica electione, ac benedictione cardinalium episcoporum, ac deinde sequentium ordinum religiosorum clericorum [c] intronizatur, non papa vel apostolicus [d] habeatur.

(b) In edit. hæc additantur: Ut cleriis Romani pontifici. in potestate cardin. episc. fit, ut si quis &c.

(c) In edit. add. & laicorum consensu.

(d) In edit. add. Sed apostaticus

(e) Ed. fin.

Et ut nemo de Romano Pontifice, vel cujuscumque civitatis nullus præsumat factulates eorum invadere, sed successoribus eorum serventur integræ.

Ut nullus missam audiat presbyteri, quem scit concubinam indubitanter habere, aut subintroductam mulierem. Unde ipsa prima [e] statuta hoc capitulum sub excommunicatione statuit, dicens: Quicumque Sacerdotum, Diaconus, vel Subdiaconus post constitutum B. Mem. prædecessoris nostri Leonis papæ de castitate clericorum concubinam (f) duxerit, vel ductam non reliquerit a parte omnipotentis Dei, authoritate beatorum apostolorum principum Petri, & Pauli præcipimus, & omnino contradicimus, ut missam non cantet, nec epistolam, nec evangelium ad missam legat, neque in presbyterio ad divina officia cum his, qui præfatæ constitutioni obedientes fuerint, maneat; neque partem ab ecclesia fuscipiat, quousque a nobis sententia super hujusmodi Dominо concedente procedat.

(f) In edit. add. palam

Et præcipientes statuimus, ut hi præ-

Gesta alia in hac synodo narrat Arnulphus Histor. Mediol. lib. III. cap. XIII. his verbis: Ecce metropolitanus vester præ solito

dictorum ordinum, qui, eidem prædecessori nostro obedientes, castitatem servaverunt, juxta ecclesias quibus ordinati sunt, ficut oporter religiosos clericos, simul manducent, & dormiant; & quidquid eis ab ecclesiis competit, [g] communiter habeant.

(g) Ed. vetus.

Et rogantes monemus ut ad apostolicam, fcilicet communem, vitam fummopere pervenire ftudeant, (h) quatenus perfectionem consequi, cum his, qui centesimo dicuntur, in cœlesti patria mereantur adsurgi.

(h) Desunt hæc omnia ed. editis usque ad Denique &c.

Denique ut decimæ, & primitiæ, seu B quæcumque oblationes vivorum, & mortuorum ecclesiis Dei fideliter reddantur a laicis, & ut in dispositione episcoporum fint (i) secundum canones distributiones, quas qui retinuerint, a fanctæ ecclesiæ gremio feparentur.

(i) Desunt in editis

Ut per laicos nullo modo quilibet clericus, aut presbyter obtineat ecclesiam, nec gratis, nec pretio.

Ut nullus habitum monachi fuscipiat fpem aut promiſſionem habens, quod abbas ftat.

Et ut per fimoniacam hæreſim nemo Cordinetur, vel promoveatur ad quodlibet officium eccleſiaſticum.

Ut cujuſlibet ordinis clericos laici non judicent, (k) nec de eccleſiis ejiciantur.

(k) Deeſt in editis

Ut de conſanguinitate fua nullus uxorem ducat uſque poſt (l) generationem ſeptimam, vel conſuſque parentela cognoſci poterit.

(l) Ed. ad.

Ut laicus uxorem ſimul, & concubinam habens non communicet eccleſiæ.

Ut nullus laicus ad quemlibet gradum eccleſiaſticum repente promoveatur, niſi prius (m) mutatum habitum fæcularem C diutina converſatione inter clericos fuerit comprobatus. Vos ergo hæc & alia SS. Patrum ſtatuta fideliter, & chriſtiana reverentia obſervate, & (n) nominatim illa, quæ vobis archiepiſcopus veſter hac in edit. præcepit in ſynodo, quam apud vos habuit primo anno ordinationis ſuæ, ſi vultis de fanctæ Romanæ eccleſiæ, & apoſtolicæ ſedis pace & communione, atque benedictione gaudere.

(m) Ed. poſt

(n) Deſunt hæc in edit.

E Romanam vocatur ad ſynodum. Abiit, ſed contra veſtros affectus proſper fit illi adcuncta ſucceſſus. Decibiliter quidem tra-

ANNO CHRISTI 1059.

fiatur ab Apostolico tunc Nicolao, cujus dextro positus est in præsenti synodo latere. Ad quem accusandum cum Arialdus ille delator assurgeret, protinus ex adverso flantes Atlensis, Novariensis, & Taurinensis, ac reliqui suffraganei præsules, coram omni cœtu falsidicum illum scripturarum authoritate refellunt. Sicque confutatus ab omnibus resedit in terra confusus. Proinde archiepiscopus cum promitteret domno Papæ deinceps obedientiam, accepto ab eo annulo apostolicæ gratiæ, ac totius potestatis ecclesiasticæ, rediit gloriosus in omnibus.

ANNO CHRISTI 1059.

SUBSCRIPTIONES.

Ex Codice Vaticano apud Labbeum.

1 Nicolaus episcopus sanctæ catholicæ & apostolicæ Romanæ ecclesiæ, huic decreto a nobis sic fapcrius legitimæ promulgato subscripsi.
2 Bonifacius Dei gratia Albanensis episcopus.
3 Ubertus episcopus Sylvæ-candidæ ecclesiæ.
4 Petrus Ostiensis episcopus.
5 Petrus Laricanus episcopus.
Hujusmodi Romani episcopi subscripserunt cum
6 Johanne Portuensi episcopo.
7 Johannes Cardinalis tituli sancti Marci.
8 Leo Cardinalis tituli S. Damasi.
9 Cardinalis tituli S. Mariæ trans Tiberim.
10 Desiderius Cardinalis tituli S. Cecilliæ.
Hujusmodi subscripserunt.
11 Mancinus Diaconus.
12 Crescentius Diaconus.
13 Amarigus Diaconus.
Hujusmodi Diaconi S. R. E. subscripserunt.
14 Hildebrandus monachus & subdiaconus, & cæteri Romanæ ecclesiæ subscripserunt.
15 16 V. archiepiscopus Bonagradensis Patriarcha.
17 Ugo Gryspolitanus archiepiscopus.
18 Hildepeandus Capuanus archiepiscopus.
19 Ildericus Beneventanus archiepiscopus.
20 Ulphanus Salernitanus Archiepiscopus.
Hujusmodi subscripserunt.
21 Johannes episcopus Savinensis.
22 Johannes episcopus Tiburtinus.
23 Rolandus episcopus Surrinensis.
24 Ellardus episcopus & abbas S. Pauli.
25 Leo episcopus Cajetanus.
26 I. episcopus Firmanensis.
27 Pandulfus episcopus Marsiensis.
28 Atto episcopus Reatensis.
29 Dominicus episcopus Vabensis.
30 Palumbus episcopus Suranensis.
31 P. episcopus Castellanensis.
32 Johannes episcopus Pavensis.
33 Lodoicus episcopus Amiterninus
34 Hermannus episcopus Castellanus
35 Henricus episcopus Spoletinus
36 Maginandus episcopus Arbinensis
37 Gottifredus episcopus Avellanensis
38 Ildericus episcopus Firmensis
39 Berardus episcopus Esculanus
40 Hugo episcopus Camerinensis
41 Hugo episcopus Numantinus
42 Fransmundus episcopus Fesulanus
43 I. episcopus Suanæ
44 Nofredus episcopus Senensis

Ex Codice Florentino apud Martene.

1 Ego Nicolaus episcopus sanctæ catholicæ, & apostolicæ Romanæ ecclesiæ, huic decreto a nobis, sicut fapcrius legitur, promulgato subscripsi.
2 Bonifacius Dei gratia Albanensis episcopus subscripsi.
3 Hubertus Sylvæ-candidæ episcopus subscripsi.
4 Petrus Hostiensis episcopus subscripsi.
6 Johannes Portuensis episcopus subscripsi.
7 Johannes cardinalis tituli S. Marci.
8 Leo cardinalis tituli S. Damasi.
9 Uvius tituli S. Mariæ trans Tiberim.
10 Desiderius cardinalis tituli S. Cecilliæ.
Hi omnes subscripserunt.
11 Mancinus archidiaconus.
12 Crescentius Diaconus.
13 Amantius Diaconus. Omnes S. Romanæ ecclesiæ subscripserunt.
14 Hildebrandus monachus diaconus & cæteri Romanæ ecclesiæ subscripserunt.
15 Guido archiepiscopus.
16 Dominicus Gradensis patriarcha.
17 Hugo Crysopolitanus archiepiscopus.
18 Hillebrandus Capuanus archiepiscopus
19 Voldericus Beneventanus archiepiscopus
20 Alfanus Salernitanus archiepiscopus
Hi omnes subscripserunt.
21 Johannes Sabinensis episcopus
22 Johannes Tiburtinus episcopus
23 Rolandus Surrinensis episcopus
24 Alardus episc. & Abbas S. Pauli Romæ
25 Leo Gajetanæ episcopus
26 Johannes episcopus Terracinensis
27 Pandolfus Marsiensis episcopus
28 Atto episcopus Teatensis
29 Dominicus episcopus Balbensis
30 Palumbo episcopus Suranensis
31 Petrus episcopus Castellanus
32 Johannes episcopus Permensis
33 Lodiucus episcopus Nucerinus
34 Herimannus episcopus Casalenensis
35 Henricus episcopus Spolitinus
36 Meinardus episcopus Urbinensis
37 Godefridus episcopus Perusinus
Hugeno episcopus Estensis
Godefridus episcopus Attrelatensis
38 Udulricus episcopus Firmanensis
39 Berardus episcopus Esculanus
40 Hugo episcopus Camerinensis
41 Willelmus episcopus Numanus
42 Erasmus episcopus Fesulanus
43 Johannes Suanæ
44 Rofredus episcopus Atestensis

ANNO CHRISTI 1059.

Ex Codice Vaticano apud Labbeum

45 Vido ep.....
46 P. episcopus Wleurnensis
47 Benedictus episcopus Suesanus
48 Azo episcopus Fulinensis
49 P. episcopus Apicrensis
50 Girardus episcopus Rosolanus
51 Anselmus episcopus Lunensis
52 P. episcopus Penfarinensis
53 Adulfinus N. episcopus .....
54 Rodulfus episcopus Eugubinus
55 Visodonus episcopus Senogallensis
56 Martinus episcopus Fundensis
57 Martinus episcopus Tudertinus
58 Arduinus episcopus Tianensis
59 B. episcopus Sipontinus
60 Hugo episcopus Gallensis
61 Gerardus episcopus Reatinus
62 Isdorus episcopus Balneoregensis
63 Regino episcopus Populoniensis
64 Erasmus episcopus Signensis archiepiscopus Aliphanæ
65 Cumbertus episcopus Maurinensis
67 Alto episcopus Novariensis
68 Henricus episcopus Iporegensis
69 W. episcopus Populoniæ
70 Ubertus episcopus Januensis
71 Duatus episcopus Corbinensis
72 I. episcopus Trebensis
73 I. episcopus Alathenensis
74 Placidus episcopus Iterolanensis
Hujusmodi omnes subscripserunt.

Ex Codice Florentino apud Martene

Marius episcopus Fundensis
Albertus episcopus Narianensis
Bernardus episcopus Agathensis
Teuzo episcopus Urbibetanus
Johannes episcopus Clusinus
Johannes episcopus Senensis
43 Guido episcopus Wulturnensis
46 Petrus episcopus Wuleurnensis
47 Benedictus episcopus Sueffanus
48 Azo episcopus Fullenensis
52 Petrus episcopus Penfaurensis
53 Andulfus episcopus Ferranus
49 Petrus episcopus Aprutianus
50 Gerardus episcopus Rofellanus
51 Anselmus episcopus Lucienfis
54 Rodulfus episcopus Egubinus
55 Theotius episcopus Senogalenfis
56 ...
57 Arduinus episcopus Tudertinus
58 Arduinus episcopus Panenfis
Arnulfus episcopus Cufentinus
Stephanus episcopus Trojanenfis
59 Benedictus episcopus Simphronienfis
60 Hugo episcopus Gallenfis
61 Gerardus episcopus Teatinus
Gillebertus episcopus Tufcanenfis
Achinus Afilinus episcopus
62 Ingo. episcopus Balneoregis
63 Regino episcopus Populonienfis
70 Obertus episcopus Jannenfis
71 Deodatus epifcopus Corbinenfis
72 Johannes epifcopus Trebenfis
73 Johannes epifcopus Alatrinenfis
74 Placitus epifcopus Berolanenfis
64 Erafmus epifcopus Signienfis
65 Arechis epifcopus Aliphonæ
66 Gunibertus epifcopus Paulinopolitanus
Cyprio epifcopus Ilonienfis
Benzo epifcopus Albenfis
67 Otto epifcopus Novarienfis
68 Henricus epifcopus Ypoligienfis
69 Guillelmus Pampuliæ epifcopus
Gregorius Vercellenfis. Omnes confirmaverunt.
Summa epifcoporum, qui interfuerunt huic fanctiffimæ fynodo, fuit CXXIII.

IN SUPERIORES CONCILII SUBSCRIPTIONES

JO. DOMINICI MANSI

ANNOTATIO, ET CONJECTURÆ.

Quanti fit pretii catalogus iste a Martenio productus, nemo satis intelliget, nisi qui diligenter ejus calstrionem cum Vaticano catalogo, Ughellio, variisque ætatis illius documentis instituerit. Id ut facilius assequantur lectores, fructumque ex eo referant uberem ad episcoporum seriem tot insignium in Italia episcopatuum emendandam, producendam, illustrandam hanc meum laborem, & conjecturas habeant.

Petrus Laricanus L. Labbeanus. Dresi episcopus iste in catalogo Martenii supplendus ex Vaticano, congruitque cum documentis ejus ætatis apud Ughellium Tom. X. pag. exp. nov. edit.

Guido archiepiscopus, utique Mediolanensis, de quo in Præfatione egi. in Vaticano non quidem deest; sed luxata lectio illum ita sorde deformavit, ut vix agnoscatur. Illud enim *P. archiepiscopus Bonagradensis patriarcha* ita restituendum est. *Vido archiepiscopus, Dom. Gradensis patriarcha.*

Alfanus Salernitanus; ita sananda lectio vitiata Vaticani; nam Alfanum appellant monumenta ejus ætatis apud Ughellium.

Alar-

ANNO CHRISTI 1059.

Alardus episcopus & abbas. Apparet hic subscriptus chartæ confectionis ecclesiæ Farfensis anno 1060. apud Murat. Ant. Ital. tom. V. pag. 1039. ubi vocatur *Aylardus*.

Joannes episcopus Tarentinensis. Deest in Vaticano, nisi forte idem sit episcopus, qui ibidem sub emendito *Joanni Firmanensi* nomine comparet. Firmanæ enim tabulæ nullum ejus nominis episcopum nunc admittebant.

Atto episcopus Teatinus. Male in Vaticano *episcopus Reatensis*. Nam Ughellius, qui non aliam lectionem, nisi hanc Vaticanam viderat, ex illa dare Reatenibus Attonem episcopum cogitat; cum malusset jocundum a monumentis Reatinæ obtutum. Teatinæ vicissim tabulæ Attonem annunciant.

Joannes Firmanensis forte est Joannes Pennensis, qui hoc anno privilegium, a Nicolao papa impetravit, legendum apud Ughellium in Pennensibus.

Gotofredus episcopus Perusinus. Bene congruunt hæc Ughellio, & in Vaticano catalogo deest.

Gotofredus episcopus Atellanensis. Optime & episcopum hunc in ferias Atellanorum episcoporum Ughellius non accensuit ex vitiata Vaticani lectione prohibitus; habet enim Vaticanus *Ansel. Lanensis*. Quæ hæc fedes?

Guillelmus Namnanus, nunc Humanus; ita enim Humana urbs medio ævo dicta, quam cathedram tunc habuisse Guillelmum quorundam docet instrumentorum apud Ughellium in Aquinatibus pag. 555.

Erasmus Fefalanus. Vaticanus legit *Transmundus*. Sed memorat Ughellius instrumentum quoddam anni 1067. in quo de inauguratione Transmundi eodem anno 1067. fit mentio. Quomodo ergo concilio huic anno 1059. Transmundus subscripserit? Bene ergo Erasmus dignatur, qui ante Transmundum in Fefalanas tabulas (decet enim) referendus est.

Rofredus Atellanæ f. Adenis; nam Atenisem adjudle ex Armillo, de quo in Præfatione dicimus. Tabulæ Atenses apud Ughellium hiatum hic habent valium, ut hunc commode admittant. Male in Vaticano *Nofredus Semenfis*; cum Joannem tunc Semenfium præfulle & tabulæ Ughellianæ demonstrant, & in hoc catalogo legitur.

Marinus Pontenfis. Vatic. *Martinus*. Utra melior lectio?

Guido episcopus Volturnensis. f. *Volaterranensis*; nam ejus nominis episcopus tunc agebat Volaterris ex Ughellio. Vicissim *Petrus Vulturnensis*, qui ibidem additur in catalogo Wulturnenfibus infulis ornabatur.

Adulfus Fertranus f. *Feltr anus*. In Vatic. deeft nomen fedis. Feltrenfes tabulæ habent hiatum hoc epifcopo explendum.

Petrus Aprutianus. Congruunt Ughelliana documenta. Quid eft illud Vatic. *P. Apirensis*?

Anfelmus Lucienfis. Optime, male in Vatic. *Lucenfis*. Ita fert documentum anni 1056. apud Murat. Ant. Ital. tom. V. pag. 974. Quare expungendus in Ughellio Anfelmus Lunenfis ex vitiata lectione natus.

Theotinus Senogallienfis. Meminit hujus S. Petrus Damiani teste Ughellio. Ergo male in Vaticano appellatur, *Pifaurenfis*.

Ardoinus Tudertinus. Vatic. *Martinus*. Quæ melior?

Ardoinus Faventin. Hunc & Faventes tabulæ offerunt apud Ughell.

Gerardus Teatinus. Malueram *Reatinus*, ut in Vaticano; cum epifcopi finitimi hic recenfeantur.

Benedictus Simphronenfis. Ita & Ughellius. Quid in Vaticano *B. Sipontinus*?

Guilhelmus Tufcanenfis. Nefcio ubi nomen hujus epifcopi inter Patres fynodi hujus legerit Ughellius; cujus ætate fubfcripfiones illæ ex codice Florentiæ nondum prodierant; nihilo tamen fecius fynodo adfuiffe hunc ipfum, Gilbertumque affirmas; & quidem recte, ut hanc difcimus.

Adrianus Aflanus ex hoc uno documento notus eft, ignotus Ughellio.

Ugo Balneorgenfis. Vaticanus, *Iſdurus*. Ughellius ex hoc uno documento dedit *Gibertus*. Cui defcribunt?

Tegrinus Populonienſis. Vatic. *Regino*. Sed in tabulis Ughellianis notus eft *Tegrino*; quamquam hiatuio citius anno 1061. ut eft in Ughellio ejus exordium ftatuamus oportet hac fubfcriptione jubente.

Deodatus epifcopus Corbinenſis; nempe montis Corbini in Apulia, qui dein epifcopatus Walturnenſi conjunctus nomen fuum amifit. Conjunctionem hanc nondum fadam anno 1059. ex hoc unico documento difcimus.

Arechis epifcopus Alifpanus. In catalogo Vaticano nomen hoc cum voce epifcopus confefcens monftrum exhibet, nempe *Archiepifcopus Alifpanus*. Verum nomen ne in Ughellio quidem habes.

Gunibertus Paulinenſis. In Vaticano *Cumebertus Mauritenſis*. Ubique vitiata lectio; eft enim Cunibertus Taurinenſis, de quo in Præfatione.

Opizo Bulienſis. An *Lucſe Bulienſis* Ughellio in Bobienſibus notus?

Henricus Albenſis. Notus epifcopus ex Panegirico Henrici III. imperatoris ab eo fcripto, & a me fæpe in hac opere prolato. Ughellium latuit.

Guillelmus Pompolita. An Guillelmus Pompilienſis feu Foro-Pompilienſis? Honeftum quidem eccleſiæ illius tunc epifcopum ftatuit Ughellius; cundemque inter Patres concilii hujus Romani fubfcripfum legiſſe fe in codice Vaticano affirmat; at codicis Romani ea funt, quæ apud Labbeum repræſentantur, nihilque de Honeſto Pompilienſi ferunt. Profert ille documentum de Honeſto anni 1037. & alterum anni 1061. ex poſtremo vero ifto anno 1061. Vecchiazanus in nova Ughelli editione exprimit non quidem Honeſtum, ſed *Gualfredum*, quod aliquanto propius ad Guillelmum accedit.

Gregorius Vercellenſis. Notus Ughellio præſul. Cæteras ſubſcriptiones omitto, quod nullas explicationes vel correctiones poſcant.

AD

AD SYNODUM MELPHITANAM

A Nicolao papa II. anno 1059. habitam

ADDITIO.

An. 1059. IN *Melphitana ſynodo referenda, vel in nomine ipſo erravit Labbeus, mutante Pagio Anaſphim pro Melphi ab eo collectane paſtum; cum re ipſa Melphim locum eſſe notent ſcriptores veteres, quo ſynodus ipſa habita. Errandi cauſſa Labbeo fuit mos ille urbis hujus nomen addita vocali efferendi, qui apud nonnullos olim obtinuit, ut pro Melphi aſſurgaverint Amelphi; hinc leves permutationes vocum literale ſaltum eſt Anaſphi. Sed hoc, quæ jam compertæ ſunt, omiſſi, ſuppet hoc aliquod dare de robur, in hac ſynodo geſtis, cum nihil ferè præter nomen in præteritis collectaneis legatur. Eſt vero diploma Richardi Capuani principis in gratiam Caſinenſium conceſſi, quod in hac ſynodo latum, & in eodem diplomate ſcribitur, & Leo Oſtienſis lib. 3. cap. 13. confirmat. Profert verò illud D. Gattola Hiſt. Caſin. tom. I. pag. 161.*

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, anno incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti millefimo quinquageſimo nono, indictione duodecima. Domno Nicholao venerabili papa apud Amelphim ſacram ſynodum cogente cum aliis quampluribus interfui ego Richardus, natu divino, Capuanus princeps. Ubi conſpiratima de animarum ſalute tractarentur inſpirante divina miſericordia recogitare cœpi in mente aliquid mihi agendum fore, quod ad ſalutem animæ meæ, & parentum meorum defunctorum proficerem. Tunc, monente præſidio univerſali papa, acceſſeo domno Deſiderio venerabili abbate Caſſinenſi pro remedio animæ meæ; meique agnati, Rainulfi comitis, & Aſketini militis meæ de abbatia, quæ dicitur S. Maria in Caſena, in finibus Apuliæ inter montem Gargaum, & mare Adriaticum, juxta caſtellum, quod dicitur Bofi; feci quoque præceptum hos noſtræ obtationis apices, per quos præfati Caſſinenſis coenobii S. Benedicti dictioni ſubjicimus prædictam abbatiam S. Mariæ cum integeis omnibus caſtellis, villis, vicis, cellis, domibus, territoriis, prædibus, ſylvis, arbuſtis, vineis, oliveris, prariis, aquis, molendinis, piſcariis, aliiſque omnibus rebus mobilibus & immobilibus ad præfens quocunque modo præfatæ abbaciæ pertinentibus, cum aliis etiam quæ amodo ad opus ejuſdem abbaciæ abbates, aut reſtores ejus æquiſtrui ſunt quibuſcunque legalibus modis. Unde univerſis noſtris fidelibus indicimus nunquam aliquando moleſtiam, invaſionem vel fraudacionem pati præfatum venerabile monaſterium S. Benedicti de prædicta abbacia, quam ſibi optulimus. Cognita cunctis hac noſtræ auctoritatis feriptiona ſanctione, quoniam ſi noſtrorum fidelium qualiſcumque humano ingenio principale hoc ſcriptum, quod manu noſtra, & teſtium idoneorum roboratum eſt, noſtroque ſigmatum infringere volem, prædictam abbaciam de dictione præfati coenobii ſubtrahere temptaverit, vel ex eis ſibi moleſtus fuerit, ſubjacebit compoſicioni auri librarum centum, medietatem noſtræ cameræ & medietatem prædicto ſancto coenovio. Nosmetipſos quoque noſtrofque hæredes & ſucceſſores perpetuæ ſubiicimus obligationi, ut nunquam ipſam abbaciam cum ſuis omnibus queramus a patronata, & dicione ejuſdem monaſterii ſancti Benedicti ſubtrahere. Quod ſi tempus oriatur, ſimus ei cuipabiles, aut ſuperſtites noſtri hæredes, aut ſucceſſores noſtri, & teſtium roborati, & ſigillo noſtro ſignati tenore ſolidiſſime in perpetuum permanente. Data decimo Kalendas ſeptembris anno principatus ejuſdem glorioſi principis domni Richardi ſecundo. Scriptum per manu Aldemarii jubente eodem ſereniſſimo principe.

SYNODUS BENEVENTANA

A Nicolao II. habita

Anno 1059.

An. 1059. BEneventanam ſynodum a Nicolao II. habitam ex charta quadam Ughellio præſulis Labbeus, ſed mendoſa & lacera. Hanc ipſam chartam in chronico Vulturnenſi recitatam, ſed multo correctiorem, habemus apud Muratorium ejuſdem chronici editorem Rer. Ital. Tom. I. parte II. pag. 515. Quare ex illo promendam eorum duxi.

RESTITUTIO CELLÆ S. MARIÆ IN CASTANIETO

Facta ab Alberto Monacho, & Roffredo Comite, Minaſterio Sancti Vincentii ad Vulturnum coram Nicolao Papa in Synodo Beneventana, Anno 1059.

IN nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis. Anno Dominicæ Incarnationis 1059. men-

ANNO CHRISTI 1059. 1061.

mense Augusto initiante, Indictione XII. currente, domno quoque venerabili, ac beatissimo (*a*) Papa Nicolao II. (*b*) in sacrosancta beati Apostolorum principis sede, anno primo pontificatus sui præsidente. *Quoniam scimus humanas mentes concupiscibilis esse naturæ, nec non oblivis cibilis, nec ita tenacis memoriæ, ut non egeant recordatione, dignum duximus consulere concupiscibili, & providere oblivis cibili, quatenus & meta imponatur ambitioni, & locus prorsus auferatur oblivioni. Scriptis videlicet ...... hominum acta, vel dicta, ne quandoque aliter procedant, quam rei veritas dictat. Unde quæ acta sunt inter Joannem venerabilem abbatem monasterii Sancti Vincentii super Vulturni fluminis fontes siti, & Albertum Monachum, atque Roffredum quondam Roffredi comitis filium, huic chartæ tradidimus, quia neutrum eorum a subjectæ rei veritate deviare volumus.* (*c*) Igitur cum prædictus domnus Nicolaus papa apud Beneventum extra ipsam civitatem intra ecclesiam beati Petri juxta fluvium Sabbati synodum celebraret, & eo nonnulli archiepiscoporum, abbatum, monachorum, & totius ecclesiastici ordinis, atque laicalis non parva multitudo resideret; in primis domnus Humbertus, Bonifacius, Joannes cardinales episcopi, Desiderius abbas, & presbyter, Ildeprandus subdiaconus, item cardinales. Voadalricus Beneventanus, Petrus Amalfitanus, Alfanus Salernitanus, Sergius Neapolitanus, Joannes Surrentinus archiepiscopi, Hieronymus, Albertus, aliique quamplurimi episcopi. Landulphus Beneventanus princeps, Robertus, Petrus, Gerardus comites, & alii quamplures: assurgens Joannes præfati monasterii abbas conquestus est super denominatum Albertum Monachum dicens: Obsecro, Domini, misericordiam vestram, & omnium, qui huic sanctæ synodo intersunt, ut faciatis mihi justitiam de Alberto monacho, qui cellam Sancti Vincentii, (*d*) *Sanctam Mariam in Castaneto* Monasterio nostro subripuit, ibique sibi nomen, & specimen officii abbatis usurpatum, & in præsentia sanctissimi papæ Leonis refutatum, ac sub interpositione perpetua anathematis contradictum, testantibus venerabilibus Viris Humberto cardinali, Petro Amalfitano, Voadalrico Beneventano archiepiscopis, nunc iterum temerario ausu usurpavit, & ipsam cellam jam dicto monasterio violenter contendit. Ipso vero Alberto assurgente, & se per comitem, cujus vi, (*e*) hoc egerat, defendere nitente, dum *nulla* (*f*) pars justitiæ sibi faveret, literis *diffinitionis*, (*g*) & constitutionis sæpe dicti, *semperque dicendi* (*b*) *beatæ memoriæ* domni papæ Leonis recitatis, & sacro sigillo munitis, atque testamento prædictorum venerabilium archiepiscoporum confirmatis, judicio totius synodi est definitum: præfatum Albertum debere nomine, & officio male arrepto privari, & monasterium Beati Vincentii perpetualiter investiri de jam dicta cella, omnibusque suis pertinentiis, quod & factum est. Ipse namque Albertus monachus, dictus abbas, nomen, & officium abbatis, atque cellam per virgam in manu papæ refutavit; & quia erat anathematizatus, & ab omni altaris ministerio depositus, in potestatem abbatis est ad *regulum corrigendus* (*i*) datus. Prænominatus vero Roffredus comes, dum vellet sibi jus suprascriptæ cellæ vendicare, relatis literis domni papæ Leonis, *annotata nuptiorum* (*k*) imperatoris Ottonis, *testimonioque* prædictorum (*l*) archiepiscoporum, Humberti videlicet, Petri, atque Voadalrici convictus, nec non & anathematis, (*m*) pœnæque mille *aureorum mancusorum* (*n*) reus adjudicatus, præfatam cellam in manu papæ refutavit, seque, suosque hæredes quod per.. (*o*) ..... contra monasterium Beati Vincentii aliquo modo non agerent, perpetualiter *sub* (*p*) *præscripta* pœna obligavit. His ita gestis, reverentissimus papa Joannem abbatem sancti Vincentii ex eadem sanctæ Mariæ cella, in perpetuum investivit. Omnes hujus investitionis, ac constitutionis violatores cum prænominata pœna perpetuo anathemate obligavit. Quod ut verius credatur (*q* huic paginæ manu propria subscripsit, & sua bulla insigniri jussit.

Ego Nicolaus Sanctæ Romanæ, & apostolicæ sedis præsul confirmavi.

Ego Humbertus episcopus sanctæ ecclesiæ sylvæ Candidæ interfui, *cognovi*, (*r*) & subscripsi.

Ego Alfanus gratia Dei Salernitanus archiepiscopus interfui, & subscripsi.

Sergius archiepiscopus Neapolitanus

Ego Joannes archiepiscopus Surrentinus

Ego Bonifacius episcopus sanctæ ecclesiæ Albanensis interfui.

Ego Gualdaricus Dei gratia Beneventanus archiepiscopus interfui.

Ego Petrus gratia Dei Amalfitanæ ecclesiæ episcopus interfui.

(*a*) Lab. *reverendissimo*
(*b*) Lab. M. pro II.
(*c*) Rec. o. mnia vest. usfunt a. pud Lab.
(*d*) Lab. *S. Maria de Cajetano*
(*e*) Lab. *cujus ne*
(*f*) Lab. *multa*
(*g*) Lab. *distinctionis*
(*h*) Lab. *imperii dicendi*
(*i*) Lab. *ad regulandum & corrigendum*
(*k*) Lab. *anno nuntiorum*
(*l*) Lab. *Testimon.*
(*m*) Lab. *Anathematis mille num*
(*n*) Lab. *nummorum reus*
(*o*) Lab. *per ea nunquam*
(*p*) Lab. *supradicta*
(*q*) Lab. *videatur*
(*r*) Lab. *interf. & sub.*

AD ROMANUM CONCILIUM II.

Sub Nicolao II. Papa

Anno 1061. habitum

ADDITIO

An. 1061. QUamvis non satis constat utrum ea, quæ hic daturus sum de Romano Concilio, ad illud, quod anno 1061. habitum est, Concilium pertineat, huic tamen potius, quam præcedenti anni 1059. ideo adscribo, quod ex additamento hoc meo constet sermonem esse de Concilio cui Gallici plures episcopi interfuerint, prius verò illud ex Italicis tantummodo extitisse ex iis, quæ supersunt subscriptionibus compertum est. Hæc vero habeo, quæ secundo huic Romano Concilio adjiciam. Res erat de Ecclesia quadam Credonensi, quam sibi asserebant monachi S. Albini Andegavensis, eamque vicissim ut sibi debitam Vindocinenses monachi tuebantur. Causa ad Burdegalense quoddam Concilium anno 1068. circiter delata, coram legato apostolico Stephano S. R. E. cardinali, monachis S. Albini pro suo jure certantibus, Vitalis monachus Vindocinensis reposuit, causam illam *jam pridem in Romana synodo sub venerabilis memoriæ Nicolao papa publice determinatam fuisse, audientibus quibusdam Episcopis de Gallia ad Concil. profectis, Hugone videlicet Nivernensi, Gualterio Meldensi, itemque Hugone Trecensi, atque VVIgrino Cenomanensi, quorum tres H. scilicet VV. & alius H. cum adhuc viverent, & monachi S. Albini sæpedictam calumniam iterassent, literas suas B. Turonensi archiepiscopo, & E. Andecavorum pontifici in testimonium Monachis Vindocini transmiserunt, protestantes vidisse se, & audisse querelam illam justo examine libratam coram præfato papa Nicolao in communi Concilio fuisse definitam.* Ista legas in actis concilii Burdegalensis anni 1068. in Collect. Veneto-Labbeana to. XII. col. 170.

ANNO CHRISTI 1061.

ALEXANDER PAPA II.

Sedit ab anno 1061. ad 1073.

AD EPISTOLAS ALEXANDRI II.

APPENDIX.

IN SEQUENTEM EPISTOLAM COLLECTORIS

ADMONITIO.

An. 1061. Q*Uam ego, ut arbitror, primus profero epistolam inter Alexandrinas hac una persuasus ratione dedi, quod in M. S. codice Lucensi, ex quo illam accepi, statim subdatur epistolæ ejusdem Alexandri, quæ inter Labbeanas est XXXVIII. Codex vero ille eadem est Burchardi collectio cum additionibus anonymi, exhibetque scripturæ formam, quæ ineunte XII. sæculo erat familiaris.*

Fraternitatis tuæ studiosæ sagacitati frater amande quia debeo, refero grates; quoniam quæsisti quæ debuisti, jucundum me reddidisti. Unde placide ad supplicata respondeo. Sedem apostolicam consulere decrevisti, si mulier copula nuptiali extraneo viro juncta cognationi ejus pertineat; si eo defuncto cognatio maneat eadem; vel si ab alio viro cognationis vocabula dissolvantur; vel si susceptæ soboles possint legitime ad prioris viri cognationem transire copulam. Est enim verbum Domini validum & forte, est durabile, est præservabile, & immutabile, non momentaneum, non transitorium. ait autem per se ipsa veritas, quæ Deus est, & verbum Dei. *Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transient.* Antequam Deus in carne inter homines appareret, eo inspirante, dixit ei Adam (*a*) *Quamobrem relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit uxori suæ & erunt duo in carne una*, cui non contradixit Dominus.

(*a*) Gen. II. 24.

Deinde cum veritas oriretur de terra, in terra & visibilis in humanitate apparuit, interrogatum est, si licitum esset homini uxorem relinquere. Quod perhibens vetuit fieri, præsertim si fornicatio sola excluderet copulam maritalem; unde protulit statim in medium eandem ipsam sententiam, quam ante sæcula manens cum Patre, Verbum inspiraverat in Adam, ipse confirmans, quod ipse primus protulit homo. *Quamobrem relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una.*

Si una caro fiunt, quomodo potest aliquis eorum propinquus uni pertinere, nisi pertineat alteri, quod minime fieri posse credendum est; nam uno defuncto in superstite affinitas non deletur, nec alia copula conjugalis affinitatem prioris copulæ solvere valet. Sed neque alius conjunctionis soboles placet ad ipsius affinitatis prioris quidem transire consortium, pro eo quod verbum Domini validum est, & forte, & ut inquiens dixit Propheta, *verbum Domini stabit in æternum; & alius Propheta, quoniam ipse dixit, & facta sunt, ipse mandavit & creata sunt; statuit ea in æternum, & in sæculum sæculi, præceptum posuit, & non præteribit.* Nam per verbum suum, atque præceptum efficere duo carnem unam, id est masculum, & fœminam, qui innumeram multitudinem sexus utriusque non destitit secum facere unum, sicut per se veritas dixit, *Non rogo pro his tantum, sed pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut unum sint, sicut tu pater, in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint.* Si quis sacrilego, & temerario ausu in defuncto quærit propinquitatem, vel sub altero affinitatis vocabula dissipare, & susceptas soboles alterius copulæ credens legitime sociari propinquitati prioris, hic negat Dei verbum validum esse, vel forte.

Et quia tam facile, & tam velociter quærit dissolvere, hic non credit, verbum Domini manere in æternum. Confice .... ex quatuor locis a se distantibus magna intercapedine, & confecta, & conglutinata finge cujuscumque figuræ vel immensitatis volucris corpus. Numquid erit humanum ingenium,

ANNO CHRISTI 1061.

nium, quod ipsa: quatuor partes ab invicem valeat segregare, ut unaquæque possit agnosci, sicut a quatuor avis duo conficiuntur in unum, & de duobus fit concretio una? An similitudinem de quatuor elementis unde homo concretus est poterit colligere; si eorum unaquæque species, quoniam innumeras divisiones partita est, discretas inter se conferas partes aliquas. Fit idem in metallis, hoc etiam in liquoribus, probat etiam in coloribus pictor, qui sequitur arte naturam, sucis admiscendo colores ex invisibilibus corpora fingens. Sed ne alia Domini constitutio, vel justio cassaretur, & ne A rellus a proprio vacaret ornatu, Spiritu Sancto resilante posuit terminum constitutio Sancta Sanctorum. Ait autem præceptio sancta divina: *crescite, & multiplicamini, & replete terram.* Posuit enim Dominus terminos causis, xeratibus fecuit finem statuit, compagibus membrorum hominum posuit numerum. Lex ecclesiæ regulaque sanctorum cognationi mortalium, agnatis, atque affinibus terminum recipracationis instituit, quod valde intendunt, exterminari sanctimus. Quisquis exterminari non metuit, catholicus non esse convincitur.

ANNO CHRISTI 1061.

ANNO CHRISTI 1061.

1349 ALEXANDRI II. EPISTOLÆ. 1350

ANNO CHRISTI 1061.

EX EDITO IVONIS ET GRATIANI

Ad Romoldum Constantiensem episcopum. De eo, qui subdiaconatum ordine postposito, diaconus, & presbyter est ordinatus.

SOlicitudo dilectionis tuæ studuit consulere, utrum portitor illarum literarum, diaconatus & presbyteratus officium sit idoneus peragere, necne: cum ad id præpropero cursu, videlicet sine subdiaconatus ordine, negligentia potius, quam superbia, cognoscatur adscendisse. Unde nos consulendo caritati tuæ mandavimus, ut ab officio sacerdotali eum prohibeas; donec proximo quatuor temporum jejunio subdiaconatus ministerium sibi rite imponas, & sic deinceps ad majora officia eum tedire concedas.

EX M. S. COD. PISTOR.

Alexander papa II.

De quodam Sacerdote male ordinato.

QUidam in clericalibus officiis educatus subdiaconatus gradum suscipere neglexit, & diaconatus, ac presbyteratus honorem, non quidem ambitiose, sed negligenter conscendit. In quo præceptum canonicum non nos invenisse meminimus; consilium autem ex prærogativa authoritatis apostolicæ damus. Ab utriusque itaque ideli sacerdotalis, & levitice, quos inordinate suscepit, officio suspendatur, donec congruo tempore interfit ejus, qui ad subdiaconum benedicendum honorem, & cum eis subdiaconatus susciplat benedictionem. Prius tamen discutiendum, si ejus vita digna officio habeatur; & sic, si vite canones non obviaverit, (*a*) in priore ordinatione diaconus, & presbyter teneatur.

(*a*) *Gratianus in edito Raynaldo M. S. meus Romaldo*

ALEXANDER II.

ROMALDO (*a*) CUMANO EPISCOPO.

Exstat apud Ivonem c. pisl. 91. ad Hildebert. tum. Item que 2. quæst. 7. Cap. super Causas.

SUper causas Giffandi presbyteri de morte episcopi sui prædecessoris tui infamatis medium consuluimus. Itaque circa omnium adstantium fratrum assensu unanimi tue dilectioni referibimus, præfatum Giffandum ante te præsentandum, ubi si certi accusatores defuerint, tunc diffitante justitia sine omni controversia presbyter quecunque eb hoc insuste amisit, ac sacerdotium, & integra accipiat beneficia. Purgationem (*b*) tamen ante te, duobus sibi Sacerdotibus junctis, ubi accusator cesslaverit, eundem ex se præbere tuo committimus arbitrio. Vulgarem denique legem a nulla canonica sanctione fultam, fervenis scilicet, five frigidæ aquæ ignitique ferri contactum, aut cujuslibet populariis inventionis (quia fabricante hac sine omnino facta invidia) nec ipsum exhibere, nec aliquo modo te volumus postulare, immo apostolica authoritate prohibemus firmissime.

AD SEQUENTEM EPISTOLAM

COLLECTORIS ADMONITIO.

QUicunque Ivonem accusant de corrupto, interpolatoque textu canonum, & decretorum, *quæ in collectionem suam transtulit, illis profecto accidet opportunum fragmentum sequentes Alexandri epistolæ, quod ego offendi in MS. Pistoriensis cathedralis codice, in quo Ivonis decretum cum aliis nonnullis decretalibus sanctionibus in extremis pagellarum ora adjectis continetur. Ex hoc ipse enim epistola excerpsit lib. cap. 409. & ex alio Gratianus dist. 52. cap. fulcitando, eandem illam, quem & Labbeus inter Alexandri epistolas num. XXXII. recitat. In eodem Ivonis decreto data hec epistola legitur ad Rumoldum Constantiensem; in codice vero Pistoriensi ejus, ad quem dirigitur, nomen desideratur. Ad lectorum commodum utramque lectionem ex adverso positam exhibebo.*

EX

(*b*) Extat hec periocha in Cap. *Mennam* 2. quæst. 5. adsuta fragmento epistolæ S. Gregorii ad Brunichildem; sed perperam, cum revera ex Alexandri II. nec in edita epistola S. Gregorii legatur, ut notarit correctores Romani in idem caput *Mennam*.

EJUSDEM

AD BURCHARDUM HALBERSTADENSEM EPISCOPUM,

Laudes ejus commendat, & pallium pro merito concedit.

Alexander episcopus (servus servorum) Dei dilectissimo in Christo (Borchardo) Halberstadensi episcopo in Domino salutem & apostolicam benedictionem.

Ex Lunigii specil. eccl. in append. pag. 21.

INter multa quæ magister & doctor gentium, minister quidem Christi, & secundum Dei gratiæ dona[illegible] riorum ejus, discrete & spiritualiter instituit, quosdam in ecclesia S. non ut hospites, & advenas, sed ut cives & coharedes, & concorporales in habitaculum Dei coædificatos, in area quoque dominica comparticipes & cooperatores, singulari munificentiæ excellenter donari præmonuit. Dum tempus, inquit, habemus, bonum operemur ad omnem, maxime autem ad domesticos fidei. Unde etiam mi dilectissime fili Burcharde venerande coepiscope, fidei tuæ, quæ per charitatem operatur, & justitiæ tuæ quæ ex fide est, plurimum congratulamur. Temporibus autem istis, in quibus venit ira Dei in filios diffidentiæ, de quibus vere possumus cum apostolo dicere. Videte eanes malos operarios concisionem: opus ministerii tui, & ædificationem corpus (corporis) Christi ad honorem apostolorum Petri & Pauli ad voluntatem & justionem dilectissimi nostri filii Henici IV. regis; scilicet ut ecclesiasticæ pacis inquietudinem regius advocatus propulsares, cum omni gaudio suscepisti, itaque post susceptum legationis obsequium, semper unanimis uno spiritu & sincera affectione pro nobis ac Romana ecclesia nobiscum solicitus fuisti: non tamen quærens quæ tua, quantum quæ sunt Jesu Christi. Pro tanto igitur Deo ejusque S. Apostolis a te collato fervitio, in primis ipsi gratias laudesque debitas refcrimus. Qui dilectissimo filio nostro præmonstrato regis, cum tandem quæ sibi congruere ebique suscipere insinuavit. Deinde quia sancta Romana ecclesia, quæ bene fundata est super firmam petram hoc semper habuit vere charitatis studium, ut non tam numquam, aut raro ab aliquo gratis habere velles beneficium: competit nostro apostolico moderamini aliquod honeftum, aut singulare donativum pro nostro jure tibi cuique ecclesiæ privilegiorum authoritate concedi. Itaque & locum & nomen filii spiritualis singulari ac familiari affectu tibi concedimus, sanctæque quoque Halberstadensi ecclesiæ tuæ, ut sit filia Romanæ ecclesiæ prærogativam quamdam attribuimus. Insuper quoque pio paternoque affectu pallio te adornare decrevimus, salva tamen authoritate aut magisterio sanctæ metropolis Moguntinæ ecclesiæ, salvo quoque fratrum tuorum coepiscoporum & ordine & loco. Sed tuum est, ut sicut nos forinsecus, ita te ipse adornes intrinsecus, ut docendo & faciendo, quæcumque sunt justa, quæcumque honesta, ante & retro esse possis conspicuus, pallium in determinatis diebus, ad sacra missarum solemnia celebranda tibi concedimus, si in natali Domini, in festo S. Stephani protomartyris & S. Johannis Evangelistæ, in Epiphania Domini, in purificatione, & assumptione, & nativitate sanctæ Mariæ, in cœna

ANNO CHRISTI 1061.

Domini, in S. Sabbatho, in die refurrectionis, in Afcenfione Domini, in Pentecoftes feſto, in feſto S. Johannis Baptiſtæ, in feſto Johannis & Pauli, inventione corporis S. Stephani, in feſto S. Sixti, & S. Michaelis, & omnium ſanctorum, in nativitate apoſtolorum Petri & Pauli, & Andreæ, in dedicazione eccleſiarum, in faciendis ordinibus. Cracem etiam ante te & ante ſucceſſores tuos portandi licentiam donamus. In patrimonio quoque feſtivis ſuper Naccum (ideſt equum, ſolemniter ornatum. Videatur ſimile diploma Colonienſi eccleſiæ datum) equitandum permittimus tibi & ſucceſſoribus tuis. Infuper mitram tibi & ſucceſſoribus tuis, ac canonicis excellentioribus, ſcilicet presbyteris & diaconis, inter miſſarum ſolemnia miniſtrantis ſubdiaconis in majori eccleſia tua, & reparatis pro feſtivitatibus portandas concedimus. Et omnia quæ privilegiorum authoritate tibi & tuæ eccleſiæ a prædeceſſoribus noſtris, videlicet ſummis pontificibus, indulta ſunt, five ergum, ſive imperatorum confirmationibus, ſeu quarumlibet perſonarum donationibus juſte collatæ ſunt, noſtro quoque auctoritatis privilegio confirmamus. Præterea quoque ſtatuimus coram Deo, ac terribili ejus examine futuro, & per hujus noſtri privilegii & apoſtolici (præcepti) ſeriem ac conſtitutionem ſanctimus, ac B. Dei genitricis, ſemperque Virginis Mariæ, nec non B. B. Apoſtolorum Petri & Pauli, ſanctorumque martyrum Stephani ac Xixti (Sixti) cæterorumque omnium ſanctorum auctoritate, in quorum nomine præmonitata tua eccleſia dedicata eſt, decernimus, ut obſeſſanum tam apoſtolicæ ſedis futuros pontifices, quam qui eccleſiaſticas adminiſtraverint actiones, cunctoſque chriſtianorum titulo inſignes, ut nullam hanc licentiam ſibi ſumat; de his omnibus, quæ eidem eccleſiæ a prædeceſſoribus noſtris per privilegia juſte conceſſa, vel a nobis data vel danda, aut ab aliquibus fidelibus viris ac mulieribus præfatæ eccleſiæ tradita ſunt, vel futuris temporibus contradentur, tam in abbatiis, quam in monaſteriis, ac xenodochiis, tam in familiis, quam in terris, & comitatibus, ſeu aliquibus poſſeſſionibus convellendi, diſveſtiendi, moleſtandi, vel alienandi.

ANNO CHRISTI 1061.

ANNO CHRISTI 1061.

tem ſacra feri poſſunt, niſi ſpiritu ſancto, a quo omnis ſanctificatio procedit. Nam ſicut omnis quæcliber res cum imperatori defertur, imperialis efficitur; ſic cum ex voto Deo, vel fanctis offertur, divina, ac per hoc ſanctificata cognoſcitur. Non igitur mirum, ſi par poena conſtringit eos, qui aut facrum ordinem, aut facram rem eccleſiæ vendere, ſeu emere audent; cum neutram, niſi Sancti Spiritus dono valeat ſanctificari. Præterea cum facrorum canonum auctoritas quæque ex rebus eccleſiæ jubeat fieri portiones, quarum una pauperibus, altera fabricis eccleſiarum ſit impendenda, tertia epiſcopo, quarta clericis conferenda; fieri pauperibus eccleſiæ ſingulæ partes gratis ſunt concedendæ, ita quoque partes nec ab ipſo epiſcopo vel clero ſunt retinendæ aut vendendæ, ſed eis pro Evangelii præcepto, & officii ſui labore eodem modo conferendæ. In veteri quoque teſtamento, cum adhuc gratia Evangelii adhuc non conſcaret in mundo, legimus fcelus hoc quarum abominabile effet, cum tempore Joſeboam quicunque voluerat, impleto manum ſuam, & ſtebat Jaeerdos excelſorum, & propter hanc cauſam peccavit domus Jeroboam, & deleta eſt de ſuperficie terræ. Si vero domus Jeroboam ob hoc deleta eſt, quod pecuniam acciplens conſtituebat facerdotes inexcelſis, non immerito de libro vitæ cæleſtis eorum nomina delentur, qui interveniens pecuniæ ſcendotes, vel clericos in domo Dei conſtituunt. Patoenim, quod hi tales nunquam adverterunt pſalmiſtæ ſententiam dicentis: Quia non cognovi negotiationes literibo in potentias Domini. Nam ſi quis ideo intrat in potentias Domini, quia non cognovit negotiationem, aperte conſequitur, ut non intret in eas, qui negotiationes maximas eccleſiaſticarum rerum non ſolum cognoverit, ſed etiam exercuerit. In novo autem teſtamento humani generis redemptor omnes [illegible] vendentes de templo ejicions, cathedras vendentium columbas evertit, nummularium effundit æs, præcepti ſui auctoritate denuncians, & dicens: Nolite facere domum patris mei domum negociationis. In quo Salvatoris fado vigilanter eſt advertendum, quod non dicitur cathedras vendentium noviſſe, ſed evertiſſe. Leviusutique ferendum eſſet, ſi talium negociatorum cathedræ moverentur, quam ſi everterentur, ſicut per Joannem Dominica voce Angelo idem prædicatori Epheſi eccleſiæ dicitur: age pœnitentiam, & prima opera fac; alioquin veniam ad te, & movebo candelabrum tuum de loco ſuo. Illud quoque in eodem facto ſollicite conſideratæ, quod per rotum textum ſancti evangelii nuſquam reperitur, Dominum tanta feveritate, tam diſtricta cenſura juſtitiæ, peccantes corripuiſſe, quos non ſolum graviora increpans, ſed verum etiam facto flagello de funiculis verberans omnes eliminvit de templo; aperte demonſtrans, quod tales negotiatores non ſecut exteri peccatores ſunt corripiendi, ſed a templo: Delrib a ſanfta eccleſia longius ſunt projiciendi. Nam ſicut per columbarum venditores illi demonſtrantur, qui facram materia impoſitionem vendere conantur, ſic per nummularios eccleſiaſtici beneficii venditores

A tis privilegio confirmamus. Præterea quoque ſtatuimus coram Deo, ac terribili ejus examine futuro, & per hujus noſtri privilegii & apoſtolici (præcepti) ſeriem ac conſtitutionem ſanctimus, ac B. Dei genitricis, ſemperque Virginis Mariæ, nec non B. B. Apoſtolorum Petri & Pauli, ſanctorumque martyrum Stephani ac Xixti (Sixti) cæterorumque omnium ſanctorum auctoritate, in quorum nomine præmonitata tua eccleſia dedicata eſt, decernimus, ut obſeſſanum tam apoſtolicæ ſedis futuros pontifices, quam qui eccleſiaſticas adminiſtraverint actiones, cunctoſque chriſtianorum titulo inſignes, ut nullam hanc licentiam ſibi ſumat; de his omnibus, quæ eidem eccleſiæ a prædeceſſoribus noſtris per privilegia juſte conceſſa, vel a nobis data vel danda, aut ab aliquibus fidelibus viris ac mulieribus præfatæ eccleſiæ tradita ſunt, vel futuris temporibus contradentur, tam in abbatiis, quam in monaſteriis, ac xenodochiis, tam in familiis, quam in terris, & comitatibus, ſeu aliquibus poſſeſſionibus convellendi, diſveſtiendi, moleſtandi, vel alienandi.

IN SEQUENTEM EPISTOLAM

COLLECTORIS PRÆMONITIO.

EX *nonnullis epiſtolæ, quam hic exhibeo, laciniis a Gratiano ſimul ſuſtis & aſſutis compingitur epiſtola illa ad Lucenſes, quam Labbeus num. XXXV. dedit. Integram duplo, ac triplo majorem ex codice Cavenſi Lucenſium eccleſiæ illius cathedralis ſtatuo BB. I. quiſquis primus omnium Florentinus noſter in opere inſirpero* Memoria della Contefſa Matilda *in append. Veter. Monum. pag. 129. Ex illo vero hoc tranſtuli, ut ſcirecpr in collectionibus Gratianorum mutila, & hinc inde detruncata ſpecta-culum ſui miſtrandum, ingeniumque lectoribus, reique canonicæ amatoribus præbeat.*

AD CLERUM, ET POPULUM LUCENSEM.

Contra ſacras ordinationes, & beneficiorum collationes ſimoniacas.

Alexander epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Lucenſi eccleſiæ clero, & populo in perpetuum.

D CUM divina providentia idelreco non ſine ſede apoſtolica conſtituere voluerit, ut omnium eccleſiarum generaleam curam gerere debeamus, tum maxime illi eccleſiæ ſtudium noſtræ devotionis ſollicitius eſt exhibendum, in qua ante ſuſceptum univerſalis reginimis opus eccleſiaſtici officii neceſſitate laboravimus, & cui privata quodammodo dilectione prius deteverire ſtudulmus. Circa Lucenſium itaque eccleſiam ſpecialius noſtræ devotionis ſtudium dofideramus impendere, quanto & illi privata ejus, & publica omnium cura compellimur providere. In ea igitur quod multis temporibus male pullulaſſe, & in robur jam inveterate malitiæ comperimus excreviſſe divini verbi gladio ſuccidere, & penitus extirpare optamus, ut Deo volente eruris ſpinis vitiorum, in ſertilem poſtmodum meſſem ſemen illic ſatum valeat abundare. (a) Ex multis tem-(a) Cap. 8. poribus hoc deteſtabile malum intra ipſam eccleſiam inoleviſſe cognoſcimus, ut nulli unquam clerico, quamvis religioſo, quamvis ſcientia & moribus prædito eccleſiaſticum beneficium concederetur, niſi ei qui profano pecuniæ munere illud emere fuiſſet: fiebat eccleſia & res ejus ita venalis, veluti quædam terrena, & vilis merx a negotiatoribus ad vendendum expoſita. Quod malum quam deteſtabile, quantum Deo, ſanctiſque fit contrarium, & ſacri canones docent, & fere omnibus manifeſtum exiſtit. Chaicedonenſe nempe concilium unum ex principalibus, ſimile pena condemnat eos, qui ſacram manus impoſitionem (per quam Spiritus Sanctus confert) mercati dignoſcuntur. Utroſque enim auctoritate inexpugnabili, illos a beneficio, iſtos ſacro ordine jubet repelli. Sacrorum verò canonum auctoritate docemur, omnia quæ Deo, vel ejus eccleſiæ offeruntur, facra fieri ipſa oblatione; nullaque aut-

ANNO CHRISTI 1061.

A deſignantur, qui domum Dei teſte evangelio ſpeluncam latronum efficiunt. Quia ab humſmodi mercatoribus quidquid poſſunt capiant, & gladio ſuæ malitiæ non corpora, ſed quod pejus eſt animos trucidare noſcuntur. Tempore veto apoſtolorum cum multi rerum ſuarum pretia ad pedes eorum ponerent, Anania, & Saphira inſpirante Sancto Spiritu voto cordis pretium agrorum ſuorum Deo obtulerunt. Et Simon quidem Magi gerente Diabolo partem ipſius pretii retinere conati ſunt; voce B. Petri principis apoſtolorum ſpiritui ſancto mentiri eſſe dicentur, & quem grave ſcelus contraxerit, ſatisfacit repentina morte monſtratur. Si ergo illi initio ſurgentis eccleſiæ tam horribili pœna divinitus ſunt punitl pro eo ſolummodo, quod partem pretii retinuiſſent, quod ſolo voto eccleſiæ obtulerant; quid dicendum eſt de his mercatoribus, qui non ſuas, ſed res eccleſiæ, ſed in uſus ſuos ex propioquorum ſuorum non verentur vertere? Profecto ſicut deterius eſt diſtrahere, vel comparare res eccleſiæ, non quas ipſi eccleſiæ conferunt, ſed quas pro animabus ſuis fideles offerunt, quam ſolam pretii partem rerum a ſe oblatarum retinuiſſe; ſic talium negotiatorum interitus gravior & profundior, quam illorum eſſe convincitur; ex hac quoque peſſima venditione pene malorum omnium ſemina pullulare noſcuntur. Nam ſi qui res Eccleſiarum & poſſeſſiones, quæ interveniens pecuniæ ſcendotes, vel clericos in domo Dei conſtituunt. Patoenim, quod hi tales nunquam adverterunt pſalmiſtæ ſententiam dicentis: Quia non cognovi negotiationes literibo in potentias Domini. Nam ſi quis ideo intrat in potentias Domini, quia non cognovit negotiationem, aperte conſequitur, ut non intret in eas, qui negotiationes maximas eccleſiaſticarum rerum non ſolum cognoverit, ſed etiam exercuerit. In novo autem teſtamento humani generis redemptor omnes [illegible] vendentes de templo ejicions, cathedras vendentium columbas evertit, nummularium effundit æs, præcepti ſui auctoritate denuncians, & dicens: Nolite facere domum patris mei domum negociationis. In quo Salvatoris fado vigilanter eſt advertendum, quod non dicitur cathedras vendentium noviſſe, ſed evertiſſe. Leviusutique ferendum eſſet, ſi talium negociatorum cathedræ moverentur, quam ſi everterentur, ſicut per Joannem Dominica voce Angelo idem prædicatori Epheſi eccleſiæ dicitur: age pœnitentiam, & prima opera fac; alioquin veniam ad te, & movebo candelabrum tuum de loco ſuo. Illud quoque in eodem facto ſollicite conſideratæ, quod per rotum textum ſancti evangelii nuſquam reperitur, Dominum tanta feveritate, tam diſtricta cenſura juſtitiæ, peccantes corripuiſſe, quos non ſolum graviora increpans, ſed verum etiam facto flagello de funiculis verberans omnes eliminvit de templo; aperte demonſtrans, quod tales negotiatores non ſecut exteri peccatores ſunt corripiendi, ſed a templo: Delrib a ſanfta eccleſia longius ſunt projiciendi. Nam ſicut per columbarum venditores illi demonſtrantur, qui facram materia impoſitionem vendere conantur, ſic per nummularios eccleſiaſtici beneficii venditores

ANNO CHRISTI 1061.

ri conspiciens, ne sanguis iniquorum a districto judice de manu nostra requiratur, illa A extirpare & penitus eradicare decrevimus. Constitutimus itaque, & præsenti decreto firmamus (sicut olim nostri decessores fecisse noscuntur) ut nullus deinceps episcoporum, beneficium ecclesiæ (quod quidam canonicam, vel præbendas, seu ipsam ordines vocant) pro aliquo pretio vel munere elericis audeat unquam conferre. Sed etiam ministros, & servitores ecclesiæ gaaris, & absque ulla venalitate in S. ecclesia ludeant ordinare. Nec eligant in domo Domini qui majores facculos pecuniæ conferant, sed eos qui moribus & disciplina, atque scientia dignos vitæ officio suo ipsum valeant subsitutare ecclesiam. Sponte Christi donaria non probibitur cujusque invito sponso venalia fiant, sed gratis & pro vitæ meritis tribuantur, nec audeat ullus cujuscumque gradus fit clericus per se, vel per interpositum personam aliquo ingenio pretium vel dare, vel promittere, nec ipsi episcopo nec alicui ex ejus ministris, sed cathedrale magnæ vel mediocri, aut parvæ personæ. Ne vero calli-

ANNO CHRISTI 1061.

ditas aut fraus Diaboli sub specie religionis aliquos suæ malitiæ laqueo capiat, conflituimus, & eodem modo firmamus, ut nullus cujuscumque gradus clericus pro ecclesiæ beneficio aliquid audeat conferre, aut fabricæ ecclesiarum, vel donariis ecclesiarum, seu etiam quod pauperibus fit tribuendum, quia (ut ille scriptura) qui aliquid male accipit ut quasi bene dispenset, potius gravatur, quam juvatur. Quod si aliquis divinorum præceptorum & animarum salutis immemor, præfatum beneficium ecclesiæ iniqua cupiditate ductus vendere vel emere temerario ausu præsumpserit, a statu in Chalcedonensi concilio definitum est, gradus sui periculo esse fabricæ decernimus, nec ministrari posse ecclesiæ, quam pecunia vendere fieri concupivit, & insuper terribili anathematis mucrone perfossus (nisi resipuerit) ab ecclesia Dei, quam lædit, nodis omnibus abscindatur.

Ego Alexander solius Dei miſa Sanctæ Romanæ & apostolicæ ecclesiæ præsul, & Lucensis episcopus in hoc decreto ad confirmandum.

ALEXANDER II.

ADELARDO SUESSIONENSI EPISCOPO.

Ivo part. X. cap. XXXI.

QUod XXX. annorum longitudinem homicidii in terra Dei facti pœnitentiam extenuitis, constitutioni huic authoritatem non damus: quia in sacris hoc canonibus non inveniſmus. Tamen quoniam a prudentibus & religiosis viris teeva Dei pro conservanda in populo pace est constituta, omnino non reprobamus.

DE CONCILIIS IN CAUSA SCHISMATIS CADALOI ANTIPAPÆ

celebratis

DISSERTATIO.

An. 1061.

INter ea, quæ in historia Ecclesiastica magnis adhuc involuta tenebris fedulam scriptoris operam effagitant, ut offusa tandem depulsa caligine in eam producantur lucem, qua plura olim obscura, nunc diligentia summorum virorum perspicua effecta sint; vix dubito, obscurius aliud occurrere præ historia schismatis in Alexandrum II. a Cadaloo Parmensi episcopo, dein factione Germanorum Pseudo-Pontifice excitati. Hujus quamvis exordia comperta sunt, exitus tamen latet; nam Baronius intra triennium claudit; ratus anno 1064. Mantuanum Concilium convenisse, cujus sententia res ecclesiæ Romanæ composita. Pagius ad annum 1067. prorogat; Prolemæus Lucensis apud eundem Pagium annum 1069. maluit. Mihi vero in meis ad Pagium adnotationibus nova sententia sedet, cum ad annum usque 1072. eam synodum, exhitumque schismatis promoverim. Hæc ergo olim, hæc nunc pariter fentio; quamquam fecundis cutis res tota difcuſſa, alia plane nonnulla difficultate mihi vifus fum, quæ tunc fcribentem fugerant. Ea omnia in peculiari hac dissertatione exponenda.

Totius hujus historiæ decurrendæ viæ ducem mihi olim, & nunc pariter constituo Benzonem Albæ Pompejæ in Insubria episcopum, qui tunc, cum illa omnia agebantur, non præsens tantummodo aderat, sed & rerum gestarum author potissimus fuit. Erat ille quidem iniquissimo in legitimos Romanos Pontifices animo, quod forte simoniaci criminis reus ultorem Pontificem Nicolaum II. senserit. Profecto carolinalis Aragonius in vita Nicolai II., quam ex Vaticanis monumentis collegerat, reprzefam ab eo Pontifice audaciam Langobardorum episcoporum narrans, Benzonem Albenſem inter cæteros recenſet. Ipſe vero Benzo in eo, quod ſcripſit panegyrico ſeu hiſtoria Henrici III. imperatoris, non improbare ſe faceredotiorum emptionem fignificat. Quamquam igitur ſcriptoris hujus fabulefa fides habenda eſt, dum crimina fanctiſſimorum pontificum Alexandri II., & Gregorii VII. tam multis exaggerat, in reliquis tamen

ANNO CHRISTI 1061.

in quibus nihil odium & detractio valet, fidem indubitatam meretur præ cæteris, qui vel ætate vixerunt, ab his remotiori, vel coævi licet, rerum tamen, quas narrant, erant incuriosi. Quamquam & rara sunt, quæ coævi ſcriptores hîc de rebus ſcribunt, quæ cum Benzone non cohæreant, ut fubinde demonſtrabimus. Hanc vero ſplen hiſtoriam vel integrum Henrici III. imperatoris a Benzone ſcriptam præ oculis habere me ſciant Lectores, cum authorem iſtum laudo; quod ſane opus ad noſtram uſque ætatem latens prior edidit Jo. Burchardus Menkenius inter Scriptores Rer. German. tom. I. pag. 937. quam editionem ignorans Jo. Petrus Ludewig in to. IX. Reliquiarum pag. 1. iterum illam produxit. B Ita ergo tota ſchiſmatis hujus hiſtoria ex Benzone, cui tamen ego annorum, & temporis certas notas ſuppeditabo, quo res ipſa planior fiat, & perſpicua.

Nicolao II. rebus humanis exempto anno 1061. Longobardiæ epiſcopi, iiſi forte, quos Nicolaus II. vel corripuerat, vel loco amoverat, jundo cum epiſcopis Germaniæ, qui Cæſarianas partes tuebantur, conilio, Baſileam ad concilium convenerunt, ibique decreto prius remiſſo de Pontifice nomnii ex Italia petendo, e ſuis quoſdam ad Aalam imperatoris abiegarare, pontificem pro ſuo voto poſtularuri. Dum hæc agerentur, ſanior cleri Romani pars in eorum jundia Anſelmum Lucenſem epiſcopum ſub Alexandri II. nomine pontificem renunciavit. Aſſumptus eſt ipſe die Kalendarum Octobris, ut aſſerit S. Petrus Damiani in concertatione Regii, Romani defenſoris. Redierunt interea ex aula Legati Baſilenſes cum Regis facultate de eligendo Cadaloo Parmenſi epiſcopo in Pontificem, qæ tane electio factione quorumdam obtinuit. Sic ego rem compono, fidem præſtare renuens Benzoni, qui in gratiam Pontificis ſui narrationem ſuam ita inſtituit, ut Cadaloi electionem ante ipſum Alexandri tempore præferat lib. 2. cap. 4. Cum vicilim Leo Oſtienſis lib. 3. cap. 20. tradat, Cadaloum integro fere menſe ipſa ſcilicet die ſcita SS. Apoſtolorum Simonis & Judæ poſteriorem eſſe Alexandro.

His adiis Cadalous Romam transferendus erat, quam tamen adverſus illum Alexander II. tuebatur cum Richardo Normannorum Duce. Res igitur armis peraſtanda; quare comparatis militum copiis juſſus eſt Benzo Albenſis epiſcopus electum ſuum Romam adducere, ſed pluviis obſtantibus, & Gothofredo Barbato, Beatricis, quæ Tuſciæ principabatur, conſorte itinera obſidente, res in annum ſequentem protracta eſt. Die VIII. Cal. Aprilis anni 1062. Surrium ingreſſus eſt urbe Benzone lib. 2. cap. 9. ac deinde 14. Aprilis, ut in Actis Alexandri a E Cardinali Aragonio collectis adnotatum eſt, Romam propius ſucceſſit. Romanorum animos muneribus pellecta, verbosumque leonino promiſſus eo Benzo præparaverat; nihilo tamen ſecius Urbem ingredi numquam datum eſt Cadaloo, qui in pratis Urbi adjacentibus cum exercitu ſuo conſedit. Hinc utrinque collocutiones, & pacta quædam altrinſecus propoſita, donec tandem Gotho-

ANNO CHRISTI 1061.

fredus id ſuggeſtit conſilii, nimirum ut eludus uterque in privatam Diœceſim ſuam, A Parmenſem nempe, & Lucenſem concederent, donec ex aula oraculum expectaretur.

Uterque igitur elebus abiit in diverſa, Alexander Lucam, Cadalous Parmam. Sed hoc ipſo forte anno antequam S. Petrus Damiani ad eremum ſeceſſiſſet, eodem proſonte cum cæteris, & ante profectionem Lucanam Alexander concilium habuit, in quo de cauſa Forolempronenſis eccleſiæ tractatum eſt. Acta hujus Judicii, vel ſynodi extant apud Labbeum ad annum 1062. Petro Alexander toto reliquo anno 1062. Lucæ egit, ut non obſcure demonſtrant temporis notæ adſcriptæ Lucenſi illi concilio, & quo datum. Anno vero ſequenti Romæ vix jam ſe dederat reditures Romam, nam die VII. Idus Januarii anni 1063. in comitatu Senenſi agens diploma illud ſignat, quod Florentinus in append. veter. monum. ad vitam Mathildis n. 9. producit.

Moram in civitate ſua epiſcopali trahens Alexander, convocato concilio judicium inſtituit de Abbatiſſa monaſterii S. Juſtinæ, quam Sanctimoniales quædam per calumniam accuſaverant. Concilium illud, quod huc uſque Collectores latuit, probabilis adſis ſuo loco daturus ſum.

Ita pariter & Cadalous Parmæ conſidens concilium factioſorum hominum convocavit, cui Benzo ipſe tradit, & ex Benzone ego C ſuo loco.

Quid vero actum ſit in Germania, operoſiori diſquiſitione hic aliquantulum, ſi enim Hiſtoricos eccleſiaſticos audias, Germani epiſcopi cum Italicis plane multis in concilium coeuntes, (quod in locum ignotum Osborum indidum fuiſſe ex S. Petro Damiani affirmant) cocuntes, inquam, in concilium deſtinatum Alexandri II. electionem rectum, & legitimam eſſe, Cadaloi vero Intrusi actum reprobant, quem poſtremum & hæc ſententia depoſuerunt. Concilium hoc Germanicum veteres omnes Germanos ſcriptores etiam coævos laceni, ſuſpectum mihi olim D efficiebatur. Nihil de illo Sigebertus, nihil Lambertus, nihil etiam Benzo, qui in narratione hujus ſchiſmatis puppim & proram facit. Sed, inquiunt, Leo Oſtienſis qui tunc florebat, id tradit verbis adeo perpicuis, ut interpretationem omnem reſpuant. *Eodem anno* (de Cadaloo loquitur) *id eſt in præditorum Apoſtolorum Simonis & Judæ vigilia ab omnibus Theutonicis, & Italicæ epiſcopis, qui cum Rege tunc aderant, juſſu Dei judicio damnatus eſt, ac depoſitus.* Conſtat his omnibus S. Petrus Damiani, qui in diſceptatione ſynodali inter regis advocatum, & Romanæ eccleſiæ defenſorem S. ſcribit: *Quamvis & in proximo, ut ſpero, anno, ſeu hic Orborieſe concilium, &c.* Quod ergo concilium mox habendum enunciat Damianus, id re ipſa habitum Oſtienſis aſſerit.

Quamquam ego pariter concilium in Germania aliquod admitto; illi tamen aſſcendo alterius plane teſtimonio utendum eſt ac illo, quod ex recitatis Oſtienſis verbis a Criticis doctiſſimis aſſertur. Nam ab Oſtienſi concilium hoc cum Mantuano conſufum facile

ANNO CHRISTI 1061.

elle intelliget, quifquis noverit Scriptorem illum afferuiſſe Cadaloum in ſynodo illa damnatum auguſtiſſe, *nec ullum venire ad has partes appoſuiſſe*: id etiam ſicut de Mantuano concilio verum eſt, ita in Germanico omnino fallit. Rediit enim Romam Cadalous anno ſequenti 1062., ibique integro quinquennio ſubſtitit. Rejecto igitur Oſtienſi, concilium iſtud Germanicum, quod Osborienſe dicendum eſſe ex S. Petro Damiani conſtat, multo validius afſeritur ex eodem S. Petro Damiani, qui eadem ipſa verba recitat ab Oſtienſi exſcripta, & interpolata. Cedo mihi verba ejus ex epiſt. III. lib. IV. ad Cunipertum. *Cadalous ſiquidem ipſo feſtivitatis die SS. Apoſtolorum Simonis & Judæ, quaſi in pagum Deo reprobante, ac reppellente, fuit electus; eodemque tertiante anno in præſidiorum Apoſtolicorum vigilias ab omnibus Teutonicis & Italicis epiſcopis, & Metropolitanis, qui cum Rege tunc adeſſent, damnatur eſt, & depoſitus*. Teſtimonium eſt hoc canæ authoritatis, ut a conſtanti omnium ſcriptorum Germanicorum ſilentio evinci nequaquam poſſit. Atramen ut ambo iſta concilientur, & ſilentium ſcilicet cæterorum, & S. Petri Damiani aſſertio, repugnandum eſt non conſtituto quidem tunc convenire, fed omnes illos epiſcopos, qui S. Annoni Colonienſi epiſcopo conſentiebant, habebantque in ſua poteſtate regem puerum, ab Agnetis imperatricis parentiſque ejus tutela ſubtractum, in unam ſententiam coeuntes, Alexandri aſſumptionem approbaſſe, Cadaloi rejeciſſe.

Modo in viam redeundum. Igitur res Alexandri in Germania ita pertractata eſt, authore forte S. Petro Damiani, qui pontificia legatione ibidem fungebatur, ut redirent in Urbem illi permittentur. Romanos, turbæ ſebem totam commovebant, ut locus nullus eſſet quieti, habendis conciliis epiſcoporum neceſſarius.

Quando Cadalous redierit Romam, Aula Germanica jubente, ut Benzo ait, mihi eſt incompertum; credo tamen hoc anno, vel ſequenti id actum, cum Benzo ſcribat, cognito Alexandri reditu, ex Imperio literas creditas fuiſſe, ut ſchiſmaticus Papa ad Urbem cum copiis reducereteur. Tunc autem accidit, quod ſupra monui, nempe arcis S. Angeli a copiis Cadaloicis occupatæ. Hinc in ſubjectam Urbem excurrebant milites, paſſimque ſtragem edebantur. Quæ Urbis facies per quinquennium perſeveravit, id affirmante Alexandro in epiſtola ad Gervaſium Remenſem his verbis: *Tantis eo irruptionem per quinquennium nunc callida tergiverſatione, nunc hoſtili incurſione oppreſſi perſeculi, ut ab ipſis noſtræ ſpectatæ eccleſiæ negotia vix libertate ventilare, nedum longinqua ad plenum inveſtigare*. Quinquennium iſtud ducendum cenſeo ab anno 1063. circiter, ac in annum 1068. fiſtit. Tunc enim Deus, qui ab alto rebus eccleſiæ ſuæ invigilat, Gothofredum Tuſciæ Ducem excitavit, ut manum porrigeret lapſis in extremam anguſtiam, armiſque ſuis in ordinem ita redegit adverſarios, ut intra arcem velut in carcere incluſos illos haberet. Tunc reſpiravit Alexander, & in Urbe quietus conſidens concilium habere potuit adverſus ſimoniacos, cui occaſioneni præbuit accuſatio in Archiepiſcopum Florentinum a monachis inſtituta, & infigni illo prodigio ignis, quem Petrus monachus ad probandam rei veritatem illæſus ſubivit, aſſerta. Hucuſque chronologi cum Baronio, & Pagio concilium illud affixerunt anno 1063. ſed modo ex adnotatis ad S. Apollinar. Petentini apud cl. Lamium in opere de Erud. Apoſtolorum pag. 239. aſſignandum anno 1068. conſtat. Ita enim in illa: *Incipit textus mirandi, quod Dominus ad detractionem ſimoniacæ hæreſis operari dignatus eſt in epiſcopatu Florentino ab incarnatione ſua milleſimo LXVIII. id. Februarii feria IV. prima hebdomade in quadrageſimæ in noneſtera de primo*. Is eſt Petrus ab experimento ignis, nomen igni ſortitus, quem dein, meritis & ſcientia ingenera, epiſcopum Albanenſem, ac ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalem ſic pompertum eſt. Hanc in arce S. Angeli reſuſionem *per tempus, & tempora, & dimidium tempora* perſeveraſſe ſcribens Benzo, cum actis Alexandrinæ congruit, in quibus bienalem recluſionem ſubſtituiſſe Cadalous legitur. Si duos illos annos & ſemis ex anno 1068. repetamus, in annum 1070. labentem deducemus.

Longius protracta more pertæſus Cadalous cum nihil ſupereſſe prompti auxilii ex aula imperatoris intelligeret, fuga (e ex arce S. Angeli corripuit, ab eodem Benzo dolo non ſine honorificum fucatis ſubdolo ingenio verbis narrat Benzo lib. 3. cap. 2. ſed quam ille cohoneſtat evaſionem, turpem fugam evidiſſe teſtantur acta Alexandri a cardinali Aragonio colleſta his verbis: *Per duos annos a fidelibus Papæ Alexandri obſeſſus, & calamitatibus multis afflictus, exinde egredi non potuit, donec ab eodem Cencio treccentis libris argenti ſe redemit. Sic itaque uno tempore, & uno civitate contentus, inops, & eger inter oratores occulte diſcedens ad montem Barbanis, & tandem ad burgum Berzeni non ſine multa confuſione pervenit*. Hanc fugam poſt Gothofredi mortem cœptam Benzo ibidem ſcribit.

Igitur dum ſic res haberent ſeſe, fama veracrebuit Gothofredum in caſtro Bullionis, quod Galliæ Belgicæ eſt oppidum, deceſſiſſe. En Benzonis verba lib. 3. cap. 10. *Tandem Deo nos miſeratus Gothofredus cepit languere, & arbitratus eſt, quia ſi mutaſſet aerem, ab imminenti valetudine poſſet convalere. Petiit proinde ſuum caſtrum Bugloonem, ubi expiravit*. Narrat ſubinde ea, quæ de evaſione Cadaloi ſuperius admonuimus; tum addit, ſe a ducibus partis fuæ miſſum fuiſſe legatum ad Cæſarem, ſollicitaturum auxilia rebus Cadaloi reſtituendis neceſſaria. In aula principis res mature diſcuſſa eſt, ac decretum, ut quantocius conſilio in Germania habito, de juſtitia cauſæ Cadaloicæ agereture.

ANNO CHRISTI 1061.

Id in ſe ſuſcepit S. Anno Colonienſis, quo agente concilium illud ex ipſa in Germania eſt habitum. Sed cum forte minus frequentes epiſcopi convenirent, ſuſpendendum interim ab ultima definitione patres cenſuerunt uſque ad indictam tunc, & poſt annum habendam Synodum Mantuanam. Hanc omnia Benzo ibidem, capite 26. qui & ſubjungit: *Igitur completo ſpacio annue revolutionis* (nempe poſt concilium Germanicum) *incepit Annus* (ideſt S. Anno) *iter ſue expeditionis, & venit Mantuam*, ubi habitum eſt concilium, de cujus exitu, quod parti ſuæ parum faverit, plane ſilet Benzo.

Ex his omnibus conſtat arbitror, quam parum huc uſque de epoca concilii Mantuani criticis etiam doctiſſimis conſtiterit. Non enim anno 1064. ut Baronius conſtuit, non anno 1067. ut Pagius reformavit, ſed anno 1071. vel forte 1072. Mantuana ſynodus depoſitionis ſententiam in Cadaloum pronunciavit. Quod ego his brevibus demonſtro. Godefridus Barbatus (nam de hoc agitur vito Beatricis, non de altero viro cognomine Mathildis martio, qui nimis fero, utpote poſt obitum Alexandri anno 1076. obiit .) in pervigilio Nativitatis Domini anni 1070. obiit, ut ex conſenſu veterum omnium fcriptorum convenit inter omnes. Ut demus aliquid itineri Benzonis in Germaniam, non prius anno ſequenti 1071. forte nondum adulto ſynodus in Germania colvit. Anno expleto, indeque anno 1072. Mantuana ſynodus ex Italis Germaniſque epiſcopis colligitur, qua pronunciante in Cadaloum concliamatum eſt; ille vero dein nunquam poſtea redit in urbem, ac brevi obiit. Annus idem, 1072. quamquam fatis ex Benzone eruitur, veteris etiam, licet non coævi ſcriptoris teſimonio adſtrui poteſt, nempe Antonii Nelliji, qui Cecilio 15. Chronicon monaſterii S. Annedr Mantuani O. S. B. a Muratorio tom. 24. rer. Italic. vulgatum ſcribebat. Hanc verba authoris adhuc accepiſſe ex verutis ejus monaſterii monumentis non immerito creditur. *Alexander II. regnante Henrico imperatore IV.* (id eſt Regę IV. Imperatore) *Mantuam cum omniſſet, generaliter ibidem celebrato concilio, monaſterio hoc, quod ab ejus erectione* (quam anno 1017.

ANNO CHRISTI 1061.

ibidem componit) *ſive abbate præſervato erat annos circa quinquaginta quinque, rerum ordinabili ſtatum ſpiritum primum præfecit abbatem, annos videlicet Domini millie duobus ſeptuaginta*.

Contra hanc ipſam epochan opponem chronologi authoritatem Sigeberti ſcriptoris coævi, & Landulphi junioris, qui S. Arialdi Mediolanenſis clerici vitam ſeculo XII. ineunte ſcripſit. Ambo enim Scriptores illi Synodum Mantuanam anno 1067. adſcribunt. Horum ego quidem teſtimonium admittarem, ſi æquo ſaltem pede cum Benzone non coævo tantummodo, & oculato, ſed de re bus utcumque ſuis ſcribente conſtare poſſent. Nunc vero cum priorum fides poſtponi concedat; & cum alterutros errare neceſſe ſit; id facilius de utroque illo ſcriptore, quam de Benzone concedendum arbitror. Hæmmannus Contractus Sigeberto fuppar eſt; qui tamen aſſignans Mantuano concilio annum 1064. errat; errare ergo & Sigeberrus potuit; potuit & Landulphus, qui aliquanto hac ætate poſterior vixit .

Supereſt nunc nodus alius expediendus, ne inter legendas S. Petri Damiani epiſtolas aliquanto tenuit addtiſtum. Inter ejus epiſtolas ex Cajetani editione lib. I. epiſt. XV. conſtanter legitur ad Alexandrum II. in qua reditus ejus e Mantuano concilio commemoratur. Porro S. Petrum Damianum anno 1072. die VIII. Kal. Martii obiiſſe Baronius ex Romualdo Camaldenſi probavit. Ex quo conſequitur neceſſe eſt, Mantuanum concilium anno ut ſerius 1071. conveniſſe, adeoque minus accurate ſcripſiſſe Benzonem concilium illud Mantuanum coliviſſe *completo ſpacio annue revolutionis* poſt Germanicum concilium. Id profecto me de ſenſu Benzonis ſatis ſuperque docuere, ſi de anno obitus S. Petri Damiani certiori documento conſtaret. Cum autem id unice probetur ex fide Bertoldi, quem in chronologia rerum etiam ætate ſua geſtarum frequenter lapſum norat Pagius ad A. 1096. num. VI. ductum hinc argumentum adverſus eum chronotaxim nihil valet. Porro igitur S. Petrus Damianus anno 1072. obierit; quod ſi contigiſſe admiſerimus, ſalva ſunt omnia.

TABULA CHRONOLOGICA

rerum in hoc ſchiſmate geſtarum juxta noſtram diſſertationem.

An. 1061. COncilium Baſilex cogitur ex Langobardiæ maxime & Germanis epiſcopis, in quo de petendo a Rege ex Italia pontifice

- Alexander II. die Kalend. Octobris pontifex renunciatur.

Cadalous Parmenſis epiſcopus a factioſis epiſcopis in pontificem ſalutatur die feſta SS. Apoſtolorum Simonis & Judæ.

1062. Cadalous cum militum manu Romam venit, ſed ab Alexandri militibus repulſus intra Urbem permanere non valet; & poſt quorumdam dierum moram pacificetur cum Alexandro, ut ambo ad proprias ſedes remeant, expectaturi quid in aula Germanica *Concilior. Supplem.* Tom. I.

- Alexander ante diſceſſum ſuum majo mense concilium Romæ habet, in quo de cauſa Foroſempronienſis eccleſiæ adverſus Senogallienſem cognoſcit.
- S. Petrus Damiani in Galliam, & Germaniam legatus Alexandri mittitur, coadſiique Germanis epiſcopis cum Italis quibuſdam Alexandri II. pontificatum confirmat in pervigilio SS. Simonis & Judæ.

Cadalous Parmæ concilium ex factioſis cœtum celebrat.

Alexander iridem Lucæ concilium habet in cauſa Erittæ abbatiſſæ de incontinentia accuſatæ.

ANNO CHRISTI 1061.

Alexander anni hujus exordio in Urbem redit, eodemque anno duo concilia celebrat contra incestuosas clericorum conjunctiones.

Cadalous & ipse pariter redit in Urbem,
1063. ac deditione Romanorum quorumdam arcem S. Angeli occupat; unde in subjectam Urbem frequenter excurrit, inquietatque Alexandrum æmulum suum; quæ Urbis facies per quinquennium perseverat.

1068. Alexander adjutus armis Gothofredi Barbati ducis Tusciæ, & Normannorum, ita in arctum redigit Cadaloum, ut in arce velut in carcere reclusum habeat; quibus in angustiis duobus annis ac semis miser ille retinetur.

Alexander concilium Romæ cogit contra Simoniacos occasione Petri Florentini archiepiscopi de eo crimine accusati, & convicti a Petro monacho, qui veritatem accu-

ANNO CHRISTI 1061.

A sationis suæ, ignem illæsus sustinens probavit.

Alexander hujus anni Julio mense Lucæ agebat, ut ex charta 10. apud Florentinium in vita Mathildis conflat, immo & ibi refedisse diutius Florentinius in vita Mathildis probat.

Gothofredus vitricus Mathildis in pervigilio Natalis Domini obit. 1070.

Cadalous fuga dilapsus ex arce erraban- 1071.
dus huc illuc vagatur, cujus partes defensurus Benzo legationem in Germaniam suscepit.

Concilium in Germania a S. Annone Colonienſi episcopo cogitur pro extinguendo schismate, in quo res tota differtur usque
B ad concilium Mantuanum post annum celebrandum.

Concilium Mantuanum, cui præsidet Alexander, & adest Beatrix comitissa. 1071.

AD CONCILIABULUM BASILEENSE,

In quo Cadalous episcopus Parmensis in Pseudo-pontificem electus est,

Anno 1061. celebratum

ADDITIO.

A. 1061. NEscio unde hauserit Anonymus Zvvetlensis, qui cadente sæculo XII. Romanorum Pontificum historiam hactenus scribebat, quam vulgavit Pertzius Anecdor. tom. I. part. III. pag. 384. ea, quæ de hoc concilio narravit, quæ quidem nonnulla continent fida, alia vero, quæ probabile aliquid præseunte. Quod enim innuit de præsentia regis Henrici, dum concilium haberetur, hæc utique non cohærent cum historia Hermanni narrantis, legationem missam fuisse a Patribus ad imperatricem matrem, & tutricem pueri regis. Utcumque sit, en illa: *Nicolao Papa defuncto Romani coronam & alia munera Henrico regi ejusdem nomine IV. transmiserunt, cumque pro eligendo summo pontifice interpellaverunt. Qui ad se vocatis plerisque Italiæ episcopis, generali concilio Basilicæ habito, eadem, quam Romani mittebant, corona impositâ, Patricius Romanorum est appellatus. Deinde communis omnium concilio, Romanorumque legatis eligentibus, Kadelo Parmensis præsul VII. Kal. Nov. declaratur papa, & mutato nomine Honorius cognominatur. Dum hæc aguntur, Nordmanni aliquibus Romanis sibi adscitis Lucæ urbis Tusciæ episcopum Anselmum, data sibi Alexandri nomine, in Kal. Octobris XXVI. diebus ante Parmensis episcopi ad papatus promotionem, sedi imposuerunt Apostolicæ.*

ANNO CHRISTI 1062.

AD CONCILIUM ROMANUM

In causa Petri Archiepiscopi Florentini

Anno 1062. ut fertur, habitum

ADDITIO.

Ex anno 1061. ad 1068.

CUR hoc Romanum concilium ab anno 1062., *cui a chronologis hoc usque illatum est, in annum 1068. disbalterim, causam in dissertatione nova* de schismate Cadaloi, &c. *superius assignavi. Modo quadam siccurrenti eidem patrie concilio addenda, de quibus Labbeus, cæterique collectores silent. Inferius in concilio Romano, quod anno 1070. assignat Venetus Labbei editor, memoravi ipsi esse cum præsuli concilio idem deservire, adnotai idem Venetus collector, in concilio eodem signatum fuisse bullam Alexandri pro monasterio quodam Pragensi, quam tamen bullam suspicionis merito arguit. Hanc ipsam bullam, ibidem omissam, hic reddo ex Cosma Pragensi lib. II. quod res ad concilium illud pertinentes utcumque referat.*

Menchen. Rer. Germ. Tom. I. pag. 2041.

Alexander servus servorum Dei, urbis Romæ episcopus & papis suis successoribus, necnon catholicis episcopis sanctæque Romanæ ecclesiæ subjectis cunctis, utriusque vitæ prosperitatem & apostolicam benedictionem a summo Deo cum omnibus Sanctis.

Ea, quæ Dominus Deus suam per clementiam ad augmentum Apostolicæ sedis condonare dignatus est, ad augmentum pertinentium sibi jugiter hoc sedi apostolicæ propagari volumus, primum quidem misericordiam Dei super nos diffusam liquide annunciamus. Boemorum Dux Wratislaus, vir Christianus, fidei integerrimus amator, rebus in bellicis magnificus triumphator, quod serenissime ubique terrarum claruit, limina Apostolorum Petri, & Pauli honestos per nuncios quotidie visitans, nos, cæterosque in Dei servitio devotissimos omni beneficio non mediocre præterieris pie mentis devotione innovuit. Nos ante tempora votum Deo vori, quod adhuc nequaquam implevi. Ecclesiam in honorem Salvatoris nostri, cujus ubique protectione munitus, veltræ pietatis auxilio ædificare cupio. Dictis tallibus audiis, pontificalis apex ut adcreſceret, sanctorum patrum numero septuaginta duorum communi consilio penitus colluadavimus. Igitur ad hæc perficienda Joannem episcopum Tusculanensem, fundamentum dare

C

D

E

Concilior. Supplem. Tom. I. Rrrr 2 PAR-

ANNO CHRISTI 1062.

PARMENSE CONCILIABULUM

A Cadaloo Antipapa

Anno 1062. habitum.

Reduftus in patriam Cadalous curarum [A] timmum primum hanc habuit, ut fe-elionis fuæ epifcopi omnibus eadonatist ele-ctionem fuam in pontificem adprobari, & confirmari curavit. De hac pfeudo-fynodo audiendus eft Benzo Albenfis epifcopus in panegyrico Henrici III. lib. 2. cap. 14. ubi hæc fcribit.

Omnes fuæ diœcefis facerdotes ad celebrandam fynodum cohortatur. In quorum medio refidens dixit: Confratres & filii charifimi, qui confiditis mecum in adjutorio altiffimi, precor ut veftris orationibus me adjuvetis, quia fub tanto pondere gementem videtis. Quæ dum denique patrum coepifcoporum admonitione & pueri regis Domini mei, matrifque Auguftæ clementi miffione, ad portandum hanc falcem me inclinari, veftrifque fupplicationibus fretus, quos femper amavi. Præfertim autem huic oneri ideo me fubjeci, ut removerem lapides offenfionis de corde omnium mei futuri imperatoris, quos propicietur Normanni impulfione Gotofredi (*a*) ad dedecus regis atque totius imperii. Quis ego fum? quem defignaverunt ad apicem fummum? Non meis meritis ad hanc electionem veni, fed ineffabili pietate omnipotentis Dei, qui de animalibus infimis Pharaonem domuit, & infirma mundi, ut confundat fortia, eligere voluit. Quod fibi placet, de fervo fuo faciat, etiamfi in mare cum Jona ad devorandum me jaciat. Sit nomen ejus in fecula benedictum, cujus effugere non licuit edictum. Vos autem fratres fine intermiffione orate, & impugnantes me jejuniis atque vigiliis expugnate. His dictis fuerrexerunt, & lacrar lcanias effudit lacrymis cantaverunt. Poft harum explerionem dedit Albenfis epifcopus hanc orationem. *O mifericors femper Deus, qui de cælo ruentibus gebennam paraft, & Abimelechi futuam cuipilium diffrapis, diffipa confpirationem Annæ & Caiphæ, & pervitem brachii tui fpiculum tuum extende.* Extremam verò fynodi complevit hymnus Augufini & Ambrofii.

(a) Vide Didert. de Concil. in caufa fchifmatis.

LUCENSE CONCILIUM

In caufa Eritiæ Abbatiffæ per fummam injuriam accufatæ,

Anno 1063. coram Alexandro II. Pontifice celebratum.

Concilium hoc Lucæ in patria mea celebratum, collectorum diligentiam hucufque fugit; quod mirari fubeft, cum jamdiu ft, ex quo Florentinus in commentario fuo de rebus a Mathilde comitiffa geftis documentum, unde illud eruitur, vulgaverit in appendice pag. 127. Hiftorum res iordem geffæ, quod perfecutæ fatis in eodem documento exprimatur, mustrandum hic cenfeo. Eft autem S. Juftinæ Parthenion celebre in urbe noftra ordinis S. Benedicti, in quo nobiles virgines perfetare & omnium virtutum exercitatione monaftican vitam diligenter excolunt. Nec nobilitate tantum & religione, fed & remotiffima antiquitate claref unt; cum in archivo fuo documenta facrifi decimi fexti, unde & documentum, non tamen authographum, quod hic exhibeo, extractum eft. Eruditus.

Legalem, juftumque effe declaratum eft, ut ea, quæ fundali concilio diffinitur, maxime Romanæ eccleſiæ præſente præſule ſtatuatur. Ego itaque Alexandro viro religioſiſſimo præſidente, acciſit, ut in monaſterio S. Juſtinæ apud Lucenſem civitatem exiſterent quædam monachæ fallatiis, & infidiis plenæ, quarum nomina ſunt Juſta, & Bonella, ac Euſemia, quæ vano ſuo ſtgmento, ut aſſolent, oppoſuerunt religioſæ abbatiſſæ præfati Monaſterii nomine Eritithæ, ut nodus cum quodam clerico eam deprehendiſſent, quod nefas eſt dictum, opus nefarium uſurpantem. Aſſerebant autem ſuis falſiſſimis indiciis, quoniam viderunt eam lampadem domi tres diu intinguentem, & cum præfato clerico ceſtam ſtatem, & loquentes, portaſque monaſterii aperras inveniſſe, quæ omnia argumenta corruptæ caſtitatis, aut violati corporis eſſe videbantur. Nec tamen apponentes ei de corruptione corporis, ajebant, quod fecuræ, & intrepidæ caminum ignis intraſſent, quoniam præciſta abbatiſſæ earum cuſtitate, & bonæ converſationis tramite excelleret, & neſcirent in ea aliquam ſui corporis ineſſe corruptionem. Dei nutu, ut ſit aliquando, ſic legitur, nocefſe eſt, ut veniant ſcandala, orta populari ſeditione in præfata civitate actum eſt, ut fama tantæ fallatiæ præberet aures præſibatas Pontificis, ut fibi mos eſt pervigilans, ne in ovile Domini lupus rapax ingrederetur continuo ſummo ſtudio direxit a latere ſuo religioſos Pontifices cum venerabilibus clericis ipſius civitatis, comitante maxima parte Lucenſis populi. Sedentes ergo in præciſto monaſterio ſtatuere abbatiſſam in medio, & quæ cum infamaverant venire fecerunt. Sed una earum Euſemia nomine ab accuſatione teſtimonii refugit, ficut falſis perſonis eſt ſolitum. Cui canonice, & legaliter directi ſunt tres vices nuntii, ut veniret intrepide, & ſi aut accuſatrix, vel teſtis veller haberi, audientiam ei ab omnibus quamvis eſſet inimica, non denegaretur, cum venire nolueſſet, & non repræſentaretur canonice, & legibus denegata eſt illi ab epiſcopis in perpetuum præditæ accuſationis omnis audientia, dataque poſtea in ea ſententia ei pœnæ debere ſubjacere, quam debere pati illam, cui tentuen oppoſuit, ſi vere doſiſſet. Deinde ſecunda nomine Bonella in medio veniſſet, ac Abbatiſſæ accuſationem inferens interrogatur ab epiſcopis, utrum ſuæ accuſationis teſtes habuiſſet, & cum diceret in ſe ei habere teſtes, quos quidem nomine Juſta doloſis verbis vice teſtis ajebat, ſe noctu vidiſſe ſuam Abbatiſſam lumen extinguentem, nihilque aliud ſuprafcite in accuſationis ſe aliquo modo ferre, & ita in teſtimonio ſic deficiente vocata eſt alia, quæ dicebatur eſſe teſtis debere, venit, & coram omnibus vocata publice dixit omnia, ſuprædictam Abbatiſſam illius criminis ream non poſſe deprehendi, neque accuſationem, vel teſtimonium contra eam veraciter apponere poſſe. Siccefcientibus cunctis in teſtimonio, neque concordantibus, atque accuſatione falſa omnibus revelata affectu epiſcoporum, & clericorum, ſimulque totius congregationis aſtantium laudatum, ut quæ ante dominum pontificem Romanæ Sedis Alexandrum acta fuerunt, repræſentaretur, ut ſic acclus punirecur tam magnum delictum, quatenus præfatum monaſterium vitiis, & doliſ ſuprædictis mundaretur, quod ab ipſo definietur prout juſtum eſt, pene toto orbi authoritas, & exemplum haberet in ſecula. At ubi hæc omnia ſummo Pontifici per ordinem ſunt relata, duci ad ſe fecit prædictam Abbatiſſam in eccleſia S. Martini, aſſiſtente innumerabili turba clericorum, atque laicorum non juſta Pontificis, quandoquidem minus canonicum videbatur, ſed ut ſatisfieret populo, & vulgo coram omnibus in S. textu Evangelii juravit præfata Abbatiſſa, quod nocte illa, qua accuſabatur, neque per ſe, neque per interpoſitam perſonam aliquis homo a ſe in monaſterium induxiſſ fuerit, neque fornicationem commiſiſſe. Ac autem agnita aperte declarata eſt ſententia a ſummo Pontifice in ſacro Conventu, omnes, qui tunc ibi affuerant, aſſerebant reus hujus incuſationis, feu falſitatis ega Abbatiſſam eandem debere pati pœnam, quam deberet, & ipſa quæ accuſabatur ſi vera detuliſſent videliret ut extra monaſterium exiret, & incluſæ manerent, ſique ſe haberent, ut ſanctæ canones de falſis præcipiunt accuſatoribus. Quod autem definitum eſt tanti partis deciſione, & authoritate, ſimul ab omnibus laudatum eſt. Acta ſunt hæc in Lucenſi civitate præſente domno Alexandro piiſſimo S. R. E. præſule epiſcopo Petro Tuſculanenſe, & Mainardo (*a*) epiſcopo civitatis Papiæ Adalrico, (*b*) epiſcopo Petro Dubruzo, (*b*) & epiſcopo Dodo civitatis Roſellæ, & Stephano cardinali S. R. E. & univerſis clericis epiſcopatus S. Martini, & Judicibus, atque pene cuncto vulgo circumſtante ano ſecundo ejuſdem domni Alexandri II. papæ ab incarnatione vero Domini MLXII. Ind. XV. prideie idus Decembris.

(a) Ubi natus E. piſcopo.

Ego Alexander ſolius Dei miſericordia licet indignus S. R. & Apoſtolicæ eccleſiæ præſul. SS.

ANNO CHRISTI 1066. 1070.

CONCILIUM IN PROVINCIA GRADENSI

A Dominico-Patriarcha

Anno 1066. celebratum.

An. 1066.

Concili hujus mentio, & decretum in [D] in caufa jurium quorumdam, quæ in vicariam eccleſiæ S. Stephani Muranenſis indicabar fibi pebanus Sanctæ Mariæ a Muranis, decretum, inquam, ſitud infertum eſt in acta concilii Veneti anno 1152. celebrati, quod ex nova Ughelli editione ad eundem annum referimus. Quare hæc lectoros tranſmitto.

AD CONCILIUM ROMANUM

In caufa ſubmiſſi tuitioni Romani Pontificis Monaſterii Pragenſis recens conſtructi,

Anno ut fertur 1070.

ADNOTATIO CRITICA.

An. 1070.

Vbnetus Labbei editor anno huic affignat concilium quoddam Romanum ab Alexandro cum LXX. epiſcopis affidentibus habitum, in quo oblatum ab VVratiſlao Bohemiæ duce monaſterium quoddam a ſe Pragæ conſtructum, ſub Apoſtolicæ Sedis tuitione & regimine excipitur. Nec diſſitendor id legi apud Coſmam Pragenſem lib. II. ad

(*b*) *Petro Dubruzo.* Non dubito quin in autographo legeretur *Petrus Apruttinus*; ex quo imperitus amanuenſis fecit *Dubruzo*; ratus *Apruttinum* hic pro Aprutio provincia, quæ Italice dicitur *Abruzzo*, poni. Revera tamen Aprutium hodie Terami urbs eſt in Piceno epiſcopalis, eamque cathedram tunc habebat Petrus, qui inter cæteros Patres concilio Romano anno 1059. ſubſcripſus legitur. *Mansi*

ANNO CHRISTI 1070.

ad An. 1070. fed mihi, ut vera fatear, fuſpecta eſt anni hujus ſynodus adeo conferto epiſcoporum numero celebris, cujus non aſtra tantummodo, ſed memoria omnis apud coævos ſcriptores excideriť. Quare hanc ipſam ſynodum male collocatam opinor, nec alterius concilii meminiſſe Coſmam conſeo, quam ejus, quod an. 1068. occaſione celebris accuſationis in Petrum Florentinum archiepiſcopum inſtituit Romæ habitum eſt, ut ex noſtra chronologia ſiquet. Conjecturæ huic fundamentum Coſmas ipſe præbet; nam ibi

A integro biennio rectam chronologiam præverſi; mox enim in paragrapho proxime præcedenti Gebehardum Pragenſem epiſcopum renunciatum fuiſſe anno 1068. die VI. Kal. Julii, & feria II. die dominica, VI. nonas Julii unctionem epiſcopalem acceviſſe; qui ſane temporum characteres non quidem annum 1068. ſed 1066. ſignant. Non eſt ergo, cur concilium anni 1068. a concilio in cauſa Pragenſi, male in anno 1070. collocato, diſtinguatur.

ANNO CHRISTI 1070.

SYNODUS TREVIRENSIS

In cauſa Clerici cujuſdam beneficio ſuo injuria privati.

Anno circiter 1070.

An. 1070. COſaldus quidam presbyter beneficio ſuo expoliatus fuerat a Richerio Diacono obtendente illum, cum morbo gravatus decubueret, monaſticam profeſſionem aſſumpturum ſe ſtatuiſſe, ac re ipſa induiſſe cucullam. Querelas ea de re ſuas tulit presbyter ad ſynodum Trevirenſem, cui Udo, ejus urbis archiepiſcopus, præerat, ſed ignota de cauſa demum *Iis* ex concilio ad Alexandram pontificem tranſiit, a quo ſecundum presbyterum judicatum eſt. Narrat hæc Alexander *in* ſua ad Udonem epiſtola inter

B Labbeanas XXVI.

VOLATERRANA SYNODUS DIOECESANA

Pro reſtituenda vitæ communis profeſſione Eccleſiæ illius Canonicis

Circa annum 1070. *habita.*

An. 1098. Ex Archivo Capituli Volaterrani eruit Mornor. Antiq. Ital. Tom. V. pag. 823.

QUonlam in iſtius mundi ſtatu nihil certum, nihil firmum cognoſcimus, neque aliquid fidei vel ſtabilitatis ipſi in illo eſſe videmus; ſed omnia, quæ in eo ſunt, caduca eſſe & momentanea cernimus, nobis pro certo eſt neceſſarium, non ſolum vitare, ſed etiam fugere quicquid eſt animæ contrarium, & illud appetere, quod eſt illi ſalutiferum, &c. Cujus amore, cuniſque dilectione ego Herimannus licet omnium epiſcoporum infimus, Dei tamen nutu epiſcopus ſemper gubernor, quamquam cunctis hominibus ſim nequior, & ultra quam credi poſſit, ſim peccator. Ob hoc vero ut mihi ſubvenire divina dignetur gratia, commertium hujus ſanctæ eccleſiæ huc uſque detellabile volo ad ſalubre, & coeleſte temedium transferre. Patet namque iſtius eccleſiæ ordines, videlicet Archidiaconatum, Præpoſituram, & reliquos Ordines adeonus eſſe uſurpatos, ac male fuiſſe diſpoſitos. Et B idcirco Deo opitulante, & iſtius ſinodalis concilii convenu corroborante, Ordines prædictos diſponi ita manere, quatenus ad unum redeant, & ſimplices habeantur. Quocunque enim tempore hujus ſanctæ eccleſiæ quilibet fratrum ab illo migraverit ſeculo, ſua canonica, quæ uſque modo abuſive & falſo appellatur nomine, deinceps nuncupetur vero & proprio vocabulo, cum ſcilicet ut illi habeant clerici, qui ſecundum ſuam ſcientiam hic regulariter vivent, donec alter hujuſcemodi clericus veniat, qui cum cæteris fratribus regulariter vivat. Quis eſt unquam mortalium tam beatus, quam ille, qui ad hoc nititur, ut cœlorum gaudia contemplari queat, Sanctorumque beatitudine perfrui valeat? Ad illam tamen clarioris felicitatem ego Herimannus Dei gratia epiſcopus pertingere cupio, ſi illius eſt voluntas, qui nolterarum mentium eſt inſpector, noſtrorumque ſecretorum cognitor. Piſtus ſum namque de illa noſtri Redemptoris benigna promiſſione: Peccator quacumque hora converſus fuerit, vita vivet, & non morietur. Propter ergo ſuperne promiſſionis fiduciam, & propter animarum meorum ſucceſſorum epiſcoporum ſalutem, communi conſenſu corroborante ſinodale concilium, ad honorem hujus ſanctæ eccleſiæ ego Herimannus Dei gratia epiſcopus ſtatuo, & conſenſu ordines præfatos clericis his regulariter degentibus habituros. Hoc tamen illa ratione adſero, quod poſtquam aliquis illorum fratrum ex iſto obierit ſæculo, nulla alia adhibeatur ſententia, niſi ut fratres in iſto loco canonice viventes, ordines jam memoratos habeant communes, donec reperiantur clerici Deum timentes, quibus participentur ſpiritualiter. Sive ordines, hoc eſt canonica, archidiaconatura, præpoſitura, & cæterorum eccleſiaſticorum ordinum miſteria, qui fuerint eorum, qui ſtare videntur ſeculariter, ſive eorum, cernuntur vivere regulariter fratribus tamen accidane canonice degentibus. Cuntem enim S. Agathæ Virginis cum omnibus pertinentiis ſuis infra & extra ſe

ANNO CHRISTI 1071.

ſe habentibus, ſimili modo ſupra dictis fratribus concedimus. Curtem S. Oſtabiani cum A omnibus ibi pertinentiis, & vineam decurrente cum laboratoribus, qui eam laborare debent, quæ ſcatribus regulariter viventibus ſunt conceſſa, a cæteris fratribus eos habere laudamus. Inſuper omnia, quæ illis data ſunt, vel in antea danda ſunt, ſeu conquirenda ſunt, eos tenere confirmamus. Si quis vero fraude maligna inbutus, vel ſelle diabolico fuerit infectus, tale dans conſilium, quod iſtud ſalubre conſtitutum renoveatur, vel aliter commutetur, niſi ut ſupra dictum eſt, auctoritate Apoſtolorum Petri & Pauli, & ex poteſtate mihi a Deo conceſſa, illum ſegrego a fidelium conſortio, illum ſeparo a ſanctæ eccleſiæ gremio, B illum damno, maledico, & excommunico, &c.

ANNO CHRISTI 1071.

Ego Herimannus Dei gratia Epiſcopus confirmavi, & ſubſcripſi.

Ego Wgo archidiaconus confirmavi manu mea me ſubſcripſi.

Ego Farolfo archipresbyter confirmavi, & ſubſcripſi.

Ego Petrus presbyter confirmavi, & ſubſcripſi.

Ego Azzo Diaconus, & canonicus ſubſcripſi.

Ego Adelmus diaconus ſubſcripſi.

Ego Albertus diaconus ſubſcripſi.

Ego Andreas Diaconus ſubſcripſi.

Ego Drudo præpoſitus ſubſcripſi.

Ego Chriſtianus presbyter ſubſcripſi.

Ego Heinricus cantor ſubſcripſi.

AD CONCILIUM MOGUNTINUM

In cauſa Caroli Conſtantienſis electi a Sigefrido Moguntino epiſcopo,

Anno 1071. *habitum*

ADDITIO

An. 1071. *Hſtorium cum affert concilii hujus præſes Labbeus, quare hic pauciſ expediam. Carolum Magnum ſynodum canonicum Henrici VI. rex renunciaverat Conſtantienſem epiſcopum. Hunc ne reciperet obſtabat Conſtantienſis eccleſia, rerum illum & ſpiritualium, & ſæculi agens. Ea cauſa Pontifices ſæpius diſcuſſa eſt in Moguntina ſynodo, cujus ad Alexandrum II. ſynodica, quæ in actis conciliis Labbeani non legitur, & extat ex codice Vindicis Bamberg. noſtræ vulgato ab Eccardo inter Hiſtoricos med. ævi Tom. II. n. CXXIV. ex illo hoc tranſcribitur.*

Reverendiſſimo patri, & ſanctiſſimo primæ ſedis antiſtiti [illegible] tor eccleſiæ cum fratribus, & coepiſcopis ſuis debitam ut ſummo ſacerdoti ſubjectionem.

Gratias agimus Deo, omnipotenti Domino, qui ad ſalutem animarum elegit ſacerdotium veſtrum, & ſedem Petri voluit, baptradidit claves regni cœlorum, quique ſuper hanc petram ita ædificavit eccleſiam ſuam, ut portæ inferi non prævaleant adverſus eam. Ad hoc namque opus vere vos ea inſtituit, & confirmat fides, quam beatum Petrum caro, & ſanguis non docuit, ſed Deus pater de unigenito ſuo per Spiritum Sanctum ei revelavit; que utique fides ſicut Dominus Chriſtus pro eo rogavit, nunquam deficiet; ſed per beatas ſucceſſiones apoſtolicorum præſulum, ad confirmandos fratres uſque in finem perficiet. Hujus itaque fidei ſoliditare funditus beatus Petrus Simonem donum Spiritus Sancti per impoſitionem manus pretio affectantem, & catheedram eccleſiæ venalitatis quæribus obnoxiam facientem, a ſorte apoſtolicæ benedictionis excluſit, & perpetuæ maledictionis inexpiabili pœna damnavit. Ex illo uſque in hodiernum diem, ſicut tunc apoſtolica Petri fides, ita demum ejus apoſtolica ſedes diabolum, ejuſque anticatriſtos ejuſdem fidei firmitate perdomuit, omnes inſeri portas, hæreſiarcas ſcilicet cum dogmatibus, & ſequentibus ſuis, non quidem obſtruxit, ſed penitus deſtruxit. Inde eſt, quod cum non multis jam diebus expetiſſet Sathanas, ut cribraret nos ſicut triticum, & nos ad veſtrum, cui Chriſtus claves Cæli, & vicem Petri in manus dedit, confugeremus patrocinium, ita ſumus veſtra auctoritate confortati, ut apoſtolum Sathanæ, qui nos [illegible] expugnare *mus gladio verbi Dei, & cum pericri ſa* monis virulenta factio in Conſtantienſem eccleſiam malam extendiſſet radicem, nos ei ad ſuccidendum adhiberemus juſtitiæ falcem. Nam cum regia nos poteſtas urgeret, quemdam de execrabili peſtilitimi Simonis ſchola eidem eccleſiæ ordinare epiſcopum; nos verò diceremus, quia ſacris canonibus omnibus modis contrarium eſſet, hoc in noſtram nos facere non poſſe præjudicium; cumque rex jugiter nos inſtaret, ſuper hac re conſentire ad nutum præcepti ſui; & nos objecremus ei, hoc apoſtolicæ authoritate prohiberi, tandem huic ſchiſmari ſopiendo, ſanctitas veſtra falubre dedit conſilium, præcipiens ſuper hac re concilium celebrari, in quo idem appoſitus, aut innocens purgaretur, aut reus objectorum reſcueretur. Quantis autem laboribus, quibuſve difficultatibus ad ejuſdem concilii celebrationem perventum ſit, quibus vero modis, & quibus multiplicibus argumentis regia poteſtas præſinitum concilii tempus anticipando, ad voluntatem ſuam inflectere, aut omnino illud anticipare voluerit, non eſt modo referendum ſingula, quia non veſtrum fatigare debeo animum divinioribus intentum, & regali excellentiæ ducimus affurgendum. Vicit tamen Chriſtus in Petro, & Petrus in nobis, & vos

ANNO CHRISTI 1071.

ANNO CHRISTI 1071.

e vos in nobis, & collegium est concilium, quia multis in adversum nitentibus res in profundum nostrum protracta est, concilium hujus diei infecto adhuc negotio, necessario diruptum est. In crastinum autem designatus ille Deo, ut credimus, ejus conscientiam coarctante, non ultra expectans audientiam concilii, nec sustinens pondus imminentis judicii, ipse in se sententiam retibus & annulum, & ferulam (*ferulam*) pastoralem ei, a quo acceperat, reddens, nos longa quæstione, & fatigatione absolvit, hoc tantum prætendens excusationis, quod juxta Cœlestini Papæ decretalia, dari nollet invitis.

Super his ergo, & super omnibus beneficiis animæ suæ gratias primum agimus patri animarum, qui nos humiles fervos tuos interpretatione clementer exaudivit, deinde apostolicæ sedi ejusque reverentissimo præsuli, a' qua petra profluxit hæc tota perseverantiæ nostræ, fortitudo, orantes, & postulantes Deum Dominum nostrum, ut interventu S. Petri hujus sanctissimæ sedis ejusdem stabili fide, pace, & in confessione sui nominis ita solidare, & confirmare dignetur, quatenus universalis ecclesiæ plenitudo, quæ cit corpus Christi, hunc capitis fanitate perpetuo proficiat, & glorietur. Ratum autem duximus hujus concilii ordinem, & exitum vestræ significare sanctitati, ut cujus auctoritate cœptum, & confectum est, ejus & assensu mereatur roborari. Rogamus etiam sanctitatem paternitatem vestram, ut sic in hoc, ita & in cæteris ecclesiæ negotiis, vobis obedientem fateri, vestræ sanctitati, sicut membrum capiti, valeam cohærere. Sanctitatem apostolatum, Domine pater, longævum, & incolumem Samaritelio custodiat, ejus & D non dormit, neque dormitat.

(a) *f. sæviunt.*

CONCILIUM SENONENSE

In quo confirmatur donatio ecclesiæ S. Andreæ facta Hugoni Trecensi episcopo abeunte Cellensibus

Anno 1071. habitum.

An. 1071. Ex charta Cellen. fi dedit Martene Vet. mon. Tom. VII. pag. 63.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Philippus gratia Dei Francorum rex. Cum in exhibitione temporalium rerum, quas humana religio divino cultui familiando locavit sanctorum, & congregationibus fidelium devotione animi largitur, tam præsentis, quam perpetuæ vitæ, ut jam pridem multis expertum est judicium, solatium acquiratur, E & uberius valde & omnibus imitabilis hic fructus primitivæ virtutis, videlicet caritas, per quem & mundi prosperatur tranquillitas, & fideli remuneratione æterna succedit felicitas. Noverit ergo & præsens status, & posteritas sanctæ matris ecclesiæ filiorum, nostrorum quoque primatum, & omnium sub nostro regimine degentium, quod quidam abbas Bernardus nomine, nostræ licentiatis adierit præsentiam, rogans, & obnixe postulans, donum, quod Hugo Tricastinæ ecclesiæ pontifex pro salute animæ suæ monasterio B. Petri Cellensis cognominato, cui ipse præcidius abbas tunc temporis præerat, æternaliter tribuerat, fcilicet ecclesiam S. Andreæ apostoli, non longe ab eodem monasterio, cui contiga est, sitam, laudatisem, & conceffisse: cujus petitionibus con-

ANNO CHRISTI 1071.

ANNO CHRISTI 1071.

A. 1071.

Anno 1070. Godefrido Barbato, Beatricis Comitiffæ marito vita functo, Cadaloi Antipapæ res affiduæ refpirare, vifæ funt. Nam & validis ftrenui viri præfidio deftituebatur Alexander Papa, & Cadaloo aula Germanica favebat. Quare ad follicitanda pro eodem Cadaloo auxilia eo miffus eft Benno Oftienfis Epifcopus, ex qua ejus legatione illa confequpra in Differtatione de Concilijs in caufa hujus fchifmatis latius dedaxi. Ea occafione in unaque Epifc. difponit (Anno Colonienfis) celebrare fub fpecie fynodi conventiculum, quafi fuæ volunteatis indiculum. Interfuerunt autem quidam de partibus Ligutiæ, appellati tamquam ex juflone curiæ. Cuodus vero *Romanum per contemptum* dicit) hæc loquutionis initium: *Videtis, Fratres carifimi, quia Sancta Romana Ecclefia grave patitur præjudicium. Propter quorum enim altercationem, Ancuntur filii ejus ad occifionem. Si metri modo non fuccurrimus, ea perenne pariter perhimur. Succurrendum eft ergo, ne simul confcitentes nos ejus. Non fcut fcriptum eft dicit. Qui fuccurrere poterat, nec fuccurrit, occidit. Difcernat quoque inter utrumque verbum Dei gladius, cui debemus confentire, quamvis fit noftro adverfarius. Si enim de cardis veftri medicinali pixide adhibetis hanc infaniæ cuno-*

S. Richerii archiepiſcopi
S. Hugonis Trecenſis epiſcopi
S. Gualteri Meldenſis epiſcopi
S. Gauffredi Parifienſis epiſcopi
S. Arnaldi Carnotenſis epiſcopi
S. Rainerii Aurelianenſis epiſcopi
S. Gauffridi Autiſſiodorenſis epiſcopi
S. Hugonis Lingonenſis epiſcopi
Ego Petrus cancellarius ſcripſi, & ſubſcripſi.

Sigillum Philippi regis

CONCILIUM GERMANICUM INCERTI LOCI

In causa Schismatis Ecclesiæ Romanæ

Anno 1071. habitum.

nicum capipurgium, confutatio extinguetur hujus furoris improbabile purgium. Ad hæc Italici Epifcopi refponderunt: *Non eft æquum, fuper hoc re deliberatum fententiam dare fine Ambrofio & Apollinare (a).* Et ille: *Aliqua veftro errore & aliqua dicimus, ne inciflum omiffe videamur. Noftra vero diolenenti, contentur fententia tris fufpenfiva, tu alte- Ravenra fynodo definitiva.* Cæteri autem dixerunt: *Non improbamus quod dicitis; inducitur quidem fuit diuide canonice judicitur.* Annus dixit: *Audite quæfo cum diligentia & memoriæ commendate, cujus pondera fit nota fententia. Si ita intravit, ficut ego intravi, dico Alexandrum federe ufque ad proximam Synodum.* Epifcopus autem Confantiæ Romaldus conftanter dixit: *Regula canonica non probibet veftrum introitum, quod legatur eft veftra ordinatio, ejus ut orthodoxa confecratio. Denique pro nonniali adulterio connubiatus Arnadelfus, (b) eodemque modo cognominatus Cavabarta Pontidilus; (c) hanc elegerunt; Romanus mi quoque accepta pecunia hunc introniza- vivunt. Romani autem volentes hunc recipere, voluerunt ei refidere, ideoque introtui ejus non fuit fine fanguine. Nos ergo intravit ifte, ficut vos intrafti. Si ille le quod dixi, dixi. Si ita intravit, ficut ego intravi, dico Alexandrum federe ufque ad proximam fynodum.* Hæc autem omnia per nepotem fuum, qui epifcopatur Halberftet, (d) notificavit Annos Romani Caliphan & Dohec (e). Tunc fumferunt pa Vii. cognua ifti duo magi, Zarothin & Aphaxat, tamquam contra David Philiftæus Goliath. Nos vero ad falutem noftram patantes hæc fieri, eramus quiefcentes, quafi fub umbra juniperi.

(a) Defignat forte Umbrum de quo tamquam ex reliquis Epifcopis fibi fimilibus fuerit locutus. Vii. cap.

(b) Ita tradidit Hildeprandum, qui idem Gregorius papa fuit.

(c) Burchardus Vormat. (d) Defignat forte Northmannorum principes.

ANNO CHRISTI 1072.

AD MANTUANUM CONCILIUM

Pro causa Schismatis Ecclesiæ Romanæ tollendi

Anno forte 1072. habitum

ADDITIO.

An. circiter 1072.

Mantuani Concilii acta omnia deperierunt, nihilque ejus dedit Labbeus, nisi pauca illa, quæ Nicolaus Avantinus in Annalibus ecclesiæ Italicæ memoriæ prodidit, ea dum Binius in historia ejusdem Concilii, quam & Labbeus in Collectione sua interiit, expendit, mirum est quam sæpe in offensionem incurrerit. Scribit, Cadalaum a Concilio exauctoratum, militem armasse. Urbem oppugnasse, Alexandrum exturbasse. Nihil ejusmodi Cadalaus est ausus, illa enim omnia arma, excercitus, vix in Urbem & Alexandrum Concilio Mantuani definitionem annis fere decem præcesserunt, ut in Dissertatione mea demonstrasse me blandior. Victus in Concilio Antipapa, absit confutasse dejectusque, nec diu post papa, absit confutasse dejectusque, nec diu post exploratus & obscurus obiit. Hæc igitur Concilii, adeo celebris, historia non satis accurate hucusque expolita, ut me quidem, ad chronologiam quod attinet, non indigenter, ut arbitror, digesta sit in peculiaris Dissertatione, quam superiori dedi. Reliquas ejusdem circumquaque fluentes hic exhibeo ipsis verbis Benzonis Alexandrini, de quo sæpe alias dictum. Quamquam scriptoris huic non ſint dulcedo fidem ut addiant lectores moneo, cum Antipapa partibus favorit, & quamquam præsens omnibus addunt, multa tamen factioni favoranti fuisse ficta ego reor. Hæc igitur Benzo ille effutiebat.

(a) Ex. post an. 1. Concilio Germanico.

Completo spatio annuæ revolutionis (*a*) incipit Annas iter suæ expeditionis, & venit Mantuam cum trecentis falcatis, quem recepit Comitissa Beatrix sumptibus regificis luxu paratis. Mandaverat autem ipse jamdudum Alexandro, per Cardinalem Tauridiensem episcopum, ut caute intenderet, ne quis ingrederetur sibi Mantuæ ad celebrandam synodum. Rursus quoque per Vercellensem Gregorium, cui se Alexander familiarius credebat, annunciaverat idem Annas omnia, quæ idem Alexander præfigere volebat. Veniens autem gratulabundus & lætus, arridenti fortunæ se indubitanter dedit. Prandellus (*b*) denique, de certis semper incertus, domi relictus, Parmensem electo (*c*) legavit ipse idem Annas, ut quamprimus adeffet Parmæ, atque totum suum exercitum dirigeret Mantuæ; Adiciens quoque: *Domine pater, quare tremerim, tu bene nosti, maturæ regis quæ sunt opponenda totius ecclesiæ hostis.* Continuo Dominus electus effusis lacrymis ascendit in cœlum & dixit: *In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum.* Denique tanta velocitate regressus Parmam, ut videretur sibi, quod Angelus Domini, qui asportavit Abacuc super lacum Babyloniæ, similitudinaliter eum in locum Parmensis coloniæ. Congregatis autem Episcopis synodus inchoatur. Baburras Alexander in cathedra collocatur, & parat valebat, eos de servitio Dei admonebat. Et cum diu multumque frendens blaterando verba pestilerpetet, nullusque balbutationem ejus intelligeret, Annas admoniit, esse cessandum atque in crastinum referendum.

(b) Hildeprandus.

(c) Cadaloo.

Cap. XXVIII.

Postquam autem die mediante complevit Alexander Synodicæ administrationis officium, Pacarinorum magna comitante caterva, abiit ad fuum hospitium. Annas vero ascendens in sanctuarium juxta altare, cœpit cum lacrymis diutius orare. Ad quem accedens Comitissa dixit: *Domine Archiepiscope, venipar ad refectionis.* Cui ille: *Prohibet hodiernum edulium dolor cephalicæ passionis.* Illa quidem, ut ad epulas accederet, devote imitabat: Ipse autem in proposito abstinentiæ perdurabat. Tandem rogavit eam, quo præciperet cunctis expetere mensam, publiqueominibus fecerram rediret ecclesiam. Et adjecit: *Est secretum, o Domina, quod tibi solo confiteri, post cujus confessionem tecum cænabo, si forte hodie aliquid manducebo.* Deinde ex improviso motu, inclinans se, ut ad pedes ejus caderet, illa opponens bracchia contra, precatur, ne id faceret. Flentibus autem non parum utrisque, fuspirando, singultiendo, abstersis lacrymis exorfus est ipse: *Ante Dei sacrum altare, supra quod celebratur sacrificium corporis & sanguinis Domini nostri Jesu-Christi, tristitiam cordis mei, o piissima domina, confiteor tibi. Et terram osculando, suppliciter obsecrasti mei, quatenus unde mihi digneris largiri medicinam, ne eadem in opprobrium & in baratri ruinam. Non te latet, o domina, mecum figmentum, atque meorum origo parentum. Luce clarius est, quod sanctus imperator secundus Henricus me erigens de ſtercore, super altitudines ceterorum procerum præesse voluit, meque ſe alterum in imperio constituere, ni plus facere potuit. Et ego miser & peccator fastus lupus rapax, rapui filium ejus de sinu matris, cum devastem me opponere præsumtori hujus crudelitatis. Et quonian approbavi promotionem ipsius Alexandri, quem in cathedra B. Petri statuerunt Normanni. Idcirco inimicatur mihi tota curia domini mei regis, inde appellor Judas & desertor & infidelis, & usque ipsa carnositas, tanquam leprosus elongabor ab eis. Hæc ſit mors mea, ſi cadent in infernum reliquero galaxea. Præbe itaque consilium, o bona principi, misericordiæ & veritatis amica, ne de vetere consilio judicerit velut dives, denegata Lazaro mica.* Comitissa vero hæc audiens, ingemuit, & facie pollens toto corpore intremuit, dixitque: *O pater, quicquid tua ſuperni cogitatio ſuper hoc re melius sentit, profere non dubites, quia non deficiam, ſi quoquo modo possim relevare tuam tristitiam.* Tunc Annas ter & quater fuspirans ait: *O Domina, Deo & tibi committo. Vide, ne me interficias. Vide, ne hoc Christi aliqui dicant. Vide ſſum Alexandrum decere ad curiam, & jurabo illi, quod nullam patietur injuriam. Et ſi de pacto amicitiæ inter ſſum & regem fuerit fortaſſe aliquod interpellum, mortalitur Colonus, & imperabit ſuper totum Archiepiſcopatum, me autem habebit ſicut capellanum. Et Comitiſſa dicit: Pater ſanctæ: ſicut vis fiat, nullus erit, qui tuos deprædabitur ſicut dicas.* Tunc Annas prægaudio dixit: *Veraciter vocaris Beatrix in tribulationibus conſtituti & adjutrix & benefactrix. Maximum te faciat agia Sophia, coli terraque Dominus.*

Cap. XXVIII.

Et facta eſt dies crastina. Noluit Annas ea die in conventu federe cum Alexandro, quia tardium fuerat pallii vesta, que dicebat blaterando. Tertiæ vero diei diluculo, adeſt Parmensis exercitus maxima multitudo, promtiſſima perficere juſſionem Colonientis Agrippæ. Pallicarenses qui plateas Mantuanæ urbis armorum horror ingerebat formidinem turbis, clamans vocibus & tubis. Badacelæ diabole, quid veniſti huc facere. Carbo extinctibus ſtigia paluda tinctus, maledicte foris & intus. Hæc audiens Alexander delituit, atque ad fynodum venire diſtulit. Ut autem pervenit ad aures Beatricis fonitus iſte, quaſi morte præoccupata, cecidit in lectulum angustiata. Hoc audito Annas ad eam cucurrit, qua viſa, ruens in terram velut mortuus fuit. Currunt tales & equales ad iſte ſpectaculum, ululabat Civitas flebatque Palatium. Mutavit fortuna rerum faciem, labefactavit Parmenſi un aciem. Poſt ſpatium unius horæ, reversus in ſe Annas & mutatu ac flebili voce cœpit dicere: *Exite foras.* Turba quidem dimiſſa, femel & iterum oſtiatavit ipſa. Tunc Archiepiſcopus quaſi ſibilando dixit: *O piiſſima domina, figuratulum aperite oculos, & reſpectite nos tuos fideles mortuos.* At illa palpebras ſublevavit, vivoſque quantulumcunque ſtrificavit. Interea nox venit, atque excepto puellis aliis ad hoſpitium abire coegit. Cum mediu ſilentium teneremt homines, & animalia cuncta, reſcitur medica ſorbincula. Domivit parum ſolummodo ad unius horæ ſpatium; deinde oculem ciho reſcollarum. Cui dixit: *Ad ſonum, ſi hoc, vos perſicere, quod nubi dixiſti, me te te regnum occidiſſe. Ubi enim fuerimus notata nomine atque officio Judæ traditoris, adjudicabimur ſilio perditionis. Non eſt hoc tua ſponſa, ſed impoſtura, & hoc debet fieri in ſynodo cum Epiſcopi, qua exanimant cauſam ſub teſtimonio legitimis.* Quid plura? Eva vicit, quia hunc inhefcando veritam ſcamm mordace coegit, ſtatimque a propoſito cogitationis omnino quievit, ratiſque crisibus ad curiam rediit. Quod ut cognovit nec ejuſdem curia, indignantur ſibi pro communi omnium injuria. Annas autem habens ſimilitudinem Apopompei, coepit conſpirare adverſus Chriſtum domini; quod magnum ſibique perditum: dei finem mali, quicunque regendo & judicando procurat.

ANNO CHRISTI 1072.

PARISIENSE CONCILIUM

A Geraldo Oſtienſi A. S. L.

circa annum 1072. habitum.

An. 1072.

Longa & magna animorum contentione, agitabatur concilium Parisiense, Guillelmum S. Mariæ Cenomanenſis inter Andegavenſes S. Albini, & Vindocinenſis Cœnobii monachos. Hujus componendæ cura Geraldo Oſtienſi A. S. Legato in Galliis commiſſa. Quo jubente ad Pariſienſe concilium dies partibus indicitur. Ibi auditæ utrinque rationiones, ſed lite indecisa diſceſſum eſt. Non diu tamen poſt agente Arcaldo Cavnotenſi epiſcopo inter contendentes certis pactionibus conventur. Quibus cum ſtare dein nolluerint Andegavenſes, lis recruduit. Ejus concilii mentio facta eſt in epiſtola monachorum S. Albini ad P. papam nepotem, quem de re tota certiorem reddunt, vulgatoque legitur in Anecdotis Marrene to. 1. pag. 201. Cum vero illius conventionis tabulæ a Baluzio Miſcell. to. II. vulgatæ anno 1073. ſignentur, hinc de anno habiti Pariſienſis concilii docemur.

Cum tamen in nea de ſchiſmate Cadaloi dissertatione in eam propenderim ſententiam de anno emortuali S. Petri Damiani Oſtienſis epiſcopi cum exordio anni 1073. conjungendo, conſtitutoque Geraldum Geraldini poſt ejus obitum Oſtienſem epiſcopatum habuiſſe, alteruturum ſtatui neceſſe eſt; five S. Petrum Damiani anno 1072. incipiente deceſſiſſe, quæ Baronii opinio eſt; adeoque Mantuanum concilium, quod eo mortalem vitam agente convenit, anno 1071. affignandum eſſe, ſicut & Godefridi obitum, qui concilium illud biennio præceſſit, anno 1069. adſcribendum cum Lamberto; five iis in ea ſede relictis, quam utriſque aſſignavi, ſtatuenda eſt Geraldi in epiſcopatu Oſtienſi ſucceſſio ejuſque in Galliis adventus, & poſt adventum concilium Pariſienſe, ac quæ his omnibus poſterior fuit paſtio inter Monachos litigantes; hæc inquam omnia congenda funt inter Januarium, & Martium menſem anni 1073. quo veteri Galliorum ſtylo annus 1072. nondum effluxerat.

ANNO CHRISTI 1073.

GREGORIUS PAPA VII.

Sedit ab anno 1073. *usque ad* 1085.

AD EPISTOLAS, ET DECRETA GREGORII VII.

APPENDIX.

AD HENRICUM EPISCOPUM TRIDENTINUM

Exponit juste se Henricum imperatorem excommunicâsse, & ut pontificem missis copiis adjuvet, rogat.

An. 1073. excolit. Gloriose Monumenti. Habuit to. 1. pag. 216.

GRegorius episcopus servus servorum Dei, fratri, & coepiscopo Tridentino, Heinrico salutem, & apostolicam benedictionem. Miramur fraternitatis tuæ prudentiam verba nostra neglexisse, ut secundum ea nullum decreveris dare responsum, maxime cum post synodalem sententiam in Henricum regem prolatam dilectio tua minime differre debuerit, ad cujus nimirum sententiæ promulgationem nos justitiæ zelo impulsos, & non aliqua promotionis injuriæ concitatos manum exercuisse, neque lectertium tuam ignorare, neque aliquem sanæ mentis hominem putamus posse ambigere. Quod tamen si in dubium cuiquam deveniret, conflat ejus rei rationem prius ex nobis fore scrutandam, quam in illum præjudicium factum remere esse credendum. Verum, utcumque sese opinio habeat, factum ve interpretetur, illud procul dubio clementia divina ferentes promittimus, sestum beati Petri non prius transcundum, quam in cunctorum notitia certissime claveat, illum justissime esse excommunicatum. Et inde fraternitatem tuam volumus, atque monemus, ut cetros nos fludeant facere utrum Deo, an hominibus magis elegerit obedire, utrumve justitiæ obtemperando fidem Deo, & sanctæ Romanæ ecclesiæ observare, quam filiis iniquitatis hærendo (*adhærendo*) consulcare censuerit. Rogamus ergo, atque invitamus, ut ad fervitium beati Petri propolle tuo milites mittere fludeas, cosque si decreveris mittere, Mathildæ filiæ nostræ notificare procures, cujus ope conduci facere possint ad nos, & sine impedimento favente Domino pervenire.

EJUSDEM.

Anathema in Henricum regem, & ejus fautores.

Apud Annalistam Saxonem Eccardi ad annum 1076.

Reficit ad Nemrod qui primus fuit princeps tyrannus in terris. Malis auxiliis, bonis usus. Ipse pater, & omnibus principatus fundamenta jecit. Longe alia justi Principi. Exordia fuerunt. Sed patres exordia, finem prius.

BGRegorius doctor utique mitissimus regex qui flatuta sua (super unum xenodochium violarent, non modo deponi, & excommunicari, ac in æternum examinæ damnari decrevit. Quis nos Henricum, non solum apostolicorum judicio-D rum contemtorem, verum & ipsius matris ecclesiæ, quantum in ipso est, conculcatorem, totiusque regni, quantum in ipso est, & ecclesiarum improbissimum prædonem & atrocissimum destructorem depositille & excommunicasse reprehendat, nisi forte similis ejus? *Et post aliqua*. Quis nesciat regos & duces ab his habuisse principium, qui Deum ignorantes, superbia, rapinis, perfidia, homicidiis, postremo universis pene scelcribus, mundi principe Diabolo agitante, super pares, imo pares Dominari caeca cupiditate, & intolerabili presumptione affectaverunt. Qui videlicet dum sacerdotes Domini ad vitilia sua inclinare contendunt, cui rectius com-E silios superbiæ, qui ipsum summum pontificem sacerdotum caput tentans, & omnia illi mundi regna promittens ait: Hæc omnia tibi dabo, si procidens adoraveris me? *Et aliquantis interpositis*. Nec valde tamen mitandum est, quod mali pontifices iniquo regi, & quem adeptis male per eum honoribus diligenter metuunt, consentiunt, qui simoniace quotidie ordinando Deum pro vili etiam pretio vendunt. Contra quos profecto, non tam differendo, quam pro eis est lacrymosis planctibus gemendum, ut omnipotens Deus illos a lagaeis Satanæ, quibus captivi tenentur, eripiat, & tandem vel post pericula ad agnitionem veritatis perducat. Sed quia nostri officii est unicuique secundum ordinem, vel dignitatem, qua videtur vigere, exhortationem distribuere, imperatoribus & regibus cæterisque principibus, ut elationes maris, & superbiæ fluctus comprimere valeant, arma humilitatis ceramus providere. *Et post pauca*: quapropter quos sanctia ecclesia sua sponte ad regimen, vel ad imperium deliberato consilio, advocat, non pro transitoria gloria, sed pro multorum salute humiliter obediant, & semper caveant, quod Ananiæ Saphiræ in libro pastorali testatur, apostolo tradente similis efficiatur, dum homo nimirum effe similis dedignatur. *Et paucis interpositis*. Honorem Dei semper suo præponant, justitiam unicuique suum jus servando ampleclantur atque custodiant, non cant in consilio implorum, sed religiosis semper adquiescendo corde adhæreant, hæresi fœdavit, ad pœnitentiam

ANNO CHRISTI 1073.

fcet permavime oculos illius, videlicet Domini facerdotes, magistros & partres recognoscendo, decenter fludeant honorare, non carnali amore, vel fcelesti fludeant filium fuum gregi, pro quo Christus sanguinem fuum fudit proponere, fi meliorem illo, & utiliorem possint invenire, non plus Deo diligendo filium, maximum sanctæ ecclesiæ inferant detrimentum. Patentes enim Deum, & proximum, ficut Christianum oportet non amare convincitur, qui tantæ utilitati, tamque necessariæ sanctæ matris ecclesiæ, prout melius poterit negligit providere. *Et in fine epistolæ*: Admonemus vos fratres & coepiscopos nostros ne faciem principum tregidantes, veritatem eis dicere timeatis, juxta illud Gregorii: Cum in terra hominem contra quilibet pavet, ejusdem veritatis iram cœlius fustinet.

ANNO CHRISTI 1073.

GREGORII PAPÆ VII.

EPISTOLA AD GERMANOS.

Gregorius servus servorum Dei omnibus Episcopis, Ducibus, Comitibus, cæterisque in Regno Teutonicorum, Christianam Fidem defendentibus salutem, & Apostolicam benedictionem.

Ex Cod. Udalrici num. CXLVI. Eccard. t. II. pag. 146. Affert & Annalista Saxo Eccardi ad A. 1076. fed mutilat. Integram recitat Beringiedenfis in vita Gregor. cap. 78.

AUdivimus inter vos quosdam de excommunicatione, quam in Regem fecimus, dubitare, ac quazere num juste fit excommunicatus, & si nostra sententia ex auctoritate Legalis censuræ, ea, qua debuit, deliberatione egressa sit. Quapropter, qualiter ad excommunicandum illum adducti fumus, prout verius potuerimus, tesse conficienda nostra, oculis, & intellectibus omnium patefacere studuimus, non tam ut singulas causas, hou, quæ nimium nore sunt, quali nostro clamore projiciamus in publicum, quam ut eorum opinionibus satisfaciamus, qui putarint nos spicinalem gladium temere, & inagis motu animi nostri, quam Divino metu, & justitiæ zelo arripuisse. Cum adhuc in Diaconatus officio positi essemus, perlata ad nos de Regis actionibus finistra & multum inhonesta fama propter imperialem dignitatem, & reverentiam patris, de matris quia, nec non propter sexem, & desiderium correctionis, quam sepe admonuimus, ut a pravitate fua desisteret, & memor elatiffimi generis ac dignitatis fuæ, viram fuam moribus, quibus Regem, & futurum, Deo donante, deceret imperatorem, institueret. Postquam autem ad Pontificatus apicem, licet indigni, venimus, & illi atras pariter crescere coepit & iniquitas, intelligentes Deum omnipotentem tanto diffricilius de manu nostra animam ejus requisiturum, quanto nobis illum ad increpandum pre cunctis liberras data fuiffet & authoritas, multo follicitius cum modis omnibus arguendo, obsecrando, increpando ad emendationem vitæ fuæ hortasi fumus. Qui cum nobis sæpe falutationes & literas mitteret, exclusis fe cum ex aetate, quæ flua effet & fragilis, tum quod ab his, in quorum manibus erat ejus regni, multocies fenbi male fuafum, atque consultum fit; monita nostra de die in diem fe promptiffime fusceperturn verbis quidem promisit; carte-E rum re, & exaggeratione culparum penitus concuicavit. Inter hæc quosdam familiares suos, quorum consilii & machinationibus episcopatus, & multa monasteria, indufiis per precium lupis pro pastoribus simoniaca hæresi fœdavit, ad pœnitentiam vocavimus: quatenus & bona Ecclesiarum quæ per intervenum tam fcelerati commercii iacrilega manu fusceperant, venerabilibus locis, ad quæ pertinebant, cum adhuc locus esset emendandi, redderent, & ipfi de perpetrata iniquitate per lamenta pœnitudinis Deo satisfacerent. Quos cum ad hæc exequenda datas inducias spernere, & in contumacia nequitia pertinaciter flare agnovimus; fiscut dignum erat, sacrilegos adminiltros & membra Diaboli a communione & corpore totius Ecclesiæ separavimus, & regem, ut erat, a domo fua, a conFiliis, & omni communione fua, ficut excommunicatos expellerer, ammonuimus. Interim vero ingravescente contra Regem Saxonum causa, cum vires & præsidia regni ex parte maxima a fe deficere velle conspiC ceret, interim diresit nobis epiftolam fupplicem, & omni humiliatæ plenam, in qua omnipotenti Deo, & beato Petro ac nobis valde se culpabilem reddens, preces etiam oratiæ, ut, quod ex fua culpa in Ecclefiafticis caufis contra canonicam justitiam, & decreta Sanctorum Patrum, factum fuiffet, *nostra apostolica prudentia*, & authoritate corrigere fluderemus; atque in eo fuam nobis obedientiam, confilium, & fidele promisit adjutorium. Hoc idem etiam postea a confratribus, & legatis nostris Humberto Pranestino Episcopo, & Gerardo Hostiensi Episcopo, quos ad illum misimus, ad pœnitentiam fusceptus in illorum manus per sacras ftolas, quas in collo tenebant, repromittendo confirmavit. Dein poft aliquod tempus commisso cum Saxonibus prælio, Rex pro victoria, quam adeptus est, tas les Deo grates & victimas obtulit, ut vota, quæ de emendatione fua fecerat, continuo frangeret, & nihil eorum, quæ nobis promiterat, attendens, excommunicatos in fuam familiaritatem & communionem reciperet, & Ecclefias in eam, quam confueverant, confusionem traheret. Qua de re gravi dolore perculfi, quamquam potius, contempta Regis celeftis benedictionis, pene omnis fpes correctionis ejus nobis ablata fit, adhuc tamen animum E temperandum fore decrevimus, magis cupientes eum apoftolicam audire madsuetudinem, quam experiri feveritatem. Itaque missimus ei epiftolas commonitorias, ut memineric quid, & cui promiserit, ne credat fe posse fallere Deum, cujus, quanto profixior eft patientia, tanto feverior eft, cum vindicare cœ-

ANNO CHRISTI 1073.

petit, ira; ne inhonoret Deum honoratatem fe, nec potentiam suam ad Dei contemptum, & apostolicam tentet extendere contumeliam, ſciens quod ſuperbis reſiſtit Deus, humilibus autem dat gratiam. Pœnitere misimus ad eum tres religioſos viros, ſuos utique fideles, per quos cum ſecreto inobulimus, ut pœnitentiam ageret de iuis ſceleribus, quas quam horrenda ſint dicta, pluribus tamen nota, & in multis partibus terræ divulgata. Propter quæ non ſolum excommunicari uſque ad dignam ſatisfactionem, ſed etiam ab omni honore regni eum abſque omni ſpe recuperationis debere deſtitui, divinarum, & humanarum legum teſtatur & jubet auctoritas. Poſſremo niſi excommunicatos a ſua participatione divideret, nos nihil aliud de eo vendicare aut decernere poſſe, quam ut ſeparatus ab eccleſia in excommunicatorum conſortio foret, eum quibus ipſe potius, quam cum Chriſto habere partem elegerit. Sane ſi noſtra monita ſuſcipere, & vitam ſuam corrigere vellet, Deum teſtem invocavimus, & invocamus, quantum nos de ejus ſalute gauderemus & honore, & cum quanta caritate eum in gremio ſanctæ eccleſiæ ampleſteremur, utpote eum qui princeps populi conſtitutus, & ampliſſimi regni gubernacula tenens, catholicæ pacis & juſtitiæ defenſor eſſe deberet. Verum quanti ipſe, aut ſcripto, aut per legatos miſſa noſtra verba fecerit, ejus facta declarant; qui indigne ferens ſe a quoquam reprehendi aut corripi, non ſolum a perpetratis ad emendationem revocari non potuit, ſed ampliori conſcientiæ furore correptus, non ſolum ceſſavit, donec epiſcopos pene omnes in Italia, in Teutonicis vero partibus quotquot potuit, circa ſidem Chriſti naufragæ facta, quorum debitam beato Petro & apoſtolicæ ſedi obedientiam, & honorem, a Domino noſtro Jeſu Chriſto conceſſum, abnegare ſubegit. Cum igitur iniquitatem ejus ad ſummum prodiiſſe vidimus, pro his cauſis, videlicet, primum, quod ab eorum communione, qui pro ſacrilego reatu ſimoniacæ hæreſis excommunicati ſunt, ſe abſtinere noluit; deinum quod pro eiſdem actionibus vitæ ſuæ pœnitentiam, non dico ſuſcipere, ſed nec promittere voluit, immutata ea, quam in manus legatorum noſtrorum promiſerat, fide, nec non

A quod corpus Chriſti & unitatem ſanctæ ſcindere eccleſiæ non exparerit. Pro his, inquam, culpis ſyndali eum judicio excommunicavimus, ut quem mites non potuimus, vel ſeveri ad viam ſalutis, Deo adjuvante, revocare valeamus; aut ſi, quod abſit, ne diſtrictionis quidem cenſuram pertimuerit, noſtra ſaltem anima negligentiæ aut timoris diſcrimini non ſuccumbat. Si quis igitur hanc ſententiam injuſte vel irrationabiliter prolatam eſſe putaverit, ſi talis eſt, ut ſacris regulis intelligentiæ ſenſum præbere velit, nobiſcum etiam agat, & non quod nos, ſed quid divina auctoritas doceat, quid decernat, quid conſona vox ſanctorum patrum indicet, patienter audiat, acquiſcat. Non tamen nos aſſimamus quemquam fidelium, qui eccleſiaſtica ſtatuta noverit, hoc errore teneri, ut non hoc, & ſi publice affirmare non audeat, vel in corde ſuo redum factum eſſe perhibeat. Quanquam ſi nos, quod Deus avertat, non ſatis geavi de cauſa aut minus ordinate eum hujuſmodi vinculo ligavimus, ſicut ſancti patres noſtri aſſerunt, non idcirco ſpernenda ſententia eſt, ſed abſolutio eum omni humilitate quærenda. Vos autem Domini (a) qui juſtitiam. Dei nec pro regia indignatione, nec pro aliquo periculo deſerere voluiſtis, ſatuitates, quæ de execratione & mendacio annunciabuntur in conſummatione parvipendentes, viriliter ſtate & conſortemini in Domino, ſcientes, quod illius partem defendiſtis, qui inſuperabilis rex eſt, & magnificus triumphator, judicaturus vivos & mortuos, reddens unicuique ſecundum opus ſuum. De cujus multimoda retributione, & vos certi eſſe poteritis, ſi ejus in ſyem fideles, & inconcuſſi in ejus veritate perſtiteritis. Propter quod & nos inceſſanter pro vobis rogamus Deum, ut det vobis corroborari per Spiritum Sanctum in nomine ejus, & convertat cor regis ad pœnitentiam, ut & ipſe aliquando cognoſcat non multo veritas amare eum, quam illos, qui nunc ſuis iniquitatibus obſequuntur, & favent. Quod ſi, Deo inſpirante, voluerit reſipiſcere, quicquid contra nos moliatur, ſemper tamen nos ad recipiendum eum in ſanctam communionem, prout veſtra nobis caritas conſulverit, paratos inveniet.

(a) Ann. Hild. San gall. legit: & teſtigoni

EJUSDEM AD EOSDEM

Venturum ſe in Germaniam ſpondet.

Ejusdem n. CXLVII. Affert & Bernfeld. cap. 81. ſcripta an. 1006. exaugust.

G. ſervus ſervorum Dei archiepiſcopis, epiſcopis, ducibus, comitibus, nec non majoribus & minoribus in regno Teutonicorum conſtitutis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Nos & indigni, & inutiles principis apoſtolorum ſervi ſtatuimus ad vos divina auxiliante clementia venire, & poſtponentes omnium fidelium noſtrorum conſilium, ita profectionem noſtram maturare, ut VI. idus januarii apud ..... velimus eſſe, veſtra quidem voluntate & deſiderio, ut fidelia probare fidei quæcumque aſpera, & ſi neceſſarium fuerit, ipſam effuſionem ſanguinis pro libertate eccleſiæ ſanctæ & ſalute imperii, pura & ſincera intentione fubire non dubitemus. Veſtri ergo ſtudii ſit de exceptione & ſervitio noſtro præmonere eos, quos prudentia veſtra cognoverit id poſſe, & nobis debere. Sit etiam ſtudii veſtri per partes veſtras pacem firmare, ut intentionis noſtræ propoſitum nihil impediré poſſit. Quor & quantas colluctationes cum nunciis regis habuerimus, & quibus rationibus dictis eorum obviaverimus, quicquid deeſſe viderit literis, latores earum plenius judicabunt. Quibus, ſicut de iis, quæ beato Petro & nobis promiſiſtis, indubitanter credimus, ita vos de his, quæ ex noſtra parte dixerint, nobis certiſſime volumus credere.

AD

ANNO CHRISTI 1073.

AD RODULPHUM REGEM ET SAXONES

Nunciat ſe curaſſe, ut per legatos ſuos de rebus a ſe decretis in duabus ſynodis docerentur, tum ad patientiam hortatur, & ut Magdeburgenſis archiepiſcopatus optime providetur.

Ibidem CLIII.

G. Epiſcopus ſervus ſervorum Dei R. regi, omnibuſque ſeum in regno Saxonum commanentibus tam epiſcopis, quam ducibus, comitibus, nec non majoribus & minoribus peccatorum abſolutionem & apoſtolicam benedictionem. Cum veritas ipſa dicat, omnium qui propter juſtitiam perſecutionem patiuntur regnum eſſe cœlorum, & apoſtolus clamet, neminem niſi qui legitime certaverit, poſſe coronari, noſtre filii mei, in hoc qui vos jam multo tempore exagitat, bellico furore deficere, noſtre per ullius fallentis perſonæ mendacia de noſtro fideli adjutorio dubitare; ſed magis magiſque pro tuenda veritate eccleſiaſtica, pro defendenda veſtræ nobilitatis libertate, laborejam citius ſeniendo incumbite; & ex adverſo aicendendo vos & corpora veſtra quaſi munum pro domo Dei opponere ſatagite. Quiquid jam in duobus ſynodi noſtræ conventionibus de rege R. & de H. ſtatutum ſit. Quicquid ibi de pace, & concordia regni & cum juramentis ſit definitum, per noſtras literas & per noſtros legatos, niſi forte capti ſint, apertiſſime poteſtis cognoſcere, & ſi quid adhuc remaneſit per epiſcopos Metenſem & Papienſem, & abbatem Auguſtenſem, qui nobiſcum ſemen rei præſtolando morantur, cum ad vos ipſi venerint quaſi in promptu haberis audire. Poſtremo hoc vos ignorare nolumus, quod qua omni oportet inſtantia cum oraſionis noſtræ adjuditare, tum officii noſtri gravitate, & proſpiciendo conſulere, & conſulendo proſpicere vestræ neceſſitati non dubitamus. Audivimus de veſtro archiepiſcopatu Magdeburgenſi in diſciplinam quorundam ejuſdem eccleſiæ filiorum pro acquirendo ſeculari habitu & honore, obortam fuiſſe contentionem, quos modis omnibus ex præcepto Dei omnipotentis & Sancti Petri, & noſtro, ne fibi in locum damnationis cuſamen arripiat reginminis prohibere, & Dei digoum diſpenſatorem, prout jus poſtulat & ordo, cum noſtra voluntate, & apoſtolica benedictione, & communi omnium bonorum tam clericorum quam laicorum electione diſponere. Vos tamen ipſi noſtis, quod in conſtituendis epiſcopis negleda ſanctorum patrum inſtituta hunc, qui modo fandilur, ſanguinem genuerunt, & adhuc nisi provideantur, pejores prioribus errores ſovendo parturiunt.

AD GALLOS

Vocat illos ad ſynodum pro diſſordiis inter regnum & ſacerdotium componendis habendam.

Ibidem CLIV.

G. Servus ſervorum Dei archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus in Gallia conſtitutis, qui in gremio ſanctæ matris eccleſiæ permanere videntur, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Quantas tribulationum angu-ſtias & perſecutionum procellas ac pondera periculorum univerſalis mater ſancta Romana eccleſia perpeſſa ſit temporibus illis, quod vix poteſt, ex majori parte latere ſcientiam veſtram. Ad hæc quoque quid conſilii, quidve ſuffragii pes vos filios ſuos debitæ compaſſionis perceperit, vos ipſi agnoſcite. Quod iaque ſine dolore vix poſſumus vel reminiſci, ita caritas multorum circa eam refrigeſcit, ut hæc ipſa per evangelium præfignata quodammodo ſpecialiter videantur, ut dicitur: quando abundaverit iniquitas, refrigeſcet cor multorum. Unde quid aliud dicerim nisi quod vos, qui aut ſegnitiæ negligentiis ac gavide refugiſtis martyrii veſtræ in tanta preſſura ſolaciari, nomine filiorum indignos & caritatis vilcereibus alienos vos oſtendiſtis. Quem vero pudoreni, vel potius quantum dolorem, quiſquis eſt fraternitatis memor non ſentiat, cum conſideret perſecutores chriſtianæ religionis tanta factionis conſpiratione, ſicut omnimodis annibus non ſolum res ſuas profundendo, ſed etiam ſe ipſos morti tradendo ad explendam animi atrocitatem hucuſque defudaſſe; neminem autem vel vix paſſimum, juſtitiæ fautores, aut corporum laborem ſubire, aut rerum diſpendia pati, aut de bonis ſuis opem matri ſuæ eccleſiæ ferre curaviſſe. Verum, utcumque fraternitas veſtra ſeſe habuerit, benedictus Deus, & Domini noſtri Jeſu Chriſti pater, qui nos ab adverſariorum manibus & perſecutorum violentia protegens, hactenus in manu noſtra juſtitiam ſecundum teſtimonium conſcientiæ noſtræ defendit, atque potentiæ ſuæ virgore humanæ infirmitatis imbecillitatem noſtram corroborans ad iniquitatem converti, nullis nos promiſſionum, blanditiis, nullis vexantium terroribus finit. Ipſi ergo gratias immenſas referimus, qui nos intradios hucuſque to preſſare tempeſtate conſervans ad quandam ſpem tranquillitatis ſuæ libertis inceſſibus duxit, ut non nos contra principalem juſtitiæ intentionem egiſſe, aut propria conſcientia aut religioſorum, qui noverunt, examinatio reprehendat. De cætero fratres ut cauſa jurgiorum & diſcordia, quæ inter regnum & apoſtolicam ſedem jam dudum agitatur, annuente Domino, concordium valeat finem ſortiri, vos ad ſynodum quam in medio novembri celebrare diſponimus, præſentium literarum vocatione ex parte beati Petri apoſtolorum principis præcipientes, invitamus. Hoc etiam fraternitatem veſtram ſcire volumus, quia ut ſecure ad nos

ANNO CHRISTI 1073.

nos venire & in veſtram patriam Deo protegente poſſitis redire, fideles noſtri à majoribus, qui ſunt in curia Heinrici dicti regis, juramento fecuritatem receperunt. Deſideramus igitur una vobiſcum tractare, divino fulti auxilio, qualiter poſſimus pacem confirmare, atque ad gremium matris eccleſiæ ſanctæ ſchiſmaticos Deo auxiliante revocare.

ANNO CHRISTI 1073.

EJUSDEM AD GERMANOS.

Ibid. CXLVI. Adeit & Bernried. cap. 83.

GEpiſcopus ſervus ſervorum Dei omnibus archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, ducibus, marchionibus, comitibus, omnibuſque chriſtianam & beati Petri apoſtolorum principis fidem, & doctrinam defendentibus, & obſervantibus in omni regno Teutonicorum ſalutem & beatorum apoſtolorum Petri & Pauli benedictionem & omnium peccatorum abſolutionem. Ego qualiſcumque ſacerdos apoſtolorum principis ſervus contra voluntatem & conſilium Romanorum, confidens de miſericordia Dei, & vera fide catholica, venio ad vos, paratus propter honorem Dei & ſalutem animarum veſtrarum morte ſubire, ut per multas tribulationes tendamus, & perveniamus ad requiem. Vos autem, fratres mei dileciſſimi, & deſideratiſſimi, ſummopere curate, ut vos poſſim Deo auxiliante adire, vobiſque in omnibus proderſe. Benedicat vos ille, ex cujus gratia dictum eſt mihi ad corpus beati Petri in die ordinationis meæ: quodcumque benedixeris, benedictum erit, & quodcumque ſolveris in terra, erit ſolutum in cœlo. Amen.

EJUSDEM AD VVILLELMUM REGEM ANGLORUM

De Simonia, luxuria, & depoſitione Johanni Dolenſis epiſcopi, & ordinatione Operæ in ejus locum.

Ex Mart. Anecdot. t. III. cap. 871.

GRegorius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, excellentiſſimo filio W. glorioſo regi Anglorum ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Compertum eſſe cenſſrudini tuæ non dubitamus, quod dictus epiſcopus Dolenſis eccleſiæ, quæ Britanniæ provinciæ principalis eſt ſedes, ſine ſalturis immemor, & canonum decreta conculcans, eandem eccleſiam per ſimoniacam hæreſim impudenter invaſerit, & proſixo jam tempore opprreſerit violenter. Datis namque comiti Alano copioſis munuribus, quæ uſque hodie ad probamentum prius nequitiæ in propatulo extant, non per oſtium in ovile Chriſti, ſed ut fur & latro aliunde irrepſit: qui etiam nec hoc ſcelere contentus, inſuitatem ſuper iniquitatem appoſuit, & quaſi ſimoniacum eſſe parum & pro nihilo deputaret, nicolaita quoque fieri feſtinavit. Nam in ipſo tam pernicioſe adepto epiſcopatu nuptias publice celebratis, feortum potius quam ſponſam ducere non erubuit, ex qua & filios procreavit; ut qui jam ſpiritum ſuum animarum corruptori per ſimoniaca commercia proſtituerat, per ſordæ libidinis inceſtum corpus ſuum ita in contumeliam Diabolo conſecraret; & ſic in eo nullus locus ſupereſſet conditori, quem intus exteriuſque obligatum totum ſibi adverſarius non vendicaſſet. Nec ramen hucuſque malitiæ conatus ſubſtitit; ſed atrociſſimum facinus, turpiſſimumque flagitium horrendo etiam facrilegio cumulavit. Nam adultas ex illicito matrimonio filias, prædilectæ eccleſiæ, & redditibus nomine dotis collatis, atque alienatis ſcelere immaniſſimo maritavit. His iniquitatibus coopertus, eamdem tamen eccleſiam dilaceratam diſſipatamque ſi liceat incubare moliteur, quibus de cauſis celſitudo tua noverit illum jam beati Petri apoſtoli ſpiculo perſoſſum, & niſi ſceleris reſipuerit, anathematæ mortifero eſſe damnatum. Qua propter paterna charitate te admonere, & cauſam breviter exponere ſtuduimus, ne fraudis hujus ignorantiam tam ſcelerio homini tandiu in tenebris ſuis jacenti ulterius auxilium præbeas, neve ſcelerum ejus te participem facias, ſed ſeſti apoſtolicæ, noſtriſque monitis modeſte parendo illum à te repellas; vel etiam ut tandem aliquando ſibi conſulat, atque ad remedium pœnitentiæ confugiat, blande ſuadendo, ſi poteris, induces. Nam tales in malo perſeverantes fovere & adjuvare nihil eſt aliud, quam iram Domini contra ſe provocare. Nos vero ſupradictæ eccleſiæ afflictionem diutius non ferentes, Deo inſpirante, virum vitæ probabilem, & competæ religioni inſibi ordinavimus & conſecravimus, videlicet S. Melanii abbatem, qui cum ob alias cauſas quas explicare proſixum eſt, ad nos veniſſet, pontificatus onus ex inſperato ſubire compulſus eſt. De quo confidimus in Domino, quia ſi ut deſideramus literiſque noſtris multipliciter implorare curavimus, principum terræ bonorum virorum gratiam & ſtudia habet- E meruerit, Domino cooperante, ſub B. Petri patrocinio eccleſiam in melius reſtaurabit.

ANNO CHRISTI 1073.

GREGORII PAPÆ VII. DECRETUM.

Ex MS. codice Pithoeani.

GRegorius papa VII. & Urbanus papa II. conſtituerunt, ut feſtivitates Romanorum pontificum celebres habeantur. Martyrum in IX. feſtivitatibus, confeſſorum in tribus ſaltem feſtionibus præter quorumdam, qui pro ſua excellencia celeberrimi habeantur, ſicut & S. Silveſter, Gregorius & alii. Nam cum queribet eccleſia ſui patroni, & ſi confeſſor fuerit, feſtum ſolemniter obſervet, quanto magis eorum, qui totius eccleſiæ non tam patroni, quam partes extiterunt, quam & uſque ad martyrium verbis & exemplis inſtituere non deſiterunt. De his quidem ſanctis martyribus invitatorium, hymnus, reſponſoria, pſalmi, & verſus, ut de martyribus decantantur. Nota autem S. Gregorium papam I. in graduali libro de his martyribus, ſicut & de confeſſ. pontificalia adminiſtrantibus inſtituiſſe officia, ut de S. Marcellio P. & M. Stanuit ei Dominus, & de S. Felice P. & M. Sacerdotes. Et hoc utique ſatis congrue propter excellentiam dignitatis apoſtolicæ.

EPISTOLÆ DIVERSORUM AD GREGORIUM PAPAM VII.

SAXONES AD EUMDEM.

Quid egerint ut decretis ejus parerent; quod minus ſibi, plus adverſarius faveat, querentur.

Ex Annaliſta Saxone Eccard. ad An. 1073.

NOvit ſanctitas veſtra & omnibus circumquaque notum eſt, quam difficulter, quantoque bajulorum diſcrimine legationes ad vos ſæpenumero, quia iter, quod omnibus temporibus, populis, tribubus, linguis fuit pervium, nunc claudituf illis maxime, qui non minimum pro honore illius laboraverunt, ad cujus corpus eadem via ducit. *Et poſt aliqua:* Poſt longam expectationem reverſo nuntio noſtro, nihil aliud nobis conſolationis relatum eſt, niſi ut decretis his, quæ mandavimus fideles non habuiſſe. Ex qua re, cariſſime Domine, incredibile vobis viſum eſt, quod [illegible] epiſcopi Wecelburgenſis, & Patavienſis cum religioſis vobis in veritate nuntiaverunt, quodque ſe vidiſſe, & audiſſe teſtati ſunt; certe non in verbis mendacii confidimus liberari, ſed creditmus quia veritas liberabit nos; Deus non deſeruit ſperantes in ſe; nam rex noſter Rodolfus fortis in- D eo, qui dat ſalutem regibus, de inimicis Domini potenter triumphavit. Heinricus autem cum ſuis complicibus præter eos qui in gladio ceciderunt, in fugam verſus eſt, comite illo, cujus malitiam vos in bono vincere fruſtra tentaſtis, Roberto Bambergenſe, qui horum omnium auctor & incentor eſt. Et o utinam de fua & ſociorum ejus fallacia ſatis edoctus fuiſſetis. Nolite Karliſſime Domine amplius ad irriſionem ſanctæ Romanæ Sedis hujuſmodi homines mulcere, & poſt tam frequentes repulſas iterum obtentum ab eis quærere. Adventus veſter ad nos tantum nobis eſſet deſiderabilis quantum & neceſſarius, ſed vere ſcimus, quia ſponte ſtiorum ad noſtras partes nunquam venietis, niſi certi fint vos illorum parti favere. *Et poſt pauca:* Ergo ſi non propter nos, ſaltem propter nomen ſedis apoſtolicæ confirmate quod operatus eſt ejuſdem fedis legatus, ut ſine ambiguitate denuntietis quid in hac eccleſiæ diviſione tenendum ſit, quid ſequendum: quod ſi jamdudum factum fuiſſet, forte pars iniqua adeo jam vires perdidiſſet, ut nec nobis, nec vobis nocere prævaleret. Rogamus etiam ne in hac ſtatuta canonica dehcere patiamini, Dut corpora excommunicatorum, qui in peſequendo eccleſiam occiſi ſunt, in atriis eccleſiarum ſepelri non permitratis; ubi autem ſepulta ſunt, divina officia celebrari prohibeatis. Multi ex eis in Auguſta civitate ſepulti ſunt: Ejuſdem loci congregationibus literas veſtras per diſcurrentes peregrinos fatis mittere poteſtis.

SAXONUM

RODULPHO FAVENTIUM AD GREGORIUM EPISTOLA.

Annal. Saxo Eccard. ad An. 1079

TEſtis eſt excellentia veſtra & literæ veſtræ, quas in teſtimonium habemus, quia nec pro conſilio noſtro, nec pro cauſa noſtra, ſed pro illatis ſedi apoſtolicæ injuriis regem noſtrum regia dignitate privaſtis, nobiſque terribili interminatione, ne ei ſi- E cut regi ſerviamus, interdixiſtis, & omnes chriſtianos a vinculo juramenti, quod ei fecerunt vel facient, abſolviſtis, eumque vinculo anathematis alligaſtis. In his omnibus patenter veſtræ cum magno periculo noſtro, ſicut nunc patet, obedivimus, & quia ei-

ANNO CHRISTI 1073.

eidem depositio ad depositionem vestram cum cæteris concordare noluimus, tantam in nos crudelitatem exercuit, ut plures ex nostris amissa omni substantia animam in hoc certamine ponerent & filios exhæredes & ex divitibus pauperes reliquerunt: qui autem residui sunt, de vita quoridie solliciti vitæ fubidia pene omnia amiserunt. Sed cum nullam nos perfecutione superarer, superatus est ille, ut licet nolens fuam nobis præsentiam exhiberet, & ei quem inhonoravit cum suo dedecore honorem impenderet, pro quo laborc hunc fructum recepimus, quod is, qui non periculo animarum noftrarum vefligia pedum vestrorum adcrare coactus est, absque multo confilio, de Romana sede abfolutus, ad nocendum nobis libertatem recepit. *Et paucis interpofitis*: ego cum jam ultra anni terminum fine rectore effemus, in locum de quo peravcricatus eft, ille alius principum noftrorum lectione fubrogatus eft. Cumque de electo nobis rege, & non de regibus fpes ad refocillandum imperium fuccrefceret, ecce ex imperato litteræ veftræ duos in uno regno reges pronuntiant, duobus legationem decernunt, quam regii nominis pluralitatem, ac regni divifionem divifio quoque populi, ac ftudia partium fubfecuta funt; quippe cum in epiftolis veftris prævaricatoris perfonam femper præponi cernerent, & ab eo ficut a potente exigi, quæ tenui dicarum vobis in hac parte ad dilcutiendam cauſam præberet. *Et poſt pauca*: hoc quoque infirmitatem noftram movet, quod ficut nobis perfuaderur, ut in incœpto firmiter perduremus, fic etiam contrariæ parti verbis & rebus fpes innuitur. Nam familiares prædicti Heinrici, qui ab omni regno infamia notantur, quique illi ut reni fidelitas fondalitas præceptis nunquam innodatas tes funt, & una cum capite fuo per legatum apoſtolicum ab eccleſia ſeparati, ad hanc fedem venientes benigne ſuſcipiuntur, & non ſolum impunitri redeunt, ſed infuper gloria & honore coronantur, & ad priorem inobedientiam ſuperbiendo revertentes nofträ miſeriæ inſultant. Nobis autem quaſi ridiculis ad inſipientiam reputatur, quod ab illorum conſortio abſtinemus, qui ab ipſo capite noſtro tam caritative in communionem recipiuntur. Accedit & hoc ad cumulum infortunii noſtri, quod præter illa, quæ nos ipſi delinquimus, etiam adverſariorum culpa in nobis cuditur, dum noſtræ negligentiæ attribuitur, quod idoneos & frequentes legatos huc non mittimus; iuce enim clarius patet, quod illi hæc fieri prohibent, qui ne prohiberent jurejorando vobis promiſerunt. Et nunc de violentia facti itineris interclufioni & de manifeſto illorum perjurio taceamus, de quibus imputatur, quod nullos non mittimus. Scimus & ex confideratione veſtræ pietatis ſperamus, quia hæc omnia bona intentione, & ſubtili aliqua deliberatione agitis, ſed nos homines imperiti occultam illam diſpenſationem penetrare non ſufficientes, quod manifeſte audivimus & vidimus de illa utriuſque partis conforratione, & regnum certatum incerta dilatione ortum eſſe & quotidie oriri vobis exponimus, hoc eſt bella inteſtina, homicidia innumerabilia, vaſtationes, & incendia domorum & eccleſiarum ſine differentia, oppreſſiones pauperum, direptiones rerum eccleſiaſticarum, quales nunquam audivimus, legum quoque divinarum, & ſecularium deſectus ſine reparatione; nam & hoc quod in Tyrnodo Romana definitum, & poſt a legato ſedis apoſtolicæ confirmatum eſt, ſilentio contegi oporter, quid poſthac nobis credendum, vel pro raro habendum ſit, omnino neſcimus.

PRÆMONITIO COLLECTORIS IN SEQUENTEM EPISTOLAM.

Epiſcopatus Moraviæ Joanni epiſcopo commiſſi a Pragenſi dioeceſium cum protectorum quorumdam epiſcopatuum Pragenſis aſſignatione concaquore non valent Jaromir, alio nomine Gebehardus, Pragenſis epiſcopus, nihil non molliebatur, ut omnium epiſcopum vocaret. Quo nec a vulneribus ſæditioſe aliis manus abſtinebat. Ut id reſcivit Alexander papa II. legatos ſuos eo miſit Bernardum, & Gregorium, qui Pragenſem epiſcopum ab officio ſuo ſuſpenſum palam edixerunt. Aſta ſunt hæc ante obitum Alexandri parum; cui ſuccedens Gregorius cauſam totam reſumens, prout quidem literæ datæ ad Wratiſlaum Bohemiæ ducem, Jaromiri quidem fratrem, ſed æmula ſtlium ſæventem, conquerenti de injuria legati apoſtolici a Jaromiro illata, tum addit, ſe aggravatarum fratrum, vitæ ad officium redigſet. Interea Jaromir ad Mogantinum Metropolitanum ſuum confugit, narrans ſe inauditum, nec. a metropolitano in ſynodo damnatum injuriæ prohibere, ne epiſcopale munus exerceret. Hac Pragenſis ſimul, & ſuæ querelar-Sigefridus Mogantinus Archiepiſcopus per literas ad Gregorium pontificem detulit, quem ipſe epiſcopum huc tranſtero, quod locum offendat literis Gregorii ad Wratiſlaum vulgatis apud Labbe regeſt. lib. I. epiſt. XVII. ex Codice Udalrici Bambergenſi. Quem dein eorum cauſa habuerit, infertur, cum de concilio Pragenſi anni 1074. agetur, exponam.

ANNO CHRISTI 1073.

SIGIFREDI MOGUNTINI ARCHIEPISCOPI AD GREGORIUM VII. EPISTOLA.

Cod. Udalrici pag. 121. num. 130.

Reverentiſſimo Patri noviter ſacerdotio primæ Sedis Apoſtolicæ infidato, S. Moguntinæ diſpenſatore eccleſiæ, fidulam benevolentiæ ſervitutem, & debitam obedientiæ ſubjectionem. Semper quidem deſiderio deſiderabantus, cum apoſtolicæ ſedis præſulem eſſe, qui vita & moribus, verbis, exemplis ad ſalutem præeſſet, & prodeſſet ſanctæ Dei eccleſiæ. Nunc vero quomodo meſſibus faſti ſunt cœli, ſolito dulcius diſtillantes vorem gratiæ Dei, vivini miſericordia noſtris ſolito cumulatius ſatisfecit, & eum, quem maxime optabamus, eidem ſanctæ Romanæ eccleſiæ præfecit, qui nobis ſemper dexter fleit in omnibus negotiis, nunquam nobis defuit in noſtris. Unde toris præcordium medullis gratias agimus Deo altiſſimo, qui cathedram Petri, caput fcilicet eccleſiarum, veſtro, mi reverende pater, illuſtravit, & ornavit ſacerdotio, humili ſuppiicatu orantes, & deprecantes, ut qui primitias apoſtolatus veſtri perfudit oleo lætitiæ pre participibus veſtris, gratiam, & pacem multiplicet eccleſiæ ſuæ cunctis diebus veſtris. Optamus autem promereri, ut peculiarem gratiam apud vos obtinearnus, & a veſtra paternitate ſpecialem nobis provenire clementiam, non ſolum ea charitate, quam univerſali debetis eccleſiæ, ſed etiam eo gratiæ privilegio, quod ſemper ſacra ſedes veſtra Moguntinæ impendit eccleſiæ, ut pla mater ſpeciali filiæ. Hac ergo freti gratia in omnibus quæ nobis obviant, ad vos recurrimus, & quicquid nobis adverſatur, ad vos, velut membra ad caput, referimus. Unum humiliter inſtimamus veſtræ ſanctitati, quod ſub antecellore veſtro pia memoria Papa A. contigit, nos, ut clavi reverentia diximus, injuſte præjudicium pati, & inclementer deturbatos eſſe ab eo jure, quod facti canones, & patrum ſcita metropolitanis jubent ſervari. Denique eidem ſanctiſſimo patri de fratre, & ſuffraganeo noſtro epiſcopo Pragenſi ſiniſtra relatione ſuggeſtum eſt, & me ignorante ab inimicis apud eum accuſatus eſt, unum, & haſtenus inſolitum ab eo exiit edictum, ut eundem fratrem, & coepiſcopum noſtrum nec inter fratres ſuos canonice prias audiram, nec canonice ad ſe vocatum, nec inobedientiæ culpa denotatum, non ſolum ab officio ſuo ſuſpenderit, ſed etiam rebus, & redditibus ſuæ eccleſiæ omnino ſpoliaverit, & extrahrit, ita ut miſſis nunciis publice nunciari fecerit in clero, & populo, ut eum, qui excommunicatum habentes, nihil quod epiſcopi eſſet, vel quereretur, vel acciperent ab eo. Quod factum, ſi apoſtolicum deceat manſuetudinem, ſi decretum ſervet authoritatem, veſtram non pæterit ſanctitatem. Debuit namque juxta decreta canonum, ad nos primum cauſa deferri, & ad concilium vocatus intra provinciam, inter fratres ſuos audiri, ego vero & fratres mei deberemus ad apoſtolicam fedem, velut ad caput noſtrum referre, ſi tanta res eſſet, ut per nos nec poſſet, nec deberet terminari. Nunc autem frater noſter & coepiſcopus a fede ſua vagus, & profugus, & ut diximus, rebus & redditibus eccleſiæ ſuæ injuſte ſpoliatus, & extractus, indignum patitur judicium, & omnibus fratribus & coepiſcopis noſtris magnum inde provenit ſcandalum, & epiſcopale nomen & officium, quod apud Deum & hominem ſacrum eſt, intolerabile patitur opprobrium. Porro eccleſia illa jam multis diebus paſtorali carer adminiſtratione, & unico paſtore vidua epiſcopali vacat benedictioni, in quo epiſcopus ille, qui expulſionis & perturbationis hujus author eſt, ejus ſibi uſurpat officium, & quod omnibus conciliis & decretis maxime cautum eſt, confecrando, & confirmando eundem circuit epiſcopatum. Quod maxime ob hoc periculoſum eſt, quod gens illa ſub Chriſtiano fidei novella eſt plantatio, & nondum radicata & fundata in chriſtianiſmo, & facile ad antiquum paganiſmi revolabit errorem, ſi inter paſtores ſuos tantam viderit duraxe diſſentionem, & ſi epiſcopi & omnes fratres mei veſtigiis veſtræ ſanctitatis affuſi oramus & obſecramus, primum eccleſiæ rationes, nec non malignı hujus temporis inclamare importunitates. Habebam quoque de quibuſdam agere vobiſcum ipſe præſens, quod nec liteis intexere, nec nuncio etiam alicui fidelſſimo habere aperire. Quapropter præſentes fratres cum literis meæ excuſationis ad vos mittere non dubitavi, quod ad vos non veni, non eſſe temeritatis, ſed inevitabilis, & ſupremæ neceſſitatis. Noverit autem ſancta paternitas veſtra, quod non eſt homo in terra me nobis fidelior, & ad omne præceptum veſtrum implendum devotior, nec adventum meum ad vos aliquod negotium poſſet retardare, ſi tamen juvarer virium valetudine. Pro inveterata autem Thuringorum obdurazione novam vobis facio conqueſtionem, qui ſicut ſemper, ſic etiam adhuc Spiritui Sanctо ejuſque juſtitiæ reſiſtunt legibus, reddituum ſuorum negando decimationem, uſque adeo, ut dum monerem eos, ut omnipotenti Deo obedirent, ipſi e contra armata manu promiſcue pueros, nec & meos obſidentes, niſi Domino omnipotenti mana libera viſſet, forſitan crudeliras eorum uſque ad internecionem in nos deſæviſſet. Unum rogo facram paternitatem veſtram, ut contra tam nefarium, tamque infolitum facinus reſpectu eccleſiaſticæ diſciplinæ nobis compatiendo ſuccurratis, & contra inimicos Dei gladium arripiatis, quatenus ſentiat contumax & rebellis terra Thuringia, quod adhuc in clavigera manu Petri vivit, & regnat imperatrix Roma-

ANNO CHRISTI 1073.

AD CONCILIABULUM ERPHORDIENSE

In choro decimationum Thoringiæ

Anno 1073. habitum

EMENDATIO, ET ADDITIO.

A. 1073. DE causa, rebusque gestis in concilio hoc factis conflat ex iis, quæ in collectione Labbeana leguntur; unum alterumque addendum. In literis Sigefridi Archiepiscopi Moguntini ad Alexandrum II. pontificem ex Erefeco in collectionem Labbeanam traductis integra hæc periocha deest, quam hic ex codice Udalrici, in quo hæc ipsæ literæ recitantur refituo. Post illa verba: *Jacolmum expiscabat apostolatum vestrum*; hæc suppleas: *Et sicut in proximis, quas ad sanctam sedem*

Eccard. t. II. Cod. Udal. pag. 134.

vestram, direximus literis, ita nunc quoque humili supplicatu vestram deprecamur sanctitatem, ut quæ corona regni, & diadema Romani imperii in hanc vestram, & per manum filii vestri domini mei H. regis semper in hoc monasterium dignemini, & sicut a primitivæ sanctæ invocationis vestræ exordii primitias regni ejus adhuc pueriles conflixit, & auxilio fovistis & contrivistis, ita apostolici vigoris constantia usque ad coronam imperii cum eo perficiatis.

PRAGENSE CONCILIUM,

Quo Jaromirus Pragensis episcopus ab ordinis munere suspenditur,

Anno 1073. circiter habitum.

An. 1073. circiter. CONcilii hujus historiam, & acta ex Cosma Pragensi statim proferam, postquam adnotavero difficilem esse Cosmæ cum epistolis Gregorii VII. ad negotium istud quod attinet, conciliationem. Narrat enim Cosmas, missum a Pontifice Rodulphum quemdam apocrisiarium suum Pragam indixisse in Jaromirum Pragensem episcopum concilium, cui Jaromirum sistere se recusantem, episcopatus gerendi munere suspensionem tenuisse. Ex epistolis vero Gregorii VII. eo ablegatos discimus non quidem Rodulphum, sed Bernardum, & Gregorium, a quibus ita in epistolarum animadversum constat. Forte tamen geminæ distinguendæ sunt Romanæ legationes in Bohemiam, quarum alteram Rodulphus, alteram Bernardus & Gregorius gesserunt. In utraque Jaromiro de crimine convicto episcopale munus interdictum est. Utra prior statuenda sit, æque cum ignorantibus ignoro. Nunc de concilio a Rodulpho in ea causa habito, pauca hæc ex Cosma in Chronic. lib. II. ad annum 1073. subjicio: *Mox dirigitur in Bohemiam Rodulphus apocrisiarius, & consistorio Gregorii papæ, quod si ita vere se habeat, ut summo pontifici relata fuerat, vitæ ipsius errata corrigat, inobedientes arguat, infideles increpet, negligentes austerius feriat. Et si qua sint, quæ modum excedant correctionis, illa differat, & compellat ad majorem audientiam apostolicæ sedis. Quo cum pervenisset missus apostolicus, invenit ducem Wratislaum in urbe Praga: cui offerens apostolicam benedictionem, & universalis patris adoptivam filiationem, causa authoritate usus ejus & potestate, ac si ipsum summus pontifex ipse præsens fuisset. Denique justit ducem, ut omnes principes terræ simul & abbates, & præpositor ecclesiarum, nec non & Joannem episcopum Moraviensem ad synodum convocaret sacram. Ad quam præsul Jaromir semel & bis ex nomine vocatus renuit venire; & ad ultimum tale fertur dedisse responsum, contra canonum scita, salvis pontificalis dignitatis, & justitiæ, ad tua non venio placita, nisi ubi adfuerit meus magister, Moguntinus Metropolita, & aliorum coepiscoporum præsens frequentia: sciebat enim, quod ibi incideret in laqueum, & in retributiones, & in scandalum. Videns autem Romanus missus, se esse despectum, & deboxatum, ira motus justissima cum ab omni officio sacerdotali, & dignitate propria episcopali. Quod audientes non solum canonici, verum etiam per capellas clerici, omnes fleverunt sua ora, & denudaverunt, ut in Jaresive, altaris. Matris ecclesiæ fulcatur frons ruga non modica, quia silent sacerdotalis officia. Et nisi pastori suo restituatur pristinus honos & gradus, totus clerus mutuali in perpetuum suos amittere gradus. Videns autem cardinalis, magis tumultum in populo fieri, necessitate compulsus reddit episcopo tantummodo sacerdotale officium. Et nisi interque episcopus eodem anno de inductis cassi reddat ordinationem pontifici Romano, ambos constringit banno.*

FINIS.